An vero (quod quinto loco videtur obiectũ) inscriptio facta sit irrequisito Amptmanno: constat quidem ex copia extracti des Gerichtsbuchs / ipsius nomen † adscriptum non esse: Sed hoc nõ attendendum, nec esse de substantia inscriptionis, proxime satis ex probatis demanstratum & liquidum puto. Ad requisitionem & consensum des Oberfauths quod attinet, cum eam non esse factam. & sic scripturam non solennem, actores toties asserant, & principaliter ex eo se fundent, probationis onus ipsi vt ferant, conuenit. Asserenti enim † negatiuam, ad impugnationem scripturæ vel sollennitatis, incumbit, onus probandi, dicit *Bald. in l. si post diuisionem. 3. notab. de iur. & fact. ignor. per ibid. alleg.* Sed hoc esse præstitum ab actoribus, ex actis nullibi patet. Quin potius ex probatis & adminicularibus præsumptionibus eius contrarium magis elici potest, (posito etiam, tunc temporis, Anno videlicet tertio, illam consuetudinem siue statutum certo extitisse, de quo tamen non constat, & sic superfluum esset, multa de consuetudinum materia mouere) Vbi enim † aliqua solennitate opus est, præsumitur ea interuenisse *Bal. in l. cum virum. num. 7. versic. hoc sequitur. de fideicommiss. notatur in leg. sciendum de verb. obligatio.* Et in specie dicit *Alexand. consilio 15. num. 47. part. 4.* In dubio † præsumi, testatorem suam dispositionem iuri municipiali conformem facere, *late Ias. consilio 1. num. 41. lib. 1.* Idque præcipue † propter antiquitatem siue diuturnitatem temporis, qua tollitur omne dubium non interuentæ sollennitatis: ea enim † antiquitate existente, omnia requisita interuenisse præsumuntur, *notatur in cap. sicut. de re iud. & dicta. l. sciendum. de verb. oblig. Dec. consilio 409. n. 7. Alex. consilio 1. num. 1. 20. lib. 4.* Et intelligitur † factum antiquum (quod est 40. annorum) authoritate & decreto Iudicis *Alexand. consilio 79. num. 5. Ancharan. consilio 136. num. 2. Alexand. cons. 45 num. 9. lib. 3.* Ideoque etiam ex cursu temporis † præsumitur testamentũ Cardinalis in curia conditum fuisse, de licentia Papæ: Et cõsensus † capituli in alienatione bonorum Ecclesiæ interuenisse *Dec. d. cons. 409. num. 1. 2. Aym. Crauett. de antiqu. tem. libr. 3. num. 30. 31. §. vidimus. & ferè per totum eum librum.* Sic in testamento † prælati præsumitur consensus Episcopi præcessisse. *Gabr. libr. 1. de præsumptionibus. conclus. 1. n. 7.* In simili consuluit *Zas. consilio 1. nu. 38. & seq. libr. 1. Grammat. decis. 79. n. 2. & Dec. ibid allegat.* Quia in dubio † pro testamento pronunciandum, vt per *Wesembec cons. 75. nu. 46. 47. Bartol. in d. l. testamentum. ibi additiones. Verb. testamentum. C. de testam.* Et Licet Notarius † sine cõmissione Iudicis testium dicta & iurata, præsertim die non iuridica, recipere non possit, vt fidem faciant, *Iohann. Crotus in tractat de testib. part. 7. n. 36. & in addit. ibi. in verbo, Notario.*

Tamen prædicta præsumptio solennitatum interuentarum, accedentibus alijs adminiculantibus circumstantijs aliquo modo iuuatur extraiudiciali hac licet alias, vt dictũ, inualida testium depositione, (debuerat enim Lentz per commissionem ad futuram memoriam eos facere examinari, sed rustico errore putauit idem esse) præsertim cum hic de probatione facti † antiqui agatur, vbi etiam imperfectæ probationes valent, *Zas. cons. 5. lib. 1. num. 2. & cons. 15. num. 3. lib. 2.* & est generalis conclusio, † quod in antiquis probationes leuiores & faciliores sufficiant: item sufficit & probatio per indicia & coniecturas, nec non præsumptiua & adminicularis, multa allegat *Aym. Grauetta de antiqu. temp. part. 1. num. 30. 31.* Licet autem tempus quadraginta annorũ à pleriſq; nõ dicatur de antiquo, vt sufficiat in materia probationis, operabitur tñ † tale tẽpus, vt facilẽ habea-

tur plena probatio: Ideo licet verba † enunciatiua, aut fama non bene probant 53 post tempus quadraginta annorum, probabunt tamen aliquid, & plus quam semiplenè, latè *Crauet. d. tract. part. 1. nu. 5.* Quodque † imperfectæ probationes, 54 iunctis coniecturis, non tantum adminiculentur, sed probent, multis authoritatibus deducit *Zaſ. in d. conſil. 5. nu. 16. Et Gabr. Commun. concluſ.* verb *probatio concluſ. 1. nu 34. 35.* Et poteſt iudex † diuerſis probationibus, ad vnũ tendentibus, vel etiam 55 ſingularibus teſtibus fidem habere, ſi ex illis in credulitatem ducitur, dicereturq; captioſus Iudex, qui hiſce non crederet, refert ex *Socino. Caſtrenſi, Bartolo & Alexandro Zaſ. conſilio 1. n. 24. lib. 1.* Quod vero præſumptioni, quæ reſultat ex actis inſtantiarũ, & libro Iudicij, vel actis, ſit ſtandum, accordent duo hi teſtes inſtrumentati, hiſq; opitulentur non puto eſſe obſcurum, iurati enim de ſua præſentia, cum certa cauſa dictorum, veriſimilia, de conſenſu & præſcitu deß Fauths / alijſq; circumſtantijs concorditer deponunt. Quæ 56 itaque † ſingula ſi non prodeſſent, cumulata tamen iuuabunt *Weſemb. d. conſi. 75. nu. 46.*

Deinceps, cum ſexta obiectio, quæ conſiſtit ſuper mera negatiua, videlicet, nõ eſſe depoſitam pecuniam (dictam das Vrthelgelt) nec ad petitionem pro more fiendam, interpoſitum decretum ſcabinorum (inquam) non ſit probata, ſed nude ex litera inſcriptionis allegata: Arbitror, ex iam præmiſſis ſatis liquere, longe validioribus præſumptionibus & argumentis, quam vt appellantes prætendunt, etiam hanc partem obiectionis dilutam eſſe.

In primis vero cum ex actis nullibi conſtet nec probetur, talem ſolennitatem, vi certæ conſuetudinis nempe inſcriptionis, eo loci viguiſſe, id- 57 eoque diſpoſitioni † iuris communis inſiſtendũ, quæ eſt, quod in tali donatione, eiusque inſinuatione, iudiciali non requiratur, vt Iudex aliquid decernat, etiam parte non citata, *Gab lib. 2. verb. citatio. concluſ. 1. limit. 41. num. 398.* & ſic non requiratur decretum Iudicis. Quando enim teſtamen- 58 tum, † vel donatio, vel alius actus inſinuatur coram Iudice, non eſt neceſſe, quod aliquid Iudex dicat vel faciat, ſed ſufficit, quod eo præſente fiat ſcriptura in actis, per ea quæ allegat *Iaſ. d. l. omnium 4. C. de teſtam.* Idque tum maxime, cum tempore donationis nulla fuit controuerſia vel contradictio, & ſic non conſtat, quod tum quis ſe oppoſuerit *Iaſ. d. iam loco & conſ. 51. col. 2. vol. 1. Gabriel late lib 3. verb. Donatio. concl. 1 num. 50. & ſeqq.* Et poſito, quod dicta conſuetudo ſatis probata eſſet, tamen potius interuentio vel obſeruatio ſollennitatis, qnam omiſſio præſumenda foret, *per ſupra dicta.*

Huc etiam id, quod ſeptimo & octauo loco de ſpecificatione hominis, & manuſcriptoris (de quibus æque nil extat *in d. libro.*) obiectum eſt, breuitatis ſtudio refero.

Quod vero tandem à nemine hominum aliter vnquam viſum, nec à ſenioribus & præ- deceſſoribus dici auditum, quam quod vltra tempus immemoriale, ita vt appellantes aſſerunt obſeruatum, alias actus pro nullis ſemper fuiſſe habitos, &c. Suſceperunt in ſe huius puncti probandi onus Appellantes, prout & alias tale tempus de cuius initio memoria non extat, probare debet is, qui ſuam inde fundat intentionem *Curt. Iun. conſilio 90. in fin.* communem dicit, *& refert Villalob. lit. T. numero 15.* Sed eam probationem poſſe fieri per teſtes, non ambigi puto (licet quoad ſcripturas & inſtrumenta, diuerſum ſtatuatur) ita tamen, vt eiuſmodi teſtes deponãt, quod toto tempore eorum memoriæ vſque in præſens tempus ita ſit, & ſic audiuerit à ſuis maioribus, qui maiores etiam à ſuis maiorib. prius audierant: & quod communis opinio ita ſit & fuerit, & quod nunquam viderint aut audiuerint contrarium. Hanc communem eſſe Doctorum opinionem, dicit *Balb. de præſcription. 2. part. princip. quæſt. 6. num. 24. Gabriel. lib. 5. verb. præſcriptio. concluſ. 1. num. 81. vbi latiſſime.* Quamuis autem ſentiãt ſufficere probationem famæ tantum, vel quod communis ſit opinio, memoriam in contrarium non extare, per plura allegata *per Gabriel. in iam citato loco.* tamen omnia teſtium dicta ſi diſcutiam & perpendam, non inuenio, vnum vel alterum dictorum modorum probandi tale tempus immemoriale ſufficienter præſtitum. Articulos enim ad hoc deſtinatos, nempe 4. 5. 6. & vltimum generalem, Additionales: 9. 10. & 16. declaratiuos, plerique teſtium ſe ignorare fatentur. Nec puto ſufficere, quod ſextus & ſeptimus teſtes dicunt, aliter ſe non audiuiſſe. Nondum enim per hoc ſatisfit vni ex ſupra dictis modis, præſertim cum hi teſtes in ſuis depoſitionibus ſint varij & ſuſpecti, ſuamque, & à ſe in priori inſtantia ſententiam latam, tueri ſatagant. Nec vnus quidem reperitur, qui vltra memorialem & conformem obſeruantiam, quoad annulationem actus, affirmet, ſed imo contrarium potius non obſcure teſtentur, vt ſupra oſtenſum, quo me refero. Accedant quorundam aſſertiones, dicentium: Vor Jahren ſey es liederlich vnnd ſchlecht zugangen/ nachmals Enderung vnnd Beſſerung angericht worden. Ein Amptmann machts anders dã der ander: ꝛc. (vt puta teſtes 4. 5. 9.) Hinc igitur conſtat, depoſitiones & dicta teſtium aſſertioni partis male conuenire, Quæ dicta appellantes impugnare non poſſunt, cum ab ipſis ſint producti & approbati. Quinimo contra ipſos in dubio interpretanda, *iuribus vulgatis*, prout & tertius teſtis, ex actis & probatis, multis rationibus erroris cõvincitur qui & ſingularis eſt. Huius enim † teſtis depoſitioni aduerſatur: Primo, das Gerichtsbuch, Secundo, conſuetudo loci cum alias habuiſſet vſumfructum, & ſic fruſtranea fuiſſet inſcriptio. Tertio toties, quoties iterata præſtatio deß denckerns. Quæ omnia ſunt facta, antequam hic teſtis famulatus eſt dicto Lentzen. Quarto, poſt obitum Mergeleins coram Gericht zu vmbſtatt data acta & ſententia, vt ſecundæ appellationis. Quin-

to,

to, testamentum Elisabethæ. Sexto, refectiones domus & meliorationes fundorum, vt per testes.

Omissis itaque & alijs nonnullis argumentis,
60 quæ † moueri huc possent, vt puta. An non Iudices à quo, loco Domini Episcopi, tanquam authores dicti statuti, habendi sint legitimi eius interpretes. Deinde de diuerso eius vsu, cui & ipsi renunciarunt, non constat, nec probatum. Item An non dictum Dorff vnd Gerichtsbuch ad Curiam Episcopi translatum, inde se Iudices, neben dem Landfauth informando, sententiam statuto & consuetudini prisci temporis conformem tulisse præsumantur. Item, sicut statuta & consuetudines diuersimode causantur, nec sunt hoc casu confundendæ: An ex hoc appellantes aliquo prætextu se fundare possint, cum de probatione neutrius, prout asseritur ex actis, constet. Item, an videatur necessarium esse, vt ex officio iniungatur reproductio deß Dorffbuchs. Siquidem non tantum in priori, sed & hac instantia 25. Augusti Anno 63. in originali exhibitus est liber, cuius extractum apud Acta per Lectorem collationatum & subscriptum habetur. In qua editione non animaduersi sunt eiusmodi defectus qui reputati sunt aliqua nota digni. Nec postmodum tales sunt allegati ex aduerso, vt verisimilis fraus & suspicio præsumi possit. Sed mihi nõ displicebit, quicquid Dominis in hoc puncto visũ fuerit.

Concludo tandem, Actionem quidem, exceptionibus. Reorum siue Appellantum elisam, eas vero per ea, quæ Replicæ loco obiecta sunt, minime subuersas esse. Ideoq; pronunciandũ, in priori proxima instantia bene pronunciatum, & male appellatum. Cumque ego appellationis desertionem non attendam, nec appellantes temere vel litem mouisse vel appellasse putem, ex his & alijs nonnullis causis expensas compensabo, Saluis votis Dominorum.

Secundæ Appellationis.

Procuratoria iusta, quæ ita se habent, vt in primæ appellationis causa ostensum, Nec formalia deficiunt. Nulliter in prima instantia processum, ideoque ea acta postmodum recte cassata & annullata existimo. Licet enim videri posset, appellationem à prima sententia lata zu Vmbstatt, pro deserta fuisse habendam, dum ex actis non satis liquet, quando ea post interpositionem demum introducta sit. Et in puncto nullitatis non potuisse pronunciari, propter desertionem. Post interpositam enim appellationem fere toto anno cessauit appellans, non introducendo appellationem, & sic se arctando vt impossibile fuerit, intra annũ prosequi & finire appellationem. Et constat, plerunque Consistoria Principum breuiorem habere terminum, sex mensium: & audiam in specie quod hoc loco zu Eudenheim von einem Hoffgericht zu dem andern debere anhengig gemacht werden. Tamen Iudidem secundę instantiæ recte & non nulliter processisse puto: siquidem ex actis de ea desertione liquido non constat: imo à partibus nunquam reuocata est in dubium. Habent quoque acta, 19. Maij Anno 50. omnium primo litem cœpisse, & dum aliud tempus vlterius nõ exprimitur, innuunt, eadem die, qua proposita est actio, simul fuisse definitiue pronunciatum. Deinde dicunt Acta, quod destinatus sit terminus, nach dem die Appellation angebracht/ vnd pro edendis actis compulsoriales erlangt: quo termino, videlicet 11. Aprilis Anno 51. producta esse acta, & super nullitate processus querelatum. Et sic puto, introductionem appellationis non ad hunc vsque terminum dilatam, sed intra tempus latæ sententiæ, & propositæ actionis nullitatis, vt decet, prosecutionem, imprimis cum non sit opposita nullitas à parte, esse factam. In dubio enim † appellatio non deserta 61
præsumitur *Castr. in l. 1. num. 4. si quis cautio. iud. sisti cau. fact.* quia, inquit, hoc minus videtur partibus præiudicare: Ideo debet Iudex in dubio pronunciare, non esse desertam: *Dec. consilio 83. num. 7 & consil. 445. nu. 45. Vant. tit. quib. mod. sent. null. &c. nu. 128.* Nec facile † beneficium appellanti auferen- 62
dum, *Dec. consil. 356. nu. 1. Wesemb. consil. 43. num. 162.* præsertim hic vbi de introducendę appellationis termino, vel Iudicis, vel statuti, nil constat, & simus in dispositione iuris communis, vbi datur annus. Vide *Guid. de appell. fol. 38. Marant. fol. 601.* quia aliud esset in causa appellationis ad Cameram factæ, vbi locum habet *Ordinatio. tit. 30. de sex mensibus.* Et licet dicto tempore & termino, super nullitate tantum fit actum, nullitas vero non, sed grauamen duntaxat per simplicem appellationem deuoluatur: quia tamen appellatum à definitiua, nullitas etiam tacite dicitur deuoluta, adeo vt super ea cognosci possit. Is enim † est v- 63
nus effectus appellationis, scilicet causam, & eius cognitionem ad superiorem transferre, vt per *Innoc. in c. dilecto. nu. 2. ante finem de appellat, Guid. Pap. in tract. de appellat. nu. 37. Petr. Iacob. rubr. 43. nu. 40.* dicit: Licet appellatio † non teneat simpliciter, at- 64
tamen tenet in hoc, quia Iudex ad quem appellatum cognoscet incidenter in causa appellationis de nullitate. Non itaque puto, Iudicem secundum pronunciando super nullitate, & partes admittendo, vt de nouo agant, vlterius procedendo nullitatem commisisse: prout in decidendis † causis non debemus de huiusmodi nullitatibus 65
nimis esse solliciti, sed magis curare, vt finis litib. imponat, vt per *Gail obseru. 42. n. 5.* Nullitates itaq; in duabus recentiorib. instantijs nullas esse dico.

In actionis genere proposito non discrepant causæ vtriusque appellationis, nisi quod hic totalis, ibi vero ad partem hæreditatis petitio instituta est. Probationes Actorum siue appellantium hic non meliores sunt prioribus, imo non æquabũt eas, cum sint infirmiores. Rei & appellati nituntur ijsdem fundamentis & probatis. Ideoque non minus hic elisa actio, quã in præcedẽti causa, eaq; late iura relata iterum deducere superfluum puto, nec conuenit. Ideoque huc refero omnia motiua & argumenta, quæ in præcedenti causa primæ appellationis sunt adducta, cum vtraq; ex

eodem

eodem fonte descendat, eodemque iure depend at Et concludo per omnia pronunciandum esse, vt ibidem.

Saluis votis Dominorum.

D. N. In prima causa appellationis, nullitates nullæ. Formalia. Præstitutus fuit Appellantibus terminus duorum mensium, quod cum & iure communi, & propter ordinationem præcise sit seruandum, alias pro deserta habenda appellatio: Desertam ideo esse dicendum hanc causam. Sed non putat attendendum hic, quia proximam sententiam à qua sumus cõfirmaturi, *Mynsing. obser. 60. cent. 2. Gail. lib. 1. obser. 137. num. 2.* Actio vt referens. Sed appellantes ab intestato sibi ius cõpetere in domum relictam à **Weichen Mergel** sua cognata prætendunt: Item Reum siue appellatum pro hærede inutiliter se gessisse contendũt
66 Propterea † quod dispositio illa facta **von dem Gericht**: (neque enim testamentum proprie dici potest, cum desint solennitates, præsertim hæredis institutio) nullam vim habeat, vt puta, quia consensus deß **Fauths am Brurheim** non præcesserit: Item quod non fuerint adscripta nomina deß **Schultheissen vnd Schöpffen**: Nec constet, à quo illa dispositio siue gemächte sit ad acta publica delata. Quare ea dispositione non subsistente, Reum frustra putare se hæredem esse & ideo pro hærede se possidere *l. pro hærede de petit. hæred.* Quod si ita esset, probata consisterent requisita. Sed quoad posterius, pro hærede scilicet, tantum sine titulo Reum dicta bona possidere, longe secus se habet, vt ex eiusdem replica constat, qua elidi-
67 tur intentio Actorum. Nam quamdiu † locus est successioni testatæ, cessat successio ab intestato *l. quamdiu de reg. iur.* Ac Reus quidem, illam inscriptionem in Acta factam esse Anno 3. probasset, si non examen duorũ testium esset validum. Nam aut (sed vix sustineri possunt) testes ante depositionem iurarunt, vel non *gl. & Dd. c. iudices. C. de offic. deleg. l. omnes ibi Bal. C. de feriis. Wormbs. lib. 1.*
68 *de testam obs. 2.* Nec potest consuetudine † remitti iusiurandum. Verum etsi nulla ratio habeatur eius examinis, tamen sufficit inscriptio: & non probatur, eam solennitatem tunc fuisse requisitam, sed potius contrarium ex testibus liquet, quia paulatim emendata: & præsumitur magis pro, quam contra scripturam eam: habet enim speciem publicæ scripturæ. Eodem facit, quod Iudices secundæ instantiæ pro illa scriptura pronunciarunt, & Iudices primæ instantiæ male iudicasse. Ac cum ipsi librum inspexerint, ideo argumento est, eas solennitates tunc non fuisse receptas. Putat, quod dicta dispositio pro valida habenda. Inde infert, non esse dubium, quin secundum testamentum, quod solenne est, valeat. Verum Reus institutus hæreditatem eam iusto titulo acquisiuit & possidet: Quo fit, vt intentio actorum sit elisa. Ideo pronunciandum, **in nechst vergangener Instantz** bene iudicatum, male appellatum. Expensas, quia causam videantur Appellantes litigandi habuisse, vult compensare.

In causa secundę instantiæ per omnia, vt *supra.*

D. N. Causam putat desertam, vt per *Gail. obser. 140.* Quia tamen Iudex pronunciare potest, vbi prior cõfirmanda est, *Gail. obser. 137.* Ideo vult & in hac causa pronunciare. Quandoquidem vero à referentibus fuse & late merita & requisita causæ & actiones, non solum primæ, sed & secundæ Appellationis discussa sunt, & ipse sit eius sententiæ, plane concludit cum illis, addendo, neq; Actionem per Replicas Reorum esse elisam Expensas vult compensare.

D. N. Ex rationibus & iurium fundamentis à Referentibus adductis, sentit in vtraque causa pronunciandum, vt per ipsos. Expensas ompensat.

D. N. Quia causa tota per Referentes discussa & percursa, etiam obiter, quæ incidere videbantur, diligenter agitata & remota, ne actum agat, illis simpliciter accedit.

D. N. similiter cum Referẽtibus, propter consuetudinem allegatam non probatam tempore testamenti contra Appellantes pronunciandum putat compensatis expensis.

Sententia.

In sachen der Kneller/ Appellanten/ eins/ wider Wendel Reinlein. Jetz dessen Erben vnd deren Vormünder/ in actis benannt/ Appellaten andern Theyls/ primæ Appellationis, ist allem fürbringen nach zu Recht erkannt/ daß durch Richter nechst vorgehender Instantz wol gevrtheilt/ vbel davon appellirt. Die gerichtskosten gegeinander auß bewegenden Vrsachẽ compensirendte vnd vergleichendte.

In causa secundæ Appellationis, per omnia in eadem forma.

VOTVM II.

In causa

Episcopi L. Appellantis

Contra.

A. de la V. & filios.

SVMMARIA.

1 *Appellationis remedium non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum est.*

2 *In Camera quando libello appellationis, siue grauaminibus reiectis, causa pro concluſa acceptatur, & diffinitiue pronunciatur, idque in alijs obseruatur. ibi num. 3. 5. 6. & 7.*

3 *Semel capitulatum vel interrogatum, non vlterius est capitulandum siue interrogandum.*

8 *Cur obiectio Apellantis iam non habeat locum.*

9 *Exceptio non infringens sententiam, obijci potest etiam post sententiam.*

CVm appellationis † remedium non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium in- 1
nocentiæ institutum sit *c. cum speciali. §. porro. de appell. c. ad nostram ibi gl. eod. tit.* Ideo tam ius commu-

ne,

ne, quam ordinario permittit, sicq; receptum est
2 frequenti vsu Cameræ, † vt nonnunquam libello Appellationis, siue grauaminibus reiectis, causa pro concluſa acceptetur, & diffinitiue pronuncietur. Idq; inter cætera † attenditur, quando grauamina nil noui continent: quod enim se-
4 mel capitulatum † vel interrogatum, non vlterius capitulandum vel interrogandum est. Sic et-
5 iam quando † libellus appellationis, per omnia conuenit cum libello & actis primæ instantiæ, causamque non plenius instruit. Sed est mera re-
6 petitio priorum articulorum. Similiter cum † articuli grauaminum continent materiam ad causam impertinentem, ita vt, licet probata esset, tamen nil releuaret, per iura adducta à *Gail. obs.* 128.
7 *lib. 1. per tot.* Denique idem † attendi posse puto, quando ex antiquo facto non dependentia & connexa, nec ad decisionem causæ vtilia, sed solummodo iuris articuli ex priori facto inducuntur. Lectis itaque grauaminibus, tam prioris instantiæ, quam præsentis, vidi & aduerti, iam adducta in effectu plane eadem esse cum prioribus, nisi quod iam additur, Comitatum Lossensem (imo Episcopatum Leodiensem) ex cuius pertinentijs reditus annuus distractus est, Imperij feudum esse: Inde non potuisse absq; Domini consensu & iuris requisitis alienari: Cum tamen is punctus, posito quod verus sit, in iuris decisione consistat, & non ex facti probatione dependeat, ideoque decidendus, non probandus veniat. Deinde prætenditur, iam actricem, eiusq; prolem tanquam hæredes præmortui Iohannis Henrici Decani, &c. qui fuit patruus dictorum hæredum, ratione officij teneri in residuo, ad maiorem summam, quam petitur, quæ compensanda foret, in euentum, si deberet Episcopus soluere. Cum tamen certum sit, quod hæc obie-
8 ctio † iam locum non habeat, tum quod in vim reconuentionis obijcitur, & male, per iura, vt *Marant. par. 4. distinct 6. nu.* 15. Tum quod, licet etiam in Appellatione compensatio locum habeat, *l. 1. §. fin. que sent. sine appell. rescind. habetur c. fin.*
9 *de appellat. in 6.* Quia exceptio, † non infringens sententiam, obijci potest etiam post sententiam *l. peremptorias. C. sentent. rescind. non posse. allegat Innoc. in c. cum dilectos. de ord. cognit.* Tamen compensatio hic obiecta, est illiquida, ex parte obijcentis, nec habet promptam probationē quę facile sui exitum præstet, sed altiorem requirit indaginem. Et supra dicta possent habere locum, si per confessionem actricis, vel alias liquide de debito constaret: *Marant. par. 4. dist. 6. in princip.* Hoc vero casu in prioribus instantijs de hoc iure compensationis vel debito dicti Decani, nunquam cogitatum fuit, quod nunc calumniæ suspicionem mouet, quod in referendis id non tantum negatur sed & super iniurijs protestatum est.

Quin obstant aperte extractus rationum redditarum statui Ecclesiastico separatim, & deinde ipsi Episcopo & similibus statibus ab ipso Ioann. Henric. qui redditis rationibus fuerint contenti, & loco honorarij aliquid remiserunt, An. 59. & sic longe post emptos reditus, & receptas contributiones expeditæ sunt rationes d. Henrici.

Denique in 33. additionali obijcitur: Reditus non esse emptos ad ratam vicesimi denarij, iuxta constitutionem Caroli V. &c. Sed & hæc exceptio in iuris decisione consistit, quæ definienda erit in causæ meritis, nec probationem forte reposcit. Ideo cō ludo, grauamina hęc nō esse qualificata, vt admitti ad probandū debeant, sed vt in causa nō obscura, bono officio Iudicis lis præcidatur, & reiectis articulis, definitiue pronuncieť.

Saluis. &c.

D. N. Correferens cum Referente.

D. N. Pariter: Sed compensationem non habere locū in Appellatione, allegat *Gail. in 2. li. &c.*

D. N. Similiter. Vt & reliqui.

VOTVM III.

In causa Episcopi L. Appellantis Contra Annam de la V.

SVMMARIA.

1 *Nullitas processuum & iudiciorū præcedentiū in grauaminib. huius tertiæ partis obiicitur duplici modo.*
2 *Iudices seculares non habent cognitionem super spiritualibus rebus & personis.*
3 *Exceptio nullitatis, quando ex defectu iurisdictionis venit est attendenda.*
4 *Processum recte & legitime coram prioribus iudicibus fuisse cœptum, ex quibus colligitur.*
5 *Si natura causæ, vel alia ratio facit, vt negotium apud Episcopum decidi nequeat, tum per ciuilem procedit Iudicem.*
6 *Bona immobilia non sequuntur conditionem personæ, sicut mobilia.*
7 *Exempla huius rationis ibidem inueniuntur sub n. 7.*
8 *Agens reali, potest conuenire vbi res est, licet ibi forum non habeat reus.*
9 *Felini opinio de hac materia. ibi. nu. 9.*
10 *Principalia siue* Fürſtliche *& prophana bona, & eiusmodi causa tam spiritualium, quam secularium Principum passim in imperio in iudicijs politicis terminantur.*
11 *Iurisdictio quando regulariter prorogatur.*
12 *Recusatio Iudicis ex causa suspicionis, debet esse prima.*
13 *Iurisdictio Iudicis secularis in spiritualibus, non sacramentalibus (quæ ibid. videnda) prorogari potest.*
14 *Iudex ex certis coniecturis & præsumptionibus exceptionem nullitatis malitiose, ob differendam executionem, oppositam, ex officio reijcere potest.*
15 *Nullitatem & defectum iudicis malicioſe obiicient, quasi calumnioſus repellendus est.*
16 *Contentio si est inter vasallū & extraneū, tunc causa actiue & passiue corā Iudice ordinario ventilanda.*
17 *Actor regulariter Rei forum sequitur, si super feudi pignoratione agitur.*
18 *Absolutoria in vna lata, parit rei iudicatæ exceptionem in alia.*
19 *Dominus census seu reditus actionem realem & personalem simul, contra principalem & eius hæredem intentare non potest.*

20 Cumulatio hypothecariæ & personalis simul admittit.
21 Satisdatione debiti liberatur pignus.
22 Requisita præcipua quasi Seruianæ siue hypothecariæ, & actiones ex empto, quæ.
23 Episcopus siue Prælatus, præmisso tractatu Capituli, eiusque consensu præexistente, ob repentina pericula, sine præscitu vel indultu Romani Pontificis, legitime res ad mensam Episcopi destinatas, pro reditu empto hypothecare potest.
24 Necessarium vix dici vel imaginari potest, quod non simul & vtile contineat.
25 Elisio in hoc voto, in quibus principaliter consistat, hoc loco demonstretur.
26 Comitatus Lossensis cũ pertinentijs est feudum imperij.
27 Bona Ecclesiastica quando obligari possint.
28 De duobus principaliter hoc loco quæstio instituenda, & quæ illa.
29 Ecclesiasticarum omnium rerum, tam temporalium, quam ad Ecclesiam spectantiũ, alienatio prohibita est.
30 Verbi (alienationis) extensio quæ.
31 Ecclesiasticarum rerum alienatio vt valide fieri possit. duo requiruntur. Quibus non obseruatis contractus erit nullus ibid. n. 32.
33 Quoad formam, de rebus Ecclesiæ alienandis, quæ requirantur.
34 Causæ alienandi vnde principaliter dependeant.
35 Solennitates, quando de euidenti necessitate Ecclesiæ constat, adeo stricte non exiguntur.
36 Vrgente necessitate facilius quid fieri permittitur, quod alias vix licet.
37 Princeps tempore belli, quod illi infertur, cur statim indicere possit contributiones.
38 Ecclesiastici, cum regulariter à solutione collectarum sint immunes, quandoque tamen cum alijs contribuere tenentur. & nu. 61.
39 Prælato aut ciuitati pecuniam creditam, in eorum versam vtilitatem ad probandum, sufficit, si contractus tempore pecunia indiguerit.
40 Creditor tantum in casu mutui probare tenetur, pecuniam conuersam esse in vtilitatem Ecclesiæ.
41 Effectus huius alienationis in hoc casu vel cõtractu quis.
42 Effectus alienationis rei Ecclesiæ, de iusta causa factæ quis.
43 Solennitates non sunt introductæ, vt Ecclesiasticis alios decipere permittatur, sed duntaxat, ne Ecclesia decipiatur.
44 Subitanea irruptio vbi sit, non oscitanter & secure de sufficiente necessitate, &c. deliberandum. Ipsius belli præsentia, & armorum fremitus necessitatem publicam & ineuitabilem facit, ibid. n. 44. 45.
46 Propter casus emergentes receditur à solitis, & transitur ad insolita. Ratio quæ ibi.
47 Principis reditus & thesaurus pro locupleti, quando habeatur, & quare.
48 Minus est habere actionem, quam rem.
49 Iura non præsumunt, principem promptos & sufficientes habere thesauros, ad sumptus bellicos faciendos.
50 Forma & solennitas in alienandis & obligandis Ecclesiæ rebus, duplici respectu adhibenda.
51 Alienandi causa si est euidens & in Ecclesiæ rem & vtilitatem cedit, tunc re ipsa solennitatis & formæ iuris effectus habetur.
52 Horum probatio quæ.
53 Pupillo vel minori, vindicanti fundum ab eius tutore sine decreto venditum vel obligatum, quando & cur obstet exceptio doli.
54 Occasio iuris non debet trahi ad iniquum cõpendium.
55 Ecclesia ex contractu nullo, vel non rite facto, tenetur, quatenus locupletior facta.
56 Tempore belli, ob imminentem necessitatem multa licent, quæ alias sunt illicita: ita vt & tunc res Ecclesiæ, inconsulto summo Pontifice, alienari possint. ibid num. 57. Ratio eius ibidem subnectitur.
58 Necessitas legi non subest, sed omnibus dominatur.
59 Necessaria venditio, generaliter non continetur in prohibitione alienationis. Et lex in alienatione rerum Ecclesiasticarum pro homine interponit suum decretum. ibi num. 60.
Ratio eius ibidem. & nu. 61.
62 Solennitas remittitur, vbi res celeritatem exigit.
63 Necessitas est ex lex & legi non subiacet.
64 Iuramentum ab Episcopo præstitum, quod inconsulto Romano pontifice, res Ecclesiæ alienare nollet, quomodo intelligendum, & in quibus casibus.
65 Suspicionis purgationes quæ.
66 Probationis necessitates quæ.
67 Collectæ pro stipendijs militum conductorum contra hostes patriæ; paratam habent executionem, secus vero est in collectis, ratione onerum præteritorum.
68 Quæritur, an contractus prædecessorum obliget successores.
Affirmamus. ibid. num. 69.
70 Prælatus si rite contrahit, Ecclesia ipsa contrahere dicitur.
71 Successor quare bene gesta prædecessoris sui ratificare obstringitur. Item conuentiones cum principe vel prælato, nondum impletæ, per successorem adimplendæ sunt. ibi nu. 72.
Quinimo successores ad dignitates non per successionis, sed electionis viam venientes, gesta & contractus decessorum seruare & approbare debent. ibi. nu. 73.
74 Dignitas Episcopalis, &c. sicut & Vniuersitas & Respublica regni, non moritur. Nec hæredem, quia in semetipsa semper viuit, habere dicitur.
75 Distinctio, An successor Principis qui pecuniam mutuam accepit, ob honorem suum, aut ob aliam suam vtilitatem, aut ob statum dignitatis, teneatur.
76 Necessitas mitigat rigorem iuris, facitque vt teneatur, qui alias non teneretur.
77 Ex contractu datur actio personalis contra successorem, Item hypothecaria, contra res Ecclesiæ vel dignitatis, cuius gratia contractum est.
78 Contractus Principis efficacia quæ.
79 Probationis factæ per testes efficacia quæ.
80 Instrumentum sigillo principis vel capituli sigillatum, executionem habet paratam ex consuetudine. Imo maioris dicitur virtutis, quam guarentigiatum, & ratio quæ. ibi. nu. 81.
82 Sigilli efficacia.
83 Sigillum Archiepiscopi, Episcopi vel Prælati, ordinariam iurisdictionem habentis, quid operetur.

84 Fi-

84 *Filius consentiens patri donanti tenetur.*
85 *Præpositus aut Decanus Ecclesiæ, cur, etiamsi dignitati suæ renunciauit, obligatus maneat.*
86 *Origo obligationis & obligatoriorum attenditur, à primordioque tituli posterior formatur euentus.*
87 *Prohibitio feudi sub pœna amissionis, vt sine consensu domini pignorari non possit, quomodo intelligenda.*
88 *Per Hypothecam feudi, nisi secuta traditione, non transfertur ius reale.*
89 *Prouentus commoditatis & reditus ipsius feudi, ipso iure alienari permissum est.*
90 *Electores, Principes & magna feuda ab imperio habentes, cum pro receptis pecuniis nonnulla ex eis feudis obligant, etiam transferendo possessionem, non opus habent specificum Imperatoris consensum exigere.*
91 *Feuda sine consensu domini non tantum hypothecari, sed & de consuetudine, quæ ipso iure consistit, alienari possunt.*
92 *Consuetudo inspiciens feudum, vincit legem, & pro ipsa lege habetur.*
93 *Consuetudo in regno Franciæ est, quod sine delectu omnia feuda alienari possint, etiam domino inuito.*
94 *Exceptio obiecta cur consensus Domino non releuet.*
95 *Quæritur, An quantitas empti reditus ad ratum 20. denarij, iuxta Constitutionem Carolinam, moderanda &c.*
96 *Quæritur, An per pactum excessiuum, totus corruat contractus, vel excedens iustam pensionem, reducendum sit ad legitimum modum census. &c.*
97 *Pecunia pupillaris gaudet iuris prærogatiua.*
98 *Consuetudine communi & vsu receptum in terra Leodiensi & illis Germaniæ partibus vt reditus anni ad ratum 16. denarij vendantur.*
99 *Constitutio Carolina, fere ab omnibus imperij statibus nunquam obseruata fuit.*
100 *Quæritur, An mensa Episcopalis sola eiusmodi obligationem, cum pecunia in communem causam & rem statuum cesserit, sustineri debeat.*
102 *Hypotheca & actiue & passiue est indiuisa, nec inuito creditore diuiditur.*
103 *Cardo negotij in quo consistat.*
104 *Episcopus Leodiensis temporalia seu regalia ab imperio in feudum possidet.*
105 *Constitutioni Carolinæ tacito consensu populi derogari potest.*
106 *Emptiones reddituum ad ratum decimisexti denarij per totum fere Belgium, & in Ducatu Brabantiæ receptissimæ sunt.*
107 *Iudices Prouinciæ Leodiensis, omnes territorij leges & consuetudines in pectoris scrinio reconditas habent.*
108 *Qui peccauit, ipse moriatur.*
109 *Pœna personam non egrediuntur, sed eandem comitantur.*
110 *Consuetudo est facti, & non præsumitur. (debet.*
111 *Iudex ex actis, non ex conscientia priuata iudicare.*
112 *De pœna temere litigantis, hæres & successor non tenetur officit vero, quæ ipsi imponitur.*
113 *Pœna temere litigantis est arbitraria & pecuniaria.*
114 *Episcopus L. est sub imperio & non exceptus consuetudine.*

TAMETSI in grauaminibus huius tertiæ † instantiæ, nullitas processuum, & iudiciorum præcedentium obiiciatur, idque duplici modo: vt quia prætenditur defectus iurisdictionis priorum iudicum, tanquam singularium, non habentium cognitionem in spiritualibus rebus & personis: de his enim Iudices † seculares se non intromittunt. *c. si diligenti. de foro compet. c seculares. eod. in 6. Dd. in cap. vnico. de clericis coniug. lib. 6. Vant. fol. 15. Specul. tit. de reconuent. §. 1. 2. 3. vers. & trado & in tit. de sentent. §. 4. vers. pen.* Sed exceptio † nullitatis omnino est attendenda quando ex defectu iurisdictionis venit, late *Gail. obs. 42. num. 8 lib. 1.* Tamen eam obiectionem factam hic puto magis, vt illudantur iudicia, & vexetur aduersarius, quam vt causæ iustitia detegatur. Quod vero rect † & legitime coram prioribus iudicibus processum sit, videtur ex eo quod causa principalis consistit super Arresto ab ordinario loci obtento, de re hypothecata, vigore liquidati contractus. Et sic Iudicium cœptum, erat reale, vel dependebat ex realitate: quo casu coram Iudice seculari causa tractari debet. *l. de ijs. 3. C. de Episc. & cler. Auth. Cleri. ibi quod si naturæ † causæ, vel alia ratio faciat, vt negocium apud Episcopum decidi non possit, per ciuilem procedat Iudicem. &c. ibique notatur. C. eod.* Licet enim persona clerici non sit de iurisdictione temporali: secus tamen quoad bona, præsertim immobilia *Oldrad. cons. 17. nu 8. per tex. in l. 1. C. de his qui in Sacro Palat. milit. li. 12. & l. 1. in pr. C. de imponenda lucrat. descrip. li 10 Guiliel. de Cugno in d. auth. Cler. de Episc. & Cler. n. 2. ibi. Ofred. num. 1.* Et ita dicit per maiora decisum, *Boer dec 69. nu 7.* Nam bona immobilia † non sequuntur conditionem personæ, sicut mobilia *d. l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. l 1. §. si vero violator de pace tenend. sentit in terminis Paul. ast. in cons. 352. numero 1. p. 1.* Hinc dicit: si conuentus habet † bona in aliqua ciuitate, ille Iudex mittit in possessionem illarum rerum, in cuius sunt iurisdictione. Item in alienatione illarum rerum, si decretum necessarium, decurrendum est ad iudicem illius loci, vbi sunt. Item cum agitur † realis, potest quis conueniri, vbi res est, licet ibi non habeat forum *l. si C. vbi in rem act.* Facit quod dicit *Felin. in c. super literis. 9. col. ibi tertio facit. de rescr. refert Chassan. in tit. des retraics. rub. 10. §. 1. nu. 9.* vbi dicit, quando † actio personalis ad exhibendum est præparatoria ad actionem in rem, tunc sicut Iudex secularis debet esse Iudex causæ illius realis, sic etiam debet esse Iudex causæ præparantis, &c.

Idque nostro casu tanto magis quod bona, de quorum immissione agitur, sunt de comitatu Lossensi, quæ ex ipsiusmet Appellantis iudiciali confessione, feuda Imperij, sicque non proprie ecclesiastica, sed Principalia siue Fürstlich: / † & prophana bona sunt, & passim in Imperio receptum, vsu, & notorie consuetum, vt eiusmodi causæ, tam spiritualium quam secularium Princ-

cipum in iudicijs politicis terminentur. Sed & prorogata est iurisdictio tacite, quia nec in prima nec in secunda instantia opposita exceptio declinatoria: Quinimo causa ad seculare consistorium Principis Leodiæ est appellata & prorogata, solummodo ob grauamina iniquitatis, nulla facta mentione nullitatis, ex incompetentia iudicis: sicque per hoc ratificatus & approbatus processus prior, & iniquitas sententiæ saltem impugnata est.

11 Verum prorogatur regulariter iurisdictio † cum ante exceptionem declinatoriam (prout hic factum) opponitur alia exceptio: tunc enim per talem oppositionem inducitur consensus in iudicem, & non potest postea opponi declinatoria, *l. si susceperit, in princ. de iudic. l. fin. C. de except. Dd. in c. inter monasterium. de re iud.* Prout & recusatio

12 Iudicis, † ex causa suspicionis, debet esse prima, quæ opponitur: *Dd. in l. quidam consulebat, de re iud. Lanfr. c. quoniam contra, vers. recusationes, in princip. de probat. Marant. 12. distinct.* Quando enim per aliquem actum positiuum in Iudicem fit consensus, proponendo exceptiones contra personam agentis, vel contestando litem, tunc præsumitur pro iurisdictione ordinaria iudicis, qui alias se publice pro tali gerebat, & communiter reputabatur. *Vant. tit. quib. mod. sent. null. defend. num. 36.*

13 Quod vero in spiritualibus, † non sacramentalibus (vt sunt decimæ, ius patronatus, & similia notata per *Vant. de nullit. tit. ex defect. iurisdict. ord. n. 54*) iurisdictio Iudicis secularis prorogari possit, habetur per *Fel. in c. significasti, n. 1. de foro compet. ibid. Soc. n. 30. & refert Mynsing. resp. 23. nu. 7.* Nec verisimile est, Dominum Episcopum per ignorantiam vel errorem obticuisse, & nõ obiecisse incompetentiam Iudicis, in prima & secunda instantia. Ideoque deprehendi potest, ipsum calumniose voluisse sibi reseruare hanc incompetentiæ exceptionem, ad vltimam instantiam, pro impedienda executione, & vt tandem processus & sententias impugnaret & illuderet. Quod sibi patrocinari

14 vel prodesse non debet. Si enim Iudex † præsumit, & ex certis coniecturis colligit, exceptionem nullitatis malitiose opponi, ob differendam executionem, tunc potest ex officio eam reiicere, etiamsi sit peremptoria, *Abb. in c. super eo, ad fin. de appellat. Iaf. l. 4. §. condemnatum, de re iud. Mynsing. d.*

15 *resp. 23. nu. 5.* Et taliter obijciens † nullitatem & defectum Iudicis, quasi calumnioſus, repellendus est. *Bald. vt per Vant. quib. mod. nullit. sent. defend. nu. 35.*

Deinde obijcitur nullitas, ratione incompetentiæ, propter qualitatem rei hypothecatæ, in quam facta immissio, ac si causa coram Domino feudi agitari debeat. Sed & hæc obiectio nil rele-

16 uat. Quando enim contentio † est inter vasallum & extraneum, causa actiue & passiue coram Iudice ordinario ventilanda est, *argum. c. 1. de content. int. dom. & alium.* Idem, si lis inter Dominum & alium, non vasallum, occasione feudi sit orta: vt

17 si super feudi † pignoratione agetur: tunc enim ex communi regula: Actor Rei forum sequitur, *Zas. in epit. feud. part. 11. nu. 9. 10. Mynsing. cent. 1. obseruat. 99. Zas. cons. 13. nu. 38. lib. 1.*

Tertio possit prætendi nullitas sententiæ secundæ instantiæ, cum ex actis non constet, qualiter à prima sententia ad superiorẽ appellatum, & an eius iurisdictio, mediãte appellatione, fundata fuerit: sed quod errore conscribentis acta, tempus appellationis transpositum sit, ex relatione satis liquet, vt suo loco ostẽsum est. Quodque isto modo appellatione rite interposita & prosecuta fuerit, tacita partium confessio probat, qui tale dubium nunquam mouerunt.

Denique non infert nullitatem, prætẽsus defectus constitutionis filiorum Appellatæ, cum, vt ex actis colligitur, priores processus ratificauerint, & his præsentes interfuerint, sitque pro ipsis secundo iudicatum: Et in hac instantia singulariter pro se, cum ratificatione omnium priorum, constituerint. Hinc nullitatem nullam video. Procuratoria sunt iusta, vide tamen, an filij constituerint, & examina rursus, etiam ex parte Episcopi. Formalium nullum video defectum. Ideoque iurisdictionem Cameræ satis fundatam puto. Actionem hypothecariam cumulatam cum actione ex empto, sicque eas alternatiue esse propositas, libellus primæ instantiæ 31. Octobris Anno 70. exhibitus aperte demonstrat. Licet autem ea cumulatio, præsertim si vtraque principaliter intenditur, vix defendi possit. iuxta textum *in lege fundi, & leg. fundum, de except. & præscript.* Eo quod

18 vbi absolutoria † lata in vna, parit exceptionem rei iudicatæ in altera. *Chassan. in Consuet. Burg. rub. 4. ver. des le teume. num. 17. mihi fol. 790.* vbi concludit, quod Dominus †

19 census seu reditus, non possit intentare realem actionem & personalem simul, contra Principalem, & eius heredem, sed debeat esse vna contentus. Attamen quod hypothecariæ † & personalis cumulatio admittatur,

20 præsertim vbi ad vnum finem, & per eundem actum & modum proponuntur, est textus *in §. sed neque in auth. de fideiuss. Ioan. Fab. in §. Item Seruiana, inst. de act.* Quamuis enim † satisdatione debiti li-

21 beretur pignus: tamen non est absurdum, ea simul peti, quę ad conseruandam solutionem producuntur, compendio litis: *Neguz. tract. de pign. & Hypoth. 1. membr. 8. part. num. 9. & 2. memb. num. 6. Zas. in §. sin autem, nu. 12. Instit. de action. Oldendorp. in class. actione quasi Seruiana.* prout & in hoc iudicio Cameræ, reiecta opinione Chassanei in supra allegato loco, ita obseruatur, testãte *Mynsing. obs. 58. cent. 1.*

An probata.

Præcipua requisita † quasi Seruianæ siue hy-

22 pothecariæ, item & Actionis ex empto, sunt, imprimis, quod debitum subsit, sicque & contractus interuenerit. Id membrum per literas obligatorias, subsecuta recognitione & confessione partis, nec non testium, lucidis & claris depositionibus, ad *2. 4. 5.* articulum, Actionis primæ instantiæ, satis probatum est. Deinde quod res alienabilis vere sit vendita vel hypothecata, interue-

niente

neniente pretio, vel æquipollente: Item q; personæ contrahentes fuerint habiles ad alienandum, vt per *Rofred. Papiens. Pet. Iacob. in formationib. eorum libellorum.* Hęc, inquam, omnia partim dicta obligatione partim testium, omni exceptione maiorum asseueratione confirmantur. Si enim primariæ actricis, nunc appellatæ, testium depositiones examinentur, maxime vero, si & domini Rei testificata eis coniungantur, aperte patebit, quod tempore numeratæ pecuniæ, & empti reditus, tantum belli periculum Leodiensi Episcopatui incubuerit, adeoque summe necessarium fuerit, pro colligendo milite pecuniam compa-
23 rare. vt Dominus Episcopus, † præmisso tractatu Capituli, eiusque consensu præexistente, ob repentina ea pericula, sine præscitu vel indultu Romani Pontificis, rite, legitime & valide res ad mensam Episcopi destinatas, pro reditu empto hypothecarit. Quod enim summe necessarium fuerit, pro defensione totius Episcopatus, & soluendo milite, parare nummos, & creditoribus hypothecis, aliisue modis idonee cauere, asserũt testes vtriusque Rotuli: & quidem Actricis inter cætera, ad secundum articulum, & præliminaria interrogatoria, testis *1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* In Domini Rei vero Rotulo, ad interrogatorium 3. 4. 8. 9. 14. 15. 16. 20. Testis 1. 2. 3. 4. 5. 7. 10 11. 13. 16. Cui ad accedit extractum computus facti & redditi Ioannis Witten, Cancellarij, 20. Iunij, Anno 71. in prima instantia producti, vbi aperte exprimitur, hunc reditum pro tuitione patriæ & prouinciæ, prouidendique contra pericula & necessitates, per tres status patriæ venditum fuisse, cum quo iam dictorum testium depositiones directe concordant: quorum verba, cum in Rotulo copiose referantur, iam late repetere non necessarium puto. Quod vero ea pecunia exposita sit in vtilitatem Episcopatus, iuxta contenta tertij articuli primæ actionis, & interrogatorium 12. & 13. Secundi Rotuli, deponunt testes Actricis, *2. 3. 4.*
24 *5. 8.* Rei vero 3. 4. 10. *11.* prout vix dici † vel imaginari potest, necessarium, quod non simul & vtile contineat, secundum Philosophos. Et in iure nostro *per l. apud Celsum, §. Labeo, de doli mali & metus except. & glos. in l. de pupillo, §. meminisse, de noui oper. nũciat.*

Tractatum Capituli super eo contractu (vt tali casu decet, communicata re, deliberatoque negotio, concluso) intercessisse, deniq; & consensum adhibitũ, & promissiones factas, vt transfixum continet, pariter liquet ex testificatis, ad 4. 6. 7. testium Actricis dictis, nempe 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & ipsiusmet Rei ad interrogatorium 2. & passim, 1. 4 10. Estque ipse consensus Capituli in prima instantia originaliter productus, satis dilucidus, vt effectualiter impugnari non possit. Quod vero improuisus hostium incursus effecerit, vt magna festinatione colligenda pecunia fuerit, resque moram non tulerit, imo nec collectæ siue cõtributiones præcedentes, nec mobilia & vtensilia Episcopi ei necessitati suffecerint, pariter cõprobatur per Actricis testem *1. 2. 3. 4.* Rei vero *1. 2. 7. 10. 11. 15.* Quod & clarum fit ex descriptione status Leodiensis, eius tẽporis in relatione Iureconsultorũ pro causæ decisione 9. Maij. Anno, &c. 73. iudicialiter producta. Concludo itaq; per hæc, & infra latius attingẽda, Actionem esse probatam.

An elisa.

Elisio principaliter consistit in eo, † quod vi- 25
delicet omnia bona Episcopi Leodiensis habeãt priuilegia Ecclesiastica, & sint exempta & libera ab omnibus iurisdictionib. & superioritatib. ordinarijs, sintque immediate sub Pontifice Romano. Item, quod sine eius decreto & solennitatibus in iure expressis, obligari vel alienari non possint. Item dictum Episcopum eius temporis non fuisse coactum, nec tantas extitisse necessitates, vt bona ecclesiastica obligari vel distrahi oportuerit: ad hoc enim suffeciisse priores collectas, ad quas soluẽdas status fuerint prompti. Itẽ, Capitulum, præcedente tractatu necessario, in forma & præscripto iuris, non consensisse.

Primum membrum ex dictis testium Domini appellantis, nec non dispositione iuris, satis clarum est, adeo vt latiorem deductionem res non exigat: imprimis cum ea dispositio restringatur ad casus, de quibus subsequenter nonnihil agendum. Attento etiam, quod quidam testium asserunt, Comitatum Lossensem, † cum pertinen- 26
tijs vt nostro casu receptoria in Hasfeldt, feudum esse Imperij, id quod ex ipsiusmet Rei confessione planum est, ita vt hypotheca nostra magis prophana, quam spiritualis res, quoad effectum præsentis quæstionis, dici possit: adeo vt Imperatoris potius, quam Romani Pontificis consensus exigendus fuisset.

Eadem ratio, quod videlicet bona † ecclesia- 27
stica ex certis, & in iure expressis causis, cum vel sine consensu & solennitatibus, &c. qualitate circumstantiarum, casuum fortuitorum, & ingruentium necessitatum, obligari possint, etiam hoc secundo membro, quod simpliciter ex dispositione iuris depẽdet, militat, de quo & infra.

De tertio, quod nulla sufficiente causa & necessitate ingruente obligatio facta sit, non video aliquid ex parte Domini Rei præstitum, quo hæc asserta verificari possint: ipsiusmet enim testium depositiones diuersum ostendũt, nec documenta in mediũ adducta sunt, quibus hoc loco iuuari possit Appellans. Si denique transfixũ, q; consensum & tractatũ Capituli continet, nec nõ clarissima dicta testium vtriusque Rotuli, impugnanda & cassanda forent, amplioribus probationibus & argumentis, quam hactenus ex actis iudicialibus colligi potuit, ex parte Domini Rei causa agenda esset. Inde concludo, Actionem minime elisam.

Pro enucleatione iam dictorum, de duobus principaliter quæri potest. Primo, † An tempo- 28
re venditi reditus sufficientes causæ extiterint, sufficiensque modus & forma iuris obseruatus fuerit, pro rite & legitime alienandis & obligandis rebus Ecclesiæ. Quod autem rerum † ecclesia- 29

sticarum, & quidem non tantum earum, quæ pro sacris habentur, sed & prædiorum & possessionum temporalium, ad Ecclesiam spectantium, alienatio prohibita sit. Canones & Leges satis ostendunt, notatur *in c. nulli, de reb. Eccles. non alienand. Auth. de non alien. reb. Eccl. Adrian. Pulua de prohib. rer. alien.* Et continetur verbo *alienationis* † non
30 tantum venditio, sed & donatio, permutatio, emphyteusis, hypotheca, & cætera id genus, quibus aut dominium aut aliud ius simile & affine dominio, transfertur, *l. prima, de fund. dotali, l. fin C. de reb. alien. vel non, d. c. nulli. Cuiac. in nouel. 7. vers. alienationis verbo.* Verum vt alienatio † earum rerum valide fieri possit, præcipue duo concurrere necesse
31 est. Vnum, vt ob iustam legitimamque causam id fiat. Alterum, vt modus & forma iure definitus
32 rite obseruetur. Quod si aliter res † Ecclesiæ alienata vel hypothecata fuerit, contractus erit nullus, imo & vendicatio & repetitio locum habebit, *c. non liceat. 12. q. 2.*

33 Quoad formam, iure Pontificio † quidem requiritur, vt diligens tractatus, & concors deliberatio Capituli eiusque consensus, siue maioris partis placitum, insuper & subscriptio eorundem adhibeatur, coniuncta authoritate & ratificatione superioris, prout hoc loco Pontificis Rom. *c. fine except 12 q. 2. c. 1. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. c. 1. de his quæ fiunt a prælat.*

34 Causæ alienandi † principaliter dependent ex necessitate, vtilitate & commodo Ecclesiæ. Quod autem ex communi deliberatione cleri siue collegarum, aut maioris partis Ecclesiæ Leodiensis consensu, venditio reditus facta sit, ex instrumento alienationis, & speciali transfixo dicti collegij, prout supra tactum, liquido constat, ita vt ea authoritas consensus, nulla firmitate impugnata, nec in posterum, vt ex actis elicitur, conuelli possit. Imo, posito, & non concesso, id requisitum deliberati consensus, in forma iuris non exacte fuisset obseruatum, tamen ea solen-
35 nitas † adeo stricte non exigitur, quando de euidenti necessitate Ecclesiæ constat: Ea enim, quæ nostro casu satis liquida est, legem non habet, ideoq; ius præsumit iustam causam accipiendæ pecuniæ subfuisse, adeo vt neque tali casu præsens
36 necessitas, quasi constito de periculo belli, aliter probari debeat. Ideo tunc facilius † fieri permittitur, quod alias vix licet: sicut in simili, extraordinariæ collectæ per Principem vel quëcumq; superiorem, non possunt indici, nisi vrgente necessitate publica, *Bald. in l. neminem, C. de sacros. Eccl. Ægid. Thom. de collect. vers. ne scienter aliquid, n. 6.* &
37 tamen tempore belli, † quod Principi infertur, potest is statim indicere contributiones, non docto aliter de necessitate publica, quasi de ea satis constet, hoc ipso, quod bellum suis limitibus & terris illatum est, vt Dd. qui in hac materia collectarum scripserunt, notant, vtpote Thomatus & alij. Nam etsi Princeps & Fiscus præsumatur locuples, non tamen præsumitur, præsentem & necessariam pecuniam habere ad sustinendum onera repentini belli. Inde etiam fit, quod licet Ecclesiastici regulariter † à solutione collectarum 38
sint immunes, tamen in subsidijs, quæ inducuntur propter bellum, quod suscipitur pro defensione patriæ, etiam Ecclesiæ subijciuntur & tenentur contribuere cum laicis, *d. c. 1. de his quæ fiunt à prælat. & c. clericis, de immun. Eccl.* Quibus accedit, quod satis est, si constet de indigentia Ecclesiæ, ad hoc vt pecunia possit recipi, late *Alex. in l. ciuitas, de reb. cred. ad quod facit Castr. in l. fin de exercit. action.* quod qui mutuauit pecuniã nauis præfecto, vt is nauim reficiat, si ea inde sit refecta, habere exercitorem obligatum. Vt autem hoc nostro casu hostium incursiones impediantur, colligendus fuit miles: & cum Princeps Leodiensis, & eius Ecclesia, destituta esset apparatu, & prompta pecunia, quæ neruus belli est, opus fuit, aliunde remedium quærere, reditumq; pro comparanda pecunia super bonis Ecclesiæ constituere. Deinde dictæ solennitates etiam non adeo superstitiose attenduntur, quin tamen valeat alienatio earum rerum, quando Ecclesiæ is contractus fuerit vtilis, secundum communem Dd. sententiam, vt per *glossam, Ang. Bald & alios, in l. cum hi, §. eam transactionem, de transact. Alberic. in Auth. hoc ius porrectum, de SS. Eccl. Matthesil. sing. 156.* Et satis constat ex rationibus Cancellarij Witten, deputati ad eam collectam, alijsque probationibus, pecuniam pro reditu solutam, in vtilitatem Episcopatus esse versam, ideoque satis est, pecuniam fuisse creditam Administratori, & numeratam. *Bart. in d. l. ciuitas, nu. 13. & ibi Zas. nu. 11. vers. quod autem diximus, de reb. cred.* Et dicit *ibi Bart.* quod satis sit ad probandum, pecuniam Prælato † aut ci- 39
uitati creditam, in eorum versam vtilitatem, si contractus tempore pecunia indiguerit. Imo etiamsi probatum non esset, pecuniam in vtilitatem Ecclesiæ cessisse aut versam esse, tamen contractum consistere, cum satis sit, constare, propter necessitatem alienationem factam esse: quia non nisi in casu mutui creditor † probare tenetur, pecuniam conuersam esse in vtilitatem Ecclesiæ. *Bart. in l. 1. C. de vendendis rebus ciuitatis. lib. 11. Bald. in d. auth. hoc ius porrectum. Corne. cons. 142. lib. 2. Alciat. d. l. ciuitas. & Molin. ad Decium in d. l ciuitas, in fin.* Estque eius alienationis † incommodum Ec- 41
clesiæ factæ, is effectus, vt valeat, licet solennitas non accesserit, vt per *Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 5. de constit. Zuchar. cons. 197. Et notatur in addit. ad Dec. in d. c. quæ in Ecclesiarum. in verb. interuenisset. num. 13. Facit quod notat Molin. ad Dec. c. 1. in verb. contentioso, de constit.* vbi inquit: si constat, alienationem † rei Ecclesiæ factam de iusta causa, huiusmodique alienatio temporalis sit, seruanda est in iudicio, licet defectus solennitatis appareat, §. *Emphyteusin, auth. de alien. & emphyt Dec. in d. c. quæ in Ecclesiarum, num. 9. & in cons. 124. n. 3. Iohann. Fab. Inst. de eo, cui libert. causa bona adjuncta, in fin. Capoll cons. ciuili 14. num. 2. Dec. cons. 124. num. 3. Paris. cons. 16 vol. 2. Grat. cons. 46. lib. 1.* Et ita in senatu Parisiensi iudicatum fuisse dicit Molin. Idq; non iniuria, cum

so-

43 solennitates † non sint introductæ, vt Ecclesiasticis permittatur alios decipere, sed duntaxat, ne Ecclesia decipiatur, facit *M. Mant. in d. c. quæ in Ecclesiarum, num. 13.* Consi dero etiam in præsentia: quod nulla potest Ecclesiæ considerari læsio, ratione obligationis nostræ, cum mensa Episcopalis per hoc potius locupletior sit facta, non solum in pretio reditus venditi, quod in suum vsum & necessitatem accepit, sed etiam ob interusurium eius pretii, per & propter quod res mensæ exempta ab incõmodis & voragine militum, tam conductorum, quam hostium.

Quibus etiam accedit. quod tanta hostilis necessitas tũc incubuit Leodiensi, vt ex mora parandi pecuniam, & colligendi militem, pro defensione, graue periculum sibi immineret. Quo ca-
44 su, & vbi subitanea † irruptio fit, non otiosanter & secure deliberandum est, an sufficiens necessitas, pro obligandis rebus ecclesiasticis subsit, & an Princeps satis pecuniosus & potens, ad su-
45 stinendam belli molem. Quia ipsa belli † præsentia, & armorum fremitus necessitatem facit, & quidem publicam & ineuitabilem. *Albert. Brun. cons. 117. est inter consilia feudalia.* Et receditur à so-
46 litis, † propter casus emergentes, & transitur ad insolita: quia necessitas hoc facit, quæ legem non habet, vt loquitur *Bald. in cons. 435. incip. super eo, volum. 5.* Ideo Princeps, tempore G erræ, potest recipere calices & cruces argenteas. *Afflict. §. similiter potest, nu. 21. de Cap. qui cur. vend. Roland. à Vall. cons. 69. cum seq. lib. 2.* Et licet reditus & thesaurus †
47 Principis pro sufficienti & locupleti habeatur, quoad ordinaria ad successiua onera patriæ: secus tamen, quoad improuisa, momentanea & subita onera: allegatur *Iac. de Syello. in tract. de iure Adohe.* vbi præsenti pecunia opus est, nec spectatur, quid in nominibus habeat Princeps, cum militibus non nomina assignari, sed prompte stipendia numerari debeant. Et que eo casu vera
48 regula, Minus esse, † habere actionem, quam rem, *l. minus, de reg. iur.* Hic enim inest periculum in dilatione solutionis: imo & iura non præsumunt,
49 † Principem, licet sit secularis, promptos & sufficientes habere thesauros, ad sumptus bellicos faciendos, *arg. l. in bello, §. facta de captiu. & postlim. reuers. Abb. c. cum super, num. 20. de caus. possess. & proprie.*

Hinc fit, quod defectus ordinis, iuris & formę,
50 in alienandis & obligandis † Ecclesiæ rebus, prout obijcitur nostro casu, nihil impedit: Ea enim forma & solennitas duplici respectu adhibetur: nempe, vt cognoscatur, an subsit casus permissus, & vt præcaueatur, ne Ecclesia in alienando decipiatur, vt notant *Dd. in c. hoc consultissimum, de reb. Eccles. non alien. in 6. & in d. c. sine exceptione 12. q. 1.* Si itaque alienã di causa † prout nostro casu con-
51 stat, est euidens & credit in rem & vtilitatem Ecclesiæ, tunc re ipsa habemus solennitatis & formæ iuris effectum. Ideoque de modo curandum non est, *l. si filiusfam. §. 1. vbi gl. & Ang. quod cum eo qui alien. pot.* ne leges videantur impositæ verbis & nõ rebus, *l. nominis, ibid. Alciat. de verb. signif.* Hæc ipsa confirmantur, † argumento sumpto de pupillo, 52
seu minore ad Ecclesiam, de quo *in c. c. auditis, de in integr. rest. & plura per Euerh. in locis sub eodem tit.* Sed certum est quod † pupillo vel minori, vindi- 53
canti fundum vel prædium suum, quod eius tutor sine decreto (& sic nulliter, & contra ius, *l. magis puto, de reb. eor. qui sub tut. sunt sine decret. non alen.*) obligauit vel alienauit, obstat exceptio doli, nisi pretium, & medij temporis vsuras restituat, quando in ipso pretio & interusurio locupletatus est, *Molin. in d. tract. de vsur. q. 37. nu. 282. & seqq. textus in l. si fundus, §. quanquam, l. si pupillorum, §. fin. de reb. eor. qui sub tut. l. patri, §. prædium, de minor* Rationem assignat Imperator *in l. fin. C. de vsucap. pro emptore*, dicens: Non debere iuris † occasionem 54
trahi ad iniquum compendium. Quod sane fieret, si occasione omissi decreti, minor, per contractum nullum ex defectu formæ, captaret lucrum pretii, & eius interusurij cum iactura emptoris, prout nec lex minorib. adeo fauet, vt sub prętextu non rite factę alienationis, licet vtilis & necessariæ, permittat pupillos lucrari cum alieno damno, *d. §. quanquam, in fin. & ibi notatur per Fulgos. de reb. eor. qui sub. tut.* Hoc enim naturali æquitati & iustitiæ repugnat. *l. nam hoc natura, de cond. indeb.* Ideoque in specie *Bal. in d. l. si de vsucap. pro empt per illum tex. annotauit*, Ecclesiam † ex con- 55
tractu nullo vel non rite facto, teneri, quatenus locupletior facta est: & agentem vel excipientem repelli exceptione vel replicatione doli, textus est *in d. §. quanquam.*

Hinc etiam fit, quod † tempore belli, ob im- 56
minentem necessitatem, multa licent, quæ alias 57
sunt illicita: ita vt tunc, † & res Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice alienari possint, multis probat *Cacheran. de. is. Pedemont 68. n. 23. 24. 25.* Vbi enim existit præsẽs necessitas, & res celeritatem desiderat, adeo vt dilatio siue mora consulendi Pontificem, periculum habeat, tunc alienatio absq; ea solennitate valet, *Panor. in c. fi. de Eccles. ædif. Zabarell. in Clem. 1. num. 27. de reb. Eccl. non alien. Archidiac. in c. Abbatibus. 12. q. 2.*

Necessitas enim † legi non subest, sed omni- 58
bus dominatur. *Tiraq. vbi multa allegat in tract de retract. consang. §. 26. nu. 20. cum seqq.* Et generale est: quamuis necessaria venditio † non contineatur 59
in prohibitione alienationis, *l. Diuus, de petit. hæred. Tiraq. d. tract. §. 1. gl. 14. nu. 11.* Lex enim, † etiam in 60
alienatione rerum ecclesiasticarum, pro homine interponit decretum suum, per citata per *Canonist in d. c. fin.*

Quia ex magna causa, vt videlicet periculis obuietur, licitum est leges transgredi, *l. si hominem, mandat. cum multis, vt per Felin in cap. 1. colum 16. de constit Ias. in l. cum seruus col. fin. de condict caus. dat. caus. non secut:* Inde fit etiam, quod Ecclesiastici † regulariter à solutione collectarum 61
sunt immunes, sub pœna tripli, & banni Imperialis, *Festas. de collect. part. 4. 6. 1. num. 1. 2. 3. Thomat.*

de

de collect. verb. Exactio munerum, numero 31. Nisi indictæ fuerint propter bellũ, quod suscipitur pro defensione patriæ: quibus etiã Ecclesiastici subijciuntur, & tenentur contribuere cum laicis. *d. c.* 1. *& c. ecclesiarum, de immunit. Eccles. late Thomat. d. tract. verb. non obstant. quasi per tot. & Festas. d. loco. nu.* 15. Et licet etiam in huiusmodi subsidijs Ecclesiastici non possint ad solutionem constringi per secularem magistratum, sed Pontifex, vel eorum
62 Superior sit requirendus. Tamen ea † solennitas remittitur, vbi res exigit celeritatem: allegatur ad hoc *Nicol. Balb. in consilio suo, relato & inserto decisionibus Pedemont. decis.* 68. *nu.* 3. & mora est periculosa: id enim necessitati imputatur & adscribi-
63 tur, quæ est † exlex. & legi non subiacet. Ideoq;
64 traditum est, licet Episcopus † iurauerit, non alienare res Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, non tamen intelligi, alienationem necessariam esse prohibitam. Tale enim iuramentum intelligitur præstitum in casu, quo ius non resistit sed in casu, quo necessitas requrit aliquid, non resistit ius, sed adsistit, vnde actus contra iuramentum celebratus valet. *Panorm. in cap. cum intellecto, de iureiur. Corn. consil.* 372 *num.* 7. *lib.* 3. *Lap. allegat.* 31. *num.* 5. Et ita in auditorio Rotæ decisum, *dicit Marcellus Cardinalis in suis decisionibus, decision.* 149. *& seqq. Refert & sequitur Ant. Bardus in tract. de temp. vtili c.* 12. *nu.* 12. Cum itaque indubitatum sit, Episcopum Leodiensem in dictam necessitatem & angustiam esse coniectum: sequitur, quod libere & valide, inconsulto Pontifice Romano, bona mensæ suæ, pro necessaria pecunia, reditu aliquo redimibili, iuste onerauerit.

Nec obstat, quod dicitur, Ioann. Henrici, mala fide versatum circa hanc alienationem. Hanc
65 enim suspicionem † purgat & elidit, consensus Capituli manifestus: Item necessitas & vtilitas Ecclesiæ probata: Item, quod adhibitæ sint omnes solennitates, quas rerum status eius temporis ferre potuit: alias etiam Pontificis authoritatem accommodasset. Item, quod non stetit per d. Iohann. Henrici, quod non aliter fuit deliberatum vel consensum, super ea alienatione: quia istam omissionem totam excusant supra dictæ necessitates & pericula.

Quod vero ad probationem eius necessitatis
66 attinet, dicitur ea satis esse † liquida ex eo, quod tempore contractus hostis inuasit ditionẽ Leodiensem, & ob hoc indicta Comitia, ordinesque statuum conuocati fuerunt. Quo ipso ius præsumit, circa aliam vlteriorem probationem, necessitatem præsentem subfuisse. Bellum enim necessitatem ostendit & probat, patet ex simili: Quod collectæ extraordinariæ per Principem non possunt indici, nisi vrgente necessitate publica. *Bal. in l. neminem, C. de SS. Eccles. Thomat. d. tract. de collect. §. ne scienter aliquid, num.* 1. *& seqq. fol.* 343. Si tamen Principi bellũ inferatur, potest simpliciter collectare, licet aliter de necessitate nõ doceatur: ita intelligitur *Thomat. in d. §. non obstant. n.* 13. *circa medium, mihi fol.* 141. & alij, qui in hac materia scri-
67 pserunt. Inde fit, quod † collectæ pro stipendijs militum conductorum contra hostes patriæ, habent executionem paratam, cum secus sit in collectis, ratione onerum præteritorum, vbi quis auditur in suis defensionibus: quia cessat necessitas & metus damni publici, pulchre *decis. Pedemont.* 86. *nu.* 6. 7. 8.

Deinde, secundo loco quæritur, An contractus † prædecessorum obliget successores. Qui enim succedit in dignitate, non succedit in bo- 68
nis, siue in hæreditate: sed qui non succedit in hæreditate, non tenetur creditoribus antecessoris sui, *argum. l. filij, de iure patron.* Sed, ne prolixior sim, breuibus puto, satis noti esse iuris, contractum prælati † obligare successo- 69
rem in beneficio, ad debitum & ad forum. Innoc. *in c. querelã, ne prælati vices suas. vel rationes sub an. cens. conced. Bald. in sua Margarit. verb. Prælatus.* Quando enim prælatus † rite contrahit, Ecclesia ipsa con- 70
trahere dicitur. Nomine autem Ecclesiæ & officij quis contrahit, quando id ipsum in contractu exprimitur, *Cardin. in Clem. fin. de procurat.* Ideoq; successor ex contractu prædecessoris, qui habuit administrationem nomine Ecclesiæ, obligatur: quia Ecclesia nunquam moritur, *c. grauis, depositi. c. liberti. la* 2. 12. *q.* 2. *Natta cons.* 122. *nu.* 10. *& seq.* Ob-
stringitur etiam successor, † bene gesta præde- 71
cessoris sui ratificare, *c. decessorum* 25. *q.* 2. *ibi Archidiac.* Succedit enim in honore & onere, *Bald. in sua Margarit. in verb. dignitatis. Oldrad. cons.* 249. Hæc confirmant notata per *Dd. in l. digna vox, C. de ll.* vbi dicunt, conuentiones prædecessorum ligare successores: Et conuentiones † cum Principe vel 72
Prælato, nondum impletas. per successorem adimplendas esse, *Iás. cons.* 10. *libr.* 3. *Viuius lib.* 2. *commun. opin cap.* 235. Quinimo successores, † qui ve- 73
niunt ad dignitatem, non per successionis, sed per electionis viam (vt Papa, Imperator, Episcopus, & alij) gesta & cõtractus prędecessorũ seruare & approbare debent, *Bald. cõs.* 159. *lib.* 3. *& post eũ Capit. decis.* 121. *Roland. à Valle cõs.* 1. *n* 40. Tales. n. cõtractus celebrati sub nomine dignitatis, officij & dominii, transeunt ad successores, *c. Abbate sane, in princ. de sent. & re iud. lib.* 6. *c. intellecto, de iureiur. Innoc. ibid.* Debet enim tali casu considerari dignitas, † 74
quæ non moritur: sicut etiam in simili dicitur, quod vniuersitas & Respublica Regni, semper perseuerat, & non moritur, nec dicitur habere heredem, quia semper viuit in semetipsa: notatur *in l.* 1. *§. fin. si quis ius dicenti non obtemp.* eleganter *Bald in d. cons.* 159. *n.* 4. 5. *Et Natta cons.* 122. *n.* 3. Nec refert, quod successor non habet à prædecessore causam, sed de nouo creatur per electionẽ, *l. si quis domum, in princ. locat. l. lex vectigalis, de pignor.* Quia nihilominus succedit in iure dignitatis, & afficit contractus ipsam dignitatem, cuius est administrator. *Castr. in d. l. digna vox. Bald. cons.* 326. *lib.* 1. Idq; maxime qñ cõtractus est gestus pro vtilitate Ecclesiæ, *Alex. Imol. l. si filio, §. fin. solut matrim. Ang. d. l. ciuitas. Alciat. cons.* 14. *& cons.* 23. *cons.* 38. *& per supra allegata.* Ideo locũ habet distinctio, q̃ habet *Iacob. de Beluis. in auth. vt nulli iudic. §. si vero quis, vers. solutio. & post eum Lus. de Penna. quem. refert. in l. si quos, vers. soluo*

secun-

secundum Iacobum, C. de fundis rei priuat. lib. 11. videlicet. Aut Princeps accepit pecuniam ob honorem suum, aut ob aliam suam vtilitatem, aut ob statum
75 dignitatis. † Primo & secundo casu, successor non tenetur, nisi succedat ei in hereditate, *arg. l. prouidendum, C. de decurion. lib. 10.*

Tertio verò casu: Aut prædecessor in dignitate, accepit pecuniam mutuã, in causam voluntariam, aut in causam vtilem ipsius dignitatis: & his quoque casibus successor non tenetur, *l. si rem communem, Codic. si cert. petat.* Aut verò accepit in causam necessariam, vtputa, ob dignitatis statum, vel dignitatis res considerandas: quo casu successor tenetur. Dignitas enim & persona, siue successor, & res dignitatis, tunc afficiuntur, *leg. sicut, §. final. quod cuiusque vniuer-*
76 *sit. nom.* Et necessitas † mitigat rigorem iuris, facit namque vt teneatur, qui aliàs non teneretur, *leg. final. cum auth. sequent. C. de pignorib.* Daturque actio
77 † personalis ex contractu contra successorem, *Dd. in d. c. 1. de solut. & in d. l. ciuitas.* Datur etiam hypothecaria, contra res Ecclesiæ vel dignitatis, cuius gratia contractum est, *§. his consequens, Auth. de*
78 *equal. dot.* His etiam succurrit, quod contractus † Principis, debet esse tam efficax, vt ex eo non solùm hypotheca (quæ nudo pacto constituitur, *l. contrahitur, de pignor.*) contrahatur, sed & dominium sine traditione transferatur, *Dd. in l. quoties, C. de rei vend.* habeatq; effectum instrumenti guarẽtigiati. *Rebuff. in commen. ad const. reg. tit. de lit. oblig. in præfat. n. 26.* Sed id instrumentum, probatis requisitis, paratam habet executionem, *Bened. de Barsis in tr. de libello gaurentig. q. 2. vers. descendo igitur ad quar-*
79 *tum.* Et probatio facta † per testes, ad corroborationem obligationis & instrumenti, habetur perinde, ac si descripta fuisset in instrumento. *Bar. in l. certi condictio, §. quia, de reb. cred. Bal. in l. fin. C. de fideic. Bened. de Barsis in d. tr. q. 9. vers. & ad corroborandum.*
80 Instrumentum etiam sigillo Principis vel † Capituli sigillatum, executionem paratam habet ex consuetudine. *Ioh. Fab. in l. certum, C. famil. ercisc. in verbo est. Boer. in consuet. Burg. §. 27. tit. de iurisdict. omn.*
81 *iud.* Imò maioris † dicitur virtutis, quàm guarentigiatũ. Nam per sigilli appositionem, insinuatũ dicitur. *Pyrrh. in consuetud. Aurelian. in rub. execut. in-*
82 *strũ. artic. 1. 2.* Sigillũ enim † facit indubitatam scripturam, *Bart. in l. in bonæ fidei, num. 5. C. de reb. cred.* & indubitatam scripturæ probationem: quia signũ est ratificationis & confirmationis contractus, *l. in fraudem, §. 1. de milit. testam.* & ita per regias ordinationes constitutum, habet *Rebuff. supra dicto lo-*
83 *co, n. 26.* Estque iuris, quod sigillum † Archiepiscopi, Episcopi vel Prælati, ordinariam iurisdictionem habentis, dicitur authenticum, & probat, executionemque paratam habet, *glos. in ca. 2. de fid. instrum.* Et ita seruatum in curia Romana, dicit *Archidiac. in cap. curia, 11. quæstion. 3.* Idque tantò magis, quod Episcopus appellans, tempore contractus fuit Decanus & Canonicus Leodiensis, qui consensit & sigillauit. Simile est in patrono, consentiente donationi, *l. non videtur, si quid in fraud. patron.* Sic & † in filio, consentiente patri donanti. 84
Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 1. glos. 9. nu. 135. cum seqq. Similiter & Præpositus aut Decanus † Eccle- 85
siæ remanet obligatus, etiamsi dignitati suæ renunciauit: quia parti ab initio ius quæsitum fuit. *Socin. consil. 160. col. 4.* Nec status mutatio in altiorem gradum, eximit aliquem à primæua obligatione, *l. si. Reus, iudic. solu.* Remanet enim tunc effectus obligationis, *leg. final. C. de decur. Zas. consi. 9. nu.*
10. *lib. 1.* Et attenditur † origo obligationis & ob- 86
ligatorum, à primordioque tituli posterior formatur euentus, *l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. Zas. d. loco, n. 1. 2. 3. & seqq.* Inde concludenter puto, Dominum Appellantem, tanquam successorem in dignitate, ex contractu prædecessoris obligatum, eumque vigore instrumenti obligatorii, Appellatis ad satisdationem teneri.

Deinceps potest de aliis quibusdam, non admodum releuãtibus punctis quæri: de quibus saltem concluiuè, quid sentiam, breuibus dicam.

Primum est: An ob hoc, quod Receptoria in Haßfelt, sine consensu Imperatoris est hypothecata, dicendum, contractum esse nullum, cùm sit feudum Imperii, ideoque Dominum Episcopum ad reditus non obligatum. Hoc loco puto, satis cognitum esse: licet feudum sine consensu† 87
Domini, sub pœna amissionis, pignorari non possit, per text *in ca. 1. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid. c. 1. de prohib. feud. alien per Lothar.* Id tamen intelligi ita demum, si processum fuit ad traditionem rei, aliàs secus: dicit *Bald. in cap. 1. §. aut si libellario, in vlt. column. vers. sequitur in textu, nu. 4. quib. mod. feud. amitt. vt per Cyn. in l. si alienatum, C. de verb. signif.* quia per simplicem hypothecationem, nudo verbo factam; nunquam intelligitur ventum contra prohibitionem, nisi sit processum ad traditionẽ: licet aliàs hypotheca nudo consensu constituatur: neque per verbalem pignorationem incurritur pœna, cum promittere non sit alienare, *l. ad eum, §. Lucius, de donat. Bald. in cap. 1. §. denique, quæ fuit prima cauſ. benef. amit. & c. 1. in princip. ad fin. primæ col. de prohib. feud. alien. per Frid.* Et per hypothecam feudi, † non transfertur ius reale, nisi secuta tra- 88
ditione, sicque non, nisi secuta inuestitura, *cap. 1. quid sit inuestit. Præpos. & alii post Bald. in d. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. circa princip. Zas. in Epit. feud. part. 9. num. 18. Hartm obs. 20. per tot. tit. de feud. Curt. Iun. in tr. feud. 4. parte prin. n. 95.* Quod verò nostro casu, non tantùm nulla possessionis translatio siue traditio realis facta, sed nec pretium, nec interesse vel reditus, ab Anno 58. vsque in hunc diem, restitutũ sit, ex actis manifestè constat, nec vllibi negatum reperitur. Imò si obligatoriæ literæ perpendantur, patebit, non tam alienationem, quàm commoditatis prouentus & reditus ipsius feudi, esse
factam † id quod iure permissum esse non negabi- 89
tur, vt per *Bald. & alios in d. c. 1. §. aut si libellario, quib. modis feud. amitt. facit, Specul. in titul. de pignor. §. 1. circa. finem. & Bart. in leg. si is qui, §. an vsusfructus, de pignor. Curt. iun. in iam dict. loco, limit. 3.*

Et communem opinionem dicit *Ruin consil. 176. numero 13 lib. 1.*

Considerandum et ã tali casu puto, in Impe-
90 rio nunquam ita obseruatum esse, vt† Electores, Principes, & qui habent magna feuda ab imperio cum pro receptis pecuniis, maximè in necessitatis casibus, nonnulla ex eis feudis etiã, transferẽdo possessionem obligant, opus habeant specificum Imperatoris consensũ exigere. Idque ex consuetudine & vsu recepto. Hinc dicit *Zas. in Epit. feud. par. 9. n. 22.* In Germania nostra Friderici constitutionẽ & prohibitionem malè seruari. Quòd verò feu-
91 da sine consensu† domini non tantùm hypothecari, sed & alienari (quod plus est) ex consuetudine possint, eaque consuetudo iure consistat, parum ambigitur. *Ita tenet Iohann. Reinald. in cap. 1. §. habito, de prohib. feud. alien. per Frid. prout allegat Iacobin. de S. Georg. de feud. verb. & cum pacto, n. 6 arg. glossæ in clem. dudum, § fin. de sepulturis. Zas. iam dicto loco.* Et hanc magis communem opinionem Doctorũ esse dicit *Cur. Iun. con. 158. n. 8.* sicut etiam videmus, quod in cæteris omnibus, quæ respici-
92 un. feuda, † consuetudo vincit legem, & ipsa
93 pro lege habetur. Indè & in regno Franciæ† consuetudo est, quòd sine delectu feuda alienari possint, etiamsi feuda Ecclesiæ essent, & etiam ipsum Dominio inuito, dicit *Pet. Rebuff. in tractatu suo circa arborem feudalem, vt refert Zas. supra dicto loco.* Nec videtur releuare hæc exceptio consensus
94 Domini: Aut enim† est obiecta pro cassando toto contractu, & id fieri non potest, quia principaliter de solutione debiti agitur, quod ius separatũ est à iure hypothecæ, accessoriè contractui adhęrenti. Et sic in omnem euentum Dn. Appellans de principali debito tenetur. Aut est obiecta, ratione pœnæ & amissionis feudi, & tunc malè ad commodum Appellantis allegatur, quia eo ipso prodit suã turpitudinẽ, qua versatus est circa alienationem rei feudalis: Ergo non audiendus,
95 *iuribus vulgatis.* Quæri etiã† potest, An quantitas empti reditus moderanda sit, ad ratam vicesimi denarii, iuxta constitutionẽ Carolinã, & sic in hoc (dato quod aliàs pronunciandũ pro Appellatis) prior sententia reformãda? Hæc exceptio in prioribus instãtiis nõ fuit obiecta. Nũc verò in effectũ totius contract⁹ cassationis & annullationis op-
96 posita est. An verò per tale pactum† excessiuũ, totus corruat contractus, vel id, quod excedit iustã pensionem, reducendum sit ad legitimum modũ reditus, iuxta constitutionẽ Imperii. Nolo in hoc esse prolixior, refero me ad ea, quæ *D. Gail. c. 5. li. 2.* multoties in Camera obseruata esse, & se meminisse dicit: eum videlicet excessum reiectũ, & reductionem ad legitimum modũ vsurarum factam, nec totum contractũ cassandum esse: id quod & nostro casu, vt opinor, fieri potest. Considerandũ tamen puto, quòd nec in hac nec in præcedentibus instantiis reductio ad ratã dictæ constitutionis vllibi petita, sed solũmodò pro cassatione totius contractus submissũ est. Item, quod hic con-
97 tractus celebratus est ex pecunia pupillari, quæ† iuris prærogatiua gaudet, ita vt ei⁹ interesse vsura pupillaris nuncupetur. *Anton. Costa. lib. 1. q. iuris ca. 1. n. 7.* Et aliquando centesimam, aliquando minorem summam attingat, vt latè *Molin. de contract. & vsur. q. 76. & 77.* Item quod in terra Leodiensi, †& 98 illis Germaniæ partibus, communi consuetudine & vsu receptũ, vt reditus anni ad ratam decimisexti denarii vendãtur. Item, quòd constitutio Carolina† non tantùm in hoc puncto, sed & aliis 99 articulis, à plerisq;, & ferè omnibus Imperii statibus in effectu nunquã deducta, sed diuersum hactenus obseruatũ fuit: Secundũ ea enim non tantùm pacta excessiua cassanda & reicienda, sed & condemnatio in pœnã, & amissionẽ quartę partis summæ principalis, facienda foret. Putarim itaq;, Iudicẽ hoc casu posse sãltẽ in terminis petitionis versari, & reformationem sententiæ prioris euitare, attenta imprimis qualitate Iudicis à quo, qui correctionẽ primæ sententiæ non interm sisset, in vsum Leodiẽsis, sui Superioris, & Domini, si iusta ratione fieri potuisset. Si tamẽ Dominis placuerit, suprà allegata ex *Gail.* omninò etiã hîc imitanda esse non resistam.

Denique non importunè quæri potest, an 100 mensa Episcopalis† siue Episcopus solus, obligationẽ hanc sustinere debeat, cùm pecunia in cõmunẽ causam & rem statuũ cesserit? Sed paucis, videtur eam exceptionem communis vtilitatis statuum, Appellatis malè obiici, ad hoc, vt actio distrahatur & diuidatur in plures Reos. Cum notorii iuris sit, hypothecam & actiuè † & passiuè 102 esse indiuisam, nec diuidi, inuito creditore, *l. 1. C. de luit. pign. l. solutum, § si creditori, de pignor. act. Molin. in tract. de diuid. & indiuid part. 3. n. 28, Facit, vt per Ranchegall. de duobus Reis instituendis ad l. eandẽ rem, n. 284.*

His ita perpensis, concludo, reiectis, siue non admissis grauaminib⁹, hîc productis, & causa pro concluſa in principali acceptata, pronunciandũ, in priori instantia benè iudicatũ, & malè appellatum, cum refusione expensarum.

Saluis DD. votis.

D. N. Iurisdictio & Procuratoria iusta & fundata, causam non esse prophanam, Actionẽ dat, vt Referens. Esse probatam. Pro Elisione allegatum, vt Referens. Non elisam. Vult summã reducere ad legitimam ratam. Sicq; concludit cum Referente, nisi quòd reformanda sententia, quo ad ratam, cum expensis.

D. N. Cardinem negotii esse: † An res Ecclesiæ 103 sine solennitatibus possint alienari. Sed rem esse alienatam ad tempus, *gl. in cap. 1. de reb. Eccles. alien. vel non. ibi Dd.* Concludit, obligationẽ validã: Dat actionem quasi Seruianã, non esse absolutã alienationem vel venditionem. Quoad reductionẽ, vult reducere ad vicesimam, quia meminit, in hoc Senatu ita obseruatum, vt æquitas seruetur. Non curat morem in Belgico, quia in toto imperio fit, & hîc moderatur: alias in pœnã temerè litigãtis puniter. Expẽsas compensat huius instãtię.

D. N. sibi difficultatem mouebat, quod cum Episcopus Leodiensis † temporalia seu regalia ab 104

Impe-

Impetio in feudū possideat, non posse, &c. *c. 1. de alien. feud. per Frid.* Sed quandoquidem prouent⁹, seu receptoriam, & sic non ipsum feudū, sed eiusdem potius fructus & commoditates, prædicto reditui destinatos, eiusq; annua solutione grauatus (in cuius generis obligatione de Domini consensu non laborandum, vt per Referentem) non amplius hæret.

Quoad reductionem, secundum normam & præscriptum constitutionis Caroli ineundam.

105 Quin tacito populi † consensu derogari eidē constitutioni possit, extra dubium constituit *l. de quibus, in fi. de ll.* Et quamuis, quid in prouincia Leodiensi hac in re increbuerit, aut frequentatur, certò nequeat affirmare, per totū tamen ferè Belgium,

106 † & in Ducatu Brabantiæ, qui agro Leodiēsi confinis est, eiq́ue immediatè cohæret, emptiones redituum ad ratam decimisexti denarii esse receptissimas, sibi peculiariter & priuatim esse notum: quam consuetudinem in Leodiensium mores facilè potuisse etiam prorepere, verisimile esse, *arg. dict. l. in quibus, in princ. & l. 1. C. quæ sit longa consuetudo.* Quam opinionem præsumit, quia in duab⁹ prioribus instantiis, in ipsa Leodiensi prouincia agitatis, nil hoc nomine sit exceptum, imò eiusdem

107 prouinciæ Iudices † coram quibus causa bis acta (qui omnes territorii leges & consuetudines in pectoris scrinio habent reconditas, *arg. l. omnium, C. de test.*) vel ex officio saltem nil sub hac reductione decreuerunt, *tex. l. si seruus plurium, §. fin. de legat. 1. l. semper in stipulat. de reg. iur.*

Pœnam temerè litigantis si præmortuus Episcopus, qui tertiò aleā iudicii non bona fide subiuit adhuc existeret, non euaderet: attamē cum sententiæ iam ferendæ executio in modernū Episcopum, qui alicuius fraudis aut suspicionis conscientiæ nequit argui, pœna ista eum mulctandū, æquitatis ratio admittere non videtur, qui pecca-

108 uit, † ipse moriatur, diuinis proditum literis, & ex suo delicto vnumquemque pœna subiici, non autem alterius criminis successorem constitui, æquitati consentaneum est, *l. crimen. de pœn.* Quod

109 denique pœnæ † personam non egredi, sed eandem comitari debeant, est constitutum *l. Sancim⁹. C. eod.* In omnibus itaque cum Referente concludit.

D. N. Vult quantitatem empti reditus ad vicesimam reducere, etiam expresè, non petente parte, sicut etiam factum in causa **Mandeßloe** contra **Steckleben**. Non ipsum mouet consuetudo, ea

110 enim † facti est, nec præsumenda, nec in actis deducta, multò minus probata, & iudex ex actis,

111 non † ex conscientia priuata iudicare debet. Concludit, quoad empti reditus summam, excedentem Constitutionem Carolinam, faciendam moderationem: sic etiam quoad condemnationem expensarum, priorem sententiam reformandā, & eas compensandas.

D. N. Rem feudalem posse obligari: *Roland. à Valle consil. 31. num. 61. nu. 64. vol. 2. & consilio 54. vol. 3. Caualcan. de vsufr. mulieris. num. 184.* & hoc iure vtimur, *Hartman. Pistor. quæst. 24. n. 38.* Et idem in censibus & reditibus feudalibus locum habet, *Dd. c. 1. §. his consequenter. Hic finitur Lex. Conrad. Pistor. q. 25. n. 22.* Ergo talis reditus fructus obligari possunt. Deinde posito, quod res hypothecata fuerit feudum, tamen non releuat: Nam dato ex abundanti, quod hypotheca nulla esset, tamen tenetur Appellans actione personali.

De pœna temere litigantis, † licet hæres & suc- 112
cessor non teneatur *l. 1. de priuat delict.* Tamen limitatur, quod pœna hæredi quoque officiat, quæ ipsi imponitur. *l. commissa. de publican. & vectigal. l. 3. §. quod autem. glo. verb. etiam heredi. versicu. vel hic real. quod quisque iur. Gail. de pace. pub. c. 20. lib. 1. n. 51.* At pœna ea † est arbitraria, & pecuniaria. Quod eo magis 113
statui potest, quia successor temerè litigantis, non cessit liti, sed ratam habuit, & adhuc habebit: Vndè in eadem mala fide hærebit, & particeps erit. Sed quia libentius sentit cum Dominis, qui volunt ratam deducendam esse ad vicesimum denarium, hic etiam cessabit. Qua sententia reformanda. Nam Episcopum † esse sub Imperio, & non 114
exceptum esse consuetudine, de qua non constat. Compensatis expensis vtriusque instantiæ: Quia facienda reformatione sententiæ, tunc litis expēsæ compensantur: *Gail. c. 10. lib. 1.*

Sententia.

In causa quondam Domini Gerhardi, Episcopi Leodiensis, nunc Laurentij Wildhelmi, tanquam Domini litis, Appellantis ex vna, contra quondam Annam de la Venne Viduam Matthiæ Henrici, & consortes in actis nominatos, appellatos ex altera partibus, grauaminib⁹ 5. Octob. Anno 74. & additionalib⁹ 15. Decembris, Anno 74. productis, tanquam irreleuantibus reiectis, causam ex officio pro concluſa acceptamus, & secundum hinc inde allegata & deducta pronuncia mus, sententias priorum instantiarum reformandas esse, prout easdem reformamus, nempe hoc modo, quod pro singulis centenis, quinque saltē floreni annui compensandi. In reliquo verò benè iudicatum; malè appellatum. Expensas, in hoc Imperialis Cameræ Iudicio factas, ex causis nos mouentibus, compensantes.

VOTVM IV.

In causa Nobilis L. von H.

Contra

Nobilem L. von H.

SVMMARIA.

1 *Citationes, in appellationibus ad altiorem indaginē & consultationem inuestigandam factis, vt iudicia liter petantur, vel decernantur, nec iuris necessitate, nec de iudiciorum ritu opus est.*

2 *Præsumptio militat pro Iudice.*

3 *In dubio, an benè vel nulliter fit processum vel appellatum, iudicari debet, vt actus sustineatur vt magis valeat, quam pereat.*

4 *Iudex procedendo ad vlteriora, regulariter tacitè obiectionem reiecisse videtur.*

5 *Sententia declaratoria, & subsecuta confirmatoria, si sub nomine Iudicis, & verbis non leguntur, sunt*

nullæ. Limitatur in casibus aliquot. Tum si partes tacitè vel expressè consentirent. ibid. numero 6. 7. 8. 9.

10 *Declaratio non debet fieri cum solennitate requisita in ipso actu Principali. Et declaratio testamenti dubij fieri potest coram duobus testibus. ibid. n. 11.*

12 *In sententiæ interpretatione tantæ solennitates non requiruntur quæ in sententia.*

13 *Declaratio sententiæ, non nisi semel fieri potest.*

14 *Appellatio ab executione non debet fieri. Neque à decreto executionis appellari potest. ibid n. 15.*

16 *Sententia vim rei iudicatæ sortita, executionem habet paratam.*

17 *Cardo huius appellationis ex quibus dependet.*

18 *Verbum, Collatio, in materia familiæ herciscundæ, quomodo intelligitur.*

19 *Suppletio siue adæquatio, non tantum re ipsa, sed & pecunia, vel alia ratione fieri potest.*

20 *Conuento datur electio, an diuisioni consentire, an verò, quod iusto pretio deest, supplere velit.*

21 *Collatio fit duobus modis. Re ipsa qualiter fit ibi. n. 22.*

23 *Collatio bonorum in quem finem inuenta.*

24 *Satis contulit, qui tantum remittit, quantum alius ex collatione habere debet.*

25 *Diuisionem in melius reformari, quomodo intelligendum. Et quibus de causis id tantò magis in hoc casu attendi debeat. ibi. numero. 26. 28. 30. 31. & num. 33.*

27 *Actualis & totalis diuisio an amplius peti possit, & quo auxilio renouari vel rescindi debeat.*

29 *Obscuritas ad iuris intellectum referri debet, & opinio minus ius ciuile ledens amplectenda.*

30 *Præsumptio est præ sententia eiusq; declaratione.*

31 *In dubio magis fauendum est conuento.*

32 *Difficultas in facto, æquiparatur impossibilitati.*

34 *In diuisione hæreditatis latissimum est iudicis officium.*

35 *Secundo loco quid principaliter quærendum.*

36 *Executionem fieri per Iudicem sententiæ non est opus sed territorij Iudex adeatur.*

37 *Immissio fit vbi res sunt sitæ.*

38 *Iudex propria authoritate vel inspectione executionẽ expedire potest, vel duos bonos æstimatores mittere. Vel partes eligere possunt æstimatores vel arbitratores. ibi.*

39 *Quod iam est, magis fieri non potest.*

40 *Diuisio inter adultos retractari non potest, nisi probata vltra dimidiam iustæ æstimationis.*

SVbmissum esse potius super principali puncto appellationis, & actis prioribus, iuxta *ordinat. par. 3. tit. 32. §. 1. & 2.* qua super admissione grauaminum, vel non admissione ad probandum, satis constare puto, ex grauaminum, Exceptionum, & Replicarum petitionibus. Quod partes etiam in exordiis dictorum productorum non obscurè innuunt, dum vtrinq; fatentur, grauamina nil continere noui, sed solummodo ex prioribus actis esse desumpta. Cui & protocollum Iudicij concordat.

Formalia appellationis, tam huius, quam præcedentium instantiarum, sicut & Procuratoria, iusta esse, inter referendum admonuisse sufficere potest. Nullitates nonnullæ in grauaminibus obiectæ sunt, quas non attendendas puto. Licet enim Iudex Iudicij zum Homborn vnd Borck 21. Aprilis Anno. 70. se declararit, se non posse recipere Appellationem, cum sibi non constet de sententia, à qua appellatum: Cum tamen ea declaratio, non in forma, vt patet ex sequentibus decretis iudicialibus, nec in vim sententiæ iudicialis, vel interlocutoriæ, quæ & ipsa reuocari posset, nec absolutè & decisiuè, sed potius cum suspensione ad altiorem indaginem & consultationem sit facta, id quod ostendunt verba: Es were dann / daß man mit Recht was könt erhalten. Ideo non puto multũ referre, quod ab ea declaratione, ad cautelam & ex abundanti appellatũ, neque appellatione neglecta prima in effectum deducta, & ad eius prosecutionem rirè, decimo videlicet Maij sequente, processus impetrati fuerint. Prout nec iuris necessitate, † nec de iudicio- 2
rum ritu opus est, vt eiusmodi citationes iudicialiter petantur vel decernantur. Malè igitur hoc loco dicitur, per actum appellationi contrarium, ab ea esse recessum, eique renunciatum, sicq; desertam appellationem in puncto Executionis.

Deinde ex altero capite (quod videlicet Iudici & Iudicio intra decendium sein Gerechtigkeit nicht soll gegeben seyn) desertio malè prætenditur: nam acta priora diuersum habent: videlicet Lubertũ se purgasse iudicialiter, dicendo, se cum appellatione simul deposuisse quosdam nummos, quos Iudex receperit, & contentus fuerit, eique sententiæ 23. Maij satisfactum esse; reprehenditur ex eo, quod postmodum Iudex, recepta appellatione, pro declaratione sententiæ latæ Veneris post Vocem Iucunditatis Anno 60. Acta remisit Iurisperito, quod testatur decretum 24 Maij, iuncta ipsa sententia declaratoria 15. Decemb. eod. Anno publicata, vbi Iurisperitus rescribit, sibi pro declaratione d. sententiæ à Iudice & partibus acta esse remissa. Nisi enim appellans tunc, pro more Iudicii, & vigore præcedentis decreti, 23. Maij Iudici debitos nummos numerasset, nec appellatio recepta, nec Acta Iurisperito remissa, nec sententia declaratoria iudicialiter publicata fuisset. Sicq; nec ex hoc capite desertio colligitur: Militat enim † pro Iudice præsumptio, q̃ ritè processerit 2
l. 1. C. de offic. ciuil. iud. leg. Herennius. §. Caia de euict. cap. Pisanus de restit. spoliat. Gail. obseruat. 72. lib. 2. Et quando est dubium, † an benè vel nulliter sit proces- 3
sum, tunc iudicari debet, vt actus sustineatur & valeat magis, quam vt pereat. *Vant. de nullitat. per multa alleg. tit. qualiter sent. null. defend. possit n. 27.* Estque in dubio pronunciandum, appellationẽ valuisse, nec esse desertam: *Vant. d. l. n. 128. per multa allegata.* Nec opus fuit Iudici, pronunciare super ea desertione, quæ nunquam extitit. Regulariter enim † iudex procedendo in causa, eam obiectio- 4
nem reiecisse dicitur, per *Dd in c. ex parte. de Appellat. Bar. in l. à procedente Iudice. C. de dilat. Alexand. consi. 37.*

num.

tium.18.19.lib.2.Vant.quib.modis sent.repar. n.9. Quia procedendo ad vlteriora, videtur tacite pronunciasse super exceptione, *Bald.c.2.de iuram. calū. Phil. Franc.late,d.c.ex parte.n.10.*

Tertio obiectum est, sententiam declaratoriam,† & subsecutam confirmatoriam, esse nullas, quia nō lectæ & publicatæ sint sub nomine Iudicis,& verbis,non primæ,sed tertiæ personæ,iurisperitorum videlicet,quorum consilio Iudex vsus est, tūc enim non rite & in scriptis lata præsumitur, *Rota dec. 409.in nou.per Vāt.in cap.ex defect .proces. n.76.* Ergo ipso iure non valebit, nec necesse habebit ab ea appellari, *cap.fi.de sent.& re iudic.in ō. Vant. iam d.loco n.70.per plura.* Id tamē† intelligitur & limitatur in nonnullis casibus, vt si partes tacite vel expresse consentiant, taliter ferri sententiā: *arg.leg. videamus.§.si tamen tantam.de in litem iurand.leg.fin.in fi.de temp.appell.l.si constante.C.de donat.ante nupt.* Qui consensus ex actis facile colligi potest, licet in hoc Doctores discrepent. Vel, si Iudex est laicus imperitus, *l.certi.C.de iud.* alias enim iurisdictio expediri non potest, vt inquit *l.2.de iurisd.om.iud.* Vel si consuetudo† loci id ferat. Item in causis, in quibus libellus† nō est necessarius, vt per *Specul. de sentētia. §.iuxta propositionis.n 12.* Item, vbi non† tam sentētia, quam declaratoria sentētiæ fertur & publicatur, prout est nostro in casu: Tūc enim locum habere, quod dicitur: Declarationem† fieri non oportere cū solennitate requisita in ipso actu Principali, *leg.hæredes palam.& 2.ibid. Bartol. de testam.* Sicut enim† declaratio testamēti dubii potest fieri coram duobus testibus. *Bartol.leg.prima, C.de Codicill.& in dict.§.2* Ita & in sententiæ† interpretatione tantæ solennitates non requiruntur, quæ in ipsa sententia. *Bartol.in leg.ab executore.nu.8. de Appell. per dict.leg.hæredes.§.2.de testib.* Et puto, nos iam non esse in casu prohibitæ interpretationis sententiæ, vbi ea, vel mutatur, vel augetur, vel restringitur, vt notatur *per Bartol.& Dd.in dict.leg.ab executore. de Appellat.* sed in nudis terminis declarationis, vbi nihil noui fit, vbi ibid. *Bart.& Iason post alios in l. quicquid. de verb. obligat.* Cui etiam accedit, quod ex actis colligitur, nostram declarationem expresso partium consensu esse subsecutam. Quod vero talis declatio dubii & obscuri, per Iudicem, præsertim ordinarium, vt nostro casu factum, cum consilio & consensu partium recte fiat, refert etiam *Gail. obseru.116 lib.1.n.1.*

Quarto, nullam† esse sententiam declaratoriā ex capite, quod sit contra sententiam priorem, & sic sententia contra sententiā lata, *l.prima, C.quando prouoc.non est necess. Franc.cap.dilecto.quæst.14.de appellat. Felin. c. inter monasterium. de re iud.* Sed si recte prior cum sequenti sententia conferatur, id vix elici poterit. Licet enim in priori, dictio, conferre, intelligi possit, prout appellans accipit: tamen etiam in altero significato sumi potest: Sicq; hac in parte dubius est eius intellectus, qui recte interpretationem admittit *per supra allegata.*

Quinto obiicitur, secundam sententiæ interpretationem esse nullam: cum declaratio nō nisi semel fieri possit, *l.si.in dict. l. quidquid astringenda de verb.oblig.* Quia Iudex declarans verba ambigua sententiæ vel contractus, id mutare, corrigere vel variare nequit *Ang.leg.quod iussit.de re iud. l.si quis intentione.de iud.glos.in d.leg.quicquid adstringēda.de verb. oblig.* Sed respondetur, iteratā interpretationē, vel contrariam primæ factam non esse: missiua enim D. Echtij aliud non habet, nisi quod se offert ad declarandam sententiam, si id exigatur: sicque ad declarandum oblatio potius, quam ipsa interpretatio fit, prout in ea missiua ex priori sententia reperitur, conferre esse idem, quod Einbringen. Secus autem apparet ex sequenti declaratoria, quod ipsemet appellans ita intelligit & fatetur, quod nunc præcipuum est inter eius grauāmina.

Tandem allegatur appellatum esse† ab executione, quod fieri non debet, vt est communis cōclusio Dd. *notatur in leg. ab executione. quorum appell. non recip.d.l.ab executore. de Appell.* Sic etiam à decreto† executionis non appellatur. *Bald.in dict. l.ab executione. Spec. tit.de appell. §. in quibus. versic. & scias Alexand consilio 18. colum pen.in fi.versic fortius dico. volum,6.& consil. 95.colum.2.versic.quid autem vol.2. Felin.c.quoad consultationem.n.18. 20.de re iud* dicit esse communem. Sed puto casu nostro permissam esse Appellationem, siue dicamus ab Executione, siue à decreto Executionis prouocatum. Quia illic cōsideratur, quod mod⁹ dicitur excessus, & quod in appellatione expressa est causa eius excessus & grauāminis *Bartol & Dd.in dict.l.ab executione. Abb in dict.cap.quod ad consultationem.numer.30.de re iud. Marant.verb.Executio sententiæ.numero 55.* Hic vero, quia ex ea pronunciatione siue decreto de exequendo nouum grauāmen, à prima sententia siue pronunciatione illatum esse dicitur, quo casu etiam permissa est appellatio *Spec.ibid.Iohann. Andr. in tit. de execut.sent.§.pen.versic.sed secundum eum. Felin. dict. capit.quod ad consultationem, numero decimosexto, de re iud.* Sed nostro casu appellatum esse ab ipsa Executione, imo & mandato executionis, ipsaq; duo simul coincidisse probat copia Executorialium, inserta actis primæ instantiæ huius causæ ub 13.& 17. Aprilis Anno 70. An vero hic simus in casu permisso Appellationis, vel non, erit loc in causæ decisione discutiendum. Hoc loco officere puto admonuisse, nullitates ex primi instantiis obiectas; iurisdictionem Cameræ non remorari.

Actionis genus primordialiter in hac causa institutum, anxie nobis inuestigandum opus esse non puto, cum sententia† super a pronunciata, vim rei iudicatæ sortita sit, quæ executionem paratam habet: quæ finem controuersiæ imponit, & pro veritate habetur *iuribus vulg.* Si tamen vtile videbitur, certam sedem & statum controuersiæ definiri vel ostendi, tūc ex actis satis conspicuū esse puto ab initio, siue in primo causæ processu actū vel familiæ herciscundæ, vel de doli actione. Cum enim dolus incidit in contractū bonæ fidei, vel causam ei cōtractui dat, recte agitur hac via ad restitutionem, vel retrahendum; *leg. & eleganter. in*

princ.de dolo.l.si plures.l. arbitrio.eod.titul.Petr. Iacob. in form.libell.act.de dolo.num. 4. Vel actum conditione ex *l.maioribus.C.commun. vtriusque iud.* ex qua & datur actio præscriptis verbis,& Iudicium communi diuidundo,*Ioh.Fab.ibid.* vel actum vtili cõdictione ex *l.2 de rescind.vend.* Quod magis hoc casu placet.Quia omnia hic concurrere videntur,ex quibus condictio ex l.dari debet,per text.*in l. 1.de condict.ex lege.*Illa enim l.2.de nouo succurrit,cũ antea nullũ remedium læsis datum sit. Rationibus hoc probat *Pinellus in repet.d.leg.2.part.1.c.1.n.* 2.3. Et tali casu obligatio non resultat ex tenore conuentorũ,sed principaliter ex æquitate,cui d.l.2.vires tribuit *d.leg.1.de cond.ex leg.* Quod autẽ ea legis secundæ decisio, locum habeat ẽt in materia diuisionis bonorum,notat *gl.Bartol.Bal.Castr. & alii hinc inde, præsertim in d.l.maioribus. C. commun. vtriusque iud.& in d.l.2.Schurff consi.*85.*n.*15.*16.cent.*1.Quodque super hac actionis specie pronunciatum, idque iam in iudicatum abierit, ante attigi, & ipsius sententiæ tenor satis declarat. Non igitur conuenit iam excutere,an & qualiter probationes & deductiones in primo processu hincinde agendo & elidendo factæ fuerint,nisi velimus actum agere, & superfluos labores sumere.

Sed id iam prẽcipuum est,videre, An grauamina appellationis,quatenus concernũt merita causæ,siue materialia,& quæ principaliter consistunt
17 in puncto iuris sint fundata.Cardo enim † est.An sententię prioris declaratio,eiusque secuta cõfirmatio,iure cõsistãt. Cuius resolutio ex hisce duobus dependet dubiis.Primo, an vigore sententiæ, Veneris post Vocem iucunditatis Anno 60. latæ, quæ transiuit in rem iudicatam,collatio & diuisio bonorum paternorum & maternorum ita faciẽda sit,vt omnibus bonis conferendis,à cohæredibus reuocatis,& in commune latis siue positis,ac si neuter possessionem separatam vnquã habuisset,demum partitio fiat. Vel quod collatis & æstimatis bonis, id quod iusto precio alterius partis deest, suppleatur,& cohæredi in pecunia satisfiat, ęqualitasq; constituatur.Quod itaq; tali casu realis bonorum,sicque iterata diuisio, & non pecuniari suppletio fieri debeat, asserit Appellãs noster,*per text.in l.incerti.C.famil.herciſc.l.hæredes.*§.*in familia.Dod.* Verbum enim,† collatio in casu familiæ herciscundæ,aliter non intelligi quam in medium latio, & communicatio bonorũ defuncti,
18 *notatur in l.*15.*1.de collat.bon. Bart. ibid. in rubr. Azo & Iaſ.eod.tit.in rubr.* Nam quod erat proprium, dicitur ibi in medium collatum, id est, communioni subiectum: Et est infusio siue coadunatio rerum conferentis in res communes, seu cum rebus cõmunibus diuidendis, *vt not.in l.si soror. C.de collat. Alberic. de Rosat. in dicto verb. collatio.* Ideo quidã tradunt, non audiri conuentum,qui vult in pecunia satisfacere, sed eum præcise teneri in rebus ipsis diuisis,vel quod iterum fiat diuisio,*Ioh.Fab.in d.l.maioribus.Sequitur Molin.de contract.vsur.& commer.n.* 182.
19 Sed è diuerso,quod suppletio †siue adæquatio fieri possit,non tantum reipsa,sed & pecunia, ve alia ratione,probat *text. in d. l. 2. & l. si voluntate.in fi.C.de rescind.vẽd.c.cum dilecti.de empt.& vend.* Datur enim † electio cõuento, an consentiat rescissioni 20
diuisionis, vt alia fiat,an vero velit supplere,quod iusto precio deest.Idq; in materia *d.l.2.*expeditum est,*per eum tex.& d.l.si voluntate.in fi. communiter sentiunt Dd.* Quia emptor vltra dimidium deceptus, potest petere, vt restituatur id, quod vltra verum precium dedit, vel, vt totus contractus rescindatur,sicq; petitur vtrumq; alternatim:Sed in arbitrio rei conuenti est,alterum eligere.*Refert Oldend. in class.4.act.1.cap.6.n.* 7. Et licet hoc loco disceptetur inter Dd.An sola res distracta sit in obligatione,supplementum vero pretii in facultate soluẽdi,prout est opinio glossæ, quam sequuntur plurimi; An vero & res & pretium sit in obligatione, vt communiter tenent *Canonistæ in d. c.cum dilecti. de empt.& vẽd.*tamen eam altercationẽ minimi, vel nullius momẽti esse,comprobat *Pinell.d.l.2.part.3. c.3.n.7.& 8.*vbi dicit:siue vna siue altera opinio teneatur,nihil impedit Libellum & Iudicẽ procedere.Sicut enim procedit libellus alternatiuus,ex glossæ sententia. Ita secundum Canonistas valet, si agẽs simpliciter esse petat, idque quammaxime in casu hoc,l.2.vbi per apertum & clarum ius, cõuento salua manet electio,& modus agendi,conuento nil adimit.Sufficit ergo,si apte narretur, vt ius elici possit(id quod nostro casu, ex sentẽtia & re iudicata perspicue habetur)cui? veritas ex verbis agentium non mutatur, *l.sicut. C. ad l.Cornel. de falſ.* Nec enim ad actorem spectat, formare sentẽtiam,cum Iudicis & agentis diuersa sint officia, Ideo inquit Bar.*in d.l.2.numer.*16. hic varie peti posse, vno modo, vt libellus concludat alternatiue: Alio vero,quod solummodo petatur res restitui, & hoc veniat iure actionis, sed per officiũ Iudicis dari conuento facultatem retinendi rem, & supplendi iustum pretium:*& Bald.ibid.n.*19.Quamuis autẽ sententiæ nostræ tenor innuat,simpliciter ad rem ipsam,siue portionem iustam hereditatis obtinendam,casu nostro actum & petitum:id quod iam præcipuus controuersiæ status est, vt dictum. Quia tamen in hac materia, iura petitionem vel præcisam vel alternatiuam admittunt,vt vtroque modo agi possit, & vtrobique conuento libera sit electio,eaq; opinio verior & receptior censeatur, quæ ex *reg.l.*1.*C.de form.sublat.*iuuatur, vbi rei veritas,non formula attenditur. Ideo puto, id per supra dictas rationes nõ attendendum,sed tam id q̃ petitum, quam quod iudicatum subsistere, ita vt conuentio,legis beneficium, (electio videlicet,) saluum maneat.

Similiter nec obstant,quę supra ex definitione & etymo dictionis, Collatio, siue conferre, præmissa sunt.Fit enim † collatio duobus modis,vi- 21
delicet vel reipsa,vel cautione.Si reipsa, † tunc fit 22
vel per actualem diuisionem bonorum conferẽdorum,vel per æquipollens,quia in eo dicitur fieri collatio,vt si tantum remitto,quantum teneor conferre,& idem,si nomen debitoris paterni tibi delegauero, vel fundum, aut rem aliam dedero

pro

pro parte bonorum, quæ debeo conferre, dicit *Vitalis Neumansensis in tract. de collation. part. 2. num. 24.* Ex æquipollentibus enim quod fit, non refert, *l. si de commisse. §. si cui de leg. 3.* Et collatio † bonorum, 23
tantum æqualitatis seruandæ gratia est inuenta, *Bald. in leg. illud. in princ. C. de collat.* Habita itaque qualitate, de modo non curatur, *leg. si sui natura. quemad. testam. aper.* Inde dicitur, satis contulisse, † 24
qui tantum remittit, quantum ex collatione alius habere debet, est *text. in leg. prima, §. aut enim re. dict. tit. de collat. bon.* Et sunt iuxta hanc distinctionem etiam intelligendi supra allegati textus, *in leg. inverti. l. donatio. l. hæredes. §. in familiæ*: qui in genere & indefinite dicunt, rationem habendam rerũ, quas cohæredes assumpserunt vel deteriorarunt. Cui nec nostræ sententiæ declaratio repugnat, sed potius consona est, & inde desumpta videtur.

Quod autem non tantum in contractibus regulariter electio detur debitori, *leg. plerunque in fin. de iure dot. notatur in l. stipulationum quædam. §. qui illud. leg. si stipuler. ibique Zas. de verb. obligat.* Et vbi quota debetur, vt aliud pro alio soluatur *l. non amplius. §. fin. cum leg seq. de leg. primo.* Verum etiam in diuisione bonorum, decisio, *dict. leg. 2* quoad electionem, vt ea competat conuento, locum habeat, adeo vt liberum ei sit, vel consentire rescissioni diuisionis, vt alia, fiat, vel supplere, quod iusto precio deest. Sicq; non obstet, quod dicit *Iohann. Faber. & Molin supr. citatis locis.* Patet ex eo, quod dum Dd. cõmuniter tradũt, *dict. l. 2.* procedere in diuisione bonorum, per id non obscure significãt, etiam vigore eius legis, conuento competere electionem, Ideoq; *& Bal in dict. l. maioribus num. 2.* dicit: si actum sit ex diuisione facta, ob enormẽ læsionem, vltra dimidium, & petitum, diuisionem
25 † in melius reformari (prout hoc casu dicta sententia innuit) tunc id intelligẽdum, vt vel recedatur à diuisione, vel pactio iustificetur seu suppleatur, & id, quod est immoderate factum, reducatur ad modum, vt *leg. placuit. de vsur.* Ideo inquit, si fratres diuidant ad breuia, & sortis infœlicitate emergit intollerabilis deceptio, debet ea in melius reformari, *per dict. leg. maioribus. & leg. 2. §. primo, in fin. ibi, vel æstimatio rerũ, vel diuisio celebretur. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. decimo.* Idque nostro casu tan-
26 to magis attendi potest: Primo, † cum ipsi litigantes (vt ex actis notorie patet) inter se omnia bona hæreditaria, actu & re diuiserint, suamq; portio-
27 nẽ quisq; tenuerit: Quæ actualis † & totalis diuisio amplius peti non potest *leg. si filia §. familiæ hercisc. l. 1. cap. eod. facit optimus textus, in leg. fin. dict. tit.* qui dicit, fratrum communis hæreditatis diuisionem renouari vel rescindi non debere, nisi auxilio ætatis, cõcordat textus, *in leg. si maior. C. commun. diuidũ.* Vel nisi fiat per modos & rationes, de quib. actũ supra, & quæ in aliis iuris partibus explicãtur.

28 Deinde & ob hoc, † quod versamur hic in materia dubiæ interpretationis sententiæ: quo loco
29 statur: regulæ quod obscuritas † ad iuris intellectum referri debet, & amplectẽda est opinio, quæ minus lædit ius commune.

Tertio, † quod præsumptio est pro sententia, 30
eiusq; declaratione, præsertim vbi partes expresse elegerunt declarationem Iurisconsulti, cuius cõsilio prior sententia facta est: prout & alias in ambiguis maxime spectatur sententia proferentis. *leg. in ambiguis. de Reg. iur. cap. quatũque arte. vigesimo secundo, quæst. quinta.*

Quarto, † quod in dubio magis fauendum est 31
conuento, *arg. l. seruum. §. sequitur. de verb. oblig. leg. si plures. §. 2 in fin. depos.*

Concurrit cum supra dictis etiam magna difficultas nouæ diuisionis. Vt innuunt circũstantiæ, quia & personæ & res diuidendæ, per hoc maioribus rixis inuolueretur, quarum difficultatũ quædam in Exceptionibus. 7. Sept. emb. Anno 73. productis enumerantur, id q; impossibilitati æquiparatur. Si in difficultas † imminet in facto, perinde 32
est, ac si fieri nõ posset, *Spec. in §. nono, tit. de obligat. & solut. Felin. cap. Ecclesiæ S. Mariæ. n. 86. de constitut.*

Tandem mouet, † quod sententiæ nostræ de- 33
claratio, se effectualiter fundat super æquitate, & iudicis, siue magistratus officio, quod in materia diuisionis bonorum versatur circa assignationem rerum aliquarum integrarum, vel earum æstimationem, vt per *Plateam in §. quædam actiones, nume. octauo, de Action. & §. si familiæ. nu. trigesimo, de offic. Iud. institut.* vbi dicit in diuisione rerum corporalium, quæ commodam non recipiunt diuisionem, vna res tota vni adiudicatur, sed is grauatur in danda pecunia alteri, vt sit æqualitas. Est bona glossa *in dict. l secunda. verb. Participibus*, quæ cum textum cõtra malcuolos cohæredes notat, qui (vt inquit) propter vnius minimam portiõnem vel alterius maximam, volunt diuidere hereditatem minutatim, cum potius per vnitatem fieri debeat, q Itali vocant in grosso, id est, per assignationem aliquarum rerum integrarũ, vel rerum æstimationem Hinc *Ferrariens. in form. libelli pro hæreditate, vel re singulari. §. primo, n. trigesimo quinto*, dicit, in diuisione hæreditatis latissimum esse Iudicis officiũ: quia si viderit commodius esse, poterit vni adsignare vnam rem insolidum, & alii aliam, vel vni fundum (inquit) & alii pecuniã, vel alia similia facere, quæ vtilitati ipsorum hæredum viderit expedire, *per leg. item Labeo. § primo, & l. hæredes § pen. & alia iura ibid. alleg famil. hercis.*

Si igitur declaratio sententiæ, à qua appellatũ ad prædictas iuris decisiones referatur, meo iudicio satis liquebit, eam priori sententiæ non repugnare, sed iuri, æquitati, & intellectui genuino sententiæ congruere, & ab appellante non iustis rationibus impugnari. ideoque recte fieri, vt collatis & æstimatis bonis hæreditariis, id, quod iusto precio alterius partis deest, suppleatur, & cohæredi in pecunia, vel alias, satisfiat.

Secundo † loco principaliter quæritur, An sit 35
computandum id, quod quisque meliorauit, vel deteriorauit, & facienda collatio & suppletio, priusquam ad diuisionem procedatur: vel primo diuidendum, & deinde meliorationum & aliarum rerum habenda ratio.

Huic

Huic quęstioni non parum lucis adfert resolutio præcedentiũ. Ex eis.n.omnino hæc dependere facile colligitur, quæ & ibidem dilucide quasi decisa videntur. Dum autem hic de modo & forma diuisionis, eiusuè reformationis solummodo agitur, id quod magis requirit factum ex re & occasione, quam cognitionem præcisam iudicialẽ. Latissimum enim Iudicis officium ibi versatur, quod à nobis certis limitibus & regulis præfiniri minime potest, quo & sententia declaratoria respexit: ideoque secũdum qualitatem rerum, personarum, consuetudinis loci, & iutium singularium, de quibus sane parum in actis nostris extat, perperam factæ diuisionis (*vt inquit textus in dict. leg. maioribus.*) in melius reformatio facienda est. Simul autem & vna cum actu diuisionis, etiam æstimationem rerum, & reductio ad æqualitatem, suppletionemque eius, quod alteri deest, sicq; cõsilium ex re & occasione commodissime debere mihi videtur, vbi etiam simul computatio melioriationum, deteriorationum, alienatorum & receptorum succurret. Sufficit enim sententiam consequi effectum, vtut id fiat. Et sicut non est opus,
36 † per Iudicem sententiæ fieri executionem, sed aditur Iudex territorii, *leg. prima, de bon. auth. Iud. possid. ibi Bartol. numero primo*, sitque immissio, †
37 vbi res sunt sitæ, *Bartol. in leg. cum vnus, §. is qui possidere. numero primo, dict. tit. de bon. author. iud. poss. & leg. legitimos, numero quinto, de legit. tut.* Sic etiam nostro casu, forma & modus reformandæ & reducendæ diuisionis, commodius tradi nõ potest, quam per Iudices & magistratus loci, ex præscripto declaratæ sententiæ, & ex re nata, vel, vt occasio tulerit, qui in diuisione suo arbitrio rem licitare possunt, etiam nullam partem interrogando, *Bartol. l. ad officium. C. Commun. diuid. & l. cum Aquiliana. de trãsact.*
38 Et potest vel ipse Iudex † propria inspectione id expedire, vel mittere duos bonos æstimatores, vt per *Bartol. in dict. leg. 2. C. de rescind. vend. numero vigesimo*, vel etiam partes eligere possunt arbitratores, & æstimatores, secundum ea, quæ refert *Pinell. in dicto loco. part. 3. cap. 4. num. 3. 4. 5.*

Quod autem (vt ego opinor) hic fieri nõ possit, vt primo, diuisio ad æquales portiones inter fratres denuò fiat, & deinde computetur, quantum alteri desit: ratioque postea melioriationum receptorum & alienatorum habeatur, me mouẽt supra adducta argumẽta. Si enim reductio in melius dicto modo facienda, videlicet, vt quisq; seruet eam partem, quam ex prima diuisione accepit, ita tamen, vt adæquatio per omnia fiat, frustra iam quæri videtur, an primo partes sint faciendę,
39 cum prius factæ non mutẽtur, & quod † iam est, magis fieri non possit. §. *sic itaque discretis. Institut. de action.* actusq; potentiam excludat, *leg. si ita fuerint. vers. non enim. de manumiss. testam.* Et quid multis opus, ipsa sententia declarata, quæ in rem iudicatam cessit, hoc dubium dilucide tollit & definit: sic etiam habet: **Sollen als dann alle/ꝛc. zu conferieren vnd einzubringen/ vnnd folgents/ wie sich gebürt/ vnder sich als Gebrüder zutheilẽ schuldig seyn.**

A qua sententia & re iudicata, eiusque consona declaratione, nobis recedere haud conuenit.

Concludo itaque, sępe dictam declarationem, eiusque confirmationem, etiam nostro calculo approbandam, & pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum, cum refusione expensarũ. Si tamen domini maluerint expensas compensare, non refragabor: possunt enim ex actis prioribus nonnullæ causæ colligi, quibus appellans ad prosecutionem rationabiliter motus fuit.

Saluis votis.

D.N. Correferens concludit simpliciter, vt referens: quia illa sententia æquitati magis conformis, & ad præcauendas discordias inter fratres: quę si in alteram sententiam descenderimus, facile excitari possent maximæ lites: approbat ideo sentẽtiam rei iudicatæ vires sortitam: Quoad declarationem, pronuntiat vt referens, quam etiam omnes interpretes *in l. 3. C. de trãsact.* præsertim *Cagnol. in d. l. 2. C. de resc. vend.* Couarruu. *variar. resol. 2. c. 4. numero 11.* Hanc eandem declarationem videtur quoque approbare appellãs: dum se offert alteri fratri relinquere optionem, quam cũ appellatus habebit liberam, absq; dubio bona iam diu possessa obtinebit, offerendo alteri precium pro eo, quod sibi deest. Mallet tamen expensas compẽsare: quia Iudex executionis de vero intellectu sententiæ exequendæ dubitauit, vnde aliqualem dubitandi, & sic appellandi ansam habuit.

Saluo.

D. N. Sententiam primam in effectu nouam diuisionem videtur admittere & iniũgere. Quod confirmant executoriales & grauamina appellãtis tunc Luberti. Eam actoris mentem fuisse, & ita libello primo petitũ, apparet ex **Vrsachen/ cur** appellatio non sit recipienda. Primo, quia bis ibi repetitur dictio **Schrifftlich** & non de reali applicatione possessionis, & eius abdicatione. Deinde per verba, **vnnd also lang von einem Theil innhabender Gütter.** Tertiò, quod dicto modo æstimatione facta, **einer dem andern sein Theil zustellen soll.** Ideo nil, quoad sententiam Iudicis, est dubii. Quod autem appellãs nouam diuisionem vrget, ac si nulla alia præcessisset, non videt cum Dominis Referentibus, quomodo vel qualiter iustum grauamen ostendi, & sententiæ declaratoriæ in melius reformari possint. Cum & iuri & æquitati, imo expeditiori via ad concordiam magis conueniatur, quam si ambagibus locus detur. Nec etiã
† diuisio retractari potest inter adultos, nisi pro- 40
bata vltra dimidiam iustæ æstimationis læsione. licet ad supplemẽtum æqualitatis agi possit. Nam deuidentes ad æqualitatem sunt reducendi, sicut si erratum in ratione vel calculo: Quo argumento vtitur *Bartol. vt per Socin. consilio quadragesimo octauo numero quadragesimo secundo, volum. 1.* Sententia autem & iuramentum præsupponunt errorem. Cũ autem in proposito non vltra, sed infra dimidiũ læsio probata sit, sequitur, priorem non esse retractandam, sed tantum ad æqualitatem redigendam.

dam. Concludit cum Referentibus. Expensas vult compensare.

D.N. Causam satis à Referente deductam, ideo cum eo concludit, compensatis expensis.

D.N. etiam cum Ref. compensatis Expensis.

VOTVM V.

In causa N. contra N.

SVMMARIA.

1 Formalia Appellationis, & procuratoria carent defectu.

2 Appellationis formalia, propter Appellantis paupertatem, simplicitatem, & verecundiam erga Magistratum iustificata.

3 Consensu partium prorogatio fieri potest.

4 Leges variæ remedia pro pensionibus seu reditibus annuis exigendis subministrant. vt ibi. num. 5. 7. & 9.

6 De similibus ad similia proceditur.

8 Ad suam possessionem qui non admittitur reuenire, videtur quasi expulsus.

10 Ad probationem huius actionis tria principalia requisita proposita sunt. Quæ ibidem sequuntur sub num. 11. 12. & 18.

13 Instrumentum qui tradit, videtur tradere possessionem rei. Sic in legato Chirographi vel nominis, continetur substantia debiti, tam in contractu, quàm in vltima voluntate. ibi. numero 14.

15 Instrumenti traditio habet licentiam exigendi debitum. Et possessor habet in se præsumptionem traditionis. num. 16.

17 Dominiũ præsumitur ex possessione de præsenti.

19 Negatoria datur domino prædij, prohibenti alium vti seruitute, vel volenti depellere inferẽtem vim siue seruitutem prædio.

20 Res ex quo est mea, esse dicitur & libera.

21 Agens confessoria quoties est depellendus, adeunda est via negatoria.

22 Præcipua, quibus se fundat Reus in hoc casu, quæ & num. 23. 24. & 27.

25 Producens chartam vel instrumentum, tenetur regulariter in totum, & non in partem ei stare.

26 Confirmatio & appensio sigilli Scabinatus N. documento fidem & authoritatem tribuit.

28 Libertas omnibus rebus est fauorabilior.

29 Instrumenti nuda detentio sufficientem dominij causam non præbet.

30 Agens ex donatione siue cessione, debet de ea fidem facere.

31 Actor si non est competens iudicium stabiliri nequit.

32 Dictum, de instrumento, tribuente priuilegium circa executionem, quomodo intelligendum.

33 Possessio non sufficit, nisi probetur titulus.

34 Fictus titulus & ficta traditio iuris effectum non sortiuntur.

35 In cessione necesse est exprimi causam cessionis.

36 Traditio nuda corporaliter, sine causa facta, non transfert dominium rei mobilis. Nec nuda quasi traditio actionis transfert vtilem actionem nec directam.

37 Causa in libello, ex qua facta est, cessio exprimi debet.

38 Cessio in præsentem vel inhærentem causam, eo ipso videtur facta, quod traditur instrumentum.

39 Distinctio Baldi de traditione instrumẽti quæ & quotuplex.

40 Traditio inter partes per instrumentum conductionis probatur, secus est quoad alios, vel tertios.

41 Obligationis litteræ siue instrumentum non facit fidem, quoad extraneum, imo nec nocet, nec prodest extraneo. Eodem modo per locationem solam nec probatur possessio, nec dominium, nec traditio possessionis. ibid. n. 42.

43 Quodlibet prædium præsumitur liberum à seruitute.

44 Partem qui non habet, nec totum habere potest.

45 Iura non ferunt, vt duo pluraue specialia circa idem simul concurrunt.

46 Extranea sunt inhabilia, propter inhabilitatẽ & defectum iuris vel dominii alienantis & transferentis.

47 Dominium eiusdem rei, duorum esse simul, & in solidum, natura non patitur, nec leges.

48 Quod vno loco includitur, alibi excludi conuenit, Et de vno concreditur, de alio negatur.

49 Titulus hominis vbi extat, ibi conquiescit prouisio legis.

50 Præsumptio cedit veritati.

51 Titulus vitiosus & inualidus etiam ex quacũque possessione minime conualidari potest.

52 Coniectura alia quam donationis, vbi dari potest, tũc ea non præsumitur.

53 Donatio ex præsumptione fundata, nonnũquam fallax est & de re non vera.

54 Fictio aut præsumptio plus momenti & roboris habere non debet, quam veritas: nec tacitum plus valere expresso.

55 Possessio est facti, nec præsumitur.

56 Registra & inuentaria omnes receptores conficere debent, etiam priuati, qui ad rationes tenentur.

57 Solus temporis cursus non est potens ad inducendam obligationem nec ad inducendum titulum.

58 Obligatio oritur ex præstatione decem annorum. Quod tamen pluribus modis limitatur, ibid. n. 59. & seq.

60 Præiudicium graue dicitur, vbi vertitur amissio dominij.

61 Coactio vel compulsio ipsa præsupponit conditionem & resistentiam: Et sic exludit possessionem quietam.

62 Metus præsumitur inter dominum & subditum.

63 Bona fides in dubio præsumitur, secus vero est, quando sunt aliquæ circumstantiæ, excludentes præsumptionem.

64 Cursus temporis quando non prodest, nec allegatio tituli vitiosi.

65 Præstatio debet esse formis, & cum causa.

66 Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio.

67 Pia causæ ratio non habetur quando ei resistunt fortiores probationes. Et iniquum est, si illiquidum vincat liquidum ibid. n. 68.

69 Miserabilis persona agens, quando habet priuilegium eligendi forum. Secus vero si constet de simulatione &c

70 Priuilegiati duo cum diuersis, diuersis respectibus á-

gunt, vnus videlicet de damno, alter de lucro, is tunc qui damnum sentit, gaudet priuilegio.

71 *Instrumenta in antiquis magis probant, quam testes.*

72 *Scripturæ minus solenni quando datur fides.*

73 *Præstatio Canonis facit præsumptionem, omnia debito modo interuenisse.*

74 *Possessio ex solo locationis instrumento probetur, contra conducentem tantum.*

75 *Titulus donationis & cessionis interuenisse præsumitur, quando habet admixtum factum hominis, scilicet solutionis.*

76 *Longissima, & vltra memoriam hominum detentio, &c. habent vim tituli.*

77 *Possessionem instrumenti tenens, rem ipsam, tam rei mobilis quam immobilis habere videtur.*

78 *Nuda confessio rei, secuto tamen solutionis censu, probat dominium directum pro concedente, cõtra Emphyteutam.*

79 *Emptor pro dominio præsumitur emere, nisi expresse, ratione Emphyteusis emat.*

80 *Substantialia quatuor probanda sunt ab eo, qui ex titulo emptionis se dominum asserit.*

1 FOrmalia Appellationis † & Procuratoria defectu carent. Nam D. Auspurger cũ sufficienti mandato in causa concluſit. Potest ergo vigore Visitation Abschieds de Anno 77. definitiue pronunciari, licet interim Procurator diẽ obierit. Et est prima sententia lata 11. Martii Anno 56. Licet aũt dati sunt duo menses, cum Apostolis dimissoriis, ad prosequendum, tamã 7. Septembris demum per Iudicem communicata sunt Acta: sicq; causante Iudice serius processum. Ideo propter hanc & alias legitimas causas, nempe Appellantis
2 paupertatem, † simplicitatẽ, & verecũdiam erga magistra ũ, per sententiam iudicialem 19. Septẽb. iustificata sunt formalia appellationis: Imo & 20. Septemb. sequentis anni 57. Appellatus pure litẽ contestatus est, & prorogando iurisdictionẽ, desertioni, si quæ extitisset, tacite renuntiauit, ad in-
3 star prorogatorum fatalium, quod † cõsensu partiũ fieri potest, *Gail. obs. 104. n. 8.* Secunda sententia publicata est 28. Febr. Anno *61.* & dati sunt, deferẽdo Appellationi, tres menses, ad prosequendũ, quod tẽpus finitum 29. Maii. Sed id prorogatum est in citatione ad quatuordecim dies, id est, vsq; ad 12. Iunii interim, & sic 9. Iunii reproducuntur processus in Camera, Nulla itaque desertio deprehendi potest.

Nulliter in tantum nullibi est processum, vt ea ratione in causæ meritis Cameræ cognitio minime impediatur. In prima quidẽ instantia summarie & leuato velo, wie Kistenpfandts Recht vñ Gewonheit/ pro more & consuetudine eius loci, citata & audita parte processum est: In sequentibus vero duabus omnia rite, & iuris ordine seruato, peracta sunt.

Agendi causa siue occasio hinc est orta, quod Anno millesimo quadringẽtesimo vigesimo tertio Nobilis von Geißbusch/ & eius gener von Bachheim/ vendiderũt siue concesserũt ein Erbrecht auff zweyen Mühlen/ maioribus nostri Appellantis, sic tamen, vt ementes quotannis soluant sex modios frumẽti, vigore einer deßhalbẽ auffgerichtẽ Schöffen Verschreibung. Sed heredes d. Bachheimers vendidisse dicũtur sua iura, & directum dominium Iacobo Tonis/ nostri appellantis proauo, molitori, & per hoc dictas molendinas libertatẽ assecutas, circa annũ 1446. Postea Anno *1458.* & *1459.* seynd widerumb vier Gülden erbliches vnd jährliches Zinß/ doch ablößlich/ in Krafft zweyer Schöffen Verschreibung käufflich auff die Mühlen kommen/ dafür etwa vier Malter/ bißweilen sechs Malter Korns den Müllern abgenommen worden/ vsq; ad annum millesimum quingentesimum quadragesimum septimum, quo anno dictus reditus per molitorem etiam retroemptus & resolutus est.

Dum hæc ita facta sunt, ante & post redẽptionem, contigit, daß nach Absterbẽ Friderich Müllers/ nostri Appellantis patris, sein vidua, & mater Appellantis, eins Rests halben/ durch Zinßhebern deß Gottshauß/ in Krafft der ersten Schöffen Verschreibung angefordert worden/ den er auch entrichten müssen/ welchen er nachgehends auff Erfahrung indebitæ solutionis, abermals verweygert/ biß ihme per Cõmissarios Treuirenses solutio aufferlegt vnnd abgenommen/ der sich aber nachgehends/ biß auff diese Rechfertigung/ der Gült Entrichtung stättigs widersetzt/ prætendendo, daß jhm solche Gült von dem Gottshauß indebitè abgefordert vnd abgenõtiget worden/ vnd noch vnterstanden werde.

Pro pensionibus † seu reditibus annuis exigẽ- 4
dis (nõ enim agitur hic ad caducitatem vtilis dominii Emphyteuseos, ob non solutum Canonem vltra triennium, ex iuris remediis: vt per *Specul. de Emphyteusi, §. nunc aliqua. nu. 63. & 194.*) leges varia subministrant remedia. Inter cætera nonnunquã interdicto † vtili, vti possidetis, agitur, ad instar set 5
uitutis. De similib. n. † ad similia proceditur, *l. non* 6
possunt, de ll. Pet. Iacob. in form. lib. super pensione siue reditu, est sub rubric. libelli, Actionis in factũ, ex interdicto, vti possidetis. Competit & interdictũ recuperandæ, † vnde vi, quando recusatur solutio re- 7
ditus: qui enim † non admittitur reuenire ad suã 8
possessionem, videtur quasi expulsus, *l. 1. §. siue autẽ, l. 3. §. vnde vi, de vi & vi armat. Petr. Iacob. d. loco, nu. 57. Oldend. classe 2. act. 10. circa finem.* Nonnunquam etiam agitur † condictione *ex l 2. & fin. C. de iure Em-* 9
phyt. vel actione ex stipulatu, ex tempore præsumpto, *l. cum de in rem verso, de vsur. Rofred. de libell part. 4. rubric. iam dicta.* vel officio Iudicis, *per leg. litibus, §. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. Rofred. d. loco part. 5. de offic. iud.* quod subuenit dominis ad exigendos reditus.

Sed nostro casu, licet in prima instantia, nullo exhibito libello, ex ritu & consuetudine loci, nach Kistenpfands Recht/ petitio solummodo facta sit: Actum tamen colligo ex libello & defensionali b. secundæ instantiæ, confessoria & negatoria respectiue in rem. Vnus. n. asserit ius siue seruitutẽ pensionis & canonis, alter vero negat, & molendinas liberas esse dicit: quodq; tali casu ea detur actio, refert *Oldend. classe 2. act. 4. tit. vti possid. & classe 3. act.*

4. tit.

4.tit.confessor.in rem.Iaſ.poſt Fabr.in §.æque, nu.34.Inſtitut.de act.

10 Ad probationem † huius actionis, per primarium Actorem den Zinßheber deß Hoſpitals / tria
11 principalia requiſita ſunt propoſita. Primum, † q̃ præſtatio canonis vel penſionis annuæ ex dictis molendinis aliquando conſtituta eſt, per contractum emphyteut cum, Anno 1423 qui cõtractus caret contradictione: probatus enim eſt per originale obligationis, & habet confeſſionem partium. Secũdum, † quo nititur Actor, eſt, id ius â primis contrahentibus nobilibus à Bachheim / per donationem & ceſſionem in cœnobium, auff dem Bruderg aben / dictum das klein Spital / translatũ eſſe. Hãc partem œconomus cœnobii probat per exhibitionem & manutenentiam deß Original Kauffbrieffs / cuius ſe & anteceſſores ſuos, poſſeſſores eſſe dicit, ex traditione & ceſſione dictorum nobilium. Qui enim tradit inſtrumentum, videtur tradere poſſeſſionẽ rei, *l.1.C.de donat.* Et donãs
13 alicui † inſtrumentum, actionem & res, quæ in eo inſtrumento continentur, donare dicitur. *Tex in l.*
14 *ſeruũ filii, §.eum qui chirographum.de leg.1.* Sic in † legato chirographi vel nominis continetur ſubſtãtia debiti tam in contractu, quam in vltima voluntate. Simile eſt in creditore, reddente debitori inſtrumentũ crediti, quia per hoc ipſum intelligitur remiſiſſe debitum, alias enim ea redditio nullam vtilitatem contineret, *l.Labeo.ibi Dd.de pact. Iaſ. &*
15 *alii in d.§.eum qui chirographum.* Et habet † traditio inſtrumenti licentiam exigendi debitum, *gl.in l.ſi.*
16 *ibi Bart.n.1.C.de pact conuent.* Habet & poſſeſſio † rei in ſe præſumptionẽ traditionis, *l.2.C.de acquir. poſſ. l.quædam mulier.de rei vend.Bart.in lege Celſus, nu.16 de*
17 *vſucapion.* Præſumitur † etiam dominium ex poſſeſſione de præſenti, *Bald.in auth.& qui iurat, n.4 C. de bon.aut.iud poſſid. Bart.in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, n.4.verſ.quæro cui incumbat, de re iud.* facit text. *in l. ſicuti, §.ſi quæratur, ſi ſeruit.vend.* Licet autem ex actis primæ & ſecundæ inſtantiæ de originali Gültverſchreibung ſatis nõ conſtet, ea tamen poſtea ad negationem Appellantis in Camera 19. Aprilis Anno 70. iudicialiter edita eſt.

18 Tertium, † quo nititur primarius Actor, iam Appellatus, eſt, quod d. Gottshauß in quieta poſſeſſione vel quaſi, recipiendi Canonem contrauerſum, multis præteritis annis fuit, & adhuc eſt. Siquidẽ aſſeritur: Simonem Molitorem, eiusque parentem & maiores, eam penſionem zu vieln vnd offtermaln ei cœnobio ſoluiſſe, quæ vna cum poſſeſſione originalis documenti, ſiue allegationis, bonam fidem & titulum iuris longiſſimo tempore quæſiti, arguit & oſtendit, ita vt aliũ titulũ probare, ſibi Actori neceſſum non ſit. Hanc ſolutionem Molitorum confeſſus eſt Appellans, non ſemel, inter cætera in reſponſionibus ad 3.& 4. articulum Actoris, 7. Iulii, Anno, &c. 59. in ſecundæ inſtantiæ product s. Defuncta videlicet eius matre, ſey ein mercklicher Hinderſtand Pachtkorns gefordert / den er hab müſſen mit 57 fl. erledigen. Sic & ad octauum articulum. Et in Replicis 1. Aprilis Anno 66. in Camera productis fatetur, penſionem priscis annis ſolutam. Idque tertio ibidem reperitur. Item in duplicis 4. Aprilis Anno 71. daß er die von ſeinem Vatter Friderichen here / 20. Jahr lang anſtehende Entrichtung der Gült / 200 Malter Korns / vñ dannoch für die darauff folgende 33. Jahr / fünff hũdert vnd dreyſſig Malter Korns entrichten müſſen. Et hæc omnia confirmari videntur per decretũ Cõmiſſariorum Treuirenſium, quod Molitor acceptaſſe & ratificaſſe dicitur. Inde poteſt conſtare, propoſitam actionem ab originario Actore probatam eſſe.

Pro Eliſione, obiecta ſunt requiſita Negatorię. Ea enim datur † domino prædii, prohibenti aliũ 19
vti ſeruitute, vel volenti depellere inferẽtem vim ſiue ſeruitutẽ prædio. Ex quo. n. † res eſt mea, eſſe 20
dicitur & libera, *arg.l.fin C.de reb. alien non alien l.ſi. de ſeruit. Rofred in libello Actionis negatoriæ.* Et quoties depellendus † eſt agens confeſſoria, adeunda eſt 21
via negatoriæ. *Oldend.in form eius libelli circa fin.*

Præcipua ſunt, † quibus ſe fundat Reus noſter, 22
iam Appellans. Primo dicit, † aduerſarium ſuum 23
Appellatum, vti velle iure exigendi pẽſionem vel canonem, de duobus molẽdinis, & aſſerere, id ius vel quaſi ſeruitutem, ſibi competere: quæ interpellatio notoria, & in confeſſo eſt, eamq; omniũ inſtantiarum acta ſatis perhibent.

Secundo: † Appellans ſe dominum eſſe dicto- 24
rum molendinorum profitetur, id quod quam maxime ad eius defenſionem pertinet, *arg.l.loci corpus, §.competit, ſi ſeruit. vend.leg.vtifrui, §.1.ſi vſusfr. pet.Rofred in form.libelli negatoriæ. Petr.Iacob.in pract. rubr.17.de negatoria, n.3.*

Hanc partem probat Appellans per probationem de domo aduerſarii, hoc eſt, per literas vẽditionis vel conceſſionis, deß Ehrbrechts / de Anno 1423. Quæ literæ, vtvt iuuent producentem Appellatum, & primarium Actorem, tamen plenam fidem faciunt contra ipſum. Producens enim inſtrumentum vel ſcripturam videtur confiteri cõtra ſe contenta in ea, & poteſt condemnari ex ea, *Innoc.in c.cum venerabilis, numer.6. de except. ibi Abb. & Felin.Bart.in l.poſt legatum, de his quib.vt indign.* Et te- 25
neturis, † qui producit chartam vel inſtrumentum regulariter in totum, & nõ in partem ei ſtare. *Cyn.l.1.C.de confeſſ.& l.2.C.de donat.ante nupt.Donat à Fina.verb.Teſtamentũ.& Felin.in repert.verb.Producens.* Inde ſatis datur intelligi, vtile dominiũ molendinorũ tunc temporis in maiores noſtri Appellãtis fuiſſe trãslatum. Quod vero poſtmodum & directum dominium molitoribus fuerit acquiſitũ, & pro conſolidatione molendina libertatem à debito penſionis cõſecuta ſint, fundatur ex eo, quod vltra tempus memoriale, & quidem dum à directis Dominis, Nobilibus à Bachheim / venditio & translatio in molitores facta eſt (id quod partim per originale documentum de dato 1446. & ſic ante annos iam 136. factum eſſe probatur) iidem nullam, nec exactionem nec ſolutionem vel fecerunt, vel receperunt. Nec etiam è diuerſo ex actis vllibi conſtat, dictos nobiles ius ſuum, quod habuerunt,

buerunt,aliis, quam molitoribus cessisse vel tradidisse. Documentum enim venditionis iam allegatum,licet particulare sit,ei obstat,& è diame-
26 tro repugnat,cum documento † fidem & authoritatem tribuit confirmatio & appēsio sigilli Scabinatus Popardiæ. Quod facile potest præsumptionem cessionis siue donationis prætensam, ex nuda ostensione scripturæ siue libelli facti inter nobiles & molitorem confundere:dum ea donationis assertio aliis probationibus & adminiculis vacat. Et appellans siue Reus pertinaciter negat, ab Actoribus quietam & iustam quasi possessionem recipiendi dictum Canonem, vnquam obtentam: quodque vi & metu magistratus semel atque iterum impulsi molitores sunt, refundere quasdam restantias, colligitur ex prædictis, & Acta (licet curtim conscripta, vt conqueritur Appellans) non obscure indicant. Qui actus nec possessioni, nec præscriptioni opitulari possunt.

Tandem plenum dominium Anno 1458. & 59. secq; post dictam consolidationem vtriusque dominii, penes molitores fuisse, satis probant literæ vēditionis, comprobatæ & sigillatæ per eosdem Scabinos: quod nec fieri nec obtineri potuisset; si directum dominium ad hospitale, eiusque defensores, eosmet Scabinos spectasset.

27 Tertium, † quo nititur Appellans & Reus, est controuersas molendinas liberas esse ab onere, siue quasi seruitute præstandę pensionis, siue canonis. Sed hoc non parum dependet à proximo, eique connexum est: quod & iuris præsumptionem habet, *l. altius, l. si tibi, l. manifeste, l. præses, Cod. de seruit. Iaf. & Dd. in lege, quo minus, de flum. Iaf. l. si poste aquam, numero quadragesimo & quadragesimo primo, de noui oper. nunciat.* vbi habetur, rem semper præsumi li-
28 beram. Est enim † libertas omnibus rebus fauorabilior *l. libertas, l. quoties, l. in obscura, de reg. iur. VVes. cons. 58. n. 23.*

Hæc ipsa iuris præsumptio fulcitur argumentis pro elisione iam repetitis. Ad quorum confirmationem, nec non ad refutationem contrariorum sequentia breuibus, quantum fieri potest, addo.

Primo satis liquet, Actorem, siue iam Appellatum, suam intentionem nostro casu principaliter ex donatione siue iure cessio, ad probandum iuris cōtrouersi dominium, mutuasse siue assumpsisse. Licet enim exhibere possit, imo exhibuerit primariam obligationem, siue documentum cōtractus, initi inter molitorem & nobiles, de Anno 1423. Tamen ipsemet Appellatus, dum ei instrumento non satis fideret, ad titulum donationis, siue verum, siue præsumptum, resilire sibi, Actis per totum discursum testātibus, necessarium putauit.

29 Secundo. Idq; non immerito. Sicut enim † nuda detentio instrumenti sufficientē dominii causam non præbet, vt sequentia declarabunt: ita etiam ex ea manutenentia, allegata causa siue titulus non sufficit. Sine cessione enim non potest agi ex iure tertii, *l. fin. Cod. de act. & hered. vend. Dd. in lege finali, Cod. per quas person. nob. acquir. Afflict. decisione octauā, num. secundo.* Ideo qui † agit ex donatio- 30
ne siue cessione, debet de ea fidem facere, ad exemplum Tutoris, item Syndici, seu Actoris vniuersitatis, *l. vulgo, de admin. tutor. l. item eorum, §. actor. in fin. quod cuiusque vniuers. nom. l. non solum, §. qui alieno de procurator.* adeo vt nec sufficiat oblatio cautionis: quia iudicium est actus triū personarum, de quibus primo debet inquiri. Si igitur † actor 31
non est competens iudicium stabiliri non potest, *l. per diuersas, §. ita tamen Cod. mandat. Iacob. de Arena, in tractat. cession. rubr. 7. in princ.*

Tertio, licet instrumentum primi contractus, nostro casu, contineat executionem paratam, per verba, Mag dem Kistenpfand nachgehen / als daselbst Kistenpfands Recht ist/&c. Id tamen effectum non habet, si dubietas adhuc de iure agentis ex eo instrumento existit. Liquidare enim debet, quod iste sit cessionarius, *Bald. in dicta lege, pro diuersas, numero decimoquarto, Codic. mandat. Innocent. capitul. quia, de iudic. circa princip.* Et quod dicitur † de in- 32
strumento tribuente priuilegium circa executionem, debet intelligi de liquido tantum, *l. fin. C. de compensat. Bart. in l. proinde, §. notandum, ad l. Aquil. Bal. in l. in testamento, C. de testam. manumiss. Alex. cons. 115. in fin. lib. 7.*

Quarto: Prout nec possessio † sufficit, nisi pro- 33
betur titulus (præsertim cum contra aliquem est præsumptio) *cap. si Iudex Laicus, de sentent. excommun. in sexto, cap. 1. de præscript. glossa magistralis in dicto cap. si Iudex, verb. præsumptionem.* Qui titulus in præsenti non nisi ex cessione siue donatione Nobilium de Bachheim/ asseritur.

Quinto: Sed & dominium tali casu non transfertur, nisi fiat vera cessio, cum titulo: ea enim tribuit potestatem agendi iure suo, & non nuda cessio (quæ tamen nec nostro casu reperitur facta) licet enim habeat vim quasi traditionis, notatur *in lege penultima, de donat. Marian. Socin. in consilio decimooctauo, versicul. quamuis enim. ibi & ratio differentiæ, in prima parte.* Quæ quasi traditio fictitia est, & eget vero titulo. Nam fictus titulus, † & ficta traditio, 34
iuris effectum non sortiuntur, *lege, si aliquam rem, de acquirenda possessione.* Obstat enim præsumptio illicitæ redemptionis litium, vt per *Bald. in lege, si actor, de procurat. post Innoc. vt ibidem.*

Sexto: Sicut † in cessione necesse est exprimi 35
causam, quare cessum sit: siquidē nuda † traditio 36
corporaliter, sine causa facta, non transfert dominium rei mobilis, *leg. nunquam nuda, de acquirendo rerum dominio.* Et nuda quasi traditio actionis non transfert vtilem actionem, nec directam: Difficilius enim acquiruntur incorporalia, *l. 1. §. penultim. pro Soc. & l. 2. 3. eod. l. si quis ergo, de pecul.* Ita etiam in libello causa, † ex qua facta est, cessio exprimi de- 37
bet, *l. edicto, Cod. de Edict. D. Adr. toll. Iac. de Aren. dicto tractat. de cession. iuris, rubric. 7. n. 77.* Cum vero nostro casu nihil appareat de cessione, multominus de causa cessionis aliquid asseuerari potest. Inutilis ergo eius fit expressio, cuius veritas in rerum natura non extat, nec ostenditur.

Septimo:

Septimò: Licet traditio instrumenti pro donatione vel cessione habeatur. Eo ipso enim,
38 quod † traditur instrumentum, videtur facta cessio in præsentem vel inhærentem causam, *vt lege. 1. C. de donat.* Idque, *vt Baldus inquit in leg. fi. C. quando fiscus vel priuat. debitoris sui debitores exigere possit*, propter virtutem repræsentatiuã instrumenti, quia significat substantiam debiti, vt *ibid. per Baldum.* Attamen cum in præsenti de nulla traditione dictum est, frustra de eius virtute & effectu disseritur. Cui inseruit distinctio *Bald. in leg. Mœuia. solut. matrim.* vbi ponit tres casus: Aut
39 traditio † instrumenti habet in se causam præcedentem, aptam translationi iuris: Aut talem non habet, sed præcedit apta nudæ administrationi: aut neutrum istorum præcedit, tunc instrumentorum traditio merum depositum, & non mandatum, vel cessionem inducit: sicque nusquam hic translationis dominii effectus colligi potest.

Octauò: Quod verò hîc verus titulus donationis prætensæ, ex cessione non existat, nec probatus sit, inde demonstratur: quòd ipsæ literæ, ex quibus principaliter & vnicè se fundat Actor, de cessione (secundum contenta *26. 27. 28. 29.* articulorum grauaminum) planè nihil continent, sed loquuntur de Nobilibus, venditoribus & molitoribus, emptoribus tantùm, vbi nec clausula, alias consueta, est inserta, possessorum videlicet quorumcunque, &c. Nec per documentum traditionis, hoc est, durch ein Theilbrieff / vel aliis testificatis aut indiciis, quidquam doctum, nisi quod in subsidium allegatur, quasi possessio iuris recipiendi pensionem, à tempore immemoriali. *Quod vt sese habeat, sequentibus declarabitur.*

40 Nonò: Licet per instrumentum † conductionis probetur traditio inter partes, *leg. quædam mulier, de rei vendic. Dyn. cap. 1. de reg. iur. in sexto,* Tamen secus est, quoad alios, vel tertios: quia instrumentum factum extra rem, non probat possessionem, nisi probetur, quod factum sit cum possessore, *leg. inter dilectos, de fid. instrum. Bal. in dict. leg. quædam mulier, lectura prima, numero primo,* dicit, valde tenendum eum textum. Quodque
41 obligationis † literæ siue instrumentum non faciat fidem, quoad extraneum, imò nec noceat, nec prosit extraneo, quia res inter alios acta, &c. *tenet Innoc. in cap. primo, numero primo, de fid. instrum. sequitur Landfranc. in tract. de fid. instrum. numero* 14.
42 Sic etiam, quoad tertium † per locationem solam non probatur possessio, neque dominium, *cap. inter dilectos, de fid. instrum. ibi notatur & in leg. ad probationem, Codic. locat.* Nec traditio possessionis, *leg. prædia, cum ibi notat. per Dd. de acquir. poss. & leg. 2. Codic. eod. tit. latè Alex. in consilio 10. per tot. volum. 4.*

Decimò: Idque tantò magis locum habet, quando pro exhibente nudas literas, peregrinas, siue inter alios confectas, non aliæ coniecturæ & indicia militant, sed potius resistunt validæ probationes in contrarium: inter cætera nostro casu instrumentum der ersten Gültverschreibung de Anno 1423. simul cum prætensa traditione siue cessione sex modiorum frumenti, per originale documentum redemptionis der Gült/ factæ Anno 1446. directè confunditur, vt inferius deducetur. Quibus intelligi datur, assertum titulum donationis, liquidis & directis probationibus non niti. Quamuis is, qui in hoc genere Actionis, siue agendo siue excipiendo confessoriam intendit, ius suum docere debet, quando negatoria obiicitur. Quodlibet † enim 43
prædium præsumitur liberum à seruitute, *notatur in dict. leg. altius, Codic. de seruit. l. circa, de probat. Petr. Iac. in libello super pensione seu reditu, num. 63. 64. Guid. Pap. decis. 407.*

Vndecimò: Quod verò & ipse allegatus titulus donationis, cum cessione, etiam præsumptiuè, hîc nil operetur, indè intelligi potest, quod alterutrum, & non vtrumque verum esse oportet, videlicet: Aut eo tempore, quo liberatio pensionis facta, Anno videlicet 1446. dicta molendina, propter cessionem hospitali factam, fuerunt in cura & protectione Scabinorum, quibus, iuxta asserta testium, quotannis ratio receptorum, ab officiali, siue œconomo, reddi oportuit: Aut eodem tempore adhuc fuerunt in dominio Bacheimensium. Si primum verum est, necessitate absoluta sequitur, secundum contractum fictitium & falsum esse. Quod verò is contractus verus & liquidus sit, probat scriptura, authentisata sigillo Iudicis & Scabinorum, quæ habet præsumptionem veritatis: nec ab ipsis authoribus conuelli vel negari poterit, imò in confesso est, vt sequetur: & facilè quisque coniicit, si tunc temporis Scabinorum, tanquam defensorum & patronorum hospitalis interfuissent, non permisissent vendi à Nobili de Bacheim, id quod ipsius parentes hospitali antea donassent, idque sub Scabinatus sigillo, autho. itate & fide. Nec rectè prætendi potest, hospitali contractum eum, tanquam rem inter alios gestam, non præiudicare: cum id dici non possit, quando aliquid perficitur ab eo, cuius interest, ratione officii: sed potius rectè hinc argumentari potest. Si hospitalis † tunc tempore partem non 44
habuit, sequi, & totum non habuisse: tali enim casu à parte ad totum in quantitate regulariter procedit argumentatio negatiuè, *l. si quis in totum, de except. rei iud. Euerh. in loc. à parte ad tot. ante fin.* Cui subuenit & argumentum à verisimili: quod videlicet nec reliquæ partes pensionis (si modo pro diuiduis habendæ) tunc penes hospitale fuerint.

Duodecimò: Sin verò dici velit, post hoc tempus, vel post eum contractum, hospitali donationem factam esse (quod fieri non potest, cum in *1.* & *2.* articulo secundæ instantiæ asseratur, ab ipsis nobilibus, qui primò contraxerunt cum molitore, donationem esse factã: id q contrariatur documento de An. 1446. & insupe fa te

confessioni) tunc rursus non tantuùm probatio & coniecturæ in eo deficient: sed contrarium faciliè deprehendetur ex subsequentium obligationum fide & authoritate, quæ resistit imaginatæ,&nullibi probatæ donationi, factæ ab his,qui eius reditus siue pensionis annuæ i⁹, tanquam totum integrale, amplius non habuerunt ideoque nec efficaciter trasferre in alios potuerunt.

45 Decimotertiò: Nec iura ferunt. † vt duo plutave specialia circa idem simul concurrant, *gl.fi.in d.*1.C.*de dot promiss. & in leg. cum post*,§.*gener, verb.placuit,de iure dot.Iaf.in* §.*fuerat,n.*52 *Instit.de act.* Prout hic,ex nuda literarum tenuta fingitur,non tantùm earum traditio à Nobilibus à Bachheim facta,sed & ex ea ficta traditione,ipsa donatio, siue titulus cessionis. Verùm nuda traditio nunquam adfert dominium: imò nec de traditione nobis constat,nisi eam fingamus. Ergo hic tituli siue fictio noua est, ea enim in æquitate fundari debet: imprimis cùm id nostro casu in præiudicium alterius vergit,& extrema sunt † inhabilia,
46 propter inhabilitatem & defectum iuris vel dominii alienantis & transferentis,*latè Dec.in l.omnia fere heredum,de reg.iur.*

Decimoquartò: Per eam præsumptam & fictã translationem,si deberet effectum iuris habere, non tantùm infringeretur fides prædicti documenti, verùm & contractus postmodùm, cum maiori hospitali celebratus, contra ipsorum Scabinorum testificationem, partium confessionẽ, & facti notorietatem,etiam in damnum & iniuriam eius cœnobii,labe& nota vix careret.Siquidem &Scabini pactum de translatione iuris controuersi à minori hospitali ad maius non rectè indulsissent vel ratificassent. Nec integrum fuisset molitori, tanquam Emphyteutæ, rem Emphyteuticam alienare. præcipuè in alium, qui se magis est priuilegiatus,*l.final.C.de iure emphyt. Alex. in l. finita. §.2. de vectig.dicit esse* communem. *Iaf.d l. fin n.*90.*&* 97.

Decimoquintò: Quod verò quintum, 6.8. & consequenter etiam septimum grauamen in responsionibus inique negatũ sit, patet euidenter ex originalis productione sæpè dicti documenti,vnde ista grauamina desumpta sunt,cuius contenta non minus,atque ipsa productio (licet eius copia,nescio quare,actis prioribus inserta nõ sit) postmodũ in conclusionibus tertio Septembris, Anno septuagesimotertio in iudicium datis, per Appellatum confessa sunt.Quamuis enim negẽt effectũ contentorũ,prætexendo summæ diuersitatem, & causæ fauorem, attexendo longissimã possesionẽ,vel quasi,cum allegatione tituli:tamẽ ex ipsiusmet Appellati verbis constat,nec productionem documenti, nec contenta eius dictis conclusionibus negari posse.

Decimosexto: Deinceps ei documento opitulantur,pro detegendo vitioso titulo Appellati in vtroque contractu, de Annis 1458.& 59.ab ipsis Iudicibus &Scabinis,tanquam prouisoribus minoris hospitalis: à consulibus verò & senatu vrbis, tanquam maioris cœnobii patronis, gesta & comprobata,quorum præscitu & consensu omnia ea peracta sunt, testante appensione sigilli eorum præsidum iudicii,quod habet vim consensus ac confirmationis.*Bal.in c.1, de pace constant. n.*7 *gloss.l.*1.*verb.conquisita,C. de rebus alien.non alien.Rom.. consil.*303.*Schurff. consil.*17. *nu.* 12.*cent.* 1. & probat omnia contenta in literis.maximè si consuetudo ita obseruat *Bart.in lege,ad testium,*§. *si quis, de testib. quia* Habetque vim publicæ scripturæ,*Dd in l.siquæ C de Episcop.audient Innocent.c.*1.*de fid.instrument.* præsertim si fuerit communitatis sigillum,tunc enim facit publicum instrumentum,*per iam allegata.*

Decimoseptimò: Si verò eum contractum ex duab⁹ obligationibus der vier verschriebenen Goldgülden jährlicher Gült perpendimus, easque literas examinamus, ipsa verba ostendunt, quod Schultheiß vnd Schöffen/ ad quos pertinet cura hospitalis, fatentur & attestantur, venditos esse quatuor florenos Rhenenses ab ipso molitore & possessore molendinorum, cœnobio maiori, per adiectas expressas conditiones & pacta, quibus euidenter commonstratur, plenum dominiũ, & ius molarum eo temporis venditores habuisse.Id que primo patet ex vocabulo *venditionis*,ibi, verkauffen/erbliche vnd jährliche Zinß. Quæ facultas alienandi vix possessoribus molarum permissa fuisset,si hospitale earum directum dominium habuisset.Secundo,patet ex tenore earum literarũ, penes molitorem ius hypothecandi fuisse, ibi, vnd haben die Eheleut darfür zur Sicherheit gesetzt/ vnd zu Kistenpfand gelegt all solche zwo Mülen/ &c. Tertiò, habuerunt facultatem paciscendi, super iure dominii impetrando, ibi: So die Verkäuffer einiges Jahrs/ oder mehr jährig säumig funden würden/ an gantzer Bezahlung/so mögen die Spittalmeister dem obernannten Kistenpfand nachgehen/ als daselbsten Kistenpfandts Recht vnd Gewonheit ist/&c. Et in secunda obligatione idd lucidius exprimitur hisce verbis: Mögen die Spittalmeister das obgemeldte Kistenpfand an Gericht zu Poppart mit sechs Pfenning auffbieten: Ists dann Sach/daß venditores & possessores der Mülen innerhalb vier zehen Tagen nechst darnach/ für alle vnbezahlte Zinß nicht gnug gethan hetten/ so mögen die Spittalmeister mit dem Kistenpfand thun vnnd lassen/ zu allem jhrem freyen Willen/ &c. Non autem ita paciscipotuissent,nisi plenum dominium molitores habuissent. Quartò patet ex hisce literis, eos tunc temporis habuisse ius & facultatem seruitutis imponendæ in perpetuum, ibi. Haben gemeldte Eheleut erlaubt/ daß zu benannter Zeit der Spittalknecht/Mägd oder Gesind/ daß was auff die Walckmühl gehet/ auff deß Spittals Wiesen sollen vnd mögen abschlagen/ zu ewigen Zeiten/so offt es noht ist: etiam in eum euentum, da die vier Goldgülden jährlich abgelößt würden. Quæ constitutio seruitutis tali pacto fieri non potest. *Iul. Clar libr.* 4. *sentent. quæst.* 21.*per tot.* nisi ab eo, qui plenum dominium habet.

Quin-

Quintò: Iam dictis adminiculatur insertum pactum de vlterius non hypothecandis & onerandis molendinis, ibi: Daß dieſe nit mehr ſöllen beſchwert werden / mit einem Zinß oder Beſchwerung das dem Spittal hinderlich oder ſchädlich ſeyn mög an der Verſchreibung. Quo ipſo cauere ſibi voluerunt Emptores cenſus, ne aliis, quàm ſibi dicta molendina obligata ſint, quo in euentum non ſoluti cenſus, vel ad exiſtentiam ſtatim ſequentis conditionis, ea pleno iure, & ſine onere ſibi conferri & appropriari poſſunt. Quod pactum neutiquam interueniſſet, ſi Scabini vel Prouiſores minoris hoſpitalis aliquod ius vel intereſſe ibidem habuiſſent.

Sextò patet, venditori ius fuiſſe, effluxis paucis annis, molas abſolutè & totaliter vendere: ibi. Were auch Sach / daß die Eheleut die Mühlen verkauffen oder alienren würden / nach Außgang der Jahr / vnd Verſchreibung der Weber (id eſt, Tuchmacher) ſoll man jhnen die gönnen vnd laſſen / für allermänniglich. Quo pacto ſimul etiam datur intelligi, quòd finitis annis der Weber / molendina nemini vlterius fuerint obligata, nec alii inibi ius aliquod habuerint, tunc, quàm ipſos pannifices ſiue tinctores. Item quòd emptores ita pacti non fuiſſent, ſi directum dominium ſpectaſſet ad Schöffenmeiſter & hoſpitale, nec veriſimile, daß das groß Hoſpital dem kleinen zinßbar het ſeyn mögen vnd die Mühlen von jhm / als dem mindern oder Gleichgenoſſen / zu Lehen würde angenommen / vnd dieſe / cum tali annuo onere, tanquam Emphyteuta, gebawet haben.

Septimò: Hæc omnia clarius oſtendunt verba: So mögen die Spittalmeiſter damit thun vnd laſſen / zu allem jhrem freyen Willen / als mit andern deß Spittals eygenen Gütern. Et tandem illa ſic vera & geſta eſſe, teſtantur & approbant Schultheiſſen vnd Schöffen deß Gerichts / ſub ſigillo communi iudicii. Et his ipſis verificantur articul. 9.10.11.12. 13 14.15.16.17.18.19.

Decimooctauò: Si itaque dominium tunc fuit penes molitorem: ſequitur, oppoſitum eſſe
47 falſum: quia dominium † eiuſdem rei, duorum eſſe ſimul & in ſolidum natura non patitur, nec leges, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus, commod. l. 3. §. ex contra-*
48 *rio, de acquir. poſſ.* Quod enim † hic includitur, alibi excludi conuenit: & quod de vno conceditur, de alio negatur, *l. cum prætor, de iud. l. maritus, Cod. de procurat. gloſ. in cap. diſciplina, verb. meus non eſt, diſtinct. 45. Zaſ. conſil. 14. lib. 1. n. 5.*

Decimononò: Et conſequenter, ſi ex Actis, ſeriem & ſucceſſionem temporis & factorũ computemus veritas iam dictorum rurſus & hinc eluceſcet, quod (vt commemoratum) à tempore primi contractus, de Anno 1423. vſque ad Annum 1446. penes nobiles ſæpè dictos, ſed poſtea, & quidem Anno 1458 directum dominium molendinorum, non tantùm Appellantis maiorum fuerit, ſed & vix etiam leuiſſimum indicium vel coniectura adduci poterit, qua conuincatur, Molitores tunc cuiquam ſoluiſſe canonem vel penſionem, vel à quopiam eius nomine aliquid exactum fuiſſe.

Vigeſimò: Negotium agitatum coram Conſiliariis Electoris, Appellato parum proderit: cùm non niſi tractatio amicabilis, dependens ex partium voluntate, ſuſcepta fuerit, zu vnuerbindlichen Handlungen / non habens neceſſitatem, vt vel in minimum extendat effectum: prout & declaratio Conſiliariorum, ſtatim à Molitore improbata, nec in eam conſenſum eſt. Quinimò nec de mandato & deputatione ſiue commiſſione Electoris aliter conſtat, niſi quod ex libro iudicii refertur: quid aliquando ipſe Schöffenmeiſter / tanquam defenſor hoſpitalis, nudè, & ſine vlteriori probatione prætenderit, quod quidẽ (præſertim quoad deputationem Electoris) ſicut ab vna parte narratur, ita ab altera negatur: vt patet ex reſponſionibus ad nonum & decimum articulos defenſionales ſecundæ inſtantiæ, iunctis Replicis ſub numero octauo, & Concluſionibus numero decimoſeptimo in hac inſtantia productis, vbi aſſeritur: Quòd Electoris Conſiliarii gen Poppart / propter alia negotia kommen / ſey Müller auff Klag der Schöffenmeiſter durch ſie beſchickt / der ſein Verantwortung gethan / vnd als poſt ipſorum abitum Scabini angezeigt / wie ſie einen Spruch erhalten / vnd ſelbſten ein newen Lehenbrieff gemacht / mit Begern / darein zu bewilligen. Molitorem & vxorem noluiſſe conſentire dicendo: Sie wolten ſich ehe an den höchſten Baũ hencken laſſen / es ſey anderſt nit ergangen. Et haud veriſimile eſt, ob hanc controuerſiã, ob ſupplicationem Molitoris ab Electore ſingulariter deputatos & miſſos Conſiliarios. Solent in eiuſmodi cauſis ſubditi vocari, vt aulas ſequantur, & non econtra, Credibile eſt: ſi cauſa magiſtratus authoritate tunc fuiſſet definita; Scabinos per prouiſorẽ hoſpitalis poſtmodũ non ordinariũ inſtituiſſe proceſſum.

Vigeſimoprimò: Ad hoc igitur, vt tituli præſumpti allegatio aliquid operetur, præſertim quando obſtant in contrariũ probationes & præſumptiones fortes: nõ ſufficit eam aliqualiter fucate proponere, ſed opus eſt, vt allegatio adminiculis ſufficientib⁹ munita, valeat aduerſarii fundamẽta ſuperare. Licet enim de dominio poſſeſſoris præſumatur, cùm ſummatim de eo quæſtio eſt. *Bald. in auth. ei qui iurat, C. de bon. auth. iud. poſſid.* Is tamẽ præſumpti⁹ & tacitus titulus, dicitur titulus legalis, quẽ lex ipſa quidẽ confert, cùm ceſſat titul⁹ hominis. Sed 49
vbi extat † titul⁹ hominis, ibi cõquieſcit prouiſio legis, *l. ſi. C. de pact. conuent. l. 2 de iure emphyt.* Quod verò noſtro caſu ex parte Appellantis iuſtior & firmior ſit titulus, ex prædictis patet.

Vigeſimoſecundò: Cùm itaq; allegati tituli vitiũ & inualiditas detegitur, vt quia contraria pro 50
batione tollitur. Cedit enim † veritati præſũptio, *l. ſi. in princ. quod met. cauſ. l. nupturã, in fi. de iur. dot. l. ſi chyrographũ, l. cum de indebito, §. 1. de probat.* Sequitur: nec ex quacũque poſſeſſione † titulũ vitioſũ & in 51
ualidum conualidari poſſe, *vt mox attingendũ erit.*

Vigeſimotertiò: Imò ſuccurrit etiam contra aſſer-

52 assertionem præsumptæ donationis: quòd vbi † potest dari alia coniecturâ, quàm donationis, tũc ea non præsumitur, *l. si cui aurum, de solut. d. l. cum de indebito, de probat. l. eleganter, § qui reprobos, de pign. act. Alex. consil. 40. lib. 4 numero 4. consil. 164. numero 6. lib.*
53 *5. consil. 87. numero. 15. lib. 6.* Donatio enim † fundata ex præsumptione, nonnunquam fallax est, & de re non vera. Ideoque facilè tollitur per aliam
54 præsumptionem, ne fictio † aut præsumptio plus habeat momenti & roboris, quàm veritas: & tacitum valeat plus expresso. De quibus latè per *Tiraquell. in lege, si vnquam, C. de reuoc. donat. verb. donationem largitus, num. 156. 157. Afflict. decision. 80. numero 4.*

Vigesimoquartò: Prætensus is titulus nec temporis subsidio iuuari potest. Ex actis enim nullibi liquet, ne longum quidem tempus, multò minus longissimum ita continuatum, receptione annui reditus, vt longæua & quieta possessio, vel quasi, ad causandam præscriptionem inde constitui
55 possit: Possessio † enim facti est, nec præsumitur, *l. 1. § si vir vxori, de acquir. possess. l. in bello, § factæ. de cap. & postlim. reu. l. si mancipati. C. de collat. Zas. l. possidere, § ex contrario, eod. tit.* Ideo probari debet: *Ias. d. iam l. si emancipati n. 1.*

Si ergo omnia acta perquiramus, non reperitur, ante litem exortam inter hospitale & molitorem, reditum sex modiorum, nomine hospitalis, vel exactum vel receptum: Quod facilè probari potuisset per libros rationum & registra, tam hospitalis, eiusque Zinßhebers/quàm Scabinorum, tanquam Patronorum, qui annuatim eas rationes audierunt & receperunt, quæ registra & in-
56 uentaria † omnes receptores conficere debent, etiam priuati, qui ad rationes tenentur, *l. 1. § officio, de tutel. & ration. distra. Bart. in leg. apparitores. per eum tex. C. de exact. tribut. lib. 10.* Cum itaque inter libros reliquos rationum hospitalis & Scabinorũ, nihil horum reperiatur, quod facilè præsumitur ex eo, quòd non sunt editi libri, siue prolati, imò nec allegati, sed solummodò nixi sunt Appellati manutenentia primæ obligationis, allegatione tituli, & iis, quæ ab Anno 1547. cum molitore peracta sunt, de aliis retrò annis nihil omninò probando: satis colligitur, nõ de præscriptionis initio, medio & cõpleméto sufficienti & habili ex actis cõstare.

Vigesimoquintò: Demonstrant omnes circũstantiæ factorum, dissidia olim inter molitorem (de quibus relatiuè solummodò in extracto libri iudicialis fit mentio) & cœnobium, ante annum 47. & sic post mortem Friderici exorta, nihil pertinuisse ad hospitale minus. Primò, quia nudè narratur, aliquando conquestum molitorem, & remissos duos modios. Secudo, ipsa remissio satis innuit, negotium non tunc fuisse cum hospitali, sed cum cœnobio maiore: hoc enim facilè remittere potuit, illud verò minimè. Tertiò, id apertè declaratur in Duplicis, *n. 13.* vbi Appellans deducit causam fuisse cum d. cœnobio, vnnd der Spittalmeister habe mit Getreyd wöllen bezahlt seyn/dessen sich der Müller geweygert/ vnd also in vielẽ Jahren nichts entricht/ donec sibi iniunctum à Scabinis, vt cum residuis in futurum soluat quotannis quatuor modios. Sed tamen exactio aucta fuit, vt testes deponunt, & sententia à qua, innuit. Quartò, si res aliter se haberet, sequeretur, quòd post Friderich Müllers/ eius heredes, tam hospitali, quàm cœnobio reditus denegassent & sic duplici lite tunc agitata fuisset causa, cuius contrarium ipsi Appellati asserunt & fatentur in exceptionibus contra grauamina, *n. 7.* ibi: Daß solche Früchte vbermäßig von Simonis Vorelt rn, vnd jhm selbst vnweygerlich entricht vnnd bezahlt worden biß vngefährlich ad annum 1547. da sich Simon angefangen zu sperren/ vbi Appellatimet fatentur, initiũ contradictionis, respectu hospitalis minoris, ab eo tempore cœpisse: sibique malè constat, transferendo iam eam litem deß Spittalmeisters/ ad suum propositum, suamque possessionem fundando ex solutione cœnobio maiori facta, & id factum sibi appropriando.

Vigesimosexto: Quibus accedit, quòd solus 57
temporis † cursus non est pro ensad inducendam obligationem, nec ad inducendum titulum, latè *Bart. & Dd. in l. cum de in rem verso, circa princ. de vsur. Felin. c. cum Bertoldus, nume. 25. 26. de re iudic.* Et licet *Alex. in cons. 124. n. 1. & seqq. vol 4.* decidat, quod ex
58 præstatione † decem annorum obligatio oriatur, *per multa, quæ ibid. allegat, quod sequitur & Balb. de præscript. 1. part. 3. part. princ. q. 10. n 6.* Dicit, id esse valde elegans consilium pro dominis & nobilibus qui consueuerunt recipere operas & roydas, & alia seruitia à subditis suis, & nõ possunt probare de titulo, quia sufficit, quod probent præstationem diuturnam, seu longam consuetudinem, allegando aliquem titulum, siue obligationem validam præcessisse, &c. Id tamen † limitatur pluribus 59
modis: vt puta, si constare potest, aliquem soluisse, non animo obligandi verè vel præsumptiuè: quia præsumptio iuris est in contrarium, quòd nemo volens iactet suũ, *d. l. cum de indebito. Bald. in l. fin. n. 1. si de statu defunct. post quinquen. quær.* Item limitatur, dummodò non probetur de contrario. *Cyn. in l. si certis annis, C. de pact. Castrens. l. 2. C. de dot. promiss.* Item nisi tractetur de graui & maximo præiudicio. Et dicitur † graue præiudicium, vbi 60
vertitur amissio dominii: prout nostro casu de directo dominio agitur, de quo *Baldus proximè citato loco n. 7. in fine.* Item limitatur, cum præstationes factæ per decennium, fuerint separatæ, & sic, vbi præstatio fuit annua, secus, vbi fuerit facta vna solutio, pro decem annis, vel pluribus (vt videre est nostro casu, nec aliter patet ex totis actis) *Cyn. & Ias. in dicta lege, si certis annis. Bald. leg. 2. Codic. de dot. promiss.* Et limitat *Bal. in iam dicto loco, numero vigesimoseptimo*, totam eam materiam, dicendo, omnes conclusiones prædictas generaliter limitandas, vt non procedant, vbi probaretur de contrario, quia ista præsumptio non est iuris, & de iure. Quando itaque tempus destituitur aliis subsidiis, vel probatur contrarium, vt est nostro casu: tunc locum habet

bet suprà dicta regula: Quod tempus non est modus inducendæ obligationis: Et sic, vt tradit *Rosred. in act. ex stipulatu*, ex tempore præsumpto malè ageretur, hoc modo: Is soluit mihi centum vel mille annis, condonetur ergo, vt soluat in futurum.

Præterea (inquit) exigimus in persona rustici solutionem per 30. annos, idque *per leg. cum de indebito ibi. si miles vel agricultor, forensium rerum expers, vel alia simplicitate gaudens, &c. D. de probat.* plura allegat & communem dicit *Gabr. lib. 1. titul. de probat. conclu. 1. numero 26.* Malè igitur gloriatur Appellatus in exceptionibus contra grauamina, sibi sufficere, immemorialem possessionem recipiendi Canonem, & sic probationem præscriptionis.

Vigesimoseptimò: Posito, aliquoties hospitali solutum sit aliquid pro Canone, tamen id errore factum esse colligitur ex Actoris siue Appellati assertis, qui molitur tam Iudici, quàm Appellantibus persuadere, & quidem dudum, etiam per iussiones Scabinorum conatus est, miris modis ad solutiones dictarum pensionum eos inducere: licet nemo suum iactare, & ad iussiones Superiorum liberalis præsumatur, vt *in leg. rem legatam. de adim. legat. glo. in l. si vsumfructum, de iure dot.* Sicque animus obligandi inde non colligitur. Sed vbi secus constare potest, verè vel præsumptiuè, puta per protestationem, vel aliter, tunc diutina præstatio non obligat in futurum. *Bald. in dict. leg. fin. de statu defunct. Balb. supra citato loco, nu. 20.*

Vigesimooctauò: Allegatæ quietæ possessioni aduersatur discursus actorum trium instantiarum: quibus deprehenditur, molitorem ad solutiones quaslibet, circa annum 47. sicque breui antè cœptam litem factas, compulsum fuisse: quod nec ipsi Actores apertè negant. Sed ipsa
61 coactio † vel compulsio præsupponit conditionem & resistentiam. Excludit ergo possessionem quietam: quod benè aduertit & collegit Appellans in conclusionibus, dum dicit, illum sibi contrariari, quod Scabini coëgerunt die Müllerin / hundert Malter Auffstandts zu entrichten / sequi, quod 25. annis nihil receperunt: & hinc intelligi posse, quomodo fuerint in quieta possessione. Et illa coactio adiuuatur præsumptione iuris, qua, per dominum in exactione pensionis violentia facta subdito præsumitur, vt per *Specul. de restitut. spol. §. nunc dicamus, versicul. sed si quis, & versicul. pone rusticus. Innoc. cap. bona, la 2. de postul.*
62 *prælat. Ioan Fab. §. æquè, Institut. de act.* Et † præsumitur inter dominum & subditum metus. *Innocent. in capit. si diligenti, de præscript. Guid. Pap. decision. 407. num. 2.* Possessio ita que legitima non exstat. Quoties enim facta exactio, toties denegata est solutio, tanquam indebita. Et sic dum spontanea indebiti solutio non fit, nec repetitio siue condictio eiusdem cesset, *leg. cuius per errorem, de reg. iur. ibi. Dec. & alij.* Id quod huc propriè non pertinet, sed suo tempori & occasioni relinquitur.

Vigesimonono: His in facto tam ita præsuppositis, ad præsumptionem malæ fidei facilis sit transitus. Cùm enim inter reliqua adducta ex documento de Anno 1446. 1458. & 59. appareat, ius & possessionem duorum molendinorum penes molitores tunc fuisse, sicque antiquior possessio apud ipsos conseruatur, & modernus possessor, quem se Appellatus prædicat, titulo careat, præsumitur in ipso mala fides, per allegata per *Balb. in repetit. leg. Celsus, de vsucap. numero decimo.* Licet † enim in dubio bona fides præsumatur, 63
tamen secus est, quando sunt aliquæ circumstantiæ, excludentes hanc præsumptionem, *Balb. iam dicto loco, numero 2. & seqq.* Licet etiam cursus longi temporis excludat præsumptionem malæ fidei: tamen hoc casu deficit talis possessio, vt dictum: imò de contrario, mala videlicet fide, constat, ideò tunc illa fortior præsumptio mala fides, nunquam tollitur, vel purgatur per aliquem temporis cursum. *Felin. capit. vigilanti, in fin. de præscript. Boer. decision. 211 de antiq. temp part. 4. §. materia ista singularis, num. 21.* Quod verò tali casu etiam in præscriptione immemorialis temporis, bona fides sit necessaria; pluribus comprobat *Gabriel. lib. 5. conclusionum, titulo, de præscriptionibus nu. 57.*

Trigesimo: Suspicionem prædictam auget contra Appellatos: quod Actorum priorum plena editio non est facta: Item quod Schöpffenmeister instruxerunt & defenderunt causam, tanquam Patroni hospitalis: Item, quod primæ instantiæ Iudicem se scabinatus præbuit: id quod querelatur Appellans, nec obscurè ex primæ & secundæ instantiæ Actis coniicitur; & ipsemet Appellatus in conclusionibus *nume. 16. & alibi*, fatetur.

Trigesimo primò: Assertæ immemoriali præscriptioni etiam obstat, quod quando ex actis probatis constat, aliquid non debuisse solui, tunc, † non prodest cursus temporis, nec allega- 64
tio tituli vitiosi: *Castrens. Alexand. & alii citati per Grauett. de antiq. temp. part. 4. §. absolutis differentiis, nu. 60. & parte 3. §. 1. num. 28.* Debet enim † præ- 65
statio esse formis, & cum causa: alias si non constat, eam fuisse formem, & factam ex aliqua legitima causa, præsumeretur facta in dubio ex curialitate seu vrbanitate, vel potius, vt nostro casu, errore vel impulsione. Tunc enim nunquam currere præscriptionem, nec locum habere, *dict. leg. cum de in rem verso.* præsertim quando rusticus aliquid præstitit aliquandiu, comprobat *Balb. d. loco 1. part. 3. part. princip. q. 10. n. 24.* Inde non necessarium puto, plura de hac specie præscriptionis mouere, præsertim quando probetur, in contrarium exstare memoriam hominum: cum ex superiore documentorum deductione id, quantum hoc loco opus est, satis perspicuum sit. Superfluum etiam puto ex hactenus deductis, ad comprobandum errorem solutionis, in conclusionibus oblatum iuramentum Appellanti deferre.

Trigesimo secundò: Tandem piæ causæ, vel miserabilium personarum priuilegium, Appellatus sibi malè applicat. Euidenter enim constat, hanc causam vtrinque concernere personas miserabiles & pauperes: Actori, qui exigit debitum hospitalis, agit contra Molitoris defuncti derelictum, vt pronunc, eius maritum, vtrosque pauperes, senes & valetudinarios: Sed priuilegiatus † contra priuilegiatum non vtitur priuilegio, *Iaſ. in auth. qui rem. Codic. de SS. Eccleſ. numero decimoſeptimo, & in auth. quas actiones. eod. tit. Zaſ. in §. rurſus. numero decimoſeptimo, Inſtit. de action.* Principi non conuenit, † vt piæ causæ ratio habeatur, quando ei resistunt fortiores probationes: iniquum enim † foret, illiquidum vincere liquidum: cum omne priuilegium sine iniura aliorum accipi debeat, *Bartol. in leg. impuberi. de adminiſt. tut.* Nec propter fauorem impensum miserabilium personarum, eis tribuendo priuilegium, aliis iniustitia facienda est. *cap. 1. de priuileg. in 6. Afflict. deciſ. 257. num. 5.* Facit in simili: Quod si miserabilis † persona agit ex iurè cessо, & ex causa lucratiua, bona fide, & sine fraude facta, tunc habet priuilegium eligendi forum, *tot. tit. Codic. de hæred. vel. act. vend.* Secꝰ si constaret de simulatione: puta, si facta esset cessio miserabili personæ, de magna quantitate, vel re, pro pauca pecunia, *leg. cum hi. §. modos. de tranſact. leg. per diuerſas. Cod. mand.* Vel si esset cessio facta sine titulo, vel sine causa: *leg. qui ſtipendia. C. de pronunciat. l. nunquam nuda traditio. de acquir. rer. domin. l. nudo. de donat.* itasentit *Afflict. ſuper Conſtit. Neapol. li. 1. ti. de offic. magiſtr. rub 37. §. ſtatuim⁹ n. 27.* Denique satis constat, ex parte hospitalis agi ex causa lucratiua, & sic de lucro capiendo: illic verò per Molitorẽ, de damno vitando: Quo casu, † cũ duo priuilegiati hisce diuersis respectib⁹ agunt, vnus videlicet de damno, alter de lucro, tunc is gaudet priuilegio, qui damnum sentit, *l. verũ. §. ſi. de minor. in d. auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ. n. 11.* His liquere satis existimo, ex parte Appellati deficere titulũ, tàm verum, quàm præsumptũ, & possessionẽ non tàm immemorialẽ, quam longissimam, quin & longam, sine quibus præscriptio constitui non potest. Quod ipsum copiosius prosequi, necessarium non putaui. Sufficit constare ex deductione, Actorem suam intentionem non probasse, ideoque Reum absoluendum *iuribus vulg.* Concludo pronunciandum, quoad Hospitale siue Gottshaus, malè iudicatum, & benè appellatũ, compensatis expẽsis: cum Appellatus duas pro se habeat sententias, & causa obscura & intricata quodammodo sit.

D. N. Quoad fundatam Iurisdictionem, sentit cum Referente: Putat actum actione siue condictione *ex l. 2. & fin. Codic. de iur. Emphyt.* Quia ea videtur vtilis Actori: releuatur ab onere probationis dominij. Quod autẽ competat pro pensione exigenda, tradit *Placent. tract. de ſociet. act. numero tertio, Oldend. de act. Emphyt. rubr. affin. remed. verſ. 8. ſi Emphy.* Propter antiquitatem † instrumenta magis probare, quam testes *leg. cenſus. de probat. iuncta. leg. peregrè. de probat.* Nec requiritur, vt exactè probetur, contractum præcessisse, vel rem expresè datam in Emphyteusin, *vt §. adeo. inſtitut. locat.* Sed sufficit locatio *leg. 1. in prin. ſi ager vectig. l. fin. C. locati præd. lib. 11.*

Accedit, quod à partibus hæc obligatio ita obseruata, vt dicunt Actores: *Grauett. 4. limit. nu. 16. part. 1.* Quia dubium videtur tolli ex obseruantia partium, quæ facit, † vt fides etiam detur scripturæ minus solenni. *Bald. conſi. 402. lib. 1.* Hæc autem obseruantia ex Rei ipsius confessione qualificata, tum errore & coactione, quod à Reo probandum, manifesta est in locis per Referentem ex actis relatis, & testis tertij ad septimum interrogatorium depositione. Et præsumptionem † facit præstatio, omnia debito modo interuenisse. *l. de in rem verſo. de vſur. leg. ſi filius fam. vbi not. Codic. de petit. hæred. Felin. cap. ſicut. de ſent. & re iud.* Hinc possessio † etiam satis constat, quæ licet ex solo locationis instrumento probetur, contra conducentẽ tantum, *leg. ſi quis conductionis. leg. conductoris. Codic. locati. Schneidyv. §. retinendæ. rubr. de interd. vt poſſid. inſtit. de interd.* Tamen quando locatio alicui facta, & desuper solutio pensionis secuta est à possessore (vt hic) tunc istis concurrentibus, simul cum inuestitura probatur possessio, etiam contra quemcunque tertium, & alios omnes: *gl. & Bart. in leg. quamuis. §. conductor. & leg. qui vniuerſas. §. quod ſi per colon. de acquir. poſſ. Ferrar. in form. libelli, quando agitur ad &c. verb. recuſat. numero. 4. & libelli forma, turbatæ poſſeßionis. verb. tenent. nu. 6.* Accedit titulus donationis † & cessionis, qui inter uenisse præsumitur: quia habet admixtũ factũ hominis, puta, solutionis. *Grauet. de antiq. §. 1. n. 32. par. 3. VVeseb. con. 18. n. 7. Dd in l. ex hoc iure de aqua quot. & æſti. c. 1. de præſcrip. in 6. & c. peruenit. de cenſ.* Accedit etiã longissima, † & vltra memoriã hominũ detentio, & quasi possessio dicti instrumẽti, quo se fundant Actores, habet enim vim tituli. *c. 1. de præſcript. c. quibuſdam. §. præterea de probat.*

Hinc tandem & bona fides colligitur, quæ aliàs semper tali casu præsumitur *leg. non ex eo. Codic. de Euict. ibi gloſſ. verb. debes. leg. emptor. Codic. de præſcript. Bartol. leg. cenſus, de vſucap.* facit, quod possessionem † instrumenti Actor habet: quia qui tale, tam rei mobilis, quam immobilis habet, rem ipsam tenere videtur *leg. prima, Codic. de donat.* Venit enim res ipsa contenta in instrumento *leg. ſeruum filii. §. eum qui Chyrographum. de legat. 1. leg. qui Chyrographum. de leg. 3.* Ita vt hac ratione fortior sit illa instrumenti restitutio, quàm ipsius pignoris redditio. Hæc verò, nisi specialiter actum sit, nihil releuat. *Sichard. leg. 1. Cod. de notat. nu. 5.* Inde traditionem instrumenti præsumi, *leg. minus inſtructus. de acquir. poſſ. leg. quædam mulier. de rei. vend. Bald. c. 1. §. facta. ſi de feud. defunct. fuer. controu.*

Sunt etiam coniecturæ de dominio non leues, vt plenè per *Bald. l. quidam in ſuo, de condit. inſtit. Dd. in l. ſiue poßidetis. C. de probat. Canoniſt. in c. cum ad ſedem. de reſtitut. ſpol.* Maximè cum hoc allegatur per Actores: Imò nuda confessio rei, † maximè, si solutio census sequetur, probat dominium directum pro concedẽte, contra Emphyteutham, Pa

pæ de-

pæ decis. 172. nu. 4. Guil. Bened. cap. Rainutius. verb. vxorem nomine, decis. 5. nu. 450. Et licet quidem, non solum in hæredibus vniuersalibus, sed etiam quibuscunque particularibus, sibi locum vendicat. Concludit, Intentionem Actoris, argumentis & præsumptionibus dictis, adeo validari, vt vlteriori probatione non sit onerandus, sed in reum reiicienda, *l. circa. de probat. Ripa. cap. sæpe. num. 2. de restit. spol.* Et casu, quo non probauit, condemnandus ad futurã præstationem: *Menoch. remed. 4. de adipis. poss. nu.* 794.

An Elisa.

Reus Replicando quæstionem Dominij (quod hoc casu, quando videlicet Emphyteuta locationem diffitetur, iura permittunt. *Oldend. in act. Emphyt. versic. affin. remed. nu. 4. Bartol. in leg. legata. de adim. leg. Corras. in miscell. lib. 3. cap. 2. num. 10. per l. litibus. C. de agric. & cens.*) petitionem elidit: Et rem esse liberam, & ad se iure dominij pertinere, conatur ostendere. Et primò quidem Actor proprio ligone vulneratur. Nam instrumentum pro se productum, dominium vtile rei notorium facit, concessio namque Emphyteusis alicui facta, probat dominium vtile pro ipso, contra concedentem, & alios quoscunque: *Panorm. cap. cum olim. num. 8. de cons. Bened. dict. loco num.* 450. Dominium autem directum, & titulum Rei ex documentis tribus productis probant.

In primo documento, Anno 1446. sigillo confirmato, & ab Appellatis in conclusionibus confessato, manifestè patet, Iacobum Molitorem, Rei nostri proauum, titulo Emptionis, controuersa Molendina omnino libera acquisiuisse: atque hinc Dominium nactum esse. Cum em-
79 ptor † præsumatur emisse pro dominio, nisi expresè, ratione Emphyteusis emat, *l. si in emptione. §. rei suæ. ibi Bartol. de contrah. empt. Idem in leg. si rem aliquam nu. 11. de acquir. poss.*

80 Quatuor autem substantialia † probanda sunt ab eo, qui ex titulo emptionis se dominum asserit: *Spec. tit. de act. & petit. §. sequitur videre. num.* 24. De primò non dubitat: vt in instrumento: Et præsumitur facta eo tempore: *Bartol. l. post dotem. num. 21. solut. matrim.* Et præsupponit precij contentionem: quia nemo soluit indebitum, præsumptiuè. Dominium venditoris constat ex primis literis, & præsumptione temporis longissimi, excepta hac lite, qua Molitores quiete, absque solutione possederunt. Item facit in aliis obligationibus, ius pignorandi, Seruitutis, &c. quæ omnia plenam important & liberam proprietatẽ. Concludit, Actionem elisam, vt Referens. Pronunciandum, vt ipse: Salua condictione indebiti, per priorem sententiam reseruata. Compensatis expensis: In quas tamen, nisi obstarent duæ sententiæ, pro Actoribus latæ, ipsos propter prætensum ius non probatum, & malam fidem, multis nominibus præsumptam, condemnare mallet.

D. N. Quod actum est secundum consuetudinem Kistenpfands, non satis intelligit, an magis ad petitoriũ, quàm possessoriũ spectet. Quia tamen ab aliquot annis decursi census, ex obligatione ab initio exhibita petuntur, putat vtramque actionem commodè dari posse, vt per Referentes. Et sic magis petitorium institutum: Tamque super obligatione censuaria. Guarentigia, vel Camerali pro executione eiusdem, vt in simili *Benedict. Benig. de censib. art. 70. n. 103.* Probationes autem sic omninò se habent, vt per Referentes latè deductum: Quia in actis nusquam videt, sufficienter aliquid probatum, siue quoad titulum & dominium, siue quoad possessionem & solutiones censuum, siue etiam prætensam præscriptionem. Excepto maiori hospitali, & quod per errorem, ignorantiam, atque extorsionem quodammodo factum dicitur. Imò posito, non tamẽ concesso, ius aliquod Actoribus ex d. titulo competere, re tamen plus petitum apparet ex instrumento emptionis, de Anno 1446. à Reo producto, cuius virtute antiquior obligatio, super qua Actor se fundat, pro certa illa quota, fuit sublata, cum de contratio non doceatur. Vnde leuis oritur præsumptio: Licet probatio Reo deficiat, quoniam autem causa siue titulus generaliter ignoratur, quod ius Actorum, nec aliæ eius loci probationes appareant, pro ipsa firma satis præsumptio militat, nedum probatio sufficiens & legitima. Inprimis verò allegata cessio doceri debuisset, de authore & causa liquere, adeoque prio res etiam sententiæ confirmari potuissent: Cum talis censualis contractus tam in habente vtilem, quam directam actionem, effectum suum sortiatur. *Idem Benig. art. 73 n. 106.* Sibi itaque Actores, suæque negligentiæ imputent, quod in tribus instantiis nihil præstiterint. Concludit ex rationibus & argumentis ante se deductis, per Referentes: Compensatis expensis. Mallet in sententia ponere expressam reseruationem deß grossen Hospitals.

Consenserunt & alij Domini.

VOTVM VI.

In causa Marggrafen zu B. Contra Comites zu St. & Consortes.

SVMMARIA.

1 *Pignori incumbere melius est, quam in personã agere.*
2 *Dispositio realis plenius prouidet, quam personalis.*
3 *Actiones reales sunt firmiores personalibus.*
4 *Actio personalis cum reali in vno libello proponi & cumulari possunt.*
5 *Reditus annuus, tàm in pecunia, quàm in re, emi & vendi possunt.* (*mi fas sit.*
6 *Forma contractus ita seruanda, vt ei nec addi, nec de-*
7 *Verba contractus sunt forma contractus.*
8 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
9 *Hypothecaria cessat, quando offertur debitum. Oblatione enim & solutione debiti, res Emphyteutica retineri potest.*

10 *In contractibus in dubio electio alternatiuæ dispositionis est debitoris*

11 *Obligatio ad Interesse succedit propter moram.*

12 *In obligationibus facti, regulariter succedit obligatio ad Interesse.*

13 *In alternatiuis sufficit alteram partem existere.*

14 *Verba ita sunt intelligenda, vt actus conueniant, & seruiant materiæ, de qua agitur.*

15 *Verba obligationi inserta. Vid. reditus, vel soluatur, non facto, possessione vel occupatione hypothecæ creditoribus consulatur, quomodo intelligenda.*

PRocuratorum constitutiones vndique sunt sufficientes. Estque satisfactum per D. Rammminger præambulæ, 8. Nouembris Anno 77. publicatæ. Quia 18. Augusti Anno septuagesimonono, produxit loco tutorij documentum Decreti Cameræ super confirmatione eorum tutorum, cum originali collatum, & subsignatum, siue subscriptum per Lectorem.

Iurisdictio est fundata, ratione continentiæ causæ non dividendæ, propter plures correos debendi, tàm Comites, quàm eorum subditos zu Stolberg vnd Wernigerod, vt patet ex narratis supplicationis, citationi insertis, quod nullus partium inficiatur.

Remedia plura ex eiusmodi obligatione, qua se fundant Actores nostri, competere possunt. Dum enim agunt & pactis in continenti contractui appositis, & vrgent ad earum obseruantiam haud malè dici potest, præscriptis verbis esse actum: Rebus enim certa lege traditis, si huic non pareatur, hæc actio datur, *l. si vir vxori. de præscript. verb. l. legem. C. de donat. Dd. in leg. iuris gentium. §. quinimò. de pact.* Sed & actio informata ex contractu intentari potest: & sic nostro casu ex empto, actum videtur *leg. si sterilis. §. si tibi fundũ vendidero. de action. empt. l. qui fundum. de contrah. empt. leg. fundi partem l. Labeo eod. tit.* Si tamen petitionem libelli, eiusque concludendi medium & causam perpendo, potius Actorem se virtute quasi Seruianæ, siue hypothecariæ Actionis armasse coniicio. Principaliter enim petit, se in res hypothecatas immitti, donec sibi de summa Capitali 40000. florenorum, cum pensionibus, damnis & interesse, vigore obligationũ satisfiat. Siquidem is est effectus hypothecariæ, vt res hypothecata, obligata creditori relaxetur, loco pignoris tenenda & possidenda. *leg. si cum venditor. in princ. de euict. leg. si fundus, §. in venditione. & §. creditor. & leg. pignoris. ff. de pignor. leg. pignoris. eod. tit.* Estque hæc via actori vtilior & commodior, *dict. l. si fundus. §. in vendi-*
1 *tione. in fin. de pignor.* Quia melius est, † pignori incumbere, quàm in personam agere, *leg. ita q̃. §. si. de furt. § furti. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Et plenius
2 prouidet † dispositio realis, quàm personalis. *leg. si necessarias. §. de vendendo. de pignor. act. Dec. in leg. plus*
3 *cautionis. de reg. iur. numero. 2.* Suntque † actiones Reales firmiores personalibus. *Dec. latè in rubr. ff. si. cert. pet. nu. quarto, post alios, quos ibid. allegat.*

Quod verò personalis cum Reali in vno libello proponi & cumulati possit, sentit & probat *Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. Sequitur Ioann. Ferrar. in form. act. hypoth. in glossa verbi, memoratis causis. num. 7. & Pet. Iacob. in libello hypothecariæ num. 13.* Sed nostro casu personalem implicatam esse reali, intelligitur ex petitionis verbis, ibi. Jn die Herrschafft Stollberg vnnd Wernigerod / ꝛc. zu immittieren vnnd eynzusetzen / dieselben auch so lang zubesitzen vnd innzuhalten / biß J. F. G. deß Haupsguts / Zins / Kosten vnnd Schaden befriedet vnd bezahlt werden. Quæ verba videntur æquipollere his, quibus ex sententia interpretum, cumulatio dictarum actionum infertur.

Hanc Actionem probatam affirmatim ex eo, quod requisita Principalia & necessaria in actis deducta & probata conspiciantur: vt puta, ꝙ res, ad quam agitur, est obligata partium conuentione, *l. contrahitur l. res hypothecæ, de pignor. l. 23. Cod. quæ res pignor. oblig. poss.* De qua conuentione nostro casu ex obligationibus productis non solum constat, ad effectum constitutæ hypothecæ, sed etiã quoad prosecutionem, immissionem, & inuasionem eiusdẽ, prout pacta contractus in hoc dilucida & clara sunt, nec egẽt vlteriore deductione.

Deinde quod conuentus hac actione, possideat obligatam, *l. pignoris persecutio, leg. & quæ nondũ. §. quod dicitur. de pignorib. l. si cum venditor de euict. §. item Seruiana, vbi Institutistæ. de act.* Quin verò hic ipse Reus, Comes Albrecht Georg, & correi debẽdi possideant res tàm specialiter, quã generaliter hypothecatas, respectiue tamen, diuersis iuribus & modis, notorium est tàm ex actis & confessione partiũ, quàm ipsius facti euidentia. Quod nec alicubi negatur.

Est etiam ex tacita Comitis conuenti confessione illud satis liquidum, quod videlicet instituta Actio remora & dilatione soluendi eius, quod debetur, causam habeat. Quo casu rectè agitur hypothecaria *leg. debitores. C. de pignor.* Determinata enim est dies solutionis, vt ostendunt duæ obligationes: quæ contractus forma & obseruantia, cum violata sit, fundata videtur actio instituta, ob non factam debiti solutionem. *d. l. creditores. C. de pignor. l. soluitur. §. 1. quib. mod. pignor. vel hyp. sol.* Et valet contractus emptionis redituũ, *l. iubemus. la. 2. de SS. Eccles.* Nam reditus annu⁹ †tàm in pecu 5
nia, quam re, emi & vendi potest. *d. iam leg. & Bald. consi. 154. n. 1. vol. 2. & consi. 292. per tot. vol. 5.* Sic etiã valet pactũ de immissione in bona hypothecata, & occupatione siue inuasione eorundẽ: *latè Neguz. de pignor. 4. part. princip. n. 8. & seqq.* An verò electio sit penes creditorem vel debitorem, tradendo pignus, vel soluendo debitum, statim in puncto elisionis habebimus.

Hæc sunt præcipua capita, quæ agenti hac via attendenda & proponenda veniunt. Cumque ea sint plena & perspicua, nec à Reis negata, non egent lata deductione.

Quibus accedunt expressa pacta obligationib⁹ inserta, dilucidis verbis Also vnd der Gestalt / ob Sach were daß / Rei, mit Bezahlung der Zins / einigs

oder

oder mehr Jahr säumig würden / oder sonst einiger Mangel dem halben Actori zustünde / in was Weg sich das begeb/darumb sie jhres Zins vnn Hauptguts nicht häbig seyn möchten/promittunt Rei & fideiussores, sich in Leystung zustellen/vnd davon nit zukommen / es seyen dann alle Zins / Kosten vnd Schäden gäntzlich vnd gar Actori vergnügt/effluxo vero mense nach der Leystimanung / & non facta solutione, permissum sit Actori, reos Gerichtlich zubeklagen zu rechtfertigen / bona hypothecata inuadere, occupare, arrestare, cum vel sine Iudice, biß sie gäntzlich vergnügt vnd bezalt seyndt. Hæc, inquam, pacta & conuentionis leges præscriptæ, sicut sunt claræ & perspicuæ, ad fundandam Actoris intentionem: Ita nec opus esse puto de virtute & vi pactorum, quatenus seruari conueniat, & par sit, frustra multis, & cum tædio disputare, & nauseam mouere. Inde puto, Actionem probatam.

Elisionis vires ex ipsis obligationis instrumentis ab Actoribus productis, desumptæ sunt. Inde primum locum sibi vindicat causa Emptionis & venditionis annui reditus in pecunia, cum pacto de retrouendendo, ipsis venditoribus, & nō emptoribus, reseruato: Id quod certam & substantialem formam contractui nostro constituit: & est tanquam principalis obex defensionis Reorum:
6 quæ forma † contractus ita seruari oportet, vt ei nec addi, nec demi fas sit, *leg. ad probationem. la 1. ibi, quem tenor scripturæ designat. C. de probat. Bartol. in l. huiusmodi. l. si ita quis stipulatur. de verb. obligat. l. sancimus. ibi placiti tenor. C. de fideiuss. l. ex verbis. ibi: verborum conceptio, non fideicommissum relictum ostendit. C. de donat.*
7 *inter vir. & vxor.* Quia verba † contractus, sunt forma contractus, dicit *Bald. in l. fin. vers. ex hoc elicitur.*
8 *C. de fuis & legit.* Et contractus † ex conuentione legem accipiunt *l. 1. §. si conueniat. depos.*

Deinde licet in nostra obligatione nonnulla pacta inueniantur, per ea tamen non intelligitur conuentum esse, vt non soluto reditu termino præscripto, sicque commissa mora, statim & directe, atq; annullato & cassato cōtractu, ac si venditio nunquam facta esset, vel restituendum precium emptionis, vel immissio in hypothecam: Licet plenaria solutio reditus & omnis interesse facienda sit. Id enim solummodo pactum videtur, vt reditus annuus, præscripto modo soluatur, vel solutione pensionis & cēsus dilata, & re hypothecata periclitante creditori possessione eiusdem, siue immissione in rem obligatam, consulatur. Siquidem contractus & obligationis verba habent: vt spreto obligatio, post mensem, emptor siue Actor gut fug vnd Macht haben soll / vmb die verfallene vnd außstehende Schulden/auch Kosten vñ Schäden/ Venditores & fideiussores deßhalbē mit Recht fürzunemen/zubeklagen/jhre Gütter anzugreiffen / zu arrestieren / zu pfenden / die zuverkauffen / oder jhnen selbsten zubehalten/etiam sine Iudice, renunciantes omnibus iuris beneficiis, immer so lang/biß d. Emptor vmb Hauptgut/ außstendige vñ verfallene Zins/ oder andere Mängel/ sampt allen Kosten vnd Schäden/gäntzlich vergenügt vñ bezahlt sey. Saluo iure retrouendēdi, quandocunq; venditoribus placuerit. In his cōuentionis verbis expresse dispositum non reperio, vt commissa mora soluendi, restitutio precii sit facienda, vel aliam pœnam possessionis vel hypothecæ stipulatam esse, cuius intuitu mora purgari nunquam possit.

Et, sicut in casu, quando cōuentum est, si intra certum tempus debitor non soluat, creditor possit vendere pignus, &c. debitor etiam elapso termino, offerendo solutionem, audiri debet, *Specul. de lit. contest. §. 1. vers. patet. num. 14. ibi: item si tibi rem. & Cardinal. Clem. 1. §. nos itaque pen. quæst. de iureiur. Dec. in leg. fructus. de Reg. iur. Bald. in l. 3. de pign. act. gl. in*
9 *leg. 1. C. de pact. pig.* Ita etiam hypothecaria † cessat, quando offertur debitum. Oblatione enim & solutione debiti, res Emphyteutica retineri potest, *l. Paulus. in fin. quib. mod. pign. vel hyp. solu. leg. mulier. qui pot. in pignor. hab. l. si fundus. §. in vendicatione. de pignor. Ferrar. in form. lib. action. hypoth. in glossa verb. Satisfacere numero primo, per iam allegata iura. Sequitur Oldend. in class. ead. actione, in forma positionum Actoris. vers. 7.* facit *text. in leg. 2. quib. mod. pign. vel hyp. solu.* Et notandum *dicit Petr. Iacob. in form. libel. hypothec. numero septimo.* Quod actor agens hypothecaria, repellitur, si offeratur ei debitū, *per dict. leg. Paulus, §. qui pignoris. iure. C. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. Rosr. de libellis, Actione Seruiana* dicit, ū possessor, quicunq; sit, vult offerre & soluere debitum tibi, repellit te creditorem agentem, & sic confirmat sibi possessionem illius rei, *per dict. leg. Paulus.* Et sufficit hoc casu oblatio sine designatione: quia facta ante litis contestationem, & sic reintegra, *Bartol. dict. leg. si Insulam. numero duodecimo, Zas. in l. si quis arbitratu. num. 14.* Et facta est cum Interesse & damnis, quod nō negatur.

Porro cum actor noster in sua petitione libelli videatur in effectu alternatiue petere, vt vel precium restituatur, vel traditio pignoris fiat, nō potest inde sequi, vt ad electionem Actoris alterutrū fieri necesse sit: Cum nō hæc principaliter & proxime sint in obligatione, sed ordine successiuo, vt vel reditus soluatur, vel traditio hypothecæ fiat, donec Actor de toto debito securus fiat, sibique sortis nomine cautum sit. Quo casu Electio regulariter non est penes creditorem, sed debitorem, *l. plerunque. §. fin. de iure dot. l. si in emptione. §. pen. de contrahend. empt. Institut. in §. huic autem. tit. de action. cap. in alternatiuis. de reg. iur. ibi plene Dyn. & Felin. in capit. inter cæteras. numero quarto, & decimo sexto, de rescript.* Et licet hæc regula sit semiprocardica, *vt inquit Las. in dict. §. huic autem. numero sexto.* Et in primis limitetur in casu, quo alternatiua esset adiecta in fauorem creditoris, *vt per Bartol. & Dd. in leg. quamuis. de pignor. action. & Castrens. in leg. quarta, §. si ex conuentione. de re iud.* vt si conuentum esset, vel soluere ad pascha, vel dare pignº: ibi creditor eligit, alterutrum petendo, vt communiter *per Dd. in allegatis locis.* Attamen hic versamur in diuersis terminis: quia talem formā cōtractus obligationes nostræ nō ostendunt: Imo iam est constituta hypo-

theca siue pignus. Et posito, alicui videatur simile quoddam conuentum inter partes, tamen cõmunior sententia est interpretum. Quod in contra-
10 ctibus † in dubio Electio alternatiuæ dispositionis, est debitoris, præsertim quando tale pactum in fauorem creditoris expresse non extat. Hic enim vtrumque quidem est in obligatione, vt videlicet debitus reditus soluatur, vel, si minus fiat, hypotheca occupetur: Sed alterum tantum est in solutione siue præstatione, vt dicunt *Dd. text. est in leg. secunda*, §. 1. *ibi: aut in pendẽti est donec alius soluatur. de verb. obligat. Anton. Fumæ. in tract. de eo quod interest. num. 62.*

Hic succedit, quod origo & causa proxima institutæ actionis est, ipsa mora cõmissa, in non soluẽdo reditu. Sed notorium est, quod propter mo-
11 ram † succedit obligatio ad Interesse, vt plene per *Dd. in l. cum te mihi. leg. vinum. si cert. pet. l. stipulationes non diuiduntur.* §. *Celsus. de verb obligat. Grammat. decis. 103. num. 140.* Item in obligationibus facti, tacite venit obligatio ad interesse. *d. l. stipulationes non diuiduntur. ibi Dd. & Zas. num. trigesimo secũdo.* Quo casu siue factum, siue interesse petatur, Reus semper potest alterum eligere, *Bart. iam d. leg. & Zas. n. quadragesimo quarto*, vsq; ad sententiam inclusiue. *facit l. miles.* §. *decem. de re iud.* Sed solutio est facti *l. con' l.* §. *fin. de curat. furios.* Estque obligatio ad interesse (quæ hic tacite venit) proxima obligationi facti, vt illi inesse videatur, *l. si pœna. de verb. obligat. Guid.*
12 *Pap. decisio. 171. numero tertio.* Hinc infertur, † quod in obligationibus facti regulariter succedit obligatio ad interesse, nec agi potest præcise ad factũ, quod est nostro casu, ad solutionẽ vel restitutionem summæ capitalis, siue pretii. *Bartol. & alii in dict. leg. stipulationes. in octaua quæst. de verb. obligat. Neguz. de pignor. secunda part. princip. memb. 1. numero octauo.* Confirmat idipsum communis conclusio Dd. fundata ex textu *in leg. si seruum stipulatus.* §. *sequitur. de verb. obliga.* vbi habetur, Eum, qui moram fecerit in soluendo id, quod promiserat, posse emendare eam moram, postea offerendo: hanc enim esse quæstionem de bono & æquo, *facit text. in dict. l. si insulam. & l. si seruum.* §. *sequitur. eod. tit. late ibidem Alexan. de Imol. num. decimo quarto, & seqq.* præsertim cum casus noster referri non possit inter certos numeratos casus à Dd. in quibus moræ purgatio non admittitur, vt per *Alexand. iam dicto loco & Zas. in dict. l. si Insulam. numero trigesimo quinto, & seqq.* Sed sit vnus de casibus permissis, vt per *Salic. tractat. de mora. 2. quæst. princip. numero vigesimo septimo & 28.*

Et fit in præsentia duplex consideratio moræ, vna, respectu debiti principalis, pensionis videlicet, siue reditus non soluti in termino. Altera vero, intuitu restitutionis pretii, ac si ob morã facta esset resolutio contractus, iuxta *leg. Commissariæ. C. de pact. inter empt. & vend. & l. Traiectitiæ. de Act. & obligat.* Sed effectus primæ considerationis cessat, propter oblationem solutionis debiti, cum interesse, quod dicitur pœna respectu soluentis, *Guid. Pap. decis. centesima septuagesima prima, num. tertio, & Zas. in l. dies cautioni.* §. *in eum. numero quinto, de damn. infect.* Altera vero cõsideratio hic locum non habet, quia ea pœna stipulata non est: Ideo non licet mutare formam contractus, quæ venditori tantum permittit retroemptionem, ne per obliquũ ea, quæ inducta sunt, operentur contrarium effectum. *l. legata inutiliter. de legat. 3.* Vel forte constitutio Carolina tali modo de Anno quadragesimo octauo, eludatur. Quin imo hoc loco, causa plus petitum esse dici posset, per tradita *in* §. *huic autem. Instit. de act.* Fundatur hoc ex verbis obligationis perspicuis, ibi: Wann sie/effluxo mense, die außstehende Gülten/ auch Kosten vnd Schäden doch nicht benügig gemacht/ sollen sie/Creditores macht haben/ Debitores deßhalben (notetur verbum deßhalben) mit Gericht fürzunemmen/ vnd hypothecen zu occupieren/ &c. Et habet dispositio obstagii condi tionẽ: ibi: Also vñ der Gestalt/ wañ sie jhrer Zins vñ Hauptguts nicht hãbig oder sicher seyn möchten/ &c. notetur vocabulum oder/ quia in alterna iuis † sufficit, al- 13
teram partem existere. *leg. si hæredi. de condit. & demonstr.* prout hic existunt sufficientia pignora, de quo nemo conqueritur etiam quoad sortẽ. Haud igitur recte, ratione pretii, obstagiũ exigi potuit. Quia dictio, Hauptsummen/ non caret effectu, licet propter moram statim & prępostere repeti nõ possit: quia retinet effectum successiuum, vt dictum est, & habet ius hypothecæ, in omnem euẽtum, donec plene satisfiat contractui: nec enim patitur natura contractus aliam interpretationem: Sed verba † ita sunt intelligenda, vt actus 14
conueniant, & seruiant materiæ, de qua agitur, ne sibi contrariari videantur: *Iuribus vulg.*

Si itaque pretii restitutio nondum peti potest, nec alterum, quod eius nomine petitur, immissio scilicet in hypothecam, locum habebit: Nam id successiue inest obligationi, vt videlicet reditus soluatur † quo non facto, possessione vel occupa- 15
tione hypothecæ creditoribus consulatur. Quod tamen semper ita intelligitur, vel existente mora, suspicione fugę, vel pignoris periculo, *Neguz. de pignor. in 4. parte princip. numero decimoquinto.* Sed hic moræ effectus cessat, propter solutionem pœnæ, scilicet eius, quod interest: Et fuga non est suspecta, nec hypotheca periclitatur, de quo nec Actores conqueruntur. Cum itaque per solutionem eius, quod nunc debetur, creditori satis caueatur, res plena periculi foret, si immittendo in possessionem beyder Herrschafft/ Stolberg vnnd Wernigerod/ partes, multis rixis & damnis implicarẽtur: Imo contra iura & dolose impetraretur, quod statim facta solutione, restituendum esset, *leg. in venditione. in fin. de reg. iur.*

Tandem non obstat, quod forte quis dicat, eã moram sæpius contingere posse, vnd man hab mit lieb selten die Gülten zuwegen bringen kõnen: quia is euentus satis prouisus est in obligatione: Atque id semel placuit contrahẽtibus, qui aliam & apertiorem legem non dixerunt. Inde concludo, Actionem elisam, & in effectu pronũciandum: Actoribus nõ licuisse exigere summam capitalem,

siue

siue pretium, & pro hoc immissionem petere, sed reos Comites, & correos debendi, per text. *in leg. 3. versic. fin. de duobus reis. & late Ronchegall. in tractat. de duob. reis constituendis, ad dict. l. 3. versic. fin. numero 14. & seqq.* saluis obligationibus in omnibus punctis, absoluendos: ita tamen, vt satisfiat nunc & in posterum Actoribus de reditibus in interesse & damnis: Cum refusione expensarum: Iniquum esset, crebris litibus & mora soluendi vexari, tamen onus expensarum simul ferre.

Saluis votis aliorum.

D.N. Actum ex Empto: Quoad pensiones residuas, eam probatam: Quoad sortem, etiam posset videri probatam: per clausulam obligationis, vt nisi soluatur, immissio petatur, donec summa capitalis soluta sit. Sed putat hoc pactum vsuram sapere, vt per verba der Policey Ordnung / de Anno. 48. *& Gail. obseru. 7. num. 12. lib. 2.* Et hoc siue tale pactum, tacite & inuolute id operaretur, si validum esset, Imò hoc ipsum pactum fortius & acrius vrget & compellit venditorem ad reluitionem sortis, quam si eandem vendicaret, expresse promisisset eandem reddere: *text. & Dd. in l. is cui. §. missi. & §. qui legatorum, vt in poss. lon. legat. seruand. caus. esse lic.* Ideo hoc pactum nullarum virium est, & per consequens, quoad hunc punctum, scilicet Sortis seu capitalis, Reos absoluendos puto. Quoad punctum residuorum casuum, & interesse, &c. eam elisam putaret, si Reus realiter obtulisset, vel in euentum obsignatam deposuisset pecuniam. Sed quia id non factum, saltem ex officio præfigendum ei terminum putat, intra quem oblationi suæ verbali realiter satisfaciat, cum comminatione, si id minus fiat, vt ad instantiam aduersarii fiat, quod iuris est.

D.N. Concludit cum Referente, ita tamen, vt in sententia exprimatur, vt iam & in posterum congruo tempore & loco, iuxta obligationem, soluatur pensio annua, Reum plane in omnes expensas & damna condemnando: Et sic non opus erit illa præambula, de qua Dn. Referēs: Quia sententia eo modo concepta, hoc ipsum dictabit.

D.N. & N. Concludunt cum Referente. Quoad formam sententiæ, puto, propter confessionē debiti, ratione redituum, absolutorium esse Iudicium sicque potius exprimendam absolutionem, quam cōdemnationem, propter oblationem solutionis eius quod debet, cum omnibus damnis & interesse. Posset tamen condemnatoria respectiue subnecti, propter expensas, damna & interesse, & vt Rei in posterum maturius soluant. Et per Executoriales commodius subueniri possit.

Forma Sententiæ,

ISt allem fürbringen nach zu Recht erkannt / daß beklagte von angestelter Klag / doch den beyden Schulduerschreibungē sonsten in all ander Wege dardurch nichts benommen / zu absolueren vnnd zu erledigen. Aber den Herrn Klägern die von dem Jahr 74. biß dahero verfallene / vnd noch vnentrichte / auch alle künfftige Jahrs Gülten der 2000. fl. biß auff widder Ablösung der 40000. Gülden Kaufffummen / järlich / wie sich / Krafft gedachter Gültverschreibungen gebürt / vnuerzüglich zuerlegen vñ außzurichten schuldig seyn / Als wir sie hiemit respectiuè absoluieren / erledigen: Vnd verdammen / sie beklagten in die Gerichtskosten deßhalben auffgelauffen / zusampt die erlittene Schäden / vnd alles Interesse, jhnen Klägern nach rechtlicher Mässigung zubezahlen völlig ertheilend.

Aliter, atque hoc modo pronunciatum.

IN Sachen / &c. Jst allem fürbringen nach zu Recht erkannt / daß gedachten Beklagten / ermelten Klägern die vō dem Jahr 74. biß dahero verfallene Zinß / beyder in Actis fürbrachten Hauptuerschreibungen zuerstatten / dergleichen auch hinfüro / biß zu gäntzlicher Widerlösung zuuerzinsen / darzu alle Kosten / Schäden vñ Interesse, auff rechtliche Messigung zuentrichten vnd zubezahlen schuldig / als wir sie auch zu diesem allem hiemit condemnieren vnd verdammen / vnd solches in contumaciam.

VOTVM VII.

In causa N. Contra T. X.

SVMMARIA.

1 *Intentio Actricis directa est ad hoc, vt libellus valeat.*
2 *Actio ea competit non solum cum tota hæreditas, sed & cum pars siue portio eius petitur.*
3 *Renunciāti nullus vlterius datur regressus ad ea, quibus renunciauit.*
4 *Renunciatio dicitur in pactum abiisse, ideoque ab eo non recedendum.*
5 *Pactum de repudianda successione viuentis vt valeat, quæ requiruntur.*
6 *Pacto quis præuenire potest, ne sibi aliquis succedat.*
7 *Renunciatio omnium rerum, etiam futurorum, valet.*
8 *Volenti non fit iniuria.*
9 *Renuncians se obligare censetur ad non petendum.*
10 *Promißiones iuratæ licet in hæredem, quoad periurii obligationem non transeant, ad reatum tamē, quoad obseruantiam, sicut & aly contractus, obligant hæredem,*
11 *Insiurandum accedens pactum, magis corroborat, & adstringit, & in hæredem derivat.*
12 *Hæres iurantis fidem & contractum ei, cui iuratum est, seruare tenetur.*
13 *Decedente aliquo sine ascendentibus & descendentibus, ad eius hæreditatem vocantur fratres & sorores.*
14 *Pactum reseruatum non interpretandum, vt ius commune lædatur, & cum damno alterius, alius indebite lucrum accipiat.*
15 *Disparitas inter sorores renunciantes non præsumitur, ideoque interpretatio ex alterutrius renunciatione sumitur.*
16 *Consuetudinem allegans tenetur eam probare.*
17 *Conditionem semel existere sufficit, licet non in ignorantem, imo ratione suitatis etiam duret.*
18 *Exclusio omnis debet intelligi perpetua.*

19 Deci-

19 *Decisio causæ huius totius vnde pendet.*

20 *Renuntiationem hanc sub modo & tempore incerto & suspensiuo factam esse, quibus verbis probetur.*

21 *Renuntiatio qualiter facta.*

22 *A Renunciatione pura & absoluta licet alias non detur regressus, tamen hic secus fit.*

23 *Renunciationes sunt stricti iuris, & in eis non veniunt nisi quæ expressa sunt.*

24 *Contractus virtus ad alium se non extendit, quam ad eum qui expressus est.*

25 *Renunciatio in vno non inducit exclusionem in alio.*

26 *Renunciationes legibus & naturæ aduersantur, reputanturque pro odiosis.*

27 *Odia restringi debent, non ampliari.*

28 *Fauorabilis potius in re dubia assumi debet, quam odiosa.*

29 *Iuramenti natura est, confirmare quod actum, & non ad aliquid extendere.*

30 *Renuntiatio habens formam specificam suspensiuam, quid operetur.*

31 *Forma specifica suspensiua est obseruanda, ne vltra suam intentionem obligentur contrahentes.*
Ea enim tanquam causa finalis, & solennitas contractus, quæ dat esse rei. n. 32.

33 *Renuntiatio in hoc casu facta, non excludit renunciatem simpliciter, sed certo modo, & per existentiam quarundam personarum, &c. Verba, quibus id ostenditur, quæ. n. 34.*

35 *Renuntiationes temporalitatem habẽtes, ad exclusionem perpetuam trahere permissum non est.*

36 *Donatio, vt post mortem donatarij res restituatur, valet. Quod etiam ad tempus certum vel incertum fieri potest. ibi. n. 37.*

38 *Pactum de non petendo aliquibus hæredibus factum, non prodest aliis cohæredibus.*

39 *Renunciationis causa expressa fauore scil. conseruationis familiæ & agnationis, restringitur ipsa renunciatio.*

40 *Limitata causa, limitatum producit effectum, & exclusio debet restringi ad eius causam.*

41 *Argumentum à cessatione causæ renunciationis sumitur ad cessationem effectus eiusdem.*

42 *Causa renunciationis summaria quæ.*

43 *Paria sunt, non esse causam, & eam finitam esse.*

44 *Filia exclusa à successione patris ob masculos his deficientibus, admittitur.*

45 *Tam statuto, quam pacto, & partium conuentionibus fieri potest, vt filia fœmina dotata nõ succedat quousque vel donec superuixerit masculus. Sed fœminæ taliter, semel per masculos exclusæ, nõ perpetuo manent exclusæ, sed finita masculina linea regressum habent ad petitionem renunciatam. ibid. num. 46. Idemque obseruari, si eiusmodi dictiones proferantur à contrahentibus, vel testatore. ibid. n. 47.*

48 *Verba in omni dispositione & contractu non otiosa esse, sed aliquid operari debent. Imo nedum minimum quidem verbum sine virtute aliquid operandi esse debet. num. 49.*

50 *Verborum illorum, donec supereſt masculus. &c. effectus quis.*

51 *Verborum illorum: donec masculi extant, intellectus quis.*

52 *De vna persona & re male infertur ad aliam personam & rem.*

53 *Nota verba; illa renunciationis,* Verzeihe ich mich aller angezeigter Erblichen Gerechtigkeit / was vnd wie viel mir Vätterliche/ Mütterliche/vnd Brüderliche Erb gebüret / vnnd künfftiglich võ Mannstammen absteigender Linien / gebüren möcht. &c.

54 *Ius ex N. renunciatione suspensum, in neptem transmitti potuisse, & transmissum esse, vnde patet.*

55 *Defectus quotiescunque non est in iure deferendi, sed est suspensio iure agnoscendi, vel petendi, ibi lex dispensat, vt fiat transmissio.*

56 *Onus suspensionis non adimit vel priuat. Et aliud est suspendere, aliud tollere.*

57 *Hæres suus iure veteri & nouo hæreditatem, beneficio suitatis transmittere potest, etiam infans, paternam hæreditatem non aditam, in quoscunque etiam extraneos, transmittere potest. ibid. n. 58.*

59 *Reis, qui non minus in subsidium suæ intentionis, eius loci consuetudinem atque actor allegat, probationis onus incumbit.*

60 *Fructus in hoc petitionis hæreditatis iudicio veniunt iure & ex natura actionis, non officio iudicis.*

NVllitatem in priore instantia commissam esse nõ video: iudicium enim & iurisdictionem ex omni parte fundatam, & recte, licet succincte, seruatis tamen substantialibus processum esse puto, prout nec in deductione grauaminum vllius nullitatis haud facta mentio.

In procuratoriis nihil deficit, nec Actrix inficiatur, Reos, tãquam legitimos tutores, defensores, & administratores bonorum, suorũ liberorũ, in vtraq; instantia ius in se suscipiẽdæ litis habuisse, eoq; nomine recte constituisse procuratores.

Formalia sunt iusta: Lata enim sentẽtia 9. Feb. Anno 75. statim in continenti est appellatum viua voce ad Cameram Imperialem, præstito iuramento Appellationis, datisque Apostolis reuerentialibus.

Instituta est hæreditatis petitio contra Appellantes, tanquam detẽtatores, nomine suorũ liberorum, portionis hæreditariæ, ad Actricem spectantis, quam suis maioribus, à tempore renũciationis Auiæ Margarethæ, sub conditione suspensiua, seu potius sine conditione, sed quadã suspensione, *vt per Bart. in l. fin ad Tertul.* debitam fuisse, & iam per existentiam eius conditionis, pure ad se spectare asseritur: vt intelligi potest ex conceptis verbis & mente libelli, eiusq; petitione: nec non contradictione Reorum. Ibi enim Actrix in effectu asserit, se hęredem portionis auiæ competentis de bonis proaui & proauiæ. Hic vero id ius plane negatur. Adiuuatur ea forma libelli, ipsa clausula salutari, ei annexa, quę (vt constat) effectu carere non debet. Accedit quod principaliter in iã dictum finem & effectum Actricis intentio † directa est, quod ipsum maxime attenditur, ad hoc, vt libel-

vt libellus subsistat, *l. licet, l. non solum, petit. hæred. Abb. capit. 2. de libelli oblation. Couarru. practic. quæstio. capite duodecimo, num. 1.* Et competit ea actio, † non solum cũ tota hereditas, sed & cum pars, siue portio eius petitur, *l. regulariter, cum l. seq. de petit. hæred. l. 2. & per tot. tit. si pars hered. pet.*

Actionem probatam, minimeque per Reos elisam censeo.

Licet enim obiiciatur, renunciatum esse hæreditati paternæ, maternæ, fraternæ, medio iuramẽto, sicque nec Margarethæ, nec ipsius hæredibus, ad renunciatam hæreditatem aditus pateat, cum renuncianti † nullus vlterius detur regressus, ad ea, quibus renunciauit, *l. si quis in conscribendo, Codic. de Episcopis & Clericis.* Idque maxime virtute præstiti iuramenti, *notatur in cap. cum contingat, de iureiur. c. quamuis, de pact. in 6.* Renunciatio enim † dicitur abiisse in pactum, ideoque ab eo non recedendũ. *Bald. consil. 437. vol. 1.* Prout & pactum † de repudianda successione viuentis, valet, quoad repudiantem, consentiente illo, de cuius successione agitur (vt nostro casu liquet) *Dd. in l. vlt. C. de pact. l. stipulatio hoc modo, de verb. oblig.* præsertim quando aliquid pro eo acceptum est: quia potest † quis præuenire pacto, ne sibi aliquis succedat, dato pro hoc aliquo inter viuos, *Bal. consil. 148. n. 7. volum. 1.* Sed rẽnunciatio † omnium iurium, etiam futurorũ valet, *Bald. l. 1. vbi Alciat. circa fin. & communiter Dd. in l. pen. l. cum proponas, C. de pact.* Nec volẽti † fit iniuria; *l. cum donationis. 34. C. de transaction. l. 1. de li. hom. exhib.* Et renuncians † censetur se obligare ad non petendum, *Bart. in lege, iubemus, Codic. ad Velleian. Canonist. in capit. peruenit, de empt. & vendit. Heinrichman. consil. 1. num. 108.*

Deinde, licet iuratæ promissiones † in heredẽ non transeant, quoad periurii obligationem, ad reatum tamen, quoad obseruantiam, sicut alii cõtractus, obligant heredem, *l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. l. si pactum, de probation. tot. titul. vt actio ad hered. & in hered.* Iusiurandum enim, † accedens pactum, magis corroborat & adstringit; & in hereditatem deriuat, *Dd. in capit. veritatis, de iureiurand. Bald. Castrens. in lege, grege legato, de legat. 1. Bal. in lege prima. C. de pact. Bart. in leg. generaliter, Cod. de rebus credit.* Et debet heres iurantis † fidem & contractum seruare ei, cui iuratum est, *late Couarruuias in cap. requisisti, n. 2. in fin. de testam. & in capit. quamuis pactum, de pactis in 6. part. 1. relect. §. 3. n. 3. & 4.*

Tertio: Et clari iuris sit, quod decedẽte aliquo sine † ascendentibus & descendentibus, ad eius hereditatem vocentur fratres & sorores, per textum expressum *in Nouell. de heredibus ab intestato veni. §. restat, & §. ita demum. Instit. de hereditat. quæ ab intestat. l. 2. §. proximum, de suis & legit. hered.* prout nostro casu Reorum coniuges iunctæ sunt Adamo fratri defuncto, secundo gradu: Actrix vero quinto, lineæ transuersalis.

Quarto: Idque pactum reseruatum præsupponat proximitatem, & habeat condictionem, nisi proximiores existant. Nec id interpretandum sit, vt †ius commune lædatur, & cum damno alterius alius indebite lucrum accipiat. *Bar. in l. omnes populi, q. 6. de iust. & iure.* Quod hic contingeret, si proximiores sorores à remotiore cognata excluderentur.

Quinto: Non præsumenda disparitas † inter sorores renunciantes Margaretham & Annam, nec vnam magis dilectam à patre, sibique minus prospexisse, quam alterã, sed pariformiter sua iura cessisse fratri & eius heredibus, ideoque interpretationem sumendam ex alterutrius renunciatione. Cum itaque Anna expressioribus verbis, & apertius, qualitatem cessionis edixerit, ibi: Ob sich auß vätterlichs/mütterlichs vñ brüderlichs Erbs &c. ander Erbfall begeben/ daß sie wollt vnverzigen seyn: merito hinc intellectus mutuari debet. 15

Sexto: Allegantem consuetudinem † cõuenit eam probare, noti est iuris. Sed Ducatus Bauariæ allegata consuetudo, qua dicuntur, remotiores tali casu habere regressum cum proximis gradu, ab Actrice minime est probata; Ergo nihil releuat dicta consuetudo ad decisionem causæ, sed relinquitur dispositioni iuris communis. 16

Septimo: Bona hæreditaria, de quibus hic disceptatur, non posse dici bona Aui Sigismundi. Postquam enim hæreditas adita est per filiũ Antonium, & eo defuncto, per nepotem Adamum, dicenda erit Antonii, & deinde ipsius Adami, postremo iam demortui, hereditas. Ideoque recte negatur. Reos quicquam detinere, quod ad Sigismundi hereditatem pertineat, *l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg. & pupill.*

Octauo: Verba renunciationis habere conditionem, quia contineant tempus incertum, *l. dies incertus, de condit. & demonstration.* Sed Regula est, quod sufficit, † conditionem semel existere, licet non duret. Nam omnis exclusio † debet intelligi perpetua, *l. seruus, de pœn. Anchar. cons. 220. n. 1.* 17 18

Tandem iuris esse non obscuri (posito, quod d. Margaretha habuerit regressum) tamen sua iura non potuisse transmittere in neptem, *vt Bald. in l. 2. C. de lib. præter. circa fin. & Tiraq. de vtroque retract. §. 1. gloss 9.*

Attamen nostræ renunciationis & pacti de nõ succedendo, perpẽsa causa, modo & effectu, facile liquebit, in contrarium adductas rationes & iura, huic nostræ hypothesi parum conuenire.

Siquidem litera & mens † vtrinq; productorũ & recognitorum documentorum, à quibus vnicè totius pendet causæ decisio, vt puta transactionis, recessus Ducalis, renunciationis & reuersus pariformiter & simul, aliud nõ cõtinent, nec probant, quam sub modo & tẽpore incerto & suspẽsiuo, renunciationem factam esse, † hisce videlicet verbis: Soll der Verzicht sie Margaretham vñ jhre Erben ferrner vnd weiter nit binden/ dann vmb vnd für vätterlichs/ mütterlichs/ auch brüderlichs Erb vnd Gut/ vnd so gemeldter Anthoni/ sein Sohn/ vnd deren abstaigender Lini mannlichen Namens vnd Stammens nit mehr vorhanden/ noch im Leben seyn/ vnd so lang derselbige mannlich Stamm berührter Lini wäret. 19 20

21 Hinc apparet, renunciatum † esse non absolute, pure & indeterminate, sed limitatiue, cum modo & suspensione siue reseruatione quadam iuris competentis, tunc quidem habitu & potentia, iã
22 vero ipso actu, *vt Dd. loquuntur*. Licet itaque † à renunciatione pura & absoluta nõ detur regressus, tamen hic secus, cum de alia qualitate aperte constet, à qua non recedendum est. Sicut enim renũ-
23 ciationes † stricti iuris, & in eis non veniunt, nisi quæ expressa sunt, *c. sane dilecta, cum glossa, verb. retinere, in fin. de renunc.* Et sicut contractus virtus † ad
24 alium se non extendit, quam ad eum, qui expressus est, *l. ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verb. oblig. l. ad probationem, C. de probat.* Ita renunciatio in vno, nõ
25 exclusionem † inducit in alio, *l. si domus, de seru. vrb. prædior. l. fundum, C. de iure delib. l. 1. §. videndum, de successor. edict. Castrens. cons. 86. n. 6. lib. 1.*

26 Aduersantur. n. renunciationes † legib. & naturæ, proq; odiosis reputantur, *Bald. in § itẽ Sacramenta, n. 11. 12 de pace iuram. firm. in vsib. feud. idem Bal.*
27 *consil. 487. n. 2. circa med. lib. 1.* Odia vero † restringi
28 debent, non ampliari: ideo in re dubia † fauorabilis potius assumi debet, quam odiosa, *l. cum quidam, de lib. & posth. l. quoties idem sermo, l. quoties nihil, de reg. iur.* Cum itaq; nostro casu non nisi inspectalem euentũ, dum scilicet masculina soboles & linea durauerit, renunciatũ sit, non oberit Actrici
29 auiæ iuramentum. Est n. † natura iuramenti confirmare, quod actũ, & non extendere ad aliud. *Dec. cons. 379. n. 12 circa fin. text. in l. si de certa, l. sub prætextu specierum, l. agè cum Geminiano, C. de transact.*

Deinde attendendum, quod renunciatio nostra † habeat formam specificam suspensiuam, vt
30 videlicet successio in bonis paternis & maternis non detur renuncianti Margarethæ & eius hæredibus, quamdiu superest masculus: vel successio sit penes fratrem, & descendentes masculos, donec tales in viuis fuerint. Quæ forma obseruanda est,
31 ne † vltra suam intentionem obligentur contrahentes, *l. Mœuius, l. qui heredi, de cond. & demonstr. Tiraq. de retract. proximior. §. 30. gl. 1. n. 9. & seqq.* Ea e-
32 nim, † tanquam causa finalis, & solennitas cõtractus, dat esse rei, *Dd. in l. 2. § fin. de vulg. & pupill. Tiraq. de retract. prox. §. 2. gloss. 1. n. 3.*

Accedit tertio singulariter, quod renunciatio
33 nostra † non excludit renunciantem simpliciter ab hereditate Sigismundi, sed, vt dictum est, certo modo, & per existentiam quarundam personatũ & earum respectu, ac fauore agnationis, vt ad tẽpus impediat successionem. Id quod ostendũt vo-
34 cabula, † vnd so/&c. Item, vnd so lang/id est, vbi, cũ, quamdiu, &c. de quibus habetur *in l. 1. C. de legat. l. Titius filiis meis, de excusat. tut. leg. si quis ita legauerit. de cond. & demonstr.* Sed quæ temporalitatem habent,
35 ad † exclusionem perpetuam trahere permissum non est, *l. epistola, §. fin. de pact.* quoniam Margaretha nostra portionem suam, tam paternæ, quam maternæ hereditatis fratri suo Antonio, certa lege, certisq; rationibus reddiderat, quam portionem iam iure repetere potest, *l. 2. 3. & 4. toto que tit. C. de donat. quæ sub modo vel sub condit. vel ex certo temp. consiuntur.* vbi valet donatio talis, † vt post mortẽ do- 36
natarii res restituantur: Cum ét † ad tempus certũ 37
vel incertum id fieri possit, lege scilicet, quę ei imposita est conseruanda, *vt per Bal. in d. l. 3. in princ. bonus est text. in l. si actionem, C. de pact.* vbi habetur: pactum † de non petendo factum aliquibus here- 38
dibus, non prodesse aliis cohæredibus. *facit l. Paula Callinitio, §. Pompeius, in fin. de leg. 3. & doctrina Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, n. 24. de verb. oblig. & Bald. in l. pactum quod dotali, n. 9. & seqq. C. de collat.*

Hinc quarto sequitur, allegata iura, vt puta, *d. §. restat.* & alia, non quadrare ad propositum: cum ea intelligantur, quando fratres & sorores, tanquam proximiores gradu, vocantur, sine alio impedimento, nec interueniunt causæ exclusionis, ex iure tertii, vt est nostro casu.

Facit quinto, quod expressa causa renũciatio- 39
nis, † fauor scilicet cõseruationis familiæ & agnationis, restringit ipsam renunciationẽ, *l. cum pater, §. dulcissimis, de legat. 2. Ang. cons. 190.* quia consensus nostræ renunciantis Margarethæ, qui fuit limitatus, non porrigitur, *tex. in l. iubemus, C. ad Velleian. ibi. renunciatio illas res seu personas, quib. mulieres consensum suum accommodauerint, coarctat Roman. cons. 131. in fin.* Limitata enim causa, † limitatum effectum pro- 40
ducit, & exclusio debet restringi ad causam eius, *l. cancellauerat, de his quæ in testam. delent. late Tiraq. in tract cessante causa, &c. part. 1. n. 147.* Sed causa nostræ exclusionis temporalis est, masculorum existentia. Ea igitur exclusio restringi debet vsq; in euentum defectus masculorum.

Sexto, sumitur argumentũ † à cessatione causę 41
renunciationis, ad cessationem effectus eiusdem: sed expressa † & vnica eius causa est: conseruatio 42
paterni nominis & familiæ, & quidẽ ipsius lineæ masculinæ descendentis. Cessare igitur debet iam ipsa renunciatio, dum desiit masculina proles: paria enim sunt, † non esse causam, & eam esse finita- 43
tam, *l. 1. de condict. sine caus. l. nil interest, de nautico fœn. Tiraq. cessante caus. &c. n. 14.* prout etiam exclusionis causa, cum ipsa exclusione iam sublata videtur, *l. si instituta, l. si is qui, de inoffic. test. Tiraq. d. p. 1. n. 96. & seq.* vbi dicit: Filiam exclusam à successione patris, ob † masculos, admitti, his deficientibus, tanquã 44
cesset causa reclusionis, *per plura ibid. allegata.*

Septimo, nemo negabit, quin tam statuto, quã 45
pacto, † & partiũ conuẽtionibus fieri possit, præsertim si iuramentũ interuenerit, vt filia fœmina dotata non succedat, quousq; vel donec superuixerit masculus: Quod vero fœminæ tali † casu, se- 46
mel per masculos exclusæ, perpetuo non mancãt exclusæ, sed finita linea masculina, regressum habeant ad portionem renunciatam, vel à qua per statutum, ad tempus, per suspensionem fuerunt exclusæ, tenet *Bald. in pluribus locis, præsertim cap. 1. §. quinetiam, num. 3. Episc. vel Abb. in vsib. feud. l. in quibus, Cod. de secundis nuptiis. Alexand. in consilio decimo tertio, numero 22. libr. 3.* communem dicit esse opinionem. *Et cons. l. 29. numer. 7. circa med. lib. 1. cons. 55. lib. 4. lib. 6. Dec. consil. 87 num. 1. consil. 331. in princ. Tiraq. de tract. cessante causa, &c. n. 98.* communem dicit *Socin. consil.*

consil.63.col.1.volumine primo.Villalob.in commun. opin.
47 *verb.filia,num. 60. in fin.ibi Richard.* Et idem esse, † si proferantur eiusmodi dictiones à contrahentibus, vel testatore, probat *Bart. in l fin. ad SC. Tertul. num.2.circa med.*

Est octauo, cõmunis theorica: In omni dispo-
48 sitione & contractu, † verba non esse otiosa, sed aliquid operari debere, *l.1.§.1. quod quisque iur. leg.si quando, in princip. de leg.1.* Ideo nedum clausulæ, sed ne minimum quidem verbum debet esse sine vir-
49 tute † aliquid operãdi, *dicit Bald. in rubric. C. de contrahenda emption. & vend. & l.nec quicquam, §. de plano, de offic. proconsul. & legat.* Sed sic est, quod nisi verba
50 illa: † *Donec supererit Masculus, &c.* præter id, specialem effectum haberent, quod alias ius commune concedit, nihil operarentur: quia etiam ius non excludit tali casu fœminas, proximas gradu à bonis renunciatis, non ex persona renunciantis, sed ex persona propria, ob defectum masculorum venientes. Idque per successorium edictum, *l. pater filium, l.si is qui, de inoff. testa.* Id quod nec Appellantes nostri inficias eunt, dum asserunt, Actricem non tam renunciatione quam gradus distantia
51 excludi. Sequitur ergo per verba: † *Donec masculi extant, &c.* etiam remotioribus conseruatum esse regressum.

Huic, nono, succedit argumentum, sumptum à vitãdo absurdo. Si enim solum proximitas gradus respicienda esset, tum sequereretur, quod ipsa auia Margaretha, licet superuixisset d. Adamum, vltimũ familiæ, tamen ex reseruatione sua regressum non habuisset, cum sorores Adami se fuerint proximiores. Quod tam dictum absurdum, quã menti renunciantis aduersum esset.

Decimo, frustra obiicitur sororum renunciantium disparitas, & quod interpretatio sit faciẽda
52 ex alterius renũciatione. Male enim † infertur de vna persona & re, ad aliam personam & rem, cum renunciationes sint stricti iuris, *vt supra dictum*: licet etiam iuramentum interceserit. *Dec.cons. 551.n. 1.& 9. VVes.cons.15.n.4. Tiraq. tract. cessante causa, limitat.8.n.1.* Deinde si renunciatio Annæ penitus inspicitur, eadem plane dispositio & mens, vt in renunciatione Margarethæ, verbis quidem clarioribus deprehendetur: præsertim ex prima parte
53 renunciationis, in his verbis: † Verzeihe ich mich aller angezeigter erblichen Gerechtigkeit / was vnd wie viel mir vätterlich / mütterlich vnd brüderlich Erb gebührt / vnd künfftiglich von Mannstammen absteigender Linien gebühren mögt / derhalben (hic notetur relatiuum horum vel eorum hereditariorum iurium) zu meinem Vatter vnnd Mannstammens in absteigender Linien / dieweil vnd so viel derselben im Leben seyn / kein Anforderung noch Gerechtigkeit / ich noch mein Erben nimmer zu suchen / sonder verziehen seyn / &c. Deficiente ergo linea masculina, nõ vult, suis iuribus hæreditariis esse renunciatum: sicque per omnia conformes sunt istæ renũciationes. Et loquitur sequens clausula, incipiens: Ob sich aber auß vätterlichs / &c. de alio casu, vt ad sensum patet.
54 Quod vero (vndecimo) ius ex † Margarethæ renunciatione suspensum, in neptem transmitti potuerit, & transmissum sit, ex eo patet, quod d. Margaretha in succedendo impedita fuit, non ex defectu intrinseco sui iuris, cum ei fuerit debita legitima, sed ob defectum extrinsecum alterius personæ, quæ differt & suspendit id ius, quo casu ius succedendi transmittitur *l.si quis filium situm, C. de inoff. testa. eleganter Bald. in cons.426.nnm.23. part.3.* Quotiescunq; enim † non est defectus in iure de- 55
ferendi, sed est suspensio in iure agnoscẽdi, vel petendi, ibi lex dispensat, vt fiat trãsmissio, ne impedimentum, quod debet esse temporale, & suspensiuum, fiat præcisum & perpetuum, *l. ventre, de acquir. hered.* Quæ auia Actricis, tanquam suus heres, patris Sigismũdi, & deinde mater eiusdem Actricis, habuerunt interim impedimentum accidentis, vel impotentiæ iuris vel facti: ideoque moriẽtes transmiserunt, *fac. text. in l.si quis in graui, §. fin. & l. seq. ad SC. Syllan.* Ita firmis rationibus post *Bart. & Bald.* consulendo concludit *Ancharan. cons.220.n.4. & 5.* Nec dici potest, quod per mortem Adami demum quæsitum sit ius Actrici: sed quod ius retro quæsitum, iam ab ea intentetur, ideoq; sit transmissibile, *l. ex his verbis, C. quando dies leg. ced.* Retinuit enim per suspẽsionem interim, dum vixit Anton. & Adamus, ius in habitu & potentia, licet non in exercitio & actu, quod ad trãsmittendum sufficit, *l.si quis filium familias, §.1.l.illud, §. fin. de acquir. hered. d. l.si quis in graui, cum l. seq. ad Syllan.* Sed onus suspen-
sionis † non adimit vel priuat, aliud namq; est sus- 56
pendere, aliud tollere, *l.si vnus, §.1. de pact. l. cum hic status, § siue autem, de donat. inter vir. & vxor. Ita decidit Bald. d. cons. 426. n.4. vol.3.* Quodque iure veteri & nouo † suus transmittat hæreditatem, beneficio 57
suitatis, id est, iure dominii, quod continuatur etiam in ignorantem, probat & veritatem esse dicit *Bald.* eamq; communiter ita tenere Doctores Italiæ, *in l.si fratris, n.4. C. de iure delib.* Et communem *dicit Dec. cons.331.n.5. Alex. cons.20. num.1,* Et quod ratione Suitatis † etiam infans, paternam hereditatem non aditam, in quoscunq; etiam extraneos, transmittat, communi omnium opinione firmatum *dicit Roman. cons.58. post princip. & Dec. d. cons.331. n.6. Corn. cons.8. in fin. vol.3. & cons.219. col.1. vers. sed licet, eod. volumine.* 58

Cum itaque (duodecimo) hæc sententia fundata sit ex iure communi, non opus esse puto, Bauaricæ consuetudinis indagatione nos defatigare quoniam Reis, † qui non minus in subsidium suæ 59
intentionis, eius loci cõsuetudinem, atq; Actrix, allegat, probationis onus incũbere potest. Quorum assertioni, sententia priorum Iudicum (quos proculdubio, si quæ ibi viget consuetudo, latere non potest) aduersatur, & præsumptionem contra eos efficit.

Tandem ad ita concludendũ me mouet, quod in tali omnino facti specie (nisi quod ibi Actrices erãt in vno saltem gradu proximiores, quam nostra Actrix, ipsi defuncto postremo familiæ) concluserit *Mynsing. cons.97. per tot. & Anchar. cons.220. etiam fere per totum*, bonis rationibus, partim supra enu-

meratis, ita & in specie determinat *Bart. in l. fin. ad SC. Tertull.* Quibus accedũt supra allegatæ authoritates, præsertim *Bald. Alex. Roman. Decii, & aliorum plurium, quos notat Tiraq. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. verb. susceperit liberos, n. 194.* Et his puto etiam satis responsum ad præmissa opposita, ne longius teratur tempus.

Concludo, vt *supra*, confirmandam esse priorẽ sententiam, & pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum, cum expensis huius instantiæ, propter regulam generalem, qua victus victori, &c. Nec sufficiens causa pateat, quæ appellantes
60 possit excusare in hac instantia. Et quia † fructus in hoc petitionis hereditatis iudicio veniunt, iure, & ex natura Actionis, non officio Iudicis, *l. item veniunt, §. fructus, vbi glossa, & l. sed si lege, §. 3. de petit. hered.* Hi vero in libello primæ instantiæ expresse, & in specie vel etiam in genere nõ petiti: imo nec in priori sententia eorum sit facta mentio: ideoq; nec opus esse puto, vt specialiter in hac nostra sententia eorum adiudicatio fiat, *vt per Bald. in l. 5. n. 4. C. si quis alter, vel sibi, l. 1. n. 14. & 15. C. de fruct. & lit. expens.* Sed sufficere cõfirmationem prioris sententiæ: sicq; fructuum designationem ad eam liquidationem, quam sententia prior reseruat, eo libentius remittere.

Saluis Dominorum votis.

D.N. Correferens putat: etiamsi renunciatio non ita sit facta, propter verbum, *donec*. Tamẽ admitti eam: *Marantham allegat in* 10. *disputat. per tot.* concludit cum Referente. Expensas compensat.

VOTVM VIII.

In causa Compromissi G. vnd T. M.

Contra

Marschalck zu P.

SVMMARIA.

1 *Actoribus in hoc casu quæ actiones competant. & n. 4. 5. & seq* Et cur ea fere omnia ad eundem finem & effectum tendant. *ibi n. 7.*

2 *Vtile interdictum, vti possidetis, datur pro seruitutibus rusticis.*

3 *Petita vtriusque partis, in hoc casu, vtile interdictum, vti possidetis, respiciunt, & eo directa sunt, cum expressa petitione cautionis.*

5 *Actio in factum, in locum interdictorum succesit.*

10 *Actores quibus & quot modis citationis punctum iustificare nitantur, & n. 11. 12. & 13. Circa primum discernendæ sunt res, n. 14. Item, Fundi complexi limitibus. n. 15. Et tertio locus, qui* die Dieffenbach *dicitur. n. 16.*

17 *Actores ius pascendi sibi vendicare cupiunt; cum differentia tamen. ibi n. 18.*

19 *Cum testium depositionibus, ita aliis collatis, quid inde colligendum.*

20 *Articuli & depositiones de proprietate in hoc iudicio non parum operantur.*

21 *Probatio dominij prodest.*

22 *Possessio iustificatur per dominij probationem.*

23 *Possessio iustificata maxime præualet, Ratio, quia ibi potiora iura esse dicuntur.*

24 *Actores in hoc casu qua ope nitantur.*

25 *Arbitratores finium & terminorum in hoc casu qualiter à partibus electi.*

26 *Recursus ab Actoribus per modum Exceptionis, vel Replicæ, permissu iuris proponi potest.*

27 *Actores vnde fundarint suum recursum. & num. 30. & 32.*

28 *Compromissum fuit à partibus in hoc casu, vt Arbitratores* der gebührlichen vnpartheilichen Billichkeit nach erkennen solten.

29 *Nullitas processus sequitur, si forma à partibus præscripta non seruetur.*

31 *Iniquitas laudi licet quædam resultaret, ad boni viri arbitrium tamen laudum reduci potest.*

33 *Reductio à laudo ad boni viri arbitrium spatio triginta annorum peti potest.*

34 *Iudicis officium tempore 30. annorum durat.*

35 *Actio hæc laudi, quod merito reduci debeat, satis probata.*

36 Pagi Wachenhofen & Aleßheim *diuersos & separatos fines & terminos habent.*

37 *Ex natura correlatiuorum sequitur, esse terminum, ad quem, & cuius respectu dicantur fines.*

38 *Ius pascui, quod Actores Reis fatentur, vnde colligitur.*

39 *Nemo præsumitur iura & libertates suorum prædiorum iactare, & alteri concedere.*

40 *Partes præsumptiue non facile consentiunt in compromissarios, nisi prius exploratam ipsorum dexteritatem habeant.*

41 *Compromissi pacta quæ.*

42 *Processus arbitratorum, & ipsa substantialis forma sententiæ, siue laudi, fauet Reis ipsosque tuetur.*

43 *Præsumptione iuris ita factum creditur, cum de alio processu inter partes non conuentum sit, quam vt arbitratores ex æquo & bono, secundum eorum conscientiam, sine alia probatioue procedant & definiant. Et tali casu renunciatum dicitur solennitati iuris positiui quoad probationes. ib. n. 44. Datur que actio, de standō dicto sui aduersarij. n. 45.*

46 *Arbitratores si facti veritatem nouerunt, datur actio de standō dicto sui aduersarij.*

47 *Iudicare qui potest, sola facti veritate inspecta, iudicat tanquam Deus, secundum suam conscientiam.*

48 *Arbitrator, cui partes potestatem, secũdum suam conscientiam, iudicandi dederunt, in ipsarum præiudicium iudicare potest sine probatione secundum suam conscientiam.*

49 *Arbitrator probationibus persuasiuis credere potest, Item, scripturæ priuatæ, si verisimiliter videat ita esse faciendum. n. 50.*

51 *De arbitramenti siue laudi forma minime, sed de stabilitate & æquitate eius diu disceptatur.*

52 *Agrorum proprietas & dominium, in quibus ius pascendi controuertitur, ad quos pertinet.*

53 *Wachenhouii iuris præsumptione, suam intentionem, quoad ius pascui, eiusque iuris possessorii inter limites Alesheimensium, &c. tanquam super iuribus aliorum, habere non possunt fundatam.*

54 *Regula, quoad te, liberas ædes habeo.*

55 W a-

55 *Wachenhouij nullos agros in loco controuerso habere reperiuntur.*

56 *Wachenhouenses licet fundos in istis limitibus habeant, non tamen necessariò inde ad ius pascendi inferri potest.*

57 *Wachenhouenses sua quietâ possessione parũ confidere possunt.*

58 *Verba illa,* Wachenhofen *vltra memoriã hominũ in locis ibid. definitis* zu hüten gehabt / vnd noch haben, *magis petitorium. quàm possessorium decernunt.*

59 *Wachenhouensium prætensæ quietæ possessioni, resistit impatientia Reorum.*

60 *Vsurpatio pascuationis facta non tam iure seruitutis, quàm amicitiæ, &c. quo casu seruitus non præsumitur. ibi n. 61.*

62 *Propter possessionis defectum & factas contradictiones per pignora, &c. non obstat præscriptio.*

63 *Propter contractum per compromissum inter partes, ante subsecutum arbitramentum, siue laudũ vigore transactionis, & sententiæ arbitratorũ, limites pro certis & indubitatis in effectu habentur, qui olim extiterunt.*

64 *Arbitratoris sententia est quædam transactio.*

65 *Per transactionem, sicut fit recessus à lite, ita & per arbitramentum.*

66 *Arbitratores, licet videantur habere affectum erga causas, quas tractarunt, super actis tamẽ ipsius causæ, & processu ipso possunt esse testes, & probant.*

67 *Arbitratoris simplici informationi seu relationi standum, quando sibi data fuit potestas à partibus, procedendi de iure & de facto, cum vel sine scriptura.*

68 *Arbitramentum postquam iam est perfectum, reuocationi non est locus: secus tamen ante laudum.*

69 *In transactione non permittitur pœnitentia, ita nec in arbitratore, perfecto nimirum arbitramento.*

70 *Verba Bassa compromissi quæ.*

71 *Reductio, quod generaliter ad arbitrium boni viri nulla cautela effugi possit, quãdo procedere intelligitur.*

72 *Læsio quando est modica, nõ datur petitio reductionis, &c. sic etiã quãdo arbitratores sunt electi tanquam boni viri, habito respectu ad eos, nõ ad alios. ibi n. 73.*

74 *Læsio in nostro casu quod sit modica, ex quibus colligitur. ibi n. 75. 76. 77. & 80.*

78 *Læsio dici nequit, quando nihil amitti potest.*

79 *Actu non existente, de priuatione siue amissione iurũ, quod quis non habuit, frustra quæritur.*

81 *Læsio an enormis, arbitrarium.*

82 *Consideratio qualitatis testium vtrinque.*

IN forma & solennibus processus nostræ causę nihil desiderari puto: Impetrato enim & reproducto mandato pignorationis, solito more, singula vtriusq; puncti, mandati, & citationis peracta noscuntur. Estq; Iurisdictio Cameræ, tam rerum, quam personarum ratione, satis fundata. Nec desiderantur Procuratoria, nisi ℭ nomine der Gottesmenner / præmissa est præambula, qua D. Wilhelm iniunctum, vt eorum nomine sufficienter se legitimet. Actoribus nostris, † siue pignoratis, conquerentibus de iniuncta molestatione & turbatione pignorantium, datur actio 1

apposita negotii & qualitatis controuersiæ, & quę ipsis vtilior videtur, nẽpe, vtile interdictũ, vti possidetis: ℭ † datur communi opinione Doctorũ, pro seruitutib⁹ rusticis. Hîc enim petita † vtriusq; partis hoc remediũ respiciunt, & eò directa sunt, cum expressa petitione cautionis, *vt per Bart. l. 1. vti possid. Ferrar. in form. libelli, pro turb. possess. verb. ad cassandum, n. 1.* Et licet etiã ex aliis iuris capitibus agatur, videlicet conditione ex lege † siue constitutione tituli pignorationis, *ti. ord. 22.* Itẽ, actione in factũ, † quæ in locum interdictorũ successit, *Gail. de pignerat. c. 1. n. 3. 22.* Quandoq; relata hac seruitutis specie, ad interdictũ † de itinere, actuq; priuato, cum speciale remedium lex non exprimat: Et † ea pleraq; ad eundem ferè finẽ & effectum tendant, cum omnia possessorii iudicii respiciant: prout tali casu quandoq; etiam petitorio agitur, contra impedientẽ vsum pascui, per confessoriã. *l. 2. in princ. si seru. vendic. Cœpoll. de seruit. rust. prad. ti. iuris pascendi.* Nonnunquam conditione † ex lege non scripta, *l. vnica, de condict. ex leg. §. sine scripto, Inst. de iure nat. gentium & ciuil.* Tamen ex receptiore sententia magis conueniens puto, vt Actoribus nostris vtile interdictũ retinẽdæ, † adaptemus: præsertim cum de petitorio non prorogando, sed possessorio inhærendo, per Actores expressè protestatũ sit. 2 3 4 5 6 7 8 9

Pro iustificando citationis puncto, † Actores principaliter & primò nituntur iure pascui quod habuerunt à decẽ, viginti, &c. annis & à tempore immemoriali, in locis & fundis tertii & quinti articulorum, specificè designatis. Secundò † dicũt, se in suo iure, pignoribus captis, esse turbatos. Tertiò, in subsidium allegant † ius proprietatis fundorum, partim ad se, partim ad superiores & alios spectantium. Item consequenter, † & in effectu, exceptionis, vel potius reclamationis nullitatis processus Arbitratorum, iniquitatem laudi, enormem læsionem, pactum in compromisso conditionatum (nisi scilicet partibus laudum, siue terminorum designatio displicuerit) & tandem præambulam contradictionem & appellationem, testante! protestationis exhibito instrumento. 10 11 12 13

Circa primum: discernendæ sunt res, † vltra limites designatos, versus pagum Alesheim sitæ, de quibus in articulis fit mentio, & partes discrepare videntur. quas tripartitas articuli & testes esse dicunt. Quædã enim sunt sitæ extra terminos in tertio eliuio designatos, vt puta agri Wachenhouensium, quorum proprietas & dominiũ quidem ipsorum est, in quibus tamen pascendi iure nunquam sunt vsi, de quibus quæstio iam nõ est, 14

Deinde sunt fundi † complexi limitibus, in tertio articulo designatis: vbi quædam prata ad Wachenheim spectare fortè potest colligi, nullos verò agros ibi habent. Tertiò est locus, † qui dicitur die Dieffenbach. Verum Actores ius † pascendi in proximis duobus locis, eorũque finibus sibi vendicare cupiunt, in quo tota controuersia consistit: cum differentia tamen ea, † quam 15 16 17 18

articulus tertius & quintus prætendunt, vt videlicet illicius pascendi inter partes sit commune, hic verò ad solos Actores pertineat. Collatis ita-
19 que† his cum testium depositionibus, colligi potest, Actores vsum pascendi in campo, de quo tertius articulus dicit, simul cum Reis antiquitus habuisse, ita vt testes non meminerint initium eius simultanei vsus: ita deponunt Actorum testes 3. 4. 6. 8. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 23. 24. ad secundũ & tertium articulos, & testis quintus ad sextũ, octauus & nonus verò ad octauum articulum: quibus depositionibus nec Reorum testes repugnant, quoad simultaneam vsurpationem pascendi vsus. Id ipsum partim confirmat confessio Reorũ, in responsione ad dictũ tertium articulum, ꝙ videlicet sæpius vsi fuerint Rei eo iure, vnd sey offt mit dem Viehe darauff gefahren: negantes tamen, daß sie deß Macht gehabt quod magis petitorii, quàm possessorium, in quo iam solummodò versamur, sapit. Sed locus ille, de quo in quinto & sexto articulo, qui dicitur die Dieffbach / non ita se habet, vt isti articuli continent. Ex dictis enim Actorũ testium liquet, videlicet 3. 4. 5. 12. 17. 18. 20. 23. & 24. proprietatem eius rei pertinere non ad Wachenhouenses, sed maxima ex parte ad alios etiã dominos, à quibus tã testibus nominatos, nempe dem Pfarrherrn zu Trumersheim / den Alesheimern / Stopffenheimern / vñ einem zu Störtzelbach. Nec Wachenhouii tantum, vt vult sextus articulus, huius loci pascua vsurparunt, sed & Alesheimenses, comprobantibus iam enumeratis: & aliis non nullis testibus. Ad turbationem quod attinet, res est plana: quia in sexto causali Rei fatentur, se aliquoties Actores ob pecoris & iumenti pastum controuersis locis pignorasse, quod & dicta testium & acta probatoria satis ostendunt.

Pro confirmandis & colorandis hisce duobus præmissis principalibus fundamentis, Actores tertiò nituntur allegatione proprietatis & dominii controuersorum fundorum, asserentes, id partim ad se, suosque pertinere, de quo deponunt testes 1. 3. 4. 5. 6. 12. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.
20 Sed articuli & depositiones † de proprietate in hoc iudicio non parum operantur, *Menoch. in* 3.
21 *remed. retinend. num.* 735. Prodest enim † dominii
22 probatio, quia per † hoc iustificatur possessio, &
23 possessio iustificata † præualet magis cũ ibi potiora iura esse dicantur, per allegata *Bal. in l. Ordinarij, num.* 10. *Codic. de rei vendic.* præsertim quando possessio non vi, clam vel precariò facta est, prout nonnulli testium asserunt, amicè, vicinaliter, & sine contradictione Actores vsos esse pascuatione, *leg.* 1. *in princ. & §. fin. vti possid. & leg. vnica, Cod. eod. tit.*

24 Deinde nituntur Actores † ope reductionis & recursus à Laudo, vel sententia Arbitratorum. E-
25 lecti enim † erant nostro casu à partibus arbitratores finium & terminorum, non vt more iudiciorum cognoscant, sed vt, tanquam amici, inter partes ordinent & disponant, qui vulgò Arbitratores & amicabiles compositores nominantur, *l. 3. & l. societatem, §. arbitriorum, pro socio. l. si in leg. locationis, in princip. locati & conduct. leg. fin. Codic. de contrah. empt. & vend.* Qui recursus † ab Actoribus 26
per modum Exceptionis vel Replicæ iam propositus est, permissu iuris, *leg. vnde si Neruæ, pro socio. Petrus Iacob. in praxi, rubr.* 81. *n.* 16.

Et fundarunt suum recursum † primò ex ca- 27
pite nullitatis processus † Arbitratorum. Com- 28
promissum enim erat, vt Arbitratores der gebürlichen vnpartheylichen Billichkeit nach erkennen sollten. Sed præcipitanter, & cum festinatione fixisse pactos & signa limitum, nonnulli testium ad nonum & decimũ articulos deponere videtur. Cum itaque † formam à partibus præscriptam non ser- 29
uarint, sed neglexerint, quod facere debuerant, sequitur, eos nulliter laudasse, *l.* 2. *Codic. de arbitr. l. si cum dies, D. eod. tit.*

Postea allegant † iniquitatem Laudi, ex eo, ꝙ 30
ipsimet Rei Alesheim palam professi fuerint, daß jhnen mehr zugesprochen / dann sie selbsten begert hetten / de quo testantur 15. 17, 18. 22. 23. 24. testes ad vndecimũ elisiuũ. Item, magnam læsionẽ ex pronunciatione siue designatione limitũ: sed sic est, quod si ea † iniquitas resultat, tamen ad boni 31
viri arbitrium Laudum reduci potest. *dict. l. societatem, §. arbitriorum., pro socio. Panorm. in cap. Quintauallis, num.* 30. *de iureiur.* prout contenta vndecimi & decimitertii articulorum, quod videlicet non tantùm consuetudo & ius pascendi in locis controuersis ademptum, verum & facultas vtendi & fruendi fundo & re propria, & ius decimarum, zusampt der Rueg / amissum foret, quidam testes asserunt. Primus dicit, se ita audiuisse ab incolis Alesheimensibus, secundus von Gottsmännischem Anwaldt / & tertius, das wiß er wol / wo dieser Vntergang in Kräfften bleiben sollt / daß den von Wachenhofen an dem Trieb vnnd Hut viel genommen were. Ita 8. 12. 18, 19. 22. & 24. nonnihil attestantur de damnis ex arbitramento.

His annectitur conditionatum † pactũ com- 32
promissi, per vnum arbitratorum elocutum, videlicet: quod nisi Laudum partibus applauserit, limites positi rursus eliminari debeant, testantibus 6. 7. 8. 10. 15. 17. 18. 22. 23. & 4. depositis ad decimum articulum elisiuum. Cuius pacti vigore meritò effectus, qui in decimosexto elisiuo exprimitur, consequi debet.

Et ne in Laudum, siue pronunciatum, consensisse Actores, aliquis putet, statim in continenti, viua voce, & tertia die post, coram Notario & testibus, contra sententiam arbitratorum protestati sunt, testante instrumento, Actis inserto, & depositionibus testium ad decimumtertium & decimumquartum articulos. Et licet ex parte Actorum intra decem dies non fuisset reclamatum, tamen postea potuit peti † reductio ad 33
arbitrium boni viri, etiam spatio triginta † an- 34
norum: quia tanto tempore durat Iudicis officium, *leg. sicut, & ibi not. Codic. de præscript.* 30. *annor. leg. querelam, Codic. de fals.* Et tantò magis, cum hic intra annum in iudicio & extra, conquesti

sunt

sunt de grauamine sibi illato per Arbitratores, *l. qui grauatos se, Codic. de cens. & censitor. & perceptorib. Canonist. in d. c. Quintaullis, de iureiuran. Alex. con. 183. num. 3. vol. 6.*

35 Ex his satis coniici potest actionem, † quoad vsum compascēdi, in locis expressis, tertii & quinti elisiui: Item, quoad turbationē & molestationem, nec non Arbitratorum pronunciationem, & definitionem terminorū damnosam, quæ nec immeritò reduci debet, probatam esse.

E diuerso pro elisione opponitur, duos pagos,
36 Wachenhofen & Aleßheim / sicuti sunt † diuersorum dominorum & proprietariorum, ita etiā ab antiquis, diuersos & separatos habuisse fines, terminos, vnd jhre Dorffmarckung / iuxta primum & secundum causalem, quos articulos vulgaris vsus, & communis consuetudo omnium ferè locorum, præsumptione quadam, non leui, comprobat. Quam præsumptionem adiuuat quorūdam testium depositio, tam directis verbis, quàm tacito intellectu, & effectualiter.

Primus testis Reorum, ad primum interrogatorium, secundi articuli elisiui, distinctè & singulariter singna limitum demonstrat, & quod ante quadraginta annos, à tempore examinis, ita viderit.

Secundus testis dicit quidem ad primum articulum, Sie haben kein Gemarckung gehabt/sondern vnter einander nachbarlich getrieben. Sed ad secundum elisiuum ostendit fines concordantes, cum primi testis terminis. Quo ipso in effectu innuit, ob vicinalē concordiam generales limites, quoad pascua, parum obseruatos fuisse, donec abusus irrepserit, de quo ad secundū interrogatorium primi articuli deponit.

Tertius semper audiuit à suis parentibus, de hisce limitibus, & commemorat ea signa, vt superiores. Ita & quartus nominat senes, à quibus olim ita demonstrati sunt. Quibus accedit, quod plures Actorum testium mentionem faciunt der Wachenhouer Marckung/Weyd/ꝛc. Inde ex natura
37 correlatiuorū † sequitur, esse terminum, ad quē, & cuius respectu dicantur isti fines, quique duo
38 terminata respiciant. Vnde etiam facilè † colligitur, assertum ius compascui, quod Actores Reis fatentur, de quo tertius elisiuus dicit, non intra limites & fines Wachenhouios existere, aliàs non permisissent Reis compascuū in jhrer Marckung.
39 Cum nemo † præsumatur iura & libertates suorum prædiorū iactare, & alteri concedere.

Deinde nituntur Rei, per Actores aliquoties perpetratis molestationibus, wegen deß Vbertreibens / & propterea subsecutis à Reis pignorationibus: idque probant per dicta testiū ad 3. 4. 5. & 6. causales, qui dicunt, Reos ob hoc pignoratos. Amplificat quartus testis, quod Wachenhouii mit dem Vbertreiben Reos molestarint, vber daß sie die Marckung selbst angezeigt gehabt/& ideo pignorati fuerint. His succurrunt testes quidam Actorum, nempe, ad primum interrogatorium noni Articuli, quintus, octauus, duodecimus, decimus sextus, decimus septimus, decimus octauus, vigesimus secundus, vigesimus tertius & vigesimus quartus ibidem, qui partim de actibus recentibus, partim de antiquis deponere videntur.

Quibus accedit confessio in responsione partis, ad sextum causalem, vbi articulus deß Pfändens halben simpliciter verus creditus est. Inde & dispacientia Reorū, si quid iure seruitutis vel possessionis Actores intētarint, feciſſe coniici potest.

His duobus punctis robur addit compromissum partium: deinde Arbitratorum sententia siue laudum. De primo habetur 7. 8. 9. vsque ad decimum quintū causalem inclusiue, vbi quatuor testes Reorum dilucidè de forma & modo compromissi testantur, vt articuli continent. Et quidē in effectu, quod quatuor compromissarii ab initio cognitionis, loco iuramenti corporalis, fidem præstiterunt, se fines controuersos & limites, syncera fide, & vt bonos viros decet, dinituros. Hisce Reorum testibus opitulantur depositiones aduersariorum, ad decimi elisiui, primū interrogatoriū, nempe 35. 18. 22. & 23. testium Actorum. Quodque probè, & sine suspicione doli vel culpæ rem gesserint, conuincitur ex eo, q̄ plurimi testium, qui negotio interfuerunt, dicant, Sie wissen von keiner Partheyligkeit. Sicut nec partes præsumptiue † in ipsos consensissent, nisi explorata ipsorum dexteritas fuisset. 40

Item, continent illi articuli, & eorum probata: litigantes subditos in ipsa inspectione oculari, satis abundeque auditos præmeditatè, & cum causæ discussione præuia, limites positos esse. Asserunt testes Actorum, 1. 3. 5. 17. 22. 23. & 24. ad septimum interrogatorium noni articuli. Et q̄ non ipsimet Arbitratores ad eandem diiudicationem sese suggesserint, sed potius ad sollicitationem & requisitionem Actorum. Bappenheimius randē in compromissum suscipiendum consenserit, iuxta primum, decimum octauum, & vigesimum secundū testem ad quartum & quintum interrogatorium noui articuli.

Continent etiam compromissi pacta, † & dicti articuli, inter partes consensum, vt quocun- 41
quē modo Arbitratores causam definierint, daß es bey dem selben/ohn alles ferrner Verweygern endlich / ewig vnd vnwidersprechlich bestehen vnd bleiben soll. Hanc conuentionem probant ipsimet arbitratores vnanimiter, ad vndecimum & duodecimum articulos. His concordant Actorum testis 3. 18. 23. & 24. ad octauum interrogatorium noni articuli.

Processus arbitratorum, † & etiam substantialis forma ipsa sententiæ, siue laudi, fauet Reis, 42
ipsosque tuetur. Decimus enim articulus elisiuus, qui continet præcipitantiam & partialitatē Arbitratorum, minimè est probatus. Ex professo enim testes dicunt. Sie wissen von keiner Partheyligkeit. Item, q̄ cum causæ discussione aliquali, terminos posuerint. Id quod & iuris † præsum- 43
ptione ita factum creditur, cum nec de alio processu inter partes conuentum sit, quàm, vt arbitratores ex æquo & de facto, secundum veritatē, aut sola facti veritate inspecta, secundum coru u

con-

conſcientiam, ſine alia probatione procedant & definian-.

44 Quo caſu dicitur † renunciatum ſolennitati
45 iuris poſitiui, quoad † probationes: Ideo datur Actio, de ſtando dicto ſui aduerſarii, *Bartol. l final. de precar. ſtipul. Dd. in leg. iuſiurandum, quod conuentione, de iureiurand. & Alex. conſilio 67. num. 4. lib. 2.* ma-
46 ximè verò, † ſi arbitratores facti veritatem noue-
runt. *Dec. conſi. 631. in ſi. & conſil. 699.* vbi dicit, qui
47 poteſt iudicare, † ſola facti veritate inſpecta, iu-
dicat tanquam Deus, ſecundum ſuam conſcientiam, *Bald. in l. ſcimus. num. 9. de iure delib.* Et poteſt
48 arbitrator, † cui partes talem poteſtatem dare potuerunt, in ipſarum præiudicium iudicare, ſine probatione, ſecundum conſcientiam. *Idem Bald. in cap. 1. §. inueſtitura. num. 3. verſic. & propterea benè facit de nou. ferm. fidel. & leg. nemo. num. 4. Cod. de ſent. & interloc. omn. iud.* Præſertim quando verba compromiſſi ſunt ampla & larga, vt noſtro caſu:
49 Et poteſt † arbitrator credere probationibus perſuaſiuis, *Bald. in leg. ſola. num. 13. in fin. Codic. de teſt.*
50 Et etiam priuatæ ſcripturæ, † ſi videat veriſimiliter ita eſſe faciendum: notatur *in dict. l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorum pro ſocio. Bald. conſilio 181. lib. 3. incipit, prima oratio. Grauet. de antiquit. temp. part. 1. §. octauo datur. num. 8.*

51 Forma arbitramenti, ſiue Laudi, † ſatis perſpicua eſt, de ea non, ſed de ſtabilitate & æquitate eius diſcrepatur. Articulus enim decimus ſeptimus cauſalis, ſatis eam formam deſcribit: quem Articulum Actores in ſuis reſponſionibus non inficiantur, ſed ſolummodo ad ſuos eliſiuos ſe remittunt, in quibus nulla terminorum poſitorum & limitum, fit mentio. Sicque tacitè fatentur dictum decimumſeptimum articulum.

Tandem pro iuſtitia factæ pignorationis, ſit relatio ad ſuprà dicta fundamenta: Inprimis verò ad effectum & virtutem d. Laudi & arbitramenti, tanquam ſubſidium & complementum reliquorum probatorum, per Reos. Et his ipſis cenſeo, capita intentionis, quibus Actores nituntur, eliſa eſſe. Moueor inter cætera etiam ſequentibus rationibus.

52 Primò, quia ex Actis probatoriis conſtat, † q agrorum proprietas, & dominiũ, qui deſcribun-
• tur in tertio eliſiuo, in quibus ius paſcendi controuertitur, haud ad Wachenhouios, ſed Stopffenheimenſes, & alios proprietarios pertinet, vt
53 inde iuris præſumptione, † ſuam intentionem fundatam, quoad ius paſcui, eius que iuris poſſeſſorii, inter limites Alesheimenſium, vnnd deren Dorffmarckung / tanquam ſuper iuribus aliorum, habere non poſſint: Succurrit enim regula: Quo-
54 ad te, † liberas ædes habeo.

Et recenſent teſtes ad interrogatoria ſecundi eliſiui, quinam ſint hi, qui agros in loco contro-
55 uerſo habeant, & quot ſint numero? vbi † de Wachenhouiis nihil reperitur. Et dicit quintus Actorũ teſtis, Ellingenſes & Stopffenheimenſes ibi habere 24. iugera. Concordat decimusquint⁹: Item, decimus octauus, vigeſimus ſecundus, vigeſimustertius, vigeſim⁹ quartus. Et reliqui omnes nil ſciunt de pratis vel agris Wachenhoviũ in eo loco. Et dicit vigeſimus teſtis, paſtor eius loci, ſe non ſcire agros eò pertinentes. Hoc ipſo confirmatur dictum primi teſtis Reorum, ad primũ interrogatorium, primi articuli, dicentis, die von Wachenhofen haben daſelbſt nicht Velder vnd Gũter / dann allein / was jhrer Herrſchafft wiſſend ſey. Aber die Alesheimer haben auff den Wachenhöfern. ꝛc. Concordat ſecundus teſtis ad vndecimum interrogatorium primi articuli: & tertius ad primum interrogatorium. Die Wachenhouer haben nichs auff der Alsheimer Veldern / allein jhre Herrſchafft. Ita & quartus teſtis. Et poſito † haberent propri- 56
os fundos in iſtis limitibus, non tamen neceſſariò inde ad ius paſcendi inferri poteſt, per ea, quæ dicit *Hieron. de Mont. Prix. in tract. ſin i um regund. ca. 94. num. 5.*

Secundò aduerti, Actores † ſua quieta poſſeſ- 57
ſione paſcuationis parum confidere potuiſſe. Licet enim in tertio eliſiuo his verbis † proponant, 58
nempe, Wachenhofen vltra memoriam hominũ, in locis ibidem definitis zu hũten gehabt / vnd noch haben: Id tamen magis petitorium, quàm poſſeſſorium concernit: de quo iam lis non eſt, teſtante Reorũ expreſſa proteſtatione: Ideoque & depoſitio ſuper poſſeſſione, tanquam extra articulũ facta, parum operari poteſt.

Tertiò reſiſtit quietæ poſſeſſioni, † impatien- 59
tia Reorum, quam declararunt ipſimet Actores, etiam ante compromiſſum, quamque fatentur in reſponſione ſua ad ſextum Articulum eliſiuũ, & plures teſtes, *vt ſupra oſtenſum*, id comprobant.

Quartò, ex dictis teſtium paſſim colligitur, vſurpationem paſcuationis factam † non tam iure 60
ſeruitutis, quàm amicitiæ, & vicinalis concordiæ, & quidem modicè, & ciuiliter, ſine offenſione & damno alterutrius vſurpantium reciprocè. Quo caſu † vſus ſeruitutis non præſumitur, prout a- 61
lias in dubio, ius familiaritatis & amicitiæ potius, quam poſſeſſionis, vſurpatum dicitur, vt per *Innoc. in cap. ſi diligenti. de præſcript. Cæpoll. de ſeruitut. ruſt. præd. c. 1. n. 26.*

Hinc quintò, non obſtat allegatio præſcriptionis immemorialis, † cum propter defectum poſ- 62
ſeſſionis, vt iam dictum, & factas contradictiones per pignora: tum ob naturam actionis propoſitę, quæ poſſeſſorii, & non petitorii eſt iudicii.

Sextò, poſito caſu, antiquos limites & terminos, ſiue die Dorffmarckung / olim non ſicuti iam per Arbitratores deſignati ſunt, ſtetiſſe: Tamen propter contractum † per compromiſſum, inter 63
partes ante ſubſecutum arbitramentũ ſiue Laudum, iam vigore tranſactionis, & ſententiæ arbitrorum, pro certis & indubitatis, imò pro his ipſis in effectu habendi ſunt, qui olim extiterunt. Sententia enim † arbitratoris, eſt quædam trans- 64
actio: *Auth. ſi verò contigerit. C. de iud. Bartol. in dict. l. ſocietatem. §. arbitrorum. in 1. quæſt. Canoniſtæ in d. cap. Quintauallis de iureiur. Pet. Iacob. in pract. rubr. 81. num. 26.* Nam ſicut per tranſactionem † fit receſſus à 65

lite

lite, ita per arbitramentum: is enim est effectus eius sententiæ siue laudi: per allegata à *Schurff. consil.19.n.2.& 3.cent.2.& Dec.consi.60.n.4.*

Septimò his ipsis Actis coram Arbitratoribus succurrit testificatio quatuor testium Reorũ, siue
66 arbitratorũ, † *vt supra deductum*: qui ad testimoniũ admittuntur, licet videantur habere affectũ erga causas, quas tractarunt. Super Actis enim ipsius causæ & processu ipso, possunt esse testes & probant per allegata per *Mynsing.in con.55.n.19.* vbi dicit, *ita cõmuniter concludere Dd in c. cum à nobis.de test. c.cum sine.de arbitr. & l.ne in arbitr.C.de arb.* Quibus accedunt, quæ dicit *Stephã. Aufrer.in tractat.de testi. n.11.fallent.2.5.8.& 9.& Campeg.eod.tract.reg.67.* vbi
67 probat, quod stetur simplici † informationi seu relationi arbitratoris, quando sibi data fuit potestas à partibus, procedendi de iure & de facto, cum scriptura, vel sine scriptura. Sed id tantò magis in nostro casu, cum tàm quoad processũ & acta, siue formam compromissi, quam quoad causam Principalem, & iustitiam sententiæ, hi quatuor compromissarii, quorundam testiũ aduersariorum, fortia adminicula habeant, *vt supra deductum.*

Inde, octauo consequitur: postquam arbitra-
68 mentum iam est perfectum, † reuocationi lo-
69 cum non esse. Sicut enim † in transactione non permittitur pœnitentia, ita nec in arbitratore, quando scilicet arbitramentum est perfectũ: secus tamen ante laudũ: per ea, quæ dicit *Lanfranc. ab Orian.in tract. de arbitr.in 5.membr.n.50.* In primis verò, vbi dolus abest, prout nostro casu non præsumitur, & testes quodammodo excusant arbitratores à partialitate & affectione, doli nutricula, secundum doctrinam *Bartol.in d.l.fi.de precar.stipul. n.3.in fin.* Idque etiam propter ampla, & (vt di-
70 cunt) Bassa verba compromissi, † videlicet, prout testes dicunt, ad duodecimum causalem, & octauum interrogatorium, noni Elisiui, Was vnd wie d.viri entscheiden werden / dabey soll es ohn alles ferner verweigern / entlich ewig vnd vnwidersprechlich bleiben / *vt per Gab.lib.2.cõmun.conclus. de arbitris concl. 3.n.62.* Cui pœnitentiæ vel contradictioni arbitramenti, altera pars statim reclamauit, suum dissensum detegendo contra petitionem Wachenhouiorum,

Nono: huic pacto perpetuitatis & irreuocabilitatis non obstãt contenta 12. Elisiui, & quorundam testium dicta. Licet enim vnus arbitratorũ post terminos positos, in ea verba eruperit. Id tamen non tam iussu, approbatione & consilio reliquorũ virorũ q̃ incogitantia & simplicitate proferentis esse factũ, verisimile est, & ex testium depositionibus clarissimè patet. Nec aliter oblata est ea reflexio terminorũ, quam si partibus ita placuerit, cui & in continenti contradictum est. Sicque contra fidem datam his attentare integrum non fuit.

Decimò: licet iuris sit non obscuri, quod ge-
71 neraliter dicendo, † reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela effugi possit, vt per *Bart.in d.§. arbitrorum.& alias communiter Dec. cons.* 11. *in princip. n.6.con.39.n.6.in princ.cons.60.n.2. circa medium.* Id tamen non intelligitur, nisi data læsione enormi, vel enormissima, vt per Dd. in iam allegatis locis: vel vbi dolus ex proposito interuenerit, quo casu nec per pactum læsioni renunciari potest, quin laudum reuocatur ad arbitriũ boni viri, per multa alleg. per *Gab.d.lib.2.tit.de arbit.conclus.3.num.46.* imò quando læsio est modica † non datur petitio 72
reductionis, etiamsi non sit iuratum, vel non interuenerit renunciatio, vt per *Gabr.iam d.loco n.61.* Sic etiam, † quando arbitratores sunt electi, tan- 73
quam boni viri, habito respectu ad eos, non ad alios, prout nostro casu in vndecimo causali exprimitur. *Gabr.ibid.n.65.* Quod verò † nostro casu nõ 74
magna, sed modica sit læsio, colligitur ex eo, ꝙ ex attestationibus non constat, Wachenhouios in locis controuersis habere fundos proprios & agros, vnde pascuis frui possent, *vt supra ostensum.* Item, † ꝙ non iure possessionis, sed vicinitatis & 75
familiaritatis, pecora sua ad pascua appulerint: Sic que veram iuris possessionem nec posuerint, nec probauerint. Item † ꝙ ius id controuersum non 76
in solidum sibi vendicent Actores, sed saltem in communionem cum aliis, & quidem ipsis Reis in non magna agrorum † circumferentia: Item 77
per d.arbitramentum non derogatũ iuri proprietariorũ, decimalium & custodiæ, quam quilibet, etiam priuatus, in suo fundo, capiendis pignorib⁹ exercere potest, id enim distinguitur von der gemeinen Dorffs Rueg / quã communitates solent constituere in suis finibus. Inde sequitur, cum priuatio præsupponat habitum, ꝙ † læsio dici non 78
possit, quando nihil amitti potest: quia † non exi- 79
stente actu, de priuatione siue amissione iuris, quod quis non habuit, frustra quæritur.

Eadem ferè consideratio habetur, quantũ ad prata in der Dieffenbach attinet. Is enim locus consistit ex quibusdã iugeribus agrorũ, siue pratorũ, quorum numerus certus in Actis non reperitur. Colligitur tamen ex dictis testium ad interrogationẽ quinti Elisiui, numerũ dieser Tagwerck exiguum esse, & non ad Wachenhofen pertinere. Ita colligi potest ex 3.4.5.12.13.17.18.20.23.& 24. testium dictis. Ex quibus sequitur, etiã quoad † hunc 80
locũ, die Dieffbach / ratione pascuorum, de quibus solummodo lis est, enormẽ vel enormissimã læsionem non existere. Licet quidam testiũ Actorũ magnificant læsionem, eamque decimus septimus testis æstimat 300. fl. Hic tamen non dicit, eos tantum iuris amisisse per arbitramentum, sed quod in tantum sibi prodesset, si id ius habere posset, ideſt, non dicit de damno euitando, sed de lucro captando, si contingere posset: estque in hoc singularis. Et vtut sit mea sententia, tanta læsio prætendi haud poterit, cum Actores pauca ibidem prædia, & vix tanti valoris habeant, & ex dominio aliorum se fundent, quoad pascua, vt *supra dictum.* Quo loco multum residere puto genes arbitrium iudicantis. Licet enim sint variæ opiniones, quænam sit enormis læsio † & in qui- 81

busdam iuris casibus id sit definitum, tamen hoc casu arbitrarium esse, communis habet opinio, vt per *Menoch. de arb. iud. qq. lib. 2.* casu 73. *num. 5, Villalob. commun. opinion. verb. Arbiter. in addition. ibid.* communem dicit, *Socin. Iunior consi. 48. n. 22. & aliis locis.* vt per *Menoch. d. loco.*

Tandem aliquid momenti habet consideratio qualitatis testium † vtrinque productorũ. 82
Quales verò sint quatuor illi, ex parte Reorum adducti, *supra admonitum est.* Sed Actorum plerique vel sunt eorum subditi, vt puta, Teutonici Ordinis, & Wachenhouenses, primus, 2. 5. 10. 11. 15. 16. 21. 22. 23 24. Dominorum zu Stopffenheim 12 13. 18. 20. Quidam etiam sunt partiales & affectionati, vt primus, 22. & 24. Quanta verò talium fides, præsertim pro producente, non curo referre. Concludo pro Reis.

Expensas, propter probatam pasculationem Actorum longissimo tempore, & alia motiua, Compensо.

D. N. Correferens: Quia versamur in possessorio, vt Referens, concludit, actionem non probatam, aut si aliquatenus probata, propter vsurpationem, putat elisam, vt per Referentem: Expensas compensat.

D. N. Actores nec quasi possessionem iuris pascendi, nec turbationem probasse. Concludit, pronunciandum pro Reis, cum expensis, cum nihil probarit. &c.

VOTVM IX.

In causa compromissi S. Contra T.

SVMMARIA.

1 *Hypothesis huius causæ siue species facti quæ.*
2 *Compromissi pactum quod.*
3 *Actrices vtilem rei vendicationem instituerant.*
4 *Cardo totius huius causæ, vnde dependeat.*
5 *Argumenta quibus probatur feudum non ad actricem deuolutum, sed ad dominum reuersum, quæ. ibi. nume. 7. 9. 14. 19. 22. 25. 27. 28. 30. 35 38. 24. 44. 48. 51. 53.*
6 *Feudum quando habeatur paternum & masculinum.*
7 *Feudorum naturæ congruit, vt fœminæ ab illis excludantur.*
8 *Feuda non fœminina, sed masculina præsumuntur.*
10 *Feudali iure hæres intelligitur de masculo, non de fœmina.*
11 *Verbum* liberorum, *secundum naturam feudalem tantum ad masculos referri potest. Idem sentiendum de vocabulo,* Leibserben. *Videlicet, tantum de filiis & sic de masculis intelligi potest, numero 12.*
13 *Concessio alicui & hæredibus sui corporis facta, de masculis accipienda.*
15 *Ordo Charitatis requirit vt pater prius de filia, quã de sorore cogitasse existimetur.*
16 *Ex feudi natura, & iure competente, quando fœminæ ad feudi successionem admittuntur, tum pacto expresso, & speciali gratia, quoad ipsas, non est opus.*
17 *Frustra exprimitur, quod per se inest.*
18 *Priuilegij concessio, præsupponit ius commune in contrarium.*
19 *Ex literis venditionis duplici ratione probatur, Hermannum defuncto fratre, exclusa filia ac sorore, in feudo successisse.*
20 *In feudis fieri nequit, vt pro parte masculus, & pro parte fœmina succedat.*
21 *Feudum in hoc casu, cur fœmininum dici nõ possit.*
23 *Feudum aliud quodlibet, etiam sine expressione, proprium & rectum præsumitur.*
24 *Feuda ex propria sua natura ad solos masculos ex masculis descendentes, iure successionis deuoluuntur.*
25 *Fœminæ ex natura rerum concessarum, à feudo remouentur.*
26 *Fœminæ iurisdictionem in feudo habere non possunt.*
27 *Feudum fœmininum quale sit.*
29 *In concursu masculorum & fœminarum, fœminæ à masculis semper excluduntur.*
31 *Subreptio nulli prodest, nec quisquam se in ea fundare potest.*
32 *Subreptionis vitium, diuturnitas temporis, quando non purgare videatur.*
33 *Nemo præsumitur ad illicita se conferre & cum periculo per dolum impetrare velle, quod sine periculo, iure obtinere potest.*
34 *Instrumenta duo vel plura sibi planè contraria ab vno & eodem producta, vtrumq; pro nullo reputandum & reiiciendum.*
36 *In feudis primum stipitem siue originem, & principium inspicimus, non etiam, quo alueo, quoue tramite descenderit.*
37 *Feudum si à mare cœpit, quod in dubio præsumitur, etiamsi postea ad fœminam delatum, tamen adhuc naturam masculinam retinet, & fœmina extincta, fœminæ amplius non succedunt.*
39 *In feudo Franco & à seruitiis libero ex communi sententia fœmina succedere po-*

test.

test. Contrariam tamen opinionem tuetur Iul. Clar. n. 40.

41 Fœmina munera militaria obire non potest.

43 In alienatione feudi antiqui, non tantum Domini, verum etiam agnatorum successibilium requiritur consensus, & nisi agnati simul defuncto alienatori consentiant, feudum reuocari potest.

45 Feudum nouum, quando esse possit fœmininum.

46 Feudum cum Domino refutatur, vt extraneus inuestiatur, nouum feudum efficitur.

47 Verba hæc, mit allen Rechten vnnd Zugehörungen / non ad qualitatem sed ad quidditatem referuntur, denotantq; feudi partes substantiales, non etiam naturam illis inhærentem.

49 Ex illis verbis: daß solche Lehen er vnd seine Lehens Erben / nun fürhin zu Lehen erkennen vnd empfangen sollen / quæ colligantur.

50 Feudum omnino paternum vel antiquum, ex nouorum pactorum adiectione nouum efficitur.

52 Verbum Hæres in feudis tantum in masculis verificatur.

54 Feudorum moribus prospectum, etiam in fœmininis fœminas non succedere, donec masculus supereſt, à primo acquirente descendens, etiam in remotissimo gradu.

55 Qui diuidit, refutando etiam, non videtur refutare ius futurum, sed id quod in præsenti est liquidum. Et generaliter contra naturam refutationis est, quod ad futura extendatur. n. 56.

57 Renunciatio generalis omnium iurium, non extenditur ad exclusionem illius iuris, quod ortum habet ex causa de futuro.

58 Vocabulum Heres, vbicunq; in concessione adiicitur, feudum semper intelligi debet, esse hæreditarium.

59 In feudo hæreditario placuit, agnatum succedere non posse, nisi simul sit hæres defuncti Vasalli, & ipsius hæreditatem amplectatur.

60 Fœmina semel exclusa à feudo, semper manet exclusa.

61 Argumenta pro parte affirmatiua quæ. nu. 64. 71.

62 Feudum tribus modis naturam alienabilitatis acquirere potest. num. 64. & 66.

63 Facultas alienandi, quando concessa intelligatur.

65 Iura feudalia consuetudine introducta, & contraria consuetudine mutari possunt.

67 Consuetudinis definitio quæ.

68 Consuetudinis maior vis est, quàm pacti, cum maior sit vis plurium quàm paucorũ. Et maior vis sit iuris quàm hominis, qui iuri subest.

69 A pacto ad consuetudinem tam affirmatiuè, quam negatiuè rectè ducitur argumentum. Quod tamen è contra tantum negatiue procedit, n. 70.

71 Feudum semel sine consensu domini alienatum semper manet alienabile in personis eorum.

72 Alienatio feudi cum vel inuestitura, vel consuetudine permittitur, facultas alienandi statim concessa intelligitur, nec actum singularem, qui eam confirmat, requirit.

73 Consuetudo loci omnia feuda afficit, quæ ibi sita sunt.

74 Alienatio non tantum in vno & singulari feudo procedit, verum etiam in parte feudi obtinet, vt si pars eius semel alienatur, alienatio semper sit licita.

75 Feuda maiora quamuis diuidi non debeant, semel tamen diuisa perpetuò manent diuisibilia. Diuisio enim est species alienationis. n. 76.

77 Imperium merum non est delegabile, si tamen delegatio semel fiat, semper manet delegabile.

78 Alienatio rei alicuius quotiescunq; est prohibita, si semel alienetur, semper durat alienabilis. Id quod in vniuersum receptum est.

79 Res postquam semel prohibitionem euasit, semper manet libera.

80 Feuda quæ inuito domino alienari possunt, ad fœminas sunt transibilia.

81 Partis appellatione simpliciter prolata, dimidia iuris præsumptione intelligitur.

82 In feudis regulariter nulla venditio tenet ad quam domini consensus non accedit.

83 In allodialium distractione, iudicis confirmatio cur exigi soleat.

84 Decreti interpositio præsupponit omnia quæ facienda erant interuenisse, nec quicquam ad actus perfectionem necessarium, fuisse prætermissum.

85 Alienatio, quã traditio sequitur sola nocet, nõ etiã illa, quæ traditione non fuit impleta.

86 Nemo agere intelligitur, quod sibi periculosum & damnosum.

87 *Iuris quod est in parte, idem est in toto, vbi est eadem ratio.*

88 *Contrahentes se iuri communi conformare censentur.*

89 *Præsumptio licentiæ impetratæ leuiss. maest, imò nulla penitus quam contrariæ non tàm præsumptiones quam probationes excludunt.*

90 *Feudum domino inconsulto alienans, dominum iniuria & damno afficit.*

91 *Consensum in alienatione feudi interuenisse non est necesse, sed eum subsequi, satis est. Et tacitum quoq; consensum sufficere contra nonnullos reclamantes communiter placuit. n. 92.*

93 *Refutatio licentiæ petitionem includere nequit cum refutationi petitio sit contraria, & refutatio etiam inuito domino fieri possit.* (test.

94 *Consensus tantum ab annuente obtineri po-*

95 *Inuestitura tacitum consensum præse ferre non potest.*

96 *Tacitum consensum in terminis alienationis, interpretantes desiderant, domini præsentis taciturnitatem, eamq; pro tacito consensu reputant.*

97 *Inuestiens quoad se hoc agit, vt vtile dominium ad vasallum transferat. Quoad vasallum, hoc agit, vt illi facultatem concedat sua authoritate feudi possessionem apprehendendi. n. 98.*

99 *Præsumptiones concurrentes, plenam fidem faciunt, & recte ad eum effectum coniunguntur.*

100 *Priuilegio, quod in faciendo consistit, quandocunq; quis contrauenit, videtur ei renunciare, & consequenter illud amittere.*

101 *Quilibet beneficio sibi competenti etiam tacitè renunciare potest.*

102 *Feudum in fratres cum qualitate alienabilitatis verè transit idq; per alienationis actum.*

103 *Impossibilile est, actum alienationis qui qualitatem alienabilitatis inducit, posse eandem destruere, sed verius, & multò efficacius eam inducit.*

104 *Inducta ad vnum effectum, non possunt contrarium operari. Et inducta ad augmentationem, non possunt imminutionem producere. n. 105.*

106 *Priuilegio quoties quis non cogitatione necessitatis, sed suo arbitrio & liberè, contrauenit, priuilegio non obest.*

107 *Verisimile non est, quod quis facultatem alienandi, si modo petiit, aliter quam ex vrbanitate & ciuilitate fecerit, cum necessitate nullam compelli ad id potuerit.*

108 *Feudum merum beneficium non est, sed verius contractus.*

109 *Contractus consensu coeunt & non nisi dissensu vtriusq; partis dissoluuntur.*

110 *Ad probandam calliditatem, suspiciones & indicia sufficiunt.*

111 *Imperator ex calliditate Cancellariæ lucrū meritò sentire non debet, quia in principe bona fides exuberare debet.*

112 *Contractus omnes cum principe initi censentur bonæ fidei.*

113 *Calliditas si qua in bonæ fidei contractibus ab initio obrepit, contractus ipso iure est nullus.*

114 *Feudum quoad alienabilitatis qualitatem, est improprium, proprii enim feudi natura est, vt sine consensu domini alienari non possit.*

115 *Quamuis hæredes in materia feudali regulariter masculos designent, limitationem tamen hoc admittit in feudo improprio.*

116 *Inuestitura dicens, pro se & descendentibus, tale feudum dicitur generis, & in illo non excluditur fœmina.*

117 *In incertis & dubiis, ad voluntatis confugimus quæstionem.* (tur.

118 *Filia sub verbis,* Leibserben/ *comprehendi-*

119 *Responsio ab obiectionem.*

120 *Probatio ei, qui impropriam feudi qualitatem allegat, omnino incumbit.*

121 *Alienabilitatis qualitas in feudis nobilium, præsertim masculinis qualiter excuti soleat.*

122 *Concessio pro* Leibserben/ *quomodo facta intelligenda.*

123 *In Cancellariis is mos seruatur vt rarò inuestitura quæ non simul exhibetur, renouari soleat.*

124 *Requisitio iudicis & actus publicè celebratus, omnem doli suspicionem excludit.*

125 *Clausula,* wissentlich/ *omne subreptionis vitium tollit. Item efficit, quod princeps dicatur plenè informatus n. 126.*

127 *Hæredis quoque appellatio pro domino accipitur.* (guunt.

128 *Verba,* an sie kommen/ *successionem non ar-*

129 *Vox* seligen/ *quo tempore recte vsurpata fuerit & quo non.*

130 *Subreptio in eo nulla est cum quis tacet quod expressum non nocuisset.* (*nu. 132. & 133.*

131 *Tria hic in hoc casu consideranda veniunt,*

134 *Feudum, quod pro se, & quibuscunque hæredibus est concessum, pro hæreditario habendum est. Et tale feudum non solum in extraneos hæredes, verum etiam in singulares successores transit. n. 135.*

136 *In terminis iuris communis correctoriis, ne quidem ex maioritate, vel identitate rationis de casu ad casum fit extensio.*

137 *Feuda impropria, in quibus capitibus tantum pro impropriis habeantur.*

138 *Fœminæ iurisdictionem in feudo tenere & exercere possunt.*

139 *Argumentum tantum ab insufficienti partium enumeratione non concludit.*

140 *Masculi & fœminæ quoties generaliter vocãtur, ordine successiuo vocati intelliguntur, in concursu vt mares fœminis præferantur.*

141 *Dictio, &, in hac formula, contra naturam suã, non in vim copulæ sed ordinis ponitur.*

142 *Speciale est, cum masculi cum fœminis vocantur, tunc communiter admittuntur quoad ordinem successionis.*

143 *Ex remotione speciei vnius, remotio generis falso colligitur.*

144 *Vndecimum argumẽtum quando procedit.*

145 *Cum ab initio successio fuit obseruata, sequens successio ex hoc principio etiam regulabitur.*

146 *Dissimilia rectius separantur, quam coniũguntur.*

147 *Fœminæ non minus, quam aliæ inhabiles personæ, cum ad feudum admittuntur, seruitia per substitutum domino præstare possunt.*

148 *Dominus qui inhabiles personas admittit, cum iis dispensasse dicitur.*

149 *In alienationibus feudorum, taciturnitas, vel per lapsum vnius anni interueniens, scientibus agnatis obest, & in perpetuum remouet.*

150 *Moniales homines regulariter in feudis non succedunt, & acquisitum post votum religionis assumptum amittunt.*

151 *Tres casus, quibus feudum refutari solet, hic distinguendi veniunt, primo casu nouum feudum efficitur, n. 102.*

152 *Similiter & 2. casu nouum fit, n. 153. 3. casu feudum in acquirentem transit, cum ead. qualitate & natura, quæ apud refutantem fuit. n. 154.*

155 *Dictio, idem, eand. naturam & qualitatem significat, qualem habet antecedens.*

156 *Surrogatio assumit naturam pristinam, & succedit in locum, eius, cui surrogatur.*

157 *Verba*, mit jhren Rechten *qualitatem priorem liquido significant.*

158 *Ratio cum extraneo successore cessat, merito quoque dispositio cessare debet.*

159 *Duæ potissimum huius diuisionis rationes ab interpretibus adferuntur.*

160 *In legendo magis cessat affectus & cupiditas æris, quam in consulendo.*

161 *Dominus in renouatione inuestituræ primæuæ concessionem obseruare debet.*

162 *Inuestituræ quando à se inuicem discrepãt, tenor primarum inspici & attendi debet, non ẽt posteriorum. Nec per sequẽtem primæ aliter derogari potest, nisi expresse dicatur de cõsensu domini & vasalli, n. 163.*

164 *Feudum sapit cõtractum, & ideo inter dominum & vasallum obligatorium.*

165 *Possessio vitiosa nemini prodesse debet neq; foueri debet, ne detur materia delinquẽdi.*

166 *Fœminæ post factam exclusionem, si masculi tandẽ deficiant, nihilominus admittũtur.*

167 *Factum ad alicuius instantiam factum Iudicis, censetur factum partis.*

168 *Occupatorem rei alienæ, rescriptum Principis à mala fide non excusat.*

169 *Quæuis causa etiam fatua, à dolo excusat.*

170 *In feudis semper in dubio pro vasallis pronunciandum.*

HYpothesis causæ quam quondam E. von R. Martha & Anna Actrices, & Carolus à S. Reus vigore compromissi, ad Cameram pro decisione transmiserunt, est eiusmodi.

Carolus Imperator, † Quartus, Iohann. Gr. eiusq; Leibs Erben/quod pater illius ab Imperatore & Imperio ante tenuerat, concessit den Kelenhoff zu Lintz/mit allen seinen pertinentiis, das ist/den Kirchensatz in demselben Dorff/auch daß Gericht halb/vñ die Ehehafft desselben Dorffs/auch hat er jhm ferner diese Gnad gethan/were es Sach daß er vñ Tods wegen abgieng ohne Leibs Erben/daß dann alle gedachte Lehen/an seine Schwester/vnnd jhre Erben/ohne alle Hindernuß solten fallen. Saluo iure Imperii, &c. pro ut in Copiali, *num.* 34. in instrumento *A. signato.* Feudi eius partẽ Hermannus Gr. prædicti Iohannis agnatus, aliquandiu possedit, eamq; eius filiæ, Annæ, eiusque marito, Heinrico à R. (recepto vicissim in vsumfructum einen Hoff vnnd 200. Pfund Heller/in 10. Jahrs frist zubezahlen) Ac vtriusq; Leibs Erben Anno 1439. vendidit ac concessit, vendi tionemq; vom Landrichter im Hewgaw vnnd Madach/in offnen verbañten Gerichten/durch die Vrtelsprecher/auff jhr Eyd/mit Vrteil vnd Recht cõfirmari petiit, vt *in instrumẽto.* Anno sequẽte, d. H. in rich à R. Imperatori Friderico tertio, vt se, nomine

mine vxoris suæ, als jhren Lehentrager / prædicto feudo, so an sie/jhren Vatter Hansen Gr. vnd Hermann Gr. jhren Vettern erblich gefallen/inuestiret: Quod & pro sua vxore, illiusque Leibs Erben/impetrauit, & iuramentum fidelitatis corporaliter præstitit, prout *in instrumento B.* Procedente tempore, Anno 1465. Eberhard à R. suo & fratris nomine, à d. Imperatore Friderico, idem feudum, ad narrata, daß dieselben Stück Heinrich von R. jhr Vatter/à dicto Imperatore vnd Reich zu Lehen unnen gehabt/vnnd nach seinem Abgang Erblich an sie gefallen weren/per inuestituram obtinuit, & similiter iuramentum fidelitatis præstitit, velut in instrumento, *litera E.* Posthæc Anno 1494. Idem Eberhard ab Imperatore Maximiliano, de codē feudo, suo ac fratris nomine denuo inuestitus, fidelitatem iterum iurauit, vt *litera F.* Anno 1599. Lunæ ante Martini, d. Eberhard feudum hoc vna cū omnibus aliis allodialibus bonis, quæ tunc temporis in pago Sintz possedit, duobus suis agnatis, eiusdem cum illo stemmatis, sed à primis huius feudi acquisitoribus non oriundis, Vlrico ac Conrado vendidit, ac possessionem, vna cum litetis, ad feudum pertinentibus, tradidit, & de euictione sese obligauit. Quo peracto, Imperatori Maximiliano, tāquam domino, feudum resitauit, vt noui emptores inuestirentur, vt *litera G.* Maximilianus refutationem hanc acceptauit, ac vni ex emptoribus, Vlrico, suo ac fratris sui Conradi nomine, præfata bona cum pertinentiis, vigesimo tertio Decembris, Anno eodem, in feudum concessit, eumque fidelitatis iuramento sibi obstrinxit: *vt lit. H.*

Maximiliano defuncto, dictus Conradus, fratri Vlrico, suam huius feudi partem vēdidit eamque Carolo V. feudi Domino refutauit, ac, vt in venditionem consentiret, rogauit: qui, precibus illius annuens refutationem acceptauit, ac feudum Vlrico denuo concessit ita, daß er vnnd seine Lehens Erben fürohin solche Lehen/so offt es zu Fall kompt/von Imperatore, & eius successoribus, erkennen vnnd empfangen/vnnd darumb Gelübd vnd gewönlich Eyd thun solt. Quin & Vlrici filius, Eberhardus, nomine patris, iuramentum fidelitatis præstitit: Actum Wormbs Anno 1521. vt *lit. I.*

Hic Vlricus, Anno 1533. inter filios duos, Eberhardum & Fridericum, de omnibus bonis suis, non solenni testamēto, sed per priuatam scripturam disposuit, in qua filio Eberhardo feudum cū aliis nonnullis bonis patrimonialibus, assignauit, ac Friderico 400. fl. annui reditus, vna cum domicilio zu Kalb attribuit, eamque diuisionem paternam filij non tantum comprobarunt, verum etiā bey Edelmans Trawen vnd Glauben an Eydesstatt/se seruaturos promiserunt, teste instrumento *littera K.*

Mortuo patre Vlrico, Eberhard, feudum, bona cum pace fratris Friderici, sibi vendicauit: ac de eo ab Imperatore Ferdinando, Anno 1535. (prout *in instrumento M.* ac postremo, à Maximiliano Secundo, Anno 1566. (vt *in instrumento O.*) inuestitus, solusque feudum in vita quiete, totos triginta sex Annos possedit. Tandem Anno 1571. obiit, relictis post se duabus filiabus, Martha, & Anna, & fratre Iohanne Friderico, qui dum filiæ fratris funus curant, ipsis inuitis & insciis, instructus à Comite F. I. armis possessionem feudi inuasit, & vixit tantum quatuor menses, eoque fatis functo dictæ filiæ statim feudi possessionem iterum occuparunt. Verum non multo post, Carolus à S. Imperatori Maximiliano Secundo exposuit, feudum hoc suæ Maiestati apertum seque de eo inuestiri fecit: Ac ab Imperatore ad d. Comitē Mandata extorsit, quibus ille coactus, nolens volens, eiectis filiabus d. Carolum in bona immisit. Conquestæ filiæ, se iniuste spoliatas: Contra Schvv. se recte, tanquam de feudo Imperii aperto, ab Imperatore inuestito asseruit, eaque res, cum præsenti liti causam dederit, partes vtrinq; primo senatum Pfulendorffensem, pro illius diiudicatione, ex compromisso adierunt. Verum res effectu caruit. Et ideo iterum in Senatum Vlm. compromiserunt, hoc pacto, † vt d. Senatus non tantum 2
de eo cognoscerer, sed etiam post causæ cognitionem acta, pro concipienda sententia, ad Camerā transmitteret, & sententiam ibi conceptam publicaret. Cognitionem ex hoc compromisso Senatus in se recepit. Sed cum à primordio causa vtrinque acerbius agitur, partes suas amplius interponere recusarunt. Quo consecuto, Actrices ad Imperatorem rem vniuersam detulerunt, qui authoritate sua interposita, iniurias commissas aboleuit, futuras prohibuit, compromissum interpolauit ac decreuit, vt d. Senatus cognitionem denuo susciperet, ac causa ad conclusionem perducta, Acta ad Cameram transmitteret, quæ sententiam Sportulis partium communibus ferret; in qua & illæ partes, sine beneficio supplicationis, appellationis, &c. acquiescerent. In vim huius compromissi, d. Senatus simulque Procuratores, partium Acta totius causæ, Cameræ exhibuerunt, ac pro ferenda sententia preces obtulerunt. Camera pro Sportulis 1000. Goltgülden accepit, illiusque iurisdictionem satis fundatam existimat.

In processu coram Vlmensibus defectum nullum, omnia enim ad normam compromissi peracta. Actrices † possessione feudi deiectæ, & pos- 3
sessorii remediis renunciare coactæ, vtilem rei vēdicationem instituerunt, quæ ad feudi repetitionem concreuit *cap. 1. §. rei autem. de inuest. de re alien. Hartman. tit. feud. obseru.* 13. Requisita eius sunt nota, & nostro casu manifesta. Cardo † totius causæ 4
ex hac quæstione dependet: verum controuersum feudum per successionem ad Actrices, tanquam fœmininum, sit deuolutum: An vero Imperatori tanquam Domino feudi apertum. Isque recte Reum inuestierit?

Pro parte negatiua, feudum videlicet ad Actrices non deuolutum, sed ad dominum reuersum esse, sequentia faciunt argumenta.

Primo, † ex prima inuestitura, ab Actricibus 5
produ-

producta, tenor alterius possidētis expresse eruitur, per quam patri Iohannis G. feudum hoc cōcessum: Et eum pater de hoc feudo inuestitus est, & filius, sub commemoratione eiusdem inuestitus reperitur: † feudum habetur paternū & masculinum. *Iohann. Iacob. de Leonard. in consil. feud. consilio. 114. n. 36. & 37.*

7 Secundo, naturæ feudorum congruit, † vt fœminæ ab illis excludantur, *c. 1. §. fin. de successión. feud. Zas. in epit. part. fin. numero 29.* Fœminina itaque † feuda non præsumuntur, sed masculina. *c. 1. §. quia vidimus. de his qui feud. dare poss.* Eam communem opinionem dicit *Mynsing. obseru. 2. cent. 4.* Magis communem *dicit Bursat. consilio 3. numero 4. lib. 1.*

9 Tertio † Iohann Grenlichii inuestitura diserte verbis ostendit, quod feudum hoc accepe-
10 rit pro se & suis Leibserben: Iure autē feudali † hæres intelligitur de masculo, & non de fœmina. *cap. 1. §. etsi clientulus. de alien. feud. Paris. consilio 4. numero*
11 *4. parte 1.* Sic verbum † *liberorum*, secundum naturam feudalem, tantum ad masculos referri potest, *Curt. part. 2. quæst. 7. num. 73.* Idem sentiendum de
12 vocabulo, † Leibserben, videlicet, tantum de filiis, & sic de masculis intelligi potest. *Hartman. Pistor.*
13 *lib. 2. part. 1. quæst. 3. numero 63.* Et concessionem † factam alicui & hæredibus sui corporis, de masculis accipienda, testatur *Paris de Put. de feudor. reintegration. c. 108. num. 1.*

14 Quarto, † in iam d. inuestitura Iohann Gr. soror illius ex speciali gratia, casu non existentium liberorum siue Leibserben/ ad successionem feudi, expresso pacto est vocata. Atque hoc ipso censetur magis vocata filia, cum de filia prius, quam
15 de sorore, † secundum ordinem Charitatis, pater cogitasse existimatur *leg. præses. de seruitut. & aqua. l. Lucius. §. Sempronia. de leg secūda.* Sed nec pacto
16 expresso, † nec speciali gratia, quoad fœminas opus fuisset, si ex natura feudi, & iure ipsis competente, ad feudi successionem fuissent admissæ.
17 Frustra enim † exprimitur, quod per se ineſt. *leg.*
18 *non recte. C. de fideiuss.* Et priuilegii concessio, † præsupponit ius commune in contrarium. *l. quod vero. cum duabus sequentibus, de LL. Bald. in prælud. feud. numer. 18.*

19 Quinto, † ex literis venditionis, per quam Herman Gr in Annam, suam agnatam, feudum litigiosum transtulit, verisimile fit, Hermannum, defuncto Iohanne, exclusa filia Anna, ac sorore in feudo successisse, idque probatur ex duplici ratione. Primo, quia in d. literis continetur, daß gemelt Lehen von gedachtem Vatter an jhne herkommen/ quod idem est, ac si feudum ad ipsum sit deuolutum: per quæ verba successio significari solet. Deinde adiicitur, Von jhrem Vatter seligen: quod vocabulum præsupponit mortem, & sic ex causa mortis successionem. *per leg. Seia. §. 1. de donat.*
20 *causa mort.* Cumque fieri non potuerit, † vt pro parte ille, pro parte vero filia succederet, quod in toto feudo successerit: & vt absurditas euitetur omnis, in iure successionis, necesse erit, interpretationem verborum, sein Theil am Kelenhoff/ &c. Eaque in promptu est Reo, qui partis mentionem factam esse asserit, respectu aliorum allodialium, quæ idem Herman. zu Lintz tenuit. Item respectu eorum bonorum, quæ Heinrich Gr. eius agnatus ibidem possedit. Quia igitur Hermann/ † Iohann. 21
filiam & sororem simul excluſit, feudum fœmininum dici non potest; per ea quæ post in nona ratione deducentur.

Sexto, † in iisdem literis vendit feudum no- 22
strum, nominatum Recht Lehen vom Reich. Sed & 23
sine hac expressione, † quodlibet aliud feudū prorium & rectum præsumitur *cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. Zas. part. vlt. num. 1. Hanneton. lib. 4. capit. 6. in fin.* Atqui feuda, † ex propria sua natura ad 24
solos masculos, ex masculis descendentes, iure successionis deuoluuntur. *capitulo primo, §. fin. de succeſſ. feud. cap. 1. §. etsi de alien. feud. Zas. part. vlt. n. 29.*

Septimo, † ex natura rerum concessarum 25
fœminæ à feudo remouentur, vtpote quia das halb Gerich zu Lintz inter partes feudi comprehendatur: Fœminæ autem † iurisdictionem in feudo 26
habere non possunt. *c. 1. §. fœminam. per quas fiat inuestit.*

Octauo: † fœmininum feudum tale est, vel 27
quod à fœmina acquisitum est, quod specialiter maternum appellatur: vel ad cuius successionem fœminæ, expresso inuestituræ pacto sunt vocatæ, *iuribus vulg.* Sed in feudo nostro neutrum animaduertitur.

Nono, † dici non potest illam fœminam in 28
hoc feudo successisse, propter Annam Iohannis Gr. filiam, quæ tamen nihil impedimenti præstat, vt statim dicetur: quin verius est, in † concursu 29
masculorum & fœminarum, fœminas à masculis exclusas semper, idque quinque exemplis ostenditur. Quoties autem in inuestitura dicitur, masculos & fœminas succedere debere, hoc casu veniunt ad successionem masculi & fœminæ simul, *Paris de Put. de redintegr. feud. c. 109. num 2.* Communem dicit *Iul. Clar. in §. feudum. quæst. 73. num. 4. & Mandos. in addit. ad Rom. consilio 33. in verbo, superstitem.*

Decimo, † Anna Iohannis filia, obtētu falsarum precum, per sub & obreptionem ad succes- 30
sionem feudi peruenit, exposuit enim Imperatori Friderico feudum ad se à patre & agnato Hermāno, iure successionis, tanquam simpliciter hereditarium peruenisse. Quorum vtrunque à vero alienum fuisse, ostendit instrumentum venditionis, *lit. C.* Quo videtur, totū feudum à d. Hermanno, non iure successionis, sed ex contractu inter viuos, ad d. Annam translatum. Hanc subreptionis labē auget aliud instrumentū, *signatum*, quod ostendit, filios Annæ, in petenda inuestitura Imperii, exposuisse, Patrem Henricum hoc feudum tenuisse, qui tamen vices suæ vxoris instar substituti, tantum substituit. Ex quo iterum coniecturare licet, dictos filios iuri materno non satis fidisse, nec feudum iure ad matrem pertinuisse.

Ex his duo resultant: vnum est, subreptionem hanc

31 hanc † nulli prodesse, nec quēquam se in ea fundare posse: *Tiraq. de retract. gentili. §. 1. gloss. 1. n. 68.* Et
32 quamuis vitium † subreptionis diuturnitas temporis purgare videatur: hoc tamen non procedit, quoties præsumptio talis, certa probatione elidi-tur, *Cacher. decis. 173. num. 7. & seqq.* Alterum est: cū subreptitie Anna feudum impetrare sustinuerit, præsumptio est nullum illi ad succedendum alioqui ius ex sua persona cōpetiisse, cum nemo præ-
33 sumatur † ad illicita se conferre, & cum periculo, per dolum impetrare velle, quod sine periculo, iure obtinere posset. *cap. Matre. de Simonia. cap. vbi periculum. de Elect. in 6.* Huic addi potest, quod instru-
34 menta B. & C. ab Actricibus producta, † quoad Hermannum, videantur sibi plane contraria, & ideo quia ab vno & eodem producta sunt, vtrunque pro nullo reputandum & reiiciendum, *Nicol. Boer. decis. 252. num. 2.* Ex quo iterum colligitur, nullam Annæ rationem haberi posse. Nec ex illius persona de qualitate feudi nostri fœminina nihil constitui posse.

35 Vndecimo, † ponamus, d. Annam de hoc feudo vere & bona fide inuestitam: Ex illo tamen nihilomagis fœmininum efficietur, cum pater & auus illius ante hoc tenuerint. Nec constat, quod
36 fœmina acquisierit: In feudis autem † primū stipitem siue originem & principium inspicimus, non etiam, quo aluco, quoue tramite descendat: *cap. primo, ibi Bald. & Præpos. de grad. succes. Paris. plene consilio 65. numero vigesimoprimo, volum. 1.* Proinde si
37 feudum † à mare cœperit, quod in dubio præsumitur, etiamsi postea ad fœminam delatum, tamen adhuc retinet naturam masculinam, & fœmina extincta, amplius fœminæ non succedunt. text. *in tit. de eo qui sibi & hæred. sui. mascul.* Ibi Bald. Aluarot. & Afflict. Pistor. *lib. 2. part. 2. quæst. 2. q. 35. n. 3. & 4. Zas. tit. de succes. feudi.*

38 Duodecimo, † feudum nostrum tātum abest,
39 vt sit Francum, & à seruitiis liberum (in quo † ex communi sententia, fœmina succedere potest, quam communem dicit Gabr. *lib. 6. tit. de verb. signifi. concl. 6. n. 59.* Item Iul. Clar. *in d. §. feudum. quæst. 7. num. 32.* vbi tamen contrariam opinionem pro-
40 bat, † & de iure veriorem testatur: quod ante eū fecit Isern. *in cap. 1. §. fin. quib. caus. feud. amitt.*) vt etiam iuramentum fidelitatis, à Henrico à R. Annæ marito, & omnibus sequentibus vasallis, fuerit exactum & præstitum, cuius præcipuo capite
41 vasallus ad munera militaria obligatur, † quæ fœmina obire non potest. gl. *in cap. 7. §. hoc autem notandum. de his qui feud. dare poss.* Afflict. *decis. 320.* Roland. à Valle *consil. 41. num. 11. vol. 4.*

42 Decimotertio, † Eberhard à R. Annæ filius, feudum nostrum in suas agnatas, quæ tamē illius incapaces fuerunt, non requisito sororis Barbaræ, quæ eo tempore fuit in viuis, consensu, alienauit, quod probat instrumentum B. Quod si itaque fœmininum fuisset feudum, ius quod ad succedendum sorori competiit, per fratrem illi auferri non potuisset: cum in alienatione † feudi anti-
43 qui, quale nostrum fuit non tantum Domini, verum etiam agnatorum, qui successuri sunt, consensus requiratur, & nisi agnati consentiāt simul defuncto alienatori, feudum reuocari posset, *cap. primo, de alienat. feud. paterni. cap. 1. si de feud. defunct. controu. int. dom. & agn.* Ingolstadiensis vniuersitas, *in consil. 22. n. 7. cum seqq. tom. 5.*

Decimoquarto, † ponemus, feudū apud Grē- 44
lichios, & eorum descendentes, fuisse fœminium: postquam tamen ab vltimo eius lineæ, Eberhardo à R. in agnatos suos, sed alterius lineæ, Vlricum & Conradum, per contractus venditionis translatum est, negari non potest, quin in personis nouorum emptorum, feudum nouum sit effectum: tāquam quod ab ipsis fuit acquisitum, & non peruenit à successione, vel linea prognatorum *cap. vnico. §. nouum. qui test. sunt necess. ad nou. inuest. prob.* Curt. *part. 1. quæst. 8* Iul. Clar. *§. feudū. quæst. 8. num. 1.* Grauet. *de antiq. temp. part. vlt. num. 3.* Nouum autem feudum, † iuxta suam rectam & pro- 45
priam naturam, masculinum, nec fœmininum esse potest, nisi, cum vel à fœmina est acquisitum, vel nominatim cautum, vt ad fœminas descēdat. Quorum vtrunque in nostro casu abest. Quin cum ita feudum † domino refutatur, vt extrane- 46
us inuestiatur, nouum feudum effici, in terminis respondent Zas. *consilio 12. num. 67. & 68. & consilio 13. num. 16. 17. libro primo.* Et Laur. Kirchou. *consilio 11. num. decimonono, & 20. Thom. Academic. 5.* Atque hæc fuit sententia Aluaroti, *in tit. Imper. Lothar. numero quarto.* Nec quicquam impedit, feudum in nouos emptores refutatum, atque etiam per inuestituram confirmatum, mit allen Rechten vnd Zugehörungen/vt hoc modo videatur translatum cum qualitate priori, fœmininę successionis, propter naturam surrogationis & relationis, per quā surrogatur in locum eius, cui surrogatur, plene succedit, & relatum in referente cum omnibus qualitatibus, &c. Respondetur enim verba hæc non ad qualitatem, † sed ad quidditatem referri, 47
& denotare feudi partes substantiales, non etiam naturam illis inhærentem: ita respondit Zas. super intellectu verborum, quæ prioribus sunt plane similia, videlicet, concedimus N. zwey Theil/ cum pertinentiis, wie prior Vasallus die zu Lehen gehabt vnd getragen. Quod idem est, als mit jhren rechten/damit sie Vasallus prior zu Lehen gehabt Zas. *dict. consilio 21.*

Decimoquinto: † In inuestitura Caroli V. no- 48
tata *lit. I.* (per quam Vlrico à R. primo acquisitori, in altera linea feudi, dimidia illius pars, quam antea habuit, iterum & altera dimidia pars, quam à fratre Conrado emerat, de nouo conceditur) pacta noua, qualitatesque nouæ adiectæ reperiuntur, quæ prioribus inuestituris non sunt insertæ, videlicet: daß solche Lehen er vnnd seine Lehens Erben/ nun fürohin zu Lehen erkennen vnnd empfangen sollen. Ex quo multa colliguntur: † Primo, feudum in persona Vl- 49
rici, vel saltem quoad alteram partem, à fratre comparatam esse nouum, *titulo de frater. de nou. benef. inuest.* Et cum in illius alienatione

Impera-

Imperator consentire necesse non habuerit, consentiens, nouam legem feudo imponere potuit, *Bald. in l. fin. de Senat. Brun. consilio 6. num. 11.* Se-
50 cundo † etiamsi feudum totum fuisset paternum vel antiquum: tamen ex nouorum pactorum adiectione, nouum fuisset effectum. *Bald. in cap. primo, §. insuper. de prohib. feud. alien. per Frider. Afflict. decis. 112. nu. 5. & decis. 248. nu. 8. Gruuett. dict. loco. de antiq. n. 23. Præpos. in prælud. feud. nu. 43. Cacheran. decis. 23. n. 22. 23.* Ex quibus efficitur, feudum nostrum ex apposita d. noua conuentione, omnino pro masculino habendum.

51 Decimosexto: † Ex proximo promanat; Nam in d. inuestitura Caroli V. ponuntur ver-
52 ba, Lehens Erben. Et verbum, *Heres*, † in feudis, tantum in masculis verificatur. Euidens ergo videtur esse, feudum esse masculinum.

Decimo septimo: † Posito, feudum esse
53 fœmininum, nihilominus moribus feudorum
54 prospectum, † etiam in fœmininis feudis, fœminas non succedere, donec masculus superest, à primo acquirente descendens, siue in directa, siue in collaterali linea, etiam in remotissimo gradu, *c. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis. Hanneton. lib. 2. c. 9. Paris. cons. 16. num. 6. 13. volum. 4. Cacheran. decis. 23. num. 5.* qui in specie dicit, ne filia Patruum excludat. *Pist. libr. 2. p. 2. q. 35. nu. 4.* Proinde cum Iohan. Fridericus Eberhardi, Actricum patris frater fuerat, in feudo paterno iure Actrices nostras in successione amouet.

Non obstat, quod Iohannes Fridericus per paternam diuisionem, in qua etiam acquieuit, ab hoc feudo exclusus. Hoc enim verum est, quoad successionem paternam, de qua & ipse, tanquam pater, cogitasse censetur. Non etiam succedit, quoad successionem fraternam: *c. 1. de eo, qui fin. fecit agnat. c. 1. de succes. feud. Aluarot. in tit. Imper, Lothar. nu. 2.* Etenim qui diuidit, refutan-
55 do † etiam, non videtur refutare ius futurum, sed id, quod in præsenti est liquidum. *Aluar. Brun.*
5 *cons. 79. num. 2.* & generaliter † contra naturam refutationis est, quod ad futura extendatur. *l. si ita. §. si sub conditione. de legat. 2. Bald. d. tit. Imper. Lothar. numero. 4.* Quin etsi diuidendo expresse successioni renunciasset: ad fratris tamen successionem hoc non porrigeretur: Cum generalis re-
57 nunciatio † omnium iurium: non extendatur ad exclusionem illius iuris, quod habet ortum ex causa de futuro, *Paris. cons. 95. nu. 33. volum. 3. Guil. à Perno in cons. feud. cons. 13. nu. 23.*

Deinde non obstat, feudum nostrum esse hereditarium, quod Actrices asserunt, meoq; iudicio verius est, per ea quæ fusè tradit *Pistor. lib. 2.*
58 *p. 1. q. 1. & 3. per tot.* vbicunq; enim dictio, † *Heres*, in concessione adiicitur (vt in nostris inuestituris, Erbs Erben / Lehens Erben) feudum semper intelligi debet, esse hæreditarium. *Sigismund. Neapolit. cons. 1. num. 46. inter consil. feud. lib. 2. Paris. con-*
59 *si. 23. num. 62. vol. 1.* In feudo autem † hæreditario placuit, agnatum succedere non posse, nisi sit simul heres defuncti vasalli, & ipsius hereditatem amplectetur, *c. 1. An agnat. vel. fil. Mynsi. obs. 63. cent. 3.* communem dicit *Villalob. & Franciscus. Vtius in commun. opin. verb. Hereditarium.* Quare cum d. Ioan. Fridericus fratri in allodialibus non successerit, sed filiæ: feudum quoque ad eum non pertinuisse videtur. Respondetur: Si Caroli V. inuestituram inspiciamus, qua Lehens Erben vocantur, de consuetudine Germaniæ, locum habere non potest. Sufficit enim, tunc successores fuisse sanguinis, & feudi, non etiam hereditatis, ne vocabulum Lehen / vocabulo Erben / frustra adiectum dicamus. Ita *Iaf. part. 8. nu. 16.* Item in causa Landgraff contra Nassaw / in causa Katzenelnbogen. Respondit *Carol. Molin. cons. 18 nu. 3. tom. 1. consil. German. Pistor. lib. 1. part. 2. q. 3. num. 64.* Concluditur ergo, Ioan. Fridericum iure Actrices excluisse.

Vnde illud porro resultat: quamuis postea sine prole decesserit legitima, & Actrices successerint, feudi tamen eas fuisse incapaces, per regulam: Quod fœmina † semel exclusa à feudo, 60
semper maneat exclusa. *c. 1. §. quin etiam Episc. vel Abbat.* Eamque opinionem communem dicit *Gail. lib. 2. obs. 148. num. 1. & Mandos. ad Roman. cons. 1. num. 1. verb. perpetuo.* Et quamuis nonnulli ab hac sententia recesserunt, vt Sonsbek. *part. 9. num. 31. & seqq.* Cuius argumentis nititur *Ioh. Fichard. in addit. ad commun. opin. Villal. in verb filia: & Mynsi. obs. 74. cent. 5.* Priorem tamen opinionem, tanquam veriorem, strenue nouissime defendit *Iohan. Borchold. ac argumenta Sonsbekii refutat de feud. c. 7. num. 36. 37.* Atque hæc fere sunt, quæ pro parte negatiua adduci possunt.

Pro parte affirmatiua faciunt, Primo, † Feu- 61
dum nostrum sua primæua natura fuisse, & adhuc hodie esse alienabile, hoc est tale, quod sine Domini consensu, pro libitu ipsius vasalli, potuerit alienari. Hoc modo præmittendum est, † 62
tribus modis feudum hanc naturam alienabilitatis acquirere. Primo, cum Dominus vasallo in inuestitura alienãdi facultatem expresse concedit. *ca. 1. de feud non hab. prox. na.* Facultas † autem 63
hæc concessa intelligitur, si feudum ita alicui conceditur, vt ipse & sui heredes, & cui ipse dederit, habeant, tex. *dict. c. 1. Iaf. part. fin. nu. 25.* Vel cum inuestitur quis pro se & heredibus quibuscunque, vel per se & cui voluerit: vel pro se, & habituris causam ab eo, vel pro se. & cui iura concedere voluerint plene *Roland. à Vall. cons. 55. num. 33. & 44 lib. 3.* Quod autem vi harum clausularum alienatio fieri possit, etiam irrequisito Domino, communem dicit *Dec. consil. 194. n. 5. Curt. cons. 4. num. 2. & Roland. à Vall. cons. 96. nu. 34. lib. 3.* Ratio eius est, quia dominus: qui ita Vasallo feudum concedit, statim ab initio in alienationem, quæ postea fieret, consensisse videtur, *Iul. Clar. §. feudum. q. 31. num. 8.* Secundo consuetudine † induci potest, vt feudum sine licentia Do- 64
mini alienari possit: eaq; consuetudo valet. *Bald. cons. 9. num. 6. vol. 1. Rol. à Vall. cons. 2. num. 18. & cons. 42. nu. 21. Iul. Clar. in d. § feudum. q. 31. num. 12.*

65 Cum enim iura † feudalia consuetudine possint mutari, *tit. de pace const. ant. §. nos Romanorum, &c.* communem dicit *Curt. consil. 158. num. 8.* Deinde
66 quia † prædicta alienabilitas pacto induci potest, sine inuestitura, consuetudini ea potestas recte
67 attribuitur, *l. fin. C. de fideiuss.* Consuetudo † enim aliud nihil est, quam tacitum populi pactum, siue
68 consensus. *Alex. consil. 65. num. 7. vol. 6.* Imo consuetudinis maior vis est † quam pacti, cum maior sit ius plurium, quam paucorum, & maior vis sit
69 iuris quam hominis, qui iuri subest, & ideo à pacto † ad consuetudinem tam affirmatiue quam negatiue recte ducitur argumentum: Quod ta-
70 men † econtra tantum procedit negatiue, *Euerh. in Topic. in loco à pacto.* In nostro quoque casu eo efficaciorem consuetudinem esse dicendum est, quod per eam reditur ad ius cõmune antiquum, siue commune, quo cuilibet in re sua liberum permittitur arbitrium, *cap. ab exordio. 25. distinctio.* Talem autem consuetudinem vigere in Gallia, dicit *Duaren. de feudis, capite 14. num. 16. & Ioh. Fab. in §. item Serutana, Instit. de action.*

71 Tertio, † in singulis feudis receptum est, vt si feudum semel sine consensu domini alienetur, semper maneat alienabile, in personis eorum, *l. pater filium 38. §. quindecim, de legat. 3. ibi Bart. l. cætera, §. vlt. de legat. 1. Tiraq. de retract. gentil. §. 32. glossa 1. n. 6. & 8. & in terminis Socin. senior consil. 67. num. 32. vol. 1. Signorol. de Homod. consil 210. n. 6. Bursat. consil. 4. nu. 20. & seqq. cons. 36. num. 32. lib. 1.*

Hæc regula *supra dicta*, de duabus naturis in-
72 telligi non potest; quia cum vel inuestitura, † vel consuetudine alienatio permittitur, facultas alienandi statim concessa intelligitur, nec actum singularem requirit, qui eam confirmat. Et in hoc tertio modo, ex ipso alienationis actu facul-
73 tas alienandi acquiritur: quin etiam † consuetudo loci omnia feuda afficit, quæ ibi sita sunt. Re-
74 gula vero nostra non tantum in vno † & singulari feudo procedit, prout ex allegatis constat, verum etiam in parte feudi obtinet, vt si pars eius semel alienetur, semper alienatio sit licita, *Bursat. consil. quadragesimonono, n. 63. volumine primo.*
75 Sic feuda maiora, † quamuis diuidi non debeant, *cap. 1. §. præterea. de prohib feud. alien per Frid.* Semel tamen diuisa, perpetuo manent diuisibilia, *Bursat. dicto cons. 4. num. 28.* Ratio ex priori sumitur. Di-
76 uisio enim † est species alienationis, *l. 1. Cod. commun. vtriusque iud.* Et ideo ex natura alienationis recte quoque regulatur. Sic quamuis merum im-
77 perium delegabile † non sit, *l. 1. in princip. de offic. eius, cui manda. est iurisdict.* Si tamen delegatio semel fiat, semper manet delegabile, *gl. in lege vnica, Cod. qui pro iurisdict. sua. Signorol. dicto cons. 210. num. 6.* Denique in vniuersum receptum est: Quotiescunque rei alicuius † alienatio est prohibita, si
78 semel alienetur, semper durat alienabilis. *Paul. de Castr. in l. peto, §. fratre, de legat. 2.* communem *dicit Bursat. cons. 4. num. 27.* Posteaquam enim semel
79 res † probationem euasit, semper libera remanet. *Menoch. lib. 1. de arbitr. qq. quæst. 54. nu. 24.*

80 His præmissis, subiungendum est, † feuda quæ inuito domino alienari possunt, ad fœminas esse transibilia. *Roland. à Valle cons. 1. nu. 70. & cons. 3. n. 63. 67. 70. lib. 1.* vbi *Decium*, contrarium *in cons. 193.* sentientẽ refutat & rationes plures, p̃ sua sententia adducit, *Gozad. cons. 7. num. 14.* Et de hoc inter partes conuenire videtur. Et controuersia omnis est tantum in facto, quod iam excutiemus.

Feudum nostrum aliquot vicibus alienatum esse videtur, idq; non Imperatoris consensu, & præscitu alienatum.

Primo Ioan. Gr. alienauit partẽ feudi in Hermannum, vt constat ex instrumento C. in quo disertis verbis saltem partis mentio fit, in verbis **Sein Theil am Kirchensatz**. Partis autem † appel-
81 latione simpliciter prolata, dimidia iuris præsumptione intelligitur, *l. non filiarum, §. portiones, de verborum significat. Aluar. cap. 1. num. primo, de inuestit. in mar. fact.* Et cum alia bona, præter hanc feudi partem **Herman zu Ling** non habuerit, quod clare ex eo instrumento patet, in verb. **All sein Gut zu Ling**/ partis adiecta mentio est, non contemplatione aliorum ipsius allodialium bonorum, vt Reus sibi persuadet, sed intuitu alterius partis feudi, quam d. Iohann. retinuit, & in filiam Annam transtulit, quod instrumentum B. liquido conuincit. Cum itaque tantum pars feudi à Iohanne in Hermãnum translata sit, recte sequitur, per contractum inter viuos alienationẽ factam. Pro vna enim parte Herman. & pro altera filia, succedere non potuit.

An autem hæc alienatio cum vel sine Imperatoris consensu facta sit, de eo non satis liquet: Vero tamen consentaneum est, eo modo factam, quo Hermannus d. suam partem iterum alienauit, de quo iam videamus.

Secunda alienatio facta est à d. Hermanno, per quam transtulit in d. Annam eam partem, quam à patre illius acquisierat. Hæc sine Imperatoris consensu effectum sortita est, quod manifestum est *ex dicto instrumento* C. Eo enim modo vendidisse videtur, quo allodialia vendi solent.

Nam in feudis † regulariter nulla venditio 82
tenet, ad quam Domini consensus non accedit: eo accedente, valet. Et ideo vel coram Domino fieri solet, vel tantum ipsius licentia.

In allodialium distractione, † Iudicis confir- 83
matio exigi solet plerunque, ad excludendam doli præsumptionem, *l. 1. C. de prad. & reb. minor.* Hunc morem secutus Hermãnus, exponit Iudici, **daß ers der Zeit mit Recht wol thun möcht**: per quæ verba declarat, quod suo iure vendere potuerit: quod tamen in feudo est interdictum. Et quamuis dicta verba enunciatiua sint: tamen in antiquis huiusmodi verba, siue propter se, siue propter aliud sint prolata, plenam fidem faciũt, *Grauet. de antiq. temp. §. 1. §. propositum nostrum, num. 76. 77.* Et quandoquidem palam, in publico prouinciali iudicio, & maxima hominum frequentia vendidit, iure suo etiam id fecisse intelligitur, *l. final. l. palã de ritu nupt.* Menoch. *de arb. iud. q. lib. 2. casu 244. per tot.* Exposuit etiã Iudici, **daß es vom Reich**

sein

ein Lehen/ &c. & tamen vendidit ad habendum tenendum, tanquã allodium: ad cuius naturam quam proxime accedit feudum alienabile, *Zas. d. part. fin. numero 25. d. c. 1. de feud. non hab. propr. nat.*

Præterea interrogat Iudicem de requisitis, & iuribus alienationis: qui decreto interpósito sufficere respondit, si ipse vendat, & in manus Iudicis possessionem tradat: nihil de impetrando consensu Domini adiicit: quæ res facit, quod de feudi natura Iudex plene informatus videatur, & pro certo habuerint omnes, domini consensum ad hoc non fuisse necessarium. Decreti
84 enim † interpositio præsupponit, omnia quæ facienda erant, interuenisse, nec quicquam ad actus perfectionem necessarium fuisse prætermissum. *Ias. in l. pacta nouissima, num. 6. C. de pact. Bald. in l. cum hi, §. si prætor, de transact.*

Accedit, quod & ipse Hermannus statim emptoribus possessionem cedit, quod ante domini consensum impetratum, si necessarius fuisset,
85 non fecisset sine periculo. Alienatio enim, † quã traditio sequitur, sola nocet, non etiam illa, quæ traditione non fuit impleta, *c. Imperialem, §. callidis. Isern. Bald. ibi. de prohib. feud. alien. per Frid. Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 13. gloßa 5. num. 2. Paris de Put. de reintegr. feud c. 43. num. 1. Wormbser. tit. de*
86 *feud. obs. 33.* Nemo autem † agere intelligitur, quod sibi periculosum & damnosum, *c. vbi periculum, de elect. in 6.*

Atque ex his omnibus tandem emergit, Hermannum suo iure, sine licentia domini, vendi-
87 disse. Quod autem † iuris est in parte, idem est in toto, vbi est eadem ratio, *l. quæ de tota.* Emergit & illud, eodem pacto d. Hermannum suam feudi partem vendidisse, quo eandem acquisiuit, *l. nihil tam naturale, de reg. iur. Hyppol. sing. 669.* & contra-
88 hentes † se alioquin iure communi conformare censentur, *Bart. in l. heredes mei, §. cum ita, ad Trebell. Paris. cons. 13 num. 29. volum. 1.* Vnde hic concludendum & Iohannis & Hermanni, licite, sine nutu Domini facta. Nec quicquam remoratur, venditionem Hermanni haud dubiè cum Imperatoris Alberti (qui tum temporis vixit, & post, sexto demum mense, videlicet 17. Octobr. Anno 1439. diem obiit) permissione facta, & q de ea ex inuestitura illius constare posset, si Actrices eam malitiose non suppressissent. Replicari enim potest de dolo, tam quoad hanc, quam quoad alias deperditas inuestituras. Actrices se purgarunt satis, eo ipso, quod Iudici dederunt fidem an Aydtsstatt/ se nullas alias scire inuestituras. *Bellon. in terminis cons. 10. per tot. inprimis nu. 7.*
89 Præsumptio autem † licentiæ impetratæ leuissima est, imo nulla penitus, quam contrariæ non tam præsumptiones, quam probationes excludunt, *l. in testamento, C. de testam. milit. And. Barbat. extra de probat. in rubr. col. 11.* Deinde & Imperatorem Albertum toto sequenti tempore, quo post hanc venditionem superuixit, Vngaricis tumultibus distentum, Imperij fines non est ingressus, & postmodum Strigonij obijt, vt nec inuestituram ab eo impetratam fuisse, verisimile sit: præsertim cum & emptoribus totus dimidius annus superfuit & absentia Domini, vasallum à necessitate petendæ inuestituræ excusat, *Dd. in c. 1. quo tempor. mil. Iac. de S. Georg. de feud. fig. verb. qui quidem inuestiti, num. 52.* Pari modo concidit & illa præsumptio, per quam ex diuturnitate temporis, Imperatoris consensum interuenisse colligimus. *Gabr. lib. 1. de præsumpt. concl. 1. num. 2.* Præsumptio enim hæc in contrarium probationem admittit. *Cacheran. in term. decis. 173. num. 7.* & probatio in contrarium aperte resistit, vt *supra dictum est*, præsumptio euanescat.

Tertia alienatio est, per quam Eberhardus, Annæ filius, totum feudum in agnatas suas alienauit, de quo in instrumento B. Hanc alienationem etiam Imperatoris consensu carere, affirmare ausim. Eo enim modo censetur alienasse, quo modo ipse acquisiuit: de quo paulo ante. Deinde testatur, daß er zu der Zeit daß thun möchte/ vnnd daß ers einem andern zu verkauffen willens/ wann es seine Vettern nicht gekaufft hetten.

Præterea vendidit alijs viris nobilibus præsentibus, ac testibus adhibitis, quibus feudi natura probe fuit cognita, quique passi non fuissent alienationem hanc cum iniuria & damno Imperatoris, cuius & ipsi vasalli fuerunt, procedere, si alienandi facultas d. Eberhardo non competijsset. Qui enim † feudum inconsulto Domino 90
alienat, dominum iniuria afficit, *c. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benef. amitt.* Et domini conditionem deteriorem reddit. *c. Imperialem, in princ. & ibi Afflict. num. 1. & 2. de prohib. feud. alien. per Frid.*

Amplius, etiam ante refutationem tradidit, & de euictione simul promisit: quæ duo, quia cum periculo manifesto coniuncta sunt, *vt supra:* vsq; ad impetrationem cõsensus, si ea opus habuisset, distulisset: Imo quia Barbarã sororẽ de consensu non interpellauit, ex eo quoque non incommode forte præsumetur, etiam in præiudicium agnatorum alienationem illi fuisse permissam. Quæ omnia in vnum conflata, iterum efficiunt, etiam hanc alienationem Imperatoris consensum nec desiderasse, nec consecutam.

Sed videtur obstare, quod refutatio domino facta, & inuestitura subsecuta sit, videtur in ipsa refutatione petitionem consensus adhibendi comprehensam, & per inuestituram tacite consensum accommodatum fuisse intelligamus. Neque enim consensum † in alienatione interue- 91
niisse necesse est, sed satis est, eum subsequi, *Mynsi. obser. 87. cent. 4.* Et hanc veriorem & crebriorem sententiam *dicit Menoch. consil. 1. num. 40. & Laur. Kirchhoff. in consil 50. cent. 3.* Tacitum quoq; † con- 92
sensum sufficere, contra nonnullos reclamantes, communiter placuit, *Schurff. consil. 41. num. 3. cent. 1. Mynsing. d. obs. 87. cent. 4. Iul. Clar. §. feud. quæst. 31. num. 13.* Verum refutatio petitionem † licentiæ 93
includere nequit: Cum refutationi petitio sit

contraria,& refutatio etiam inuito Domino fieri possit, *Zas. part. 12. numero 14. Mynsi. obser. 65 cent. 5.*

64 Consensus † non, nisi ab annuente obtineri po-
95 test. Deinde inuestitura † tacitum consensum
96 præ se ferre non potest: Tacitum enim † consensum in terminis alienationis, interpretantes considerant, in Domini præsentis taciturnitate, eamque pro tacito consensu reputant, vt intelligitur ex *Curt. part. 4. num. 137. & Aluar. in cap. 1. §. præterea num. 4. quibus modis feud. amittit.* vbi inquit: Aduerte, ne erres: quia ea quæ dicta sunt, procedunt in domino, qui præsens & non contra-
97 dixit. Deinde, qui inuestit, † quoad se hoc agit, vt vtile dominium à feud Vassallum transferat, *Al-*
98 *uar. d. §. præterea. num. 3.* Quoad Vassallum, † hoc agit, vt illi facultatem concedat, sua authoritate feudi possessionē apprehendēdi, *c. 1. ibi Dd. quid sit inuestit. Hartm. tit. de feud. obser. 7.* Et cum intentio Domini in inuestiēdo ad hos effectus directa sit, ad alium effectum trahi non debet, *Aluarot. in d. § præterea. num. 3.*

Quarta alienatio est per quam Conrad à R. dimidiam partē feudi in fratrem Vlricum transtulit. Hanc eitam alienationem Conradum suo iure fecisse, ex eo elicitur, quod ante refutationem factam Domino Vlrico possessionem tradidit reipsa: eo quoque iure & modo transtulisse censetur, quo acquisiuit. Nec duriorem sibi ac fratri feudi conditionem, non necessarij consensus impetratione, efficere voluisse, existimandus est. Quæ & aliæ præsumptiones iunctæ, veram alienabilitatis, adhuc durantis qualitatem confirmant. Præsumptiones enim † concurrentes, ple-
99 nam fidem faciunt, & recte ad eum effectum cōiunguntur, *Gabr. concl. lib. 1. de probat. con. l. 1. nu. 62.*

Verum hic difficilis occurrit nodus: manifeste in inuestitura Isignata exprimitur, quod Conradus post refutationem factam Carolo V. pro consensu in alienationem supplicarit. Posito enim, quod feudum hoc, certo suo priuilegio alienabile fuerit, per conuentionem tamen, tam expressam videtur eam qualitatem amisisse. Nam
100 quandocunq; quis priuilegio, † quod in faciendo consistit, contrauenit, videtur renunciare ei, & consequenter, illud amittere, *Fel. in c. cum accessissent. numero vigesimo octauo de constit.* Et quilibet †
101 sibi beneficio competenti etiam tacite renunciare potest. *l. pen. C. de pact.*

102 Sed considerandum est primo, Hoc feudū † in Vlricum & Conradum fratres, cum qualitate alienabilitatis vere transisse, idque per alienatio-
103 nis Actum: Impossibile enim † fuerat, Actum alienationis, qui hanc qualitatem feudo induxit, potuisse eandem destruere, sed verius & multo efficacius eam confirmauit, per regulam: Quod in-
104 ducta † ad vnum effectum, non possunt contrarium operari *leg. legata inutiliter. de alien. legat.* Et
105 inducta † ad augmentationem, non possunt imminutionem producere. *Wesemb. consilio 85. numero decimo, part. secunda.* Cum hac quoque qualitate Imperator Maximilianus vtrumque ante inuestierat, de quo *infra.* Quod cum ita sit, sequitur, quod quodammodo consensus impetratio, Conrado necessaria non fuit: Ita quoque obtenta, nullam vim habuit, & consequenter, etiam priorem feudi naturam vitiare non potuit, *c. non præstat. de Reg. Iur. in 6.*

Deinde, quoties quis non cogitatione necessitatis, † sed suo arbitrio, & libere, priuilegio cō- 106
trauenit, priuilegio non obest, *l. voluntariè. C. de excus. tut.* Verisimile autem non est, † quod Conra- 107
dus facultatem alienandi, si modo petijt, aliter, quam ex vrbanitate & ciuilitate fecerit. cū necessitate nulla compelli ad id potuerit. Feudum quoque † merum beneficium non est, sed ve- 108
rius contractus, *Wesemb. de feud. cap. 1. n. 2.* Quemadmodum igitur contractus † consensu coeunt: 109
ita non nisi dissensu vtriusq; partis dissoluuntur, *§. naturaliter. Instit. quib. mod. toll oblig.* Vnde sequitur: quemadmodum ex Domini tacita, & vasallorum voluntate, qualitas alienabilitatis feudo nostro accreuit: Ita non nisi vtriusque voluntate contraria ab eo separari potuit. Et licet de domini voluntate aliquo modo constare videtur, tamen de Conradi consensu nihil eiusmodi affirmare possumus: cum forte inuestituras non viderit: vtpote quas Eberhardū, Vlrici filium, recepisse, ex præstatione fidelitatis ab illo factæ, sit probabile. Et, maxime feudo præiudicare voluerit: Tamen postquam iam ante per traditionem, omne suum ius, in fratrem Vlricum transtulerat quoad partem illam, tanquam de re aliena, nihil quicquam amplius disponere potuit *l. fin. C. de pact.* Quoad Vlricum vero, nullo modo Caroli V. inuestitura illi nocere potuit. Is enim, quoad suam partem, ius ex alia priore, Maximiliani videlicet inuestitura, quæsitum habuit. Et quoad partem fratris, ex contractu illam, cum adhærente qualitate, per traditionem scilicet, erat consecutus. Vnde per nouam subsequentem inuestituram, iuri, ipsi totaliter in feudo iam competenti, Imperator derogare non potuit: cum in hanc derogationem expresse Vlricum consensisse, demonstrari nequeat, quod tamen necesse foret, veluti post plenius. Suspicio quoque est: feudum, ad exemplum præcedentis alienationis, fuisse tantum refutatum. In cancellaria tamen Imperatoris, ipso etiam Imperatore inscio, refutationis clausulam postulati consensus callide subiectam: Idque ab Eberhardo, inuestituram nomine patris petente, non animaduersum, eum enim iuuenem tunc fuisse, ex eo metior, quod post quinquaginta Annos superuixit. Auget hanc suspitionem, quod clausula postulati consensus, naturæ priorum alienationum repugnat. Insolentia autem harum clausularum doli suspicionem inducit *gl. l. cum sub condit. de cond. inst.* Idque per manus traditum *dicit Zas. consilio 10 num. 12. volu. 2.* & ad probandam † calliditatem, suspiciones & in- 110
dicia sufficiunt *l. dolum in verb. indicij 5. C. de dolo ma-*

lo

Io. Menoch. remed. 3. retin. possess. numero 617. Grauet. cons. 142. numero 12. Cæterum cum Dominus factum suorum ministrorum præstare teneatur, si in officio, in quo Dominus eorum opera vtitur, deliquerunt, *l. 1. §. familia. de public.* eamque communem esse Dd. ibi opinionem *Gail. dicit, lib. se-*
111 *cundo, obseru. 21. numero 6.* Ex calliditate † cancellariæ Imperator merito lucrum sentire nõ debet: maxime cum in principe bona fides exuberare debeat, *Bartol. l. prohibere. §. hortulani. quod vi aut clam.*
112 *Loffred. consilio 38. numero 22. in feudalib.* Et † omnes cum principe initi contractus, censeantur bonæ fidei, *Bald. de pace constant. dict. §. si quis vero. numero*
113 *primo.* Et si qua in bonæ fidei contractibus, † calliditas ab initio obrepit, contractus est ipso iure nullus, *l. & eleganter. §. non solum de dolo malo. Gail. lib. 2. obser. 2.*

His omnibus ita perpensis, perspicuum videtur, per clausulam impetrati consensus, inuestituræ insertam, nihil vitij huic alienationi attractum, sed eam pristina sua constare qualitate: Et cum eam nulla alia alienatio subsecuta. Concludit, feudum nostrum, etiamnum in personis Actricum, esse alienabile, & per consequens, fœmininum.

Secundo, ex iam demonstrata alienabilitatis
114 qualitate, etiam colligitur: Feudũ, † quoad eam qualitatem, esse improprium, *Paris. consil. 23. num. 40. vol. 1.* Proprij enim feudi natura est, vt sine consensu domini non possit alienari, *Sonsbek. part. 5. n. 3.* Hinc porro illud efficitur, vocabulum Leibs Erben (cuius in inuestitura Caroli IV. & Friderici III. mentio fit) ad fœminas etiam recte a-
115 daptari. Quamuis enim † regulariter hæredes in materia feudali, masculos designet, limitationem tamen hoc admittit in feudo improprio, *Socin.* o *cons. 257. nu. 7. vol. 2. Idem sentiunt alij plures, quos congessit Paris. cons. 4. num. 35. 36. vol. 1.* Vbi de feudo pro-
116 prio sic inquit: Quod si inuestitura dicit, † pro se & descendentibus: tale feudum dicitur generis, & in illo non excluditur fœmina. Nostro casu confidentius id constituere possumus, cum ipsa qualitas, quæ feudum facit improprium, fœminas simul admittat.

Tertio, ex præcedentibus liquet: Si pro ratione nostri casus, sub verbis, Leibs Erben / fœminæ certo non comprehenduntur (quod tamen ego fieri statuo) tamen saltem hoc manifestum est,
117 incertam & dubiam horum verborum esse significationem. In incertis autem † & dubijs, ad voluntatis confugimus quæstionem. *l. ille aut ille. de legat. 3.* Sed quod Imperator cõcedens, & Iohann. G. acquirens, etiam de fœminis hæc verba intellexerit, & ratio ipsius inuestituræ, à Carolo IV. factæ, & actus sequentes declarant Inuestitura sororem d. Io. pro se vnd jhre Erben / in nostro casu, wo ferrn er ohne Leibs Erben abging / ad feudũ vocat. inde indubitate sequitur, filiam sub verbis Leibs Erben / comprehensam. Dum enim soror cum hæredibus vocatur, certæ personæ designantur. Idque cum fit per pactum, personas non transgreditur, & ideo ad filiam porrigi non potest. *Isern. in c. 1. de his qui feud. dare poss. Hanneton. lib. 2. c. 8. Pistor. lib. 2. part. 2. q. 35. num. 43.* Ne igitur filiam vel à patre neglectam, vel sorori postq; ostam, cõtra naturalem rationem, & iuris præsumptiones, dicamus, necessario sub verbo, Leibs Erben concludimus contineri.

Ad hoc obijcitur: si feudum fuisset fœmininum, Soror speciali gratia opus non habuisset? Respondetur † Forte d. Ioannes opinatus fuit, 119
sororem semel à se excluſam, non potuisse succedere: quæ interpretum sententia tunc temporis fuit communior: Et ideo speciali gratia, regressum ad feudum sorori impetrare voluit. Hæc vero ratio in filia cessauit, eamque iure feudi, ex verbis inuestituræ dispositiuis, satis munitam existimauit. Deinde sequela facti, sensũ inuestituræ omnium rectissime demonstrat: dum Fridericus III. Annam pro se & Leibs Erben inuestit: quod sine singulari paternę inuestiturę excussione non potuit. Quod enim feudum petijt, & quidem tale, quod hæreditario iure ad agnatum, pro parte ad se deuolutum, exposuit: quæ duo moribus feudorum repugnant. Credibile est, quod sine probatione harum duarum impropriarum & degenerantium qualitatum non fuit inuestita. Nam ei, † qui impropriam feudi qualitatem alle- 120
gat, omnino probatio incumbit *c. 1. præterea. quid sit inuestit. Zas. part. vlt. nu. 2. Hanneton. li. 4. c. fin. Sonsbek. par. 4. nu. 4.* Deinde in feudis † nobilium, 121
præsertim masculinis, qualitas ea plerunque sic excuti solet: Leihen jhm vnd seinen Lehens Erben / zu Rechtem Mannlehen / vel jm vnd seinen Lehens Erben: idq; testatur *Zas. n. 12. cons. 2. lib. 1.* Cui, tanquam Doctori Germano, de stylo in Germania frequentato, hoc asserenti, credendum est. *Mynsi. obs. 96. cent. 5. Gabr. lib. 1. concl. 4. nu. 2.*

Concessio itaque pro Leibs Erben / † cum 122
contra solitum stylum sit, non aliter, quam ex inspectione prioris inuestituræ, & ad denotandũ fœmininam successionem facta intelligitur. Præterea in Cancellarijs † is mos seruatur, vt raro 123
inuestitura, quæ non simul exhibetur, renouari soleat. Inuestituram quoque Caroli IV. Annæ patri factam, Friderico tertio vere oblatam, non obscurum inde est, quod Anno proxime præcedente, ipsa & eius maritus, in iudicio prouinciali ipsius Imperatoris, exemplum huius inuestituræ, publicè transsumi fecerunt, eaque res simul vitium sub & obreptionis amouet. Requisitio enim iudicis, † & actus publice celebratus, omnem 124
doli suspicionem excludit *dict. l. pacta nouissima. ibi Iaf.*

Adhæc notandum Fridericum tertium hæc feuda concedere, wissentlich † eaq; clausula omne 125
subreptionis vitium tollit, *Gozad. cons. 62. num. 6.* Facit item hæc clausula, † quod Princeps dica- 126
tur plene informatus: *Alex. consilio 15. numero 3. lib. 6.* Atque hoc stante, commoda interpre-

tatio inueſtituræ (So von jhrem Vatter vnd Vettern an ſie kommen) quam reus tantopere exagitat, haberi poteſt : Nimirum, ſi dicamus de parte patris, veriſſimum hoc eſſe, idque ſatis fuiſſe, & hoc verborum compendio, in re certa cancellariam fuiſſe contentam : vel, ſi in parte Hermanni verbum Erblich/ interpretemur proprietariè, quod ab vſu germanicæ linguæ non abhorret, & Saxones, quorum lingua ſuperioribus ſeculis in Germania fuit frequentior, res immobiles proprias, Erb appellant.

127 Hæredis quoque appellatio † pro domino accipitur, *Vigl de hæred.qual.& diff.* Partem quoque
128 feudi Anna ab Hermanno tantum conſecuta eſt, *vt ſupra.* Et verba, an ſie kommen, † ſucceſſionem non arguunt, cum per modum contractus dominia transferant.

129 Vox etiã, Seeligen / † recte vſurpata fuit tempore venditionis Hermanni : quam tamen illo tempore, quo emerat, tanquam de viuente agnata non recte vſurpaſſet. Inique igitur Reus ſub & obreptionis labe d. venditionem aſpergit: quin idem fruſtra molitur in inueſtitura E. vbi intelligi dicit, Henricum à N. feudum tenuiſſe cum qualitate ſubſtituti, cum qua qualitate idem Fridericus Imperator, patri illius ante conceſſerat, nec derogaſſet hoc filijs, etiamſi hoc liquido
130 in precibus expoſuiſſet. Subreptio autem in nulla eſt, † cum quis tacet, quod expreſſum non nocuiſſet, *Gozad. conſ.1.n.10.* Atque hæc de obiectis Exceptionibus ſimul hoc mouere viſum eſt : Et ad rationem propoſiti argumenti quod attinet : quia filię in Caroli IV. inueſtitura, ſub verb. Leibs Erben/ vocata cenſentur, eamque præcedentibus & prioribus inueſtituris amiſſis ſimilem, iura præſumant, dubium non eſt, ab initio fœminas huius feudi capaces fuiſſe.

Quarto, ex litteris venditionis, C. ſignatis apparet, Hermannum hoc eudum Annæ eiuſque marito vendidiſſe, ad tenendum poſſidendum, als jhr eygenthümblich Gut/ id eſt, vt ego accipio, tanquam rem allodialem. Deinde Imperator Frider. in inueſt. B. inueſtit eam, damit das Erblich an ſich gefallen, In quibus tria ſunt conſide-
131 randa. Primo : † Quod Hermannus vendit Annæ, quamuis illa ſucceſſura non apparet. Secun-
132 do, † Quod fœmina acquirit & inueſtitur. Ter-
133 tio, † quod hæreditario iure acquirit & inueſtitur. Vnde effici videtur, feudum hoc pro more,
134 abſolute & ſimpliciter hæreditario † habendum, prout eſt, quod pro ſe & quibuſcunque hæredibus eſt conceſſum. *Curt.p.4.n.30.41. Burſat.conſ.22.*
135 *n.8.lib.1.* Tale enim feudum † tranſit non ſolum in extraneos hæredes, verumetiam in ſingulares ſucceſſores. *Burſat.d.iam conſ.* vbi hanc opinionem dicit magis communem. Deinde etiam ad fœminas & eorum deſcendentes tranſit. *Gozad.conſ. 8.n.25. Gab.lib.6.tit.de verb.ſignif.concluſ.4 n.5.* Eamque opinionẽ verioręm & crebriorem dicit *Molin. in addit. ad Alexand. conſ.30.in verb quibuſcunque lib.1.* Fœmininum itaq; noſtrũ eſſe, iterũ affirmando.

Poſſent plura alia pro hac affirmatiua parte dici argumenta : Sed cum talia ſint, quæ magis à conſulente, quam decidente, propter lubricitatem ponderari debent : in iis, quæ poſui, acquieſco & ex eorũ firmitate, quam meo iudicio certam confido, pro Actricibus concludo, earumq; intentionem probatam : Quodque ea per argumenta in contrarium, eliſa non ſit, ex eorundem ſolutionibus iam apparebit.

Non obſtat primum, quia Maſculi etiam fœminina feuda tenere poſsũt, nec tamẽ propter eã qualitatem fœmineam deponunt. Ex inueſtitura quoq; rei facta, paternum quidem probatur, non tamẽ maſculinũ : Et à conſulente dictio *maſculinũ*, allegatis *à Ioan.Iacob.de Leonhárd.* eſt adiecta.

Secundum argumentum prę ſumptionibus nititur, earumq; nulla vis eſt, cum veris probationibus ex aduerſo impugnetur.

Tertium : ad hoc eſt ſupra in Secunda ratione Affirmatiua reſponſum.

Quartum debile eſt admodum, & fortius per modum inuerſionis retorqueri poteſt. Quibus addatur, quod in terminis iuris † communis cor- 136
rectoriis ſumus, in quib. ne quidem ex maioritate vel identitate rationis, de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam, fit extenſio. *Iaſ.in auth.quas Actiones. num.17.22. C. de SS. Eccleſ. Gail.lib.2.obſer. 138.num.6.7.*

Quintum, ibi falſum eſt præſuppoſitum : partem enim tãtum feudi Hermannum à patre Annæ ex contractu acquiſiuiſſe, in prima ratione affirmatiua demonſtratum eſt.

Sextum, parum ſtringit : Impropria † enim 137
feuda tantũ in ijs capitibus, in quibus à recta natura feudi degenerant, pro improprijs habentur: in reliquis capitibus, non alteratis, rectam naturam feudi ſeruant, & eo reſpectu etiam recta appellantur *c.1. de feud. non hab. pro. feud. nat. Dec.conſ. 194.num.5. Iul.Clar.in §.feudum.queſt.16.n.2. Molin.in cõſuet.Pariſ.tit.1.§.30.n.100. Pariſ.conſ.23.n.26.vol.1.*

Septimi argumenti infirma eſt ratio : Quod enim † fœminæ Iuriſdictionem in feudo tenere 138
& exercere poſſint, *in d.§.fœminam*, tradit *Aluar.n. 2.Afflict.n* 1. vbi & exempla adducit. Noſtro quoque caſu in Anna fuit obſeruatum.

Octauum argumentum, tantum ab inſufficienti † partium enumeratione, nõ cõcludit: ma- 139
giſtrales ſunt quidẽ illę fœminini feudi definitiones, ſed ex pluribus etiam alijs cauſis feuda ad fœminas migrant.

Nonum : Ibi nulla eſt collectio, generaliter enim † quoties maſculi & fœminæ vocantur, or- 140
dine ſucceſſiuo vocati intelliguntur, in concurſu mares fœminis præferuntur, *cap.1.§.filia vero. de ſucceſſ feud. cap.1. §.quin etiam Epiſc.* Et in hac formula dictio, † Et, contra naturam ſuam, non in vim 141
copulæ ſed ordinis ponitur, *Fridericus Schenk.in d. §. quin etiam. numero primo, Zaſ part.8.numero* 45.
Speciale eſt, † cum maſculi cum fœminis vo 142
cantur, tunc enim communiter admittuntur, in quibus terminis non ſumus : Sed quoad ordinem

dinem successionis, generales feudorum leges in nostro feudo sunt obseruatæ. Ex remotione igi-
143 tur speciei vnius, † remotio generis falso colligitur, *Euerhard. in Topic. in loco à specie ad genus, n.1.*

Decimo argumento satisfactum est in tertia ratione affirmatiua, & per purgatam sub & obreptionis labem, contrarietatis quoque allegatio penitus collabitur.

144 Vndecimum argumentum procedit, † cum ad feudum fœminę pacto vocantur. Tunc enim, si primo de eo masculus inuestitus fuerit, & deinde feudum ad fœminam descendat, ex qua fœminæ, & masculi generentur, eo casu non fœminæ, sed masculi succedere debent. Quia cum
145 ab initio † ita fuit obseruatum, sequens successio ex hoc principio etiam regulabitur, Atque hanc Dd. esse sententiam, ex allegatis Pistoris constat, Cæterum nostro casu, nulli amplius masculi,
146 sed tantum fœminæ supersunt, ideo † dissimilia rectius separantur, quam coniunguntur, *leg. fin. de calumniator.*

Duodecimum, nihil necessario importat. Fœ-
147 minę enim † non minus, quam aliæ inhabiles personæ, cum ad feudum admittuntur seruitia per substitutum Domino præstare possunt. *c. vnico. §. si minori. & §. si quis decesserit: ibi Isern. si de feud. def. content. inter. cap. Imperialem. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frid. Bald. in tit. de benef. fœm.* Etenim
148 Dominus, † qui eiusmodi personas admittit, cum iis dispensasse dicitur, & hoc tacite videtur actum, vt per substitutum seruirent: *Bald. cap. 1. §. mutus feudum numero 4. Episcop. vel Abbat.* Ita Anna per maritum seruitia pręstitit: Et ex nostris Actricib. vna similiter per maritum, altera per alium, non minus idoneum seruitia recte implere poterit, *Cacher. decisio. vigesima sexta, num. vigesimo. Paris. cons. 23. num. 35. volum. 1.*

Decimotertio: Propter non impetratum Barbaræ consensum, inepta qualitas fœminea negatur. Posito enim, quod potuerit alienationem impedire, tamen nulla necessitate ad id potuit compelli, cum illi licuerit, suo iuri renuncia-
149 re: Imo in alienationibus feudorum, † taciturnitas, vel per lapsum vnius anni interueniens, scientibus agnatis, obest, & in perpetuum remouet. *cap. primo. §. Titius. si de feud. defunct.* Quod tamen accipiendum sic, vt tradit *Mynsing. obseru. 85. cent. 4. & Wurmbs. tit. de feud. obseru. 5.* Taceo, quod obstaculo etiam esse non potuerit, tum propter naturam feudi, quod alienabile fuit: tum quia
150 ipsa Monialis fuit, quod † genus hominum regulariter in feudis non succedit, & acquisitum, post votum religionis assumptum amittit. *c. primo, de feud. fœm. cap. 1. §. Clericus. si de feud. defunct. Mynsing. obseru. quadragesima octaua, cent. 5. Cacher. decis. vigesima septima, per tot. Pistor. lib. secundo, part. secunda, quæst. 33. per tot.* Quia etiam illi in feudo annuus reditus reseruatus est, de consensu frustra laboratur, quamuis non fuerit necessarius.

Decimoquarto: Hic tres casus, quibus feu-
151 dum refutari solet, sunt distinguendi. † Vel enim feudū omnino siue simpliciter, sine vlla conditione & protestatione refutatur: Vel refutatur ita, vt alius de re, tanquam de nouo feudo inuestiatur, vel vt alius, tanquam de eodem feudo inuestiatur.

Primo casu, † naturam prioris feudi non reti- 152
net in illius persona, qui hoc iterum acquirit. sed plane nouū efficitur, *c. 1. de eo qui fin. fec. ang. Matth. de Afflict. c. 1. num. 5. & 39. de Vasall. decrep. ætat.*

Secundo casu † itidem in persona acquiren- 153
tis, erit feudum nouum. *Aluar. in rubr. Imperat. Lothar. n. 4. Afflict. d. cap. 1. n. 42.* Et hic casus assimulatur priori *in cap. 1. de eo qui fin. fec.*

Tertio casu, †, feudum in acquirentem trans- 154
it cum eadem qualitate & natura, quæ apud refutantem fuit. *dict. cap. primo, de Vassall. decrep. ætat. Bald. Affl. num. 1. & 2. & Aluarot. num. 2.* Ratio: quia inter Dominum & vasallum refutantur & acquiruntur. Deinde dictio, † *idem*, eandem natu- 155
ram & qualitatem significat, qualem habet antecedens, *cap. de mulcta, §. hoc idem, de præbend. Bald. capite primo, in princip. ibi Afflict. numero trigesimo octauo, de vasall. decrep. ætat.*

Et surrogatio † assumit naturam pristinam, & 156
succedit in locum eius, cui surrogatur, *Bald. num. 1 Affl. nu. 2. Aluar. num. 2. vt supra.*

Refutatio, quæ ab Eberhardo Imperatori facta est, non cum prioribus duobus casibus, sed cum tertio congruit. Quod ex sequētibus patet.

Primo enim non simpliciter refutatio facta est, sed vt emptores iterum inuestirentur.

Secundo: Imperator Maximilianus die auffgesandte Stück/mit allen pertinētiis, iterū cōcessit.

Tertio: Verba. † mit ihren Rechten/ qualita- 157
tem priorem liquido significant, & ne ad qualitatem quis hęc referat, partes seorsim exprimuntur, scilicet. die obbestimpte Stück mit/ ꝛc. verbum autem, Rechten/ abundaret, nisi de qualitate intelligeremus.

Quarto: In d. concessione commemoratio fit prioris inuestiturę in verbis, So er mit jhren Rechten/ ꝛc. von vns vnd dem Hey. Reich zu Lehen empfangen vnd innen gehabt. Et cum commemoratio talis fit, raro feudum nouum dici potest. *Grauet. de antiq. temp. part. 5. num. 36.*

Quinto: Eberhardus in ipsa alienatione literas inuestiturarum suæ lineæ, etiam nouis emptoribus tradidit, quod ipsum argumento est, quod simul omne ius, quod sibi in ijs competat, transferre voluerit, *l. 1. C. de donat.* Ex his concludo cum controuersum feudum, apud Eberhardum, sua natura alienabile & fœmininum fuerit, cum hac qualitate in Vlricum & Cunradum Emptores transiisse, per rationes. *vt supra.*

Non aduersatur, quod ex dispositione *dicto cap. 1. de vasall. decrep.* decisio tertij casus in eo fundatur, quod tunc, cum pater feudum refutat, vt filij inuestiantur, filij alias erant successuri: & prouidentia maiorum, feudum etiam viuo patre iam illis erat affectum, prout hanc rationem ponit *dicto loco Schenk. Baro & Cuiacius.* Et cum

hxb

158 hæc ratio † in extraneo acquisitore (qui noster casus est) cessat, merito quoque dispositio cessare debet, *l. quod factum, de pact.* Respon. Interpretes duas nostræ diuisionis potissimum ratio-
159 res adferunt. † ex quibus potior est ea, quæ ex natura surrogationis sumitur, videlicet, quia nõ simpliciter refutatio fit, sed ita, vt alius vasallus in locum prioris surrogetur.

Deinde specialem istam, quam iam retuli, in filijs considerant, vtramque cumulat *Alpharot. n. 2. dict. tit. Baldus vero, Afflict. & alij*, priori contenti sunt, vtpote quæ generalis est, & ad plures casus accomodari potest. Et quamuis vtramq; admiserimus, tamen vna deficiente, non ob hoc dispositio deficiet: cum pro regula traditum sit: quoties in dispositione duæ sunt rationes, quarum vna cessat, alia superfit, tunc ratio cessans, non facit cessare dispositionem, §. *Affinitatis, Instit. de nupt. l. liberorum, de his qui notantur infam. Gail. libro secundo, obseruatione nonagesimaquinta, numero duodecimo.* Et quod decisio tertij casus, in aliis etiam acquirentibus, quam filijs, locum habeat, apertum est ex *dicto cap primo, de eo qui fin. fec. agn.* vbi istorum trium casuum, quos posui, distinctio in agnatis esse consideratur.

Non obstant authoritates *Zasii & Kirchouij*: quia si recte eorum consilia inspiciãtur, loquuntur in secundo casu, & non de tertio. Atque ipse *Zasius* nostræ distinctioni inhærere videtur, *in Epit. part. 3. n. 1.* vbi inquit: *Etiamsi pater in manus Domini feudum refutet. vt filij inuestiantur, non cessabit propterea paternum esse.*

Et hæc vera sunt, siue feudum antiquum sit, siue paternum: nisi vasallus simpliciter renunciasset: quia tunc interesset; ita *Zasius.* Cui etiamsi demus, in dictis consilijs eum aliter sensisse, tamen hæc in tractatu, quam in consiliis verius sensit, & magis illi fidendum. *Socin. senior in cons. trigesimoquinto, num. secundo, volumine tertio, Gabr. lib. 1. titul. de test. conclusion. 4. num. octuagesimoseptimo & nonagesimo secundo.* In legendo enim † magis cessat
160 affectus & cupiditas æris, quam in consulendo. *Grauet. de antiq. temp. p. 1. §. propositum nostrum, num. quadragesimooctauo.* Deinde verba nostræ inuestituræ multo pleniora sunt, & pinguiora, quam ea, quæ *Zas. in cons. 12.* examinat. Prætereo, & casus *d. consil. 12. 13.* cum nostro, nihil habent affinitatis.

Decimumquintum & decimumsextum, Caroli V. inuestitura supped tat. Circa quæ perpendendum feudum nostrum cum priore sua alienabilitatis & fœmineæ successionis natura, ab Vlrico & Cunrado vere acquisitum, & ab imperatore Maximiliano ita etiam vtrinqne inuestitum, vt *supra.* Ius huius inuestituræ pro sua parte Cunradus post in Vlricum plene transtulit, & sic ex d. Maximiliani inuestitura, ius in toto feudo Vlrico quæsitum fuit; quod & illi, contra suam voluntatem, per aliam inuestituram auferri non
161 potuit. Dominus enim † in renouatioue inuestituræ primæuam concessionem obseruare debet, atque ita pro se & successoribus suis est obligatus, *cap. 1. & ibi Bald. de eo qui sibi, &c. Curt. part. 2. quæstio. 7. Paris. cons. 23 n. 62. volumine primo.* Et ideo, quando inuestituræ † à se inuicem discrepant, 162
tenor primorum, non etiam posteriorum, inspici & attendi debet, *Bald. dicto capite primo, de eo qui sibi &c. Mynsi. cons. 92. num. 8 Bursat. cons 3. nu. 11. vol. 1.* Et per sequentem † primæ aliter derogari non 163
potest, nisi expresse dicatur, de consensu Domini & vasalli derogationem fieri: *Paul. de Castro. cons 61. in fin. lib. 1. Dec. cons. 194. num 3. ibi Bald.* qui
dicit: Quod fœminæ venire possint, vigore antiquæ inuestitutæ, per quam vocabantur, non obstantibus posterioribus inuestituris, quæ solæ loquebantur de masculis, *Cephal. cons. 12. n. 26. lib. 1. Bursat. cons 722. num 17. 18. 19. & cons. 85. num. 6. 7. lib. 1.* Ratio, meo iudicio, hæc est, quod feudum, contractum † sapiat, & ideo inter dominum & 164
vasallum obligatorium *c. 1. de feud. sine culp. non amit. Isern. cap. 1. ex quib. caus. feud. amit. Carol. Ruin. cons. 7. nu. 20. vol. 1.* Et ideo ad similitudinem aliorum contractuum, nulla in eo præsumitur nouatio facta nisi id expresse exprimatur *leg. fin. C. de nouat.* Proinde, quia pactum de successione der Lehens Erben/ in Caroli V. inuestitura, primæuæ naturæ feudi, & prioribus inuestituris aduersatur, nec liquido constat, Vlricum in illud consensisse, pro non opposita habetur, & priores inuestituræ illi merito præponderant.

Non obstat, partem Cũradi, tanquam in feudo nouo à duobus fratribus comparatam, ad Imperatorem reuersam: Et quod is in noua illius concessione, noua etiam pacta, tanquam de re sua, adijcere potuerit. Negatur, ad Imperatorem illam partem rediisse: Quia Cunradus per traditionem, in causa venditionis factam, in Vlricum omne ius suum statim transtulit, & sic rectius dicemus, huic parti, tanquam rei non suæ sed alienæ, Carolum V. legem nouam imponere nec potuisse, nec debuisse, *l. fin. C. de pact.*

Vltimum argumentum. Hic primo negatur, feudum per mortem Eberhardi ad fratrem Fridericum esse deuolutum: quia successor hæreditatis non fuit, quem tamen natura feudi hæreditarij, quale nostrum est, requirit, prout *supra*: Verius est, quia alienabile est, ad hæredes quoscuis, etiam extraneos, transitorium ad filias pertinuisse. Et quod in feudo alienabili Agnatus, in linea collaterali, non præferatur filiæ. *Brun. cons. 39. num. 6.* Iniuria igitur d. Ioannes Fridericus, defuncto Eberhardo, inuitis filiabus, possessionem feudi inuasit. Possessio autem † vitiosa ne- 165
mini prodesse debet. *l. cum sponsus. §. si res. de publ. in rem act. leg. si duo. ibi Bartol. vti possid.* Neque foueri debet, ne detur materia delinquendi *Oldrad. cons. 1. num. 13.* Proinde frustra in illius persona quærimus, an filias excluserit, cum nullam iustam possessionem vnquam habuerit. Sed posito, feudum ad eum pertinuisse, & iuste eum inuestitum, tamen rigorem Regulæ fœmina semel exclusa, &c. æquitati & iuri feudorum repugnare, multi nostræ ætatis insignes Iurisconsulti, bonis argumen-

mentis ostenderunt: Inter hos præcipui sunt ex Germanis *Ioan. Fichard. ad commun. opin. Villalob. in verb. Filia. Fransc. Sonsbek. part. 9. num. 13. Forster. de Succession. titul. Casus, quibus liberi à successione par. pelluntur casu 1. declar. 1. fol. 106. Mynsing. obs. 74. cent. 5. Pist. lib. 2. part. 2. quæst. 36. per tot.* vbi hanc quæstionem plene tractat, & omnia contraria argumenta simul, & responsiones Burcholden ad Sonsbekium diluit. Item *Wesenb. de feud. cap. 6. num. 23.* Ex Italis, *Ioan. Baptist. Ferret. Vincentius consilio 106. in princ. Berous consilio 67. numero 43. Baptist. Villalob. in commun. opin. verb. filia. Iul. Clar. in §. feudum. Cephal. consilio 39. num. 34. & 46. ibi. 1.* Is tamen videatur in illo casu, quo fœminæ, deficientibus masculis, vocantur. Ex Gallis, *Petr. Loriotus. tit. de his, qui feud. dar. poss. fol. 40. Hotoman. quem allegat Borcholt. cap. 7. numer. 37. Idem sentire videtur Cuiac. in d. §. quin etiam Episcop. vel Abbat.*

Atque ex enumeratione hac perspicuum quodammodo fit, si communem opinionem secundum ætates constituere velimus, vel saltem inter Germanos hoc tempore, communem d. regulæ aduersarii, & in cõtrouersia inter fœminas & Dominum mota, *Clarus* dicit, hanc sententiam ipsissimam veritatem, & *Fichard.* humaniorem & æquiorem, quamque aliquando consulendo sit secutus. Vterque *dict. loco.* Et in Camera eam aliquãdo obtinuisse liquet *ex Mynsing. dict. obseru. 74. cent. 5.* Quæ alias ipsius, non Cameræ esset eamque videntur domini amplexi, in causa Baden contra Kronberg: Quãuis in illa causa fœminæ, in casum deficientium, erant vocatæ: Quod cum sit etiam opinione eorum, qui d. regulæ adhærẽt, fœminæ, 166 post †factam exclusionem, si masculi tandem deficiãt, nihilominus admittuntur. *Roman. consilio 1. in princ. Goz. ad. consilio 53. num. 11. Pistor. quæst. 36. num. 33. Cachar. decis. 23. numero 45.* vbi dicit hoc de se clarum.

Sed ne anxie de hoc obice abolendo laboremus, & vt regulam propositam approbemus: tamen exceptionem patitur in terminis feudi improprii, vt hic *Paris. consilio 23. numer. 55. volum. 1. Gozadin. consilio 9. numero 58. &c. Cacheran. d. decis. 26. num. 20.* His ita deductis, vtcunque contrariis argumentis mihi videor satisfeciss̃e, Ideo concludo: Feudum nostrum Imperatori non apertum, sed ad Actrices spectare, & Reum ad restitutionẽ omnium istorum, quæ actricibus abstulit, condemnandum.

De fructibus dubitatur, qui & à quo tempore adiudicandi? Cum enim filia cũ Domino contendit, in possessione relinqui debet, donec causa finiatur *cap. 1. §. defuncto milite. Si de feud. def. content.* Idque inprimis locum habet, cum filia in possessione reperitur. *Menoch. remed. 4. adipisc. n. 377.* Proinde Actrices nostræ ex feudi possessione, quam post Ioan. Friderici obitum, sine impedimento apprehenderant, & aliquandiu quiete tenuerant, iniuria videntur eiectæ. Neq; Reum excusate potest, quod Imperator per Comitem Furstenbergensem in possessionem illum duxerit, factum enim hoc, † ad illius instantiam, quo casu factum Iudicis censetur factum partis. *Tiraquell. de retract. gentil. §. 1. glossa 14. numero decimotertio.* Et † occupatorem 167 168
rei alienæ ne quidem rescriptum Principis à mala fide excusat, *l. meminerint, Cod. vnde vi.* Vnde efficitur, Reum nostrum ab initio fuisse malæ fidei possessorem, & sic ad omnes perceptos & percipiendos fructus teneri, *leg. certum. Cod. de rei vendicat. leg. si vrbana, Codic. de condiction. indebit.* Sed Imperatorem, & sub illius persona Reum, multa defendũt: imprimis, quod Actrices iure inuestiturarum primarum, & exemplo Annæ, feudum ad se pertinere apud Imperatorem contenderunt. Quod tamen non ita fuit liquidum: Inalienabilitatis qualitate non videntur coram Imperatore sese fundasse, in quâ tamen ego summam causæ collocatam existimo. Deinde Caroli Quinti inuestitura expresse fœminas remouet.

Accedit Ioan. Frideric. qui similiter Actrices iam excluserat. Et cum quæuis causa, † etiam fa- 169
tua, à dolo excuset, *l. vnic. ibi Iaf. si quis ius dicent. non obtemp.* in mala fide vix Imperatorem & Reum, ab illo causam habentem, cõstituere possumus: maxime, cum Imperatori multa permissa sunt, quæ ab aliis non tolerantur. Et possessionis beneficio Actrices penitus renunciarunt, ac petitorium instituerunt. Cæterum cum litis contestatio Reum tandem in male fide constituerit, *dicta lege, certum.* Ab illo tempore tantum, ad fructuum restitutionẽ perceptorum, eum condemnãdum puto: percipiendos refundere non tenetur is, qui ab initio cum titulo, saltem colorato, in bona fide fuit, post malæ fidei esse cœpit, *leg. si fundum, C. de rei vendicat. ibi glossa & Bartol. AZo in summa, numero vigesimo tertio, gloss. in § si quis à non Domino. ibi Mynsing. num. 10. & Schneidvv. n. 8. de rerum diuision.* Et si domini mecum pro Actricibus concluserint, pertinentiarũ punctum referri non erit necesse: cum inter partes omnis controuersia super iis per hanc sententiam perimatur, nec quoad Imperatorem, quicquam pronunciare possumus, cum non sit in lite. Quia quoque causa dubia est, & pro vtraque parte validis argumentis suffulta, expensas merito compensamus.

Saluo.

D.N. Correferens, per omnia cũ D. Referente.

D.N. cum Referentibus: quia in feudis semper in dubio est pro vasallis pronũciandum: in dubio iura plus fauent vasallis, quam domino.

D.N. cum Referentibus: quia in Sueuia, vt *Zasius* dicit *in tractat. feud.* consuetudo, vt fœminæ aliquando admittantur: Item, quia Conradus non necesse habuit cedere Vlrico, imo Vlricus alias successisset, quia speciale in feudis Imperatoris secus in aliis inferiotibus à Principe, vt *Cattunicula in consilio 19.*

Sententia.

IN der Compromiß Sachen weylandt Eberhardts von Reischach hinderlassener Töchter/ in Actis benennt/ Klägerin/ eins/ wider Carln von Schwendi/ Beklagtẽ/ anders Theils/ deß Heyligen Reichs Eben

zu Lintz bey Pfulendorff gelegen / belangendt / ist allem Fürbringen nach zu Recht erkennt / daß ermeldts Lehen sampt seinen Zugehörungē / gedachten Klägerinnen zuständig sey / auch Beklagter dauon abzutretten / vnd solches jhnen sampt den von Zeit an beschehener Kriegßbenestigung auffgehabenen Nutzungen / wider einzuräumen vnnd zuzustellen schuldig / als wir jhne darzu hiemit condemniren vnd verdammen / die Gerichts Kosten derowegen auffgelauffen compēsirendt vnd vergleichendt.

VOTVM X.

In causa B. von Adr. Appellantis,

Contra

B. von Adr. Appellaten.

SVMMARIA.

1 *In appellationis causa circumductionis termini nō habetur ratio.*
2 *Mora & negligentia ex impedimento nuncij iurati Cameræ interueniens, parti præiudicium creare nō solet.*
3 *Impedimentum, quod Iudicis causa prouenit, parti non obstat.*
4 *Officium boni Iudicis est, vt lites dirimat.*
5 *Notarius quod tantum Pontificius, cur hoc non considerandum.*
6 *Appellationes solummodo ex arbitrio Appellantis pendere solent.*
7 *Diuisio pagi in Wernickenhagen quæ, & quotuplex,*
8 *Quæ actio hic intentanda.*
9 *Copiæ alicuius instrumenti, ipso originali nimirum non prolato, omni iure nulla fides adhibetur.*
10 *Domestici, sanguine & affinitate coniuncti, ad testimonium quando admittendi.*
11 *Originali deperdito, exemplaribus siue copiis rite exceptis, quando fides attribuitur.*
12 *Quot & quibus præsidiis Reus se obtenturum confidat.*
13 *Transactio hæc vnde robur aliquod mutuetur.*
14 *Transactio mala fide & artibus machinata, doli exceptione aut replicatione facile euerti poterit.*
15 *Instrumentum supprimens aut amouens crimen falsi contrahit.*
16 *Probationes in crimine falsi luce meridiana clariores exiguntur.*
17 *Defensio Rei in hoc casu quæ. & n. 18.*
19 *Non contradicens, sua taciturnitate videtur confiteri.*
20 *Sententiæ duæ sequuntur, & n. 21.*
22 *Actor sibi imputet, quod diligentiori aut peritiori causam non commiserit.*
23 *Sententia, instrumento post reperto, de nouo præsidio, retractari nequit.*
24 *Pro sententia, seruato iuris ordine lata, recte præsumitur.*
25 *Quæstio, vtrum prætextu læsionis, etiā dimidium excedentis rescindatur, summa inter interpretes est dissensio: Sed negatiua solidioribus suffulta est argumentis n. 26.*
27 *Venditores à se venditæ pagi medietati, quas libuit, leges imponere potuerunt.*
28 *Instrumentorum de nouo repertorū occasione, ex clausula. Si qua mihi iusta contra rem iudicatam restitutio competit.*
29 *Procuratoris negligentia nocet Domino.*
30 *Negligentiæ nomine suspectis, aduersus sententiam perfugium denegari solet.*
31 *Quis in re propria iure suo vsus, alterum turbasse dici nequit.*

CIrca formalia duæ difficultates occurrunt. Primo, termini circumductio. Secūdo, causæ desertio Quoad primum. In appellationis causa † circumductionis termini non haberi ratio- 1
nem, ideo absque noua citatione posse procedi. *Mynsi. obs. 63. cent. 3. Gail. lib. 1. obs. 59. n. 9.*

Quoad desertionem: Impedimētum per nunciū iuratum † Camerę interueniſſe, cuius mora & 2
negligentia parti prę iudicium creare non solet: vt & impedimētum, † quod Iudicis causa prouenit. 3
Auth. idem si de tempor. Appell. Franc. in c. ex ratione. numer. 14. de appellat. Mynsi. obs. 98. cent. 5. Nec eo casu in Camera restitutione opus esse, *Mynsi. obs. 62. cent. 3.* At hic pars nullum locum diligentiæ reliquit. Et est sententia hic confirmanda: Ideoq; prætermissa desertione, in causa principali posse nos pronunciare, *Mynsi. d. obser. 59. & 60. Gail. obser. 137.* Et boni iudicis † officium est, vt lites dirimat. *l. quidam. si cert. pet.* præsertim in summo hoc consistorio, vt in causa Gramon contra Dobertin. 4

Procuratoria iusta, non opus esse, vt aliquis nomine Paulus von Ad. deß vnmündigen Vormündten / se legitimet, cum is nunquam sit citatus, nec in lite fuerit.

Nullitas nulla, nisi quod Notarius, coram quo appellatum est, tantum pontificius † sed hoc non 5
considerandum: quia mutua fit vice, vt aliquādo Imperator in ditione Papæ, & econtra creātur, allegat *Rolandin. Bonon. in arte notariatus. tit. de caus. & & qui possit Notar. facere.* Et quanquam in vtraque ditione pars exerceri possit, *l. non cogendum. §. fin. de procur. l. hæc stipulatio. §. fi. ibi gl. vt legat. nom. caueatur.* tamen cum fine discrimine locorum tales exercere munus possunt. *Spec. de instrum. edit. §. restat. §. quid de his. Miles repert. verb. instrumentum Gab. lib. 1. de fid. instrum. concl. 1. n. 5.* Non putat, multis opus hic disputare. Verum quidem est, quod *Abb. in cap. cum P. Tabellio. de fide instrum. vbi Felin. num. 17.* vult, partium hic consensum exigi. Attamen qui contra Abbatis sententiam nituntur, non esse eo infirmiores, præterquam quod *Felin. d. n. 17.* id coarctat. Et appellationes † solummodo ex arbitrio Appellan- 6
tis pendere, allegat *Auth. de Tabell. §. 1. in verb. initingitur col. 5. Felin. vt supra.* Et facit, vt in præiudicio, Kramon contra Dobertin. 26. Iunii Anno 61. Actor dat libellū appellationis, Anno 1562. 7. Aprilis lis cōtestatur. 21. Martii Anno 76. iuratur de calumnia. Deinde concluditur.

Causa subobscura, vtque lucem rei aspergamus pagū in Wernickenhagen † in duas medieta- 7
tes de

tes de quarum priore, quam Hermann vnd Conrad Gevettern/Nicolao, Ioanni & Wolfgango olim vendiderũt, & eorundem posteritate, Actore nimirum & Reo nostris, hodierno adhuc die possidetur, quæstio non est, alteram, quam videtur Nicolaus ab Adr. cum filia N. (cui ex familia Seligen oriunda mater fuit) nuptiis consecutus & ab eiusdem posteris, Ottone scilicet ab Ad. hic Reo, eiusque consortibus occupatur: Cuius Ioachim ab Ad. Actor, partem dimidiam, quæ totius pagi quartam constituerit, sibi velit asserere, omnis hic disceptatio versetur partiendum commode præmittemus. Porro ad actionem vt transeamus,
8 rei † vendicationem intentari, tam ex libelli naratis, quam petitione subiecta, fit manifestũ. Annectitur & communi diuidundo iudicium. Sed præmature & intempestiue intenditur. Ad euentum itaque, quo superior in casu Actor extiterit, Iudicium illud reiiciemus. Casu vero, quo transactione inter partes erecta, aut sententia aduersus Actorem olim lata, quæ in rem iudicatam abierit, proposita actio possit eneruari aut elidi, per in integrũ restitutionis beneficium, ex clausula saltem generali. Si qua iusta causa mihi videbitur, Iudicis officium ab Actore imploratur. Actio in factum, ex interdicto vti possidetis, qua, ne Reus in possessione vel quasi, seiner Beholtzung vnnd Felder seturbet, Actor contendit, assumitur.

An actiones probatæ?

Et quidem ad rei vendicationem: eam ex literis, am Sonnabend post ascensionis Anno 1456. expeditis: quibus Herman vnd Cunrad die Seligen von Boltzen: quorum maiores liberalitate Iohannis Hertzog zu W. pagum Wernickenhagen/Anno 1373. erant assecuti, vt documento Actorum folio septuagesimo quarto verso transcripto perserutemur, mit jhren Erben Seligen von Boltzen/nach Raht jhrer Freund vnd Erben/Nicolao, Iohãni & Wolffgango ab A. eorumq; heredibus, dem halben Wernickenhagen/cum suis pertinẽtiis vendunt, mit allem Anfall/das jhnen vnd jhren Erben ansterben vnd anerben mag/Actor metiri conatur. Et quandoquidem in hac medietatis pagi venditione sit conuẽtum, vt si ex eodem pago in posterum aliquid venditorum hæredibus (quorum ex numero Zepelini filia, quæ alteram medietatem pagi Nicolao in dotem attulerat, Actor esse autumat) successioni hereditariæ adiiceretur, pariter venditum censeretur, partem dimidiam in medietate pagi matrimonio filiæ Zepelini Nicolao ab A. acquisita, velle videtur vendicare. Illarũ autem literarum copia, authentica quidem, sed quæ ex alia quadam copia sit descripta, Actorum folio sexagesimo septimo verso inseritur. Cui folio 69. aliæ, am Mittwoch nach S. Philippi vnd Jacobi Anno 58. emanatæ: quibus Henricus, Dux Megapolit. prædictam venditionem Ioanni & Wolffgango ab A. (Nicolai vero, vi venditionis instrumento est comprehensus, etiam nõ meminit) factam, ratam habẽs, mit dem halben Dorff belohnet/ in authentica forma literæ subiunguntur. Cæterum venditionis ipsarum pagi dimidię literarum, de Anno 1456. quibus Actor nititur, copia tantũmodo est in manibus, cui fides † nullo iure adhi- 9
betur, ipso nimirum originali non prolato, *cap. 1. de fid. instr. l. 2. D. eod. authentic. si quis in aliquo, cum notatis C. de eden. Couar. pract. quæst. 21. n. 1. ad fin.* Nisi præter adminiculum, quod ex allegatis iam literis, Anno 1458. deinde subsecutis, quibus Dux Megapolit. venditioni consensum accommodans, medietatem pagi Emptoribus ab A. in feudum rursus cõcedit, præsumitur, faciunt quæ *Bellamer. decis. 58. & Couar. d. c. 21. n. 2. ad fin.* se copiam illam vidisse legique audiuisse, primus, secundus, tertius, quartus, testes, ad tertium articulum, eiusq; interrogatorium, in Rotulo, lit. A. signato, producti, deponerent: adhæc, eidem cópiæ Reum, eiusque fratrem Paulum nũquam reclamasse, quinimo eidem acquieuisse, eamq; pro fide digna agnouisse, testibus 1. 2. 4. 5. ad decimum tertium articulum, eiusq; interrogatoriũ, in d. Rotulo receptis, cuinceretur. Verum quidem est, hos testes, vt ad sextum interrogatorium starent, solo quinto, qui tamen ad septimum interrogatorium generale deponit: Er hab in dieser Sachen gerathen/&c. excepto, domesticos esse, aut sanguine, aut affinitate coniunctos: ideoq; minus idoneos censendos, *l. testes, l. nullus, l. pen. de testib. l. 2. l. parentes, C. eod. multis authoritatibus cõfirmat Gabr. lib. 1. tit. de test. concl. 13. num. 1. concl. 15. n. 7. & conclusion. 17. n. 1.* Quod tamẽ eam recipit interpretationem, vt eius generis testes, † si res aut ne- 10
gocium incidat, quod iis magis notum, exploratumq; esset, quam externis, sit verisimile, ad testimonium, tanquam integri, admittantur, *Bald. in dicta l. parentes. Gabr. dicta conclusione 13. n. 17.* At adducti iam testes, de eo, quod ex Reo, eiusque fratre Paulo, in conuentu amicorum & consanguineorum (quorum in numero & ipsi fuerint) ad componendas harum partium controuersias, cõuocato audierint, intellexerintq; testimoniũ perhibent, ad quæ sane externi rarius solent adhiberi. Quid, quod deperdito originali, † vt in quo ver 11
samur casu, exemplaribus rite exceptis (quale illud, quod penes Actorem etiamnum asseruatur, esse, Notarii cum originali hoc conuenire attestantis, subscriptio conuincit) fides solet attribui. *Couarruu. d. c. 21. n. 4.* Quę quidem ad intentatam actionem probandam pertinere videntur.

An vero elisa.

Quod duobus potissimum præsidiis † Reus se 12
obtenturum confidit: quorum alterum ex transactionibus, alterum ex sententiis rei iudicatæ, authoritate corroborantis depromit. Quantum itaque ad transactionem, eam Reus negat, quæ inter Henricum ab A. & Wolffgangum ab A. Actoris parentem, cõsanguineos, Anno 50. communi amicorum & consanguineorum precibus & interuẽru, auditis cumulate querimoniis, & vtriusque accedente consensu, mature inita, à Theodorico Molzan seniori, vno ex arbitris, calamo fuit excepta, & in mundum redacta, qua, vt Hen-

ricus ab A. (qui Rei pater) eiusque heredes, vnverhindert von Wölff von A. (qui Actoris parens) vnd sein Erben/bey dem Gut Werinckhagen (medietate nimirum à Zepelina profecta, vt tunc temporis ibidem, ita hic nunc litigiosam) bleiben soll/dessen geniesen vnd nach seiner vnverhinderten vnd verjärten Besitzung/quam Henrico Wolffgangus geständig gewesen (præscriptam absque interruptione possessionem Henrico aduersarii confessione attributam) sich dessen gebrauchen/als je vnd je sein Vatter vnd Augustin gehabt vnd gebraucht haben/ diserte conuentum: adiecto, daß es bey solcher Vereinigūg vnwiderrüfflich bleiben soll/welches gemeldte Geuettern einer dem andern bey Ehren vñ Treuwen/ auch dem Wort der Warheit (quæ inter nobiles iuramenti vicem obtinent) zu halten zugesagt. Arbitri quatuor numero, vna cum Henrico & Wolffgango, sigilla, zu stäter vnd vnwiderrufflichen Haltung recessui impresserunt. Quæ quidem transa-
13 ctio † ex alia iam ante, Anno 25. inter harum partium maiores identidem composita, robur etiam aliquod mutuatur. Sed has transactiones Actor eo nomine impugnat, quod cum Wolff. eiusque parens, eaſdem cum Henrico Rei parēte contraheret, documenta quibus de suo Wolffgangus iure instrui potuisset, tunc temporis tacuerint, eaque demum postea sunt reperta, eique communicata. Quod quidem ad rescindendā transactionem non sufficeret, *l. sub prætextu 1. 2. vbi Dd. C. de transact. Rol. à Valle cons. 28. n. 12. vol. 4. & Albert. Leoninus cons. 2. n. 1.* Sed documenta illa à Nicolao, Rei auo, ex communi arca ablata, & fuisse subtracta Actor præterea adiicit. Vnde sane cum mala fides
14 argueretur, iisq; machinata artibus † transactio, doli exceptione aut replicatione facile euerteretur, *dicta l. sub prætextu. Albert. Leonin. dicto consilio decimoquinto.* Num idonee ab Actore illud sit edoctū, erit dispiciendum. In primo itaque Rotulo, in actis *fol.* 11. primus testis, sexaginta annorum, Rei vicinus, ad nonum positionalem, quo instrumenta aut documenta à Nicolao amota asseritur, se nescire, daß Clauß von A. solches sollte gethan haben/ sondern jhme von weyland Hanß vñ Wolff zugemessen sey. Ex iisdem se audiuisse, ad primum & secundum articulum interrogatorium respondet Tertius testis quadraginta annorum, Reo verwandt/ ad dictum nonum positionalem: quod à Wolffgango eiusq; filio, nostro Actore aliisq;, vt Christoph. &c. zu vielm malm gehört/daß Iohanni von A. patri Wolffgangi & Actoris, Auo Henrici von A. Iohāne insciо, etliche Brieff/ vñ der articulirt Brieff von der Altenburg soll weg genommen seyn. Quartus testis, sexaginta annorum, rusticus, ad eūdem positionalem, à Wolffgāgo, dicit audiuisse, quod suo patri Iohanni, à quodam ab A. wisse nit wann/ ein Brieff oder mehr/wisse es auch nit eygentlich/auß der Kisten soll genommen seyn: vnde hæc lis sit orta.

Porro in positionalibus, ad quos Rotuli *litera A.* testes examinati, controuersi documenti amissio seu amotio, nō Nicolao, vt in præcedentis Rotuli nono positionali, sed Paulo ab A. Nicolai nepoti, & Rei fratri, aut subobscure ipsi Reo imputari videtur. Quod tamen minime, sed illud solū documentum in Pauli, eiusq; fratrum ædibus depositum, vtraque spectante parte, recōditum, cui etiam areæ suas singulas seras appenderint: eadē tamen postmodum reserata, documentum non fuisse inuentum, testes deponunt, inde in Rei ædibus depositū innuentes: vt hosce testes propter dissensum, variationemque & pugnam illis modo Nicolaum, modo Henricum, hisce Paulum, eiusque fratrem, Reum nostrum nominantibus aut perstringētibus. Item quia domestici, (si paucos excipias) & de auditu tantummodo, ex ipso Actore, eiusque parente hausto, attestantes. Exiguam fidē conciliare, omittam dolum, quem Actor in relatis trāsactionibus interessisse contēdit, diserte, & ad eam, qua par esset, amussim, *l. quoties, §. qui dolo, de probation.* planū non faciunt. Quid-
15 quod, cum, qui instrumentum aut † supprimit aut amouet, crimen falsi contrahat *glossa in l. si quis affirmarit, §. primo, gloss. final. ad fin. de dolo. & gloss. in l. eum qui vbi Bald. Salicet. Felin. Codic. de falsi. Boer. decisione 292. num. 1.* probationes † luce meridiana clario
16 res hic merito exigemus, *l. finali. glossa prima, de probation.* Præterquam, quod verisimilitudo non leuis Reum tueatur. Nam in Beweiß Articuln † Ro-
17 tulo *litera A.* insertis, quod cum descriptum ex iā deperdito Kauffbrieff exemplar, cum originali à Notario debite esset collatum, originale in arcā, cui tam ipse Actor, quam Paulus, Rei vterq; frater suam vterque seram applicuerit, fuisse iterum repositum, vlla absque circuitione, Actor ipse recenset, & multorum etiam testimoniis est deinde affirmatum.

Præterea, † **das befunden durch vier redliche vō**
18 **Adel so den Kasten mit fleiß besichtigt/daß er vnversehrt allenthalben gewesen**/in Exceptionibus Actorum *folio quarto, §. da man aber/ &c.* aperte, minimeque dissimulāter Reus narrat, & Actor in Replicis, Actorum *folio 106.*

Deinde subiectis, aut vllo loco (quod quidem memoria teneam) non cōtradicens, sua † videtur
19 taciturnitate confiteri, *c. qui tacet, de reg. iur. in 6.*

Quamobrem itaque omni, non solum dolo, sed & culpa, Reum, eiusque fratrem Paulum vacare, iuris fretos præsumptione, *argument. l. merito, pro socio.* nobis omnino persuademus, incōuulsæ, impugnatæ subsistunt transactiones, quibus Reus se primo fundat.

Succedunt secundo sententiæ, † quarum prio-
20 ri (quę potius arbitrii, aut amicabilis compositionis formam præ se ferre videtur) cum Wolffgangus Actoris pater, eodem (vt opinor) quo nūc Actor, subnixus instrumēto, aduersus Paulum, Rei fratrem eorumve parentem, Henricum, causam hanc refricasset, à Duce Megapolitano, adhibita causæ cognitione, discussas superius dictas transactiones: an scilicet Anno 1525. & 1530. amicorum interuentu soleniter fabricata, alles einhellig nachmaln gehalten vñ dēselben gefolgt werden solt/deputatis pro executione Commissariis, Dienstag nach

Luciæ,

Luciæ, Anno 1545. pronunciatur, vt Actorum *fol. 80.* Verùm nihilominus reluctaretur Actor, binis Ducum, vnis ad Commissarios, alteris ad ipsum Actorem, Anno, &c. 45. datis literis, vt repetitis sæpè transactionibus, ipsorum Ducum Anno 45. præcedenti calculo approbatis, morem gerat, eisque morem gerat cum effectu, seriò admonetur, vt *fol. Actor. 78. & 79.* Quibus cùm nondum Actor acquiescens, litem coram Ducibus iteratò renouasset, daß nachmaln bey den Ann. 25. 30. transactionibus, vnd ein jeder bey dem/ was in denselben begriffen/billich bleiben soll / nominatis rursus ad faciendam executionem Com-
21 missariis, † am Freytag nach Elisabeth Ann. 51. sententia sua secundò declarant. Quibus sententiis, quæ nulla suspensa appellatione, rei iudicatæ authoritatem iam dudum peperere, nescio qua frõte Actor refragetur.

Nam quod positionalium articulo decimoquinto in procuratorem suum culpam deriuat, vnd daß ille die gerichtliche Notturfft nit fürbracht/ conqueratur, licet non probat. Quam quod primus testis ad dictum decimumquintum articulum, eiusque interrogatorium, ex ipso Actore, quod procurator, daß er Actor der Siegel vnnd Brieff Copey soll eynlegen/nit gestatten wöllen/vnd er darumb verfolgt worden / exponat; cui subse-
22 quens testis, Georg von Aldenburg ad eundem artículũ satis respondet. Sed vt ita res se haberet, † q non diligentiori aut peritiori causam commiserit, sibi meritò Actor imputabit, *argument. l. cum mandato, §. final. de min. & §. præterea, Instit. quib. modis re contrahat. obligat.* Quanquam intempestiuè, & tanquam machinas post bellũ (vt est in prouerbio) post rem iudicatam hæc Actor nunc adfe-
23 rat, quippe quod nec instrumento post †reperto, de nouo præsidio, sententia queat retractari, *l sub specie. ibi. Dd. C. de re iudicat. Notat Menoch lib. 2. de arbitr. iud. centuria 3. con. 241.* Frustra quoque, & absque idoneo fundamento hanc Anno 51. à Ducibus latam sententiam, nullitatis iam Actor, in Replicis *sub n. 12.* conatur arguere, tanquam lis in illa instantia non foret contestata, & ipse non plenè auditus, &c. Nil etenim horum etiam proba-
24 tur, & pro sententia, † namque seruato iuris ordine lata, rectè præsumamus, *ca. præsentium 7. q. 1.* Quid? quod Actoris obiectum contra Ducum sententiam de Anno 51. tantùm dirigatur: Eam verò, quæ Anno 45. fuerat antè pronunciata, nullo nomine impugnet, ideoque ad Actoris infringendam intentionem, debent sufficere.

Tandem vt nihil intentatum Actor relinquat, ad extraordinarium restitutionis remedium recurrit, illudque saltem ex clausula generali: Si qua mihi iusta causa, &c. cupit impertiri.
25 Quoad transactiones, † vtrum prætextu læsionis, etiam quæ dimidium excedat, rescindatur, summa inter Interpretes est dissensio, adeo vt in sententias ex diametro pugnantes, quibus tamẽ communis scholæ authoritas vtrinque prælegitur, feliciosè decesserint. Sed vt compendio
26 me explicem, † partem negatiuam, solidioribus fultam argumentis, & diligentiore inita collatione à pluribus etiam recipi, est obseruare. *Henning. Gœden consilio 90. Schurff. consilio 16. num. 14. centur. 2. consilio 50. nu. 16. consil. 59. & consil. 97. num. 12. centur. 3. Couar. variar. resolut. libr. 2. cap. 3. 4. Arius Pinell. ad l. 2. post alios ibid. 1. part. num. 12. cum multis sequentib. Codic. de rescindend. vendit. Gabriel. libr. 3. titul. de empt. & vend. conclus. 1. num. 68. Grauet. cons. 101. num. 26. Roland. à Vall. cons. 28. num. 25. vol. 4.* qui vetustiores ad nauseam recenset, *& Gail. lib. 2. practic. obseruat. cap. 70. vbi num. 11.* hanc veriorem, & à Camera receptam testatur. Nec clausula: *Si qua iusta causa, &c.* Actori hic patrocinabitur: quippe cum iustam aliquam causam, quæ Actorem aduersus transactiones adeo deliberate compositas, & insuper iteratas, *tex. in leg. Balista, ibi not. ad Trebellian. & quæ Finell. vt supra numero vigesimo-secundo*, suadeat restituendum, non inueniam. Præter ea enim, quæ supra ad hanc rem pertinentia argumenta collegimus, etiam se perpendẽdũ offert, quod posito, causas supereſſe idoneas, cur documento venditionis, von dem halben Werinckenhagen/denen von Adr. partium istarum maioribus factæ, Anno 1456. conscripto, beneficio restitutionis Actor possit etiamnum vti, velimus admittere: illud tamen Actori parum suffragaturum videri: siquidem Herman & Curth venditæ à se † in pago medietati, quas libuit, potue- 27
runt leges imponere, *l. Iulian. Codic. de contrahenda emption.* sub qua tamen aliam, de qua hic digladiatio, medietatem statim non recte vocabimus. Nam Hermannum & Curth. alteram medietatem hanc, cum prioris venditio celebratur, pariter possedisse, non apparet.

Potuit itaque illa ad alios eadem familia oriundos Seleginen / ex quibus Zepelini filia, quæ matre Selegina (vt fertur) prognata, Nicolao ab Ad. Rei nostri Auo nupserit, sit profecta, iam eo tempore pertinuisse. Rem autem suam, non item & alienam, pacto quis potest afficere & subiicere.

Quibus ergò hic prædicta Zepelini filia, si illius gentis Seleginæ mater, ex Hermanno aut Conrado non descenderit, stare nequaquam debuit, aut eisdem vllo modo fuit adstricta. Quod autẽ Selegin An. 1456. quo medietas dicti pagi venditæ præsumitur, in varias iam stirpes excreuerant, & fuerint diffusæ, vt literis Ann. 1450. confectis, in Actor. *fo. 70.* relatis, manifestũ redditur: quippe in quib⁹ nominantur Burchardt. itẽ Erich Seligen. Sed nec Zepelini filiã Nicolai ab A. vxorẽ matre Selegina fuisse procreatã apertè docetur. Nam testes ad eã rẽ examinãti, plerique de auditu, qui ex ipso Actore eiusque patre emanarit, deponunt.

Ex quibus, restitutionem aduersus rem iudicatam, etiam frustrà Actorem implorare, facilè est diiudicare: vtpote cum documentũ venditionis, An. *1456.* quo restitutionis auxilio sue Actor intentionis iacere vult fundamenta, causæ isti minimè quoque patrocinari, iam ostensũ. Absque eo, verũ quidẽ est, instrumentorũ †de nouo reper- 28
torum occasione, ex clausula, *Si qua mihi iusta, &c.*

contra rem iudicatam restitutionem indulgeri, *gl.in l.si ideiussor.§.in omnibus verb.cessat.versic.item potest dari.mandati.Gabr.lib.2.tit.de restitutione in integrum,conclusione 1.n.1.* Sed vtriusque sententiæ tempore,tam nimirum Anno 1545. quàm An.51.latæ exemplar dicti documenti venditionis,An.1456. Actor noster iam recuperaret:Quod verò sui culpa procuratoris† illud non exhibitum censetur, 29 iustam ad restitutionem causam non præbebit. Nam præterquam quod id non probat,eiusve solius temerè acquiescere consiliis,quàm alios insuper adhibere & consulere maluerit,suam ipse leuitatem ac imprudentiam accuset,*l.regula,§.sed iuuenis,de iur.& fact.ignor.* Negligentiæ enim † nomine 30 suspectis, aduersus sententiam perfugium solet denegari.*Cast.in l.specie,C.de re iudicat.versicul tu dic. col.1. Gabr.vt sup.n.5.* Nec in integrum itaque restitutio,aut transactiones,aut controuersas hic sententias queat euertere.

Supereſt, vt de vtili actione in factum, ex interdicto, vti possidetis,proficiscente, dispiciam[9]. Et ne in re satis (iudicio meo) expedita multus sim, in eiusdem probatione Actorem puto labascere. Possessionem enim fundi, in quo in iure lignandi se turbari conqueritur, aut suum ipsum prætensum ius non idoneè probat. Quinimò Reũ eo nomine ab Actore interpellatum, sibi eo loci lignationem competere, idque adhibita mensura se docere paratum,statim respondisse, articulo trigesimo Actor ipse asserit. Ita & fundum illum sub medietate pagi illius comprehendi,Reus ipse non obscurè ostendit: cuius possessionem ex indole instituta hic eiusdem respectu Rei vendit, Reo fatetur Actor,*l.qui petitorio,l.is qui destinauit,de rei vend. Iaſ. in l.naturaliter,§.nil.commune,nu.98. de acquir.poſſ.* Reus itaque ex præscripto sententiæ, & decreto Ducum,quoad medietatem communem & non controuersam, mensurã offerendo, vt primus testis ad 21. articuli tertiũ interrogatorium eum fecisse deponit, cumulatè satis fecit.

Quoad alteram verò hic in iudicium deductã medietatem,in quo nullum Actori ius admittit, mensuræ ei impositionem meritò denegabit, & ad Ducum sententias &transactiones initas,iure optimo se retulit atque prouocauit. Reus itaque 31 in re propria † iure suo vsus, Actorem turbasse dici non potest,*argum.l.qui iure suo, de reg.iur.* Quamobrem Actiones leuiter probatas, rectius verò elisas,& benè iudicatum,malè appellatum, condemnato in expensas huius instantiæ, refractario Appellante.

Saluo.

D. N. concludit cum Dn. Referente.
D. N. N. N. & N. similiter.

VOTVM XI.

In causa Gemeind zu Rolb.
Contra
Gemeind zu Heilb.

SVMMARIA.

1 *Negatoriâ,quibus verbis proponatur, non refert.*
2 *Dominium ex parte Actorum vnde pateat, probatũ.*
3 *Prohibitio ingressus in syluam, competit Actoribus ex iure speciali,quod ipsa assertione iudicum & testium satis comprobatur.n.4.*
5 *Libertatis præsumptio vnde corroboretur.*
6 *Seruitutis huius actus, inter quas vel quales seruitutes referatur. Inq; hoc requiritur præscriptio temporis immemorialis.n.7.*
8 *Ad præscriptionem temporis immemorialis quot requirantur.*
9 *Nulla alia quasi possessio,siue titulus adsit siue desit, in incorporalibus iurib.dari potest, quam patientia diuturna,imò titulus videtur demonstratus,& eius loco sufficit patientia & scientia. n.10.*
11 *Possessio discontinua etiam longo tempore præscribitur.*
12 *Possessio triginta annorum omnem malæ fidei suspicionem excludit,bonamq; fidem retrò inducit.*
13 *Mala fides completam præscriptionem vitiare non potest.*
14 *A regulis iuris & præiudiciis Cameræ quare non recedendum.*
15 *Argumenta pro parte Actorum producta,qui refutentur vel declarentur.*
16 *Titulus ex cursu longi temporis quando præsumatur.*
17 *Decisio huius causæ in quo præcipuè consistat.*
18 *In dubio potius præsumitur ius familiaritatis & amicitiæ quam possessionis. Ea tamen præsumptio facilè repellitur, cum aliquid probatur, propter quod agens motus fuerit ad credendum, sibi seruitutem competere.n.19.*
20 *Signa vel indicia seruitutis quæ.*
21 *Iure seruitutis & possessionis aliquid faciens,non opus habet probare,id non vi, non clam vel precariò esse actum, sed onus probandi remouetur in alteram partem.*
22 *Possessionis immemorialis probatio,vnde.*
23 *Seruitus habens causam discontinuam quanti temporis cursu præscribatur.*
24 *Probationes omnes sunt arbitrariæ.*
25 *In præscriptione immemoriali, neque tituli probatio, neque illius allegatio necessaria est.*
26 *Vera mala fides nocet, præsumpta vero mala fides nõ nocet.n.27.*
28 *Quæritur,an necessaria sit scientia aduersarij in præscriptione immemoriali, respondetur quod non.*
29 *Ius reciprocum excludit sinistram suspicionem & præsumptionem malæ fidei.*
30 *Concesso vno,concessum dicitur omne id sine quo eius vsus non haberi, vel valde difficulter contingere potest.*
31 *Lex omnis dictat benignè id præstandum,quod sibi non nocet,& alteri prodest.*
32 *Ius strictum sæpe inimicum æquitati.*
33 *Iudex æquitatem præ oculis habere debet.*
34 *Æquitas est benigna,necessaria,Canonica,lesbia norma, omnia bene æquiparans.*
35 *Æquitas nullam legem ita stricte accipit,quin admittat,vt Iudex ex loco,tempore,causis,personis,aliisq; circumstantiis, temperare possit æquitate quadam iuris rigorem.*
36 *Æquitas etiam si non sit scripta, iuri tamen præferenda.*

37 Præ-

37 *Præsumptionem habens, non cogitur probare.*
38 *Seruitutem sibi constitutam esse, cur probare cogantur.*
39 *Probatio solius vsus non sufficit cum ius commune possidentibus resistit.*
40 *Præscriptio discontinua secundum quosdam non requirit tempus immemoriale.*
41 *In Camera non admittendæ dissonantiæ sententiarũ.*
42 Gewonheit vnd alter Brauch im Landgericht Klingenberg/daß ein jedes Dorff oder Flecken (zu Eckerns Zeiten) dem andern die Wäld durch jhre Bittel oder Heimburger auff S. Michaelis/biß auff Andreæ/verbieten lassen.
43 *Rei non intentione iure seruitutis in hoc nostro casu egerunt, sed iure familiaritatis.*
44 *In dubio præsumitur, Reos malam habuisse fidem.*
45 *Ius agendi, quando 30. Annis præscribitur. 4.*
46 *Ius agendi, deficiente titulo, etiam longissimo tempore 30. 40. 50. vel quoque 60. & plurium annorum, non præscribitur.*
47 *Ius commune quando est contra præscribentem, tunc requiritur titulus, nec sufficit bona fides, etiam in longissimi temporis præscriptione.*
48 *Bona fide quoq; ad præscribendum opus est, licet non requiratur.*
49 *Prædo quoque possidet, sed non præscribit.*
50 *Ad possidendum improba voluntas sufficit, ad præscribendum vero debet mens esse iustificata per bonam fidem.*
51 *Mala fides ex defectu tituli apparet.*
52 *In materia præscriptionis, in qua agitur de peccato, iure Canonico, & eius dispositioni statur.*
53 *Bona fides quoq; requiritur tanti temporis, cuius initij non extat memoria in contrarium.*
54 *Præscripto Reorum asserta, quando habet locum.*
55 *Vsus amicitiæ, familiaritatis & vicinitatis, nullam inducit seruitutem.*
56 *Vsus simplex non inducit acquisitionem iuris agendi.*
57 *Possidens rem ad alium pertinentem, in dubio præsumitur ipsum non habere ius in illa re.*
58 *Res suas quem iactare, non est verisimile.*
59 *Scientia & patientia aduersarij in præscribenda & adquirenda seruitute allegari debet.*
60 *Illi, in cuius præiudicium dicitur acquiri possessio, debet constare, per probationem eiusdem qui quærere vult possessionem.*
61 *Possessio seruitutis est substantiale præscriptionis requisitum.*
62 *Nihil probanti, ob quod moueatur ad credendum sibi deberi prætensam aliquam seruitutem, incumbit probatio.*
63 *Ius actus potius consuetudine, quàm præscriptione acquiritur.*
64 *Consuetudo vere quæ dicatur.*
65 *Consuetudo circa quæ consideretur.*
66 *Præscriptio est continuatio possessionis.*
67 *In consuetudine introducenda regulariter sufficit longum tempus. Longum autem tempus dicitur decem annorum. nu. 68.*
69 *Consuetudo procedit, licet sit contra ius commune.*
70 *Consuetudo non requirit titulum, neq; bonam fidem, quæ in præscriptione sunt necessaria.*
71 *Consuetudo loco tituli habet legis authoritatem, eam approbantis.*
72 *Reus excipiendo fundans seruitutis prætensum suum ius in tempore, tenetur probare omnia necessaria præscriptionis.*
73 *Consuetudo ius acquirit omnibus de communitate, & ius publicum. Sed præscriptio tantum ius priuatum n. 74.*
75 *Vniuersitas si aduersus aliam vniuersitatem ius pascendi intra illius limites acquirere tentat, est propria præscriptio.*
76 *Præscriptio est vsurpatio rei & iuris alieni, consuetudo vero secus.*
77 *Consuetudo in quibus consideranda.*
78 *Consuetudo est altera lex iurisdictionis.*
79 *In consuetudine introducenda super eo, super quo populus expreße disponere aut statuere non posset; requiritur tempus sufficiens ad præscriptionem.*
80 *Bona fides in præscriptione requiritur sicut & in consuetudine.*
81 *Bona fides solum in his, in quibus potest statuere: Secus vero est in illa consuetudine in qua præscriptio requiritur. n. 82.*
83 *Bona fides videtur necessaria (cum mala fides impediat præscriptionem) in fauorem vniuersitatis; quamdiu saltem vnus de vniuersitate, habens malam fidem, & scientiam rei alienæ supereſt.*
84 *Præscriptio est contra eum, contra quem præscribitur: Consuetudo vero contra tertium.*
85 *Præscriptio dicitur, quando vni acquiritur, & alteri aufertur: Consuetudo verò vni acquirit, sed alteri non aufert.*
86 *Seruitus discontinua non præscribitur, nisi tempore immemoriali. Sed hoc fallit. si quis habet talem scię̃tiam, siue credulitatem, quæ iustificat possessionem, vel quasi. n. 87.*
88 Gewonheit vnd alter Brauch im Klingenberger Landgericht/gibt zu daß alle Anstösser vnd Mitmärcker/mit allem Vihe/in Wälden vnd Feldern zusammen treiben.
99 *Prohibitio annua non fit ratione actus.*
90 *Concesso quod plus, conceditur quoq; quod minus.*
91 *Titulus ex vsu tanti temporis præsumitur, quo casu seruitus discontinua spatio longissimi temporis præscribitur.*
92 *In præscriptione iurium incorporalium probanda, scientia & patientia aduersarij probari debet. In consuetudine vero inducta & inducenda, non est necesse num. 93.*
94 *Inspectio ocularis, hic quid significet.*
95 *Actorum confessio qualis.*
96 *Seruitus viæ est ius indiuiduum.*
97 Klingenbergische Ordnung *quid disponit.*
98 *Rei, cur non iure familiaritatis sed intuitu iuris pasculandi, hoc actu vsi.*
99 *In antiquis non exactæ probationes requiruntur.*
100 *Præsumptiones duæ pro Reis.*
101 *Præsumptiones Reorum sunt fortiores ijs, quas habent Actores.*

102 Præ-

102 *Præsumptio libertatis prædiorum, eliditur in antiquis, concurrente fama, & tunc præsumitur contra libertatem.*

103 *Præsumptio ex consuetudine loci facilè eliditur, contrariis actibus, qui contrariam consuetudinem inducunt.*

104 *Probationes actorum cur elisæ.*

105 *Iudex in hoc casu non potest cognoscere, nisi allegetur præscriptio immemorialis.*

D. N. Referens, nihil desiderat in processib⁹ & testium examinibus. Nullitates non attendendas, quia in secunda instantia omnia reparata easq; meritis causæ nihil obstare.

Actum esse Negatoria: vt in defensionali articulo 12. non referre, † quibus verbis ea proponatur, *Mynsing. §. æque instit. de act. Oldend. in Actione negator.*

2 Probatum esse † ex parte Actorum dominium, patet ex ipsa exceptione præscriptionis obiecta: quia eo ipso fatentur, rem esse alterius *l. cum in feudo. de iur. dot.*

3 Prohibitio ingressus in Syluã, tempore prohibito, competit Actoribus, ex iure speciali, consuetudine nempe illius communitatis inter vicinas & incolas recepta, quæ & in confesso est, & ipsa assertione † Iudicum & testium satis comprobata. Inde fundatam esse Actorũ intẽtionem, vt sola seruitutis negatione onus probandi in aduersariũ retorqueatur *l. loci corpus. si seruit. vend. Mynsing. con. 11. n. 12. Guid. Pap. consi. 1. nu. 8.* Si non probetur, causa amittitur *Dd. in d. §. æque. Guid. con. 95. n. 2. & consi. 150. decisio 25. n. 4. in fi.* Hanc libertatem † præsumptam adiuuant testes, qui nunquã audiuerunt à parentibus, daß ein Streit deßhalben/ vnd Heybach ein Trieb/ tempore prohibito gehabt.

4 Concludit, Actionem probatam, id est, Actorum intentionem & iuris communis, naturalisq; præsumptione & specialis consuetudinis deductione, ac testium deniq; assertione abundè confirmatam & demonstratam.

An Elisa?

5 Præmittit tria: scilicet, Seruitutem actus † referri inter seruitutes, causam discontinuã habentes *l. Seruitutes. de Seruit. Petr. Iacob. in pract. malè discerni à Veteribus inter continuas. &c. Wes. in paratit. de seruitut. num. 5. Idem addit. ad Schneidvv. in §. æque. instit. de action. ibi. num. 9.* Sed allegat in contrariũ, communem opinionem receptam in Camera, allegat præiudicia: Drechsel contra Elwangen/ Knoblauch contra Hagenaw/ *Mynsing. in 53. decis. cent. 4. Guid. Pap. decis. 573.* in hoc requiri † præscriptionem temporis immemorialis, *l. seruitut. 14. de seruit. Dd. l. foramen. de seruit. rust. præd. Myn. d. dec.* vbi dicit, quod hanc seruitutem, qui allegant, succumbere debent, non deducto tempore immemoriali, etiam si probent, se 30. Annos in continua possessione

8 fuisse: *Idem consi. 11. n. 16.* Et requiri quatuor † ad eam præscriptionem, *Mynsing. 1. obs. 30.* His præmissis, vultius Reorum examinare, constare, Reos (ex articulo positionali & fol. *act.* 38.) inniti præscriptione longi, longissimi, & immemorialis temporis, absque vllo titulo. Et quidem testium dictis inspectis & ponderatis reperit, tempus longũ & longissimum probatum per testes. Probatam etiã scientiam & patientiam diuturnam actorum: & sic in consequentiam illam ipsam quasi possessionem seruitutis. Nulla enim † alia quasi possessio, 9 siue titulus adsit siue desit, in incorporalibus iuribus dari potest, quam eiusmodi patientia. *Couar. c. possessor. §. 1. de reg. iur. rub. n. 8.* Quinimò titulus † de- 10 monstratus videtur, & sufficit eius loco patiẽtia & scientia, Quibus interueniẽtib⁹ præsumitur ex cursu longi & lõgissimi tẽporis, *l. si quis diuturno. vbi gl. & Dd. si seruit vẽd. & l. 2. de seruit. & aq. l. de in rẽ verso de vsur. Ferrar. in act. confessor. verb. seruitus aquæ ductus. n. 21. Schneidvv. in Instit.* Et hac ratione præscribitur † etiam discontinua longo tempore: Ita 11 post *glos. in d. l. seruitutes. in verb. cert. 2. circa fin. glos. in l. cum de in rem verso. de vsur. Bartol. ibid. n. 4. Castr. n. 9.* vbi attestatur, hanc esse opinionem communem Canonistarum, & Legistarũ. *Cæpoll. de seruitut. vrba. prad. cap. 19. num. 6. & 8.* vbi eandẽ communem, semper in praxi obseruasse dicit *Alex. leg. si certis annis. numero 8. 9. 10. Codic. de pact. Balb. quæst. 10. pag. 1. part. princip. 3. & quæst. 1. 2. part. 4. part. princip. num. 3.*

Ex his sic deductis, quodãmodo resultare videtur tertiũ præscriptionis requisitũ, bona videlicet fides quæ licet, imprimis verò de iure Canonico, requiratur, sine qua nõ præscribitur, adeò vt præscriptionẽ quoque immemorialẽ viciare receptũ sit, *Ang. in §. furtiu. Instit. de Vsucap.* Tamẽ hoc ipsum iure confirmatũ, post annorũ triginta † possessionẽ, 12 omnẽ malæ fidei suspicionem excludi, & bonam fidem retrò induci, *Dd. in l. fi. Cod. vnde vi. Iaf. in §. sed istæ. n. 100. Instit. de action.* Wesenb. *consi. 5. n. 25.* ibi dicit magis communem, & in praxi tutiorem. *Couar. dict. c. possessor. §. 8. num. 3.* Cum ergo Rei nostri non solum triginta, sed etiam quadraginta annorum possessionem sufficiẽter probarint, frustra mala fides obiicitur, † cum ea completam præscri- 13 ptionem viciare non possit, *gl. Panor. Felin. & communiter Dd. ca. vigilanti. de præscript. Balb. 2. part. 3. part. princ. q. 9. n. 1.* vbi communem dicit: præsertim cũ in Reorum damnum potissimũ vertatur, cui absque incommodo Actorum benè consuli potest: Suadere æquitatẽ officium humanum: item, viã alterã esse asperã, non nisi cum magna difficultate eius vsus: idq; esse in confesso.

Sed his omnibus non attentis, cum hic versemur in materia seruitutis discontinuæ, quæ requirit immemoriale tempus: pro Actoribus ferendam sententiam putat, & eorum intentionẽ per Reos, propter defectum probationis immemorialis præscriptionis, non esse elisam concludit. Non enim videt, † quare à regulis iuris & præiu- 14 diciis Cameræ recedatur, cum simus hic in nudis iuris facultatis terminis, quod etiã mille annorũ spacio, nisi prohibitione interueniẽte & subsequẽte contrauentione ad præscriptionem requisita acquiratur. *cap. possessiones 16. quæst. 1. cap. significante. vbi Panorm. de appell.* Neque in his aliqua inducti potest consuetudo, *Ioan. de Anã. c. siue nobis de Simonia.*

Neuizan.

Neuizan. conſ. 16. num. 7. & conſ. 43. nu. 3. Quæ pro
15 parte Reorum dicta ſunt, † illa partim refutantur ex præmiſſis, partim à Dd. dictis locis ita declarantur. Et primo quidem, quod de patientia & ſcientia, præſupponente titulum, & q. poſſeſſionem, dictum eſt, quando eiuſmodi patientia & ſcientia eſt probata, quod videlicet aduerſarius ſciuerit, ipſum acquirentem vti animo ſeruitutis: non alio, & quidem familiaritatis iure, vt hic, factum eſſe putatur, *Capoll. de ſeruit. vrb.*
16 *præd. c. 17. numero 2.* Deinde titulus † tunc demum ex curſu longi temporis, præſumitur: Primo, ſi ſit allegatus: Secundo, ſi ius commune non repugnet præſcriptionibus, vt hic, cum quæratur ſeruitus in re libera & aliena. Tertio, ſi probet, quod quis vſus ſeruitute fuerit, ex cauſa illa, vel titulo allegato: *Balb. 2. part. 4. part. princip. quæſt. 2. num. 3. in primis vero ſupra dicta quæſt. 10. Alexand. conſ. 108. in fin. vol. 8.* Quæ omnia hic deſiderari in propatulo eſt. Concludit, vt *ſupra*, pronunciandum, per proximum iudicem male iudicatum, bene appellatum, & ſententiam primam reformandam, vt conformis ſit actioni inſtitutę. Expenſis compenſatis, cum ſilentio damnorum præteritorum.

Votum D. N.

17 Deciſio huius cauſæ † conſiſtit præcipue in probatione poſſeſſionis vltramemorialis, eiuſque effectu. Et nolo dubitare, quin actus pecoris à Reis, per ſyluam actorum, tempore prohibito, vſurpatus ſit, iure poſſeſſionis vel ſeruitutis.
18 Licet enim † in dubio præſumatur ius familiaritatis & amicitiæ potius, quam poſſeſſionis, *Innoc. in cap. ſi diligenti. de præſcript. Capoll. de ſeruit. ruſt. præ.*
19 *cap. numero vigeſimoſexto.* Tamen ea † præſumptio facile repellitur, cum probatur aliquid, propter quod agens motus fuerit ad credendum, ſibi ſeruitutem competere. *leg. prima. §. ſed etſi iure. de aq. quotid. & eſtiu.* Quale eſt, ſi in eo loco talis ſit fama, & ita opinentur homines, prout noſtro caſu ex dictis teſtium colligitur, per *not. Bartol. in leg. fin. in princip. de hæred. inſtitut. & quod notatur in leg. tertia. C. de probat. & in leg. quinam. §. ſi cum me abſente de negot. geſt. Capoll.* vt *ſupra numero vigeſimoſeptimo, circa fin.* Item, ſi ibi erant ſigna vię vel actus, vel aliqua veriſimilia (qualia hic ex inſpectione relationis ocularis & teſtium depoſitis deprehenduntur) quæ poſſunt animum adducere ad iſtam credulitatem. Idque inprimis, cum ſigna itineris vel Actus tendunt ad fundum, in quo is, qui vtitur ſeruitute, ius aliquod vel dominium habet, vt eſt noſtro caſu ius paſcendi im Freidenberger Wald / *notatur in l. qui iure familiaritatis. de acquir. poſſeſſ. leg. ſi mulieri. quib. mod. vſusfru. amitt.*

Item probatur ius ſeruitutis ex actibus, quos aliquis non faceret, niſi ſeruitus ſibi competeret,
20 vt præcidere ſepem, † cauſa eundi, vel alijs ſimilibus: qualis eſt noſtro caſu, cum Actores glandes depaſcunt, tempore prohibito, antequam rei vtuntur ex actu. Vel etiam, quando Actores annuatim puteum, den Bullenbrunnen/pro Actus vſu commodiore purgant: *notatur in d. l. 1. §. 2. de itin. actuque priuat. Innoc. in cap. bona. la 2. in princip. de poſtul. prælat.* vbi dicit: id tam expreſſis verbis, quam alias, conſtare poſſe. Prout ea ex alijs, etiam pluribus circumſtantijs, caſu noſtro colligi poſſunt.

His itaque præpoſitis, parum negocij nobis reliquum erit, cum vſu precario, vel iure familiaritatis: alias enim fruſtra ſolliciti eſſemus de probatione poſſeſſionis immemorialis, cum ibi nullo tempore præſcriptio currat, nec poſſeſſio detur.

Hinc efficitur, quod is, qui iure † ſeruitutis & 21
poſſeſſionis aliquid facit, non opus habet probare, id non vi, non clam, vel precario eſſe actum, ſed remouetur onus probandi in alteram partem, quod ille alius ſit vſus, vi, clam, vel precario, *l. 3. §. 1. de itin. actuque priu. ibi Bartol. & in l. 1. §. etſi iuſ de aqua quotid. & eſtiu.* Quo loco Actores noſtri plane nil præſtiterunt.

Inhæremus igitur probationi poſſeſſionis immemorialis: quę † poſſeſſio probat eo ipſo quod 22
non ſit memoria hominum in contrarium: *Dd. in cap. 1. de præſcript. in 6. Villalob. commun opinion. verb. tempus.* Nec opus eſt conſtare de curſu centum Annorum, *Villalob. d. iam loco.* de quo late *Couarr. 2. parte relect. c. alma mater. de ſent. excommun. in 6. §. 3. n. 6. & deinceps.* Sed eo ſic probato, ſequũtur effectus eius poſſeſſionis ſiue præſcriptionis immemorialis, quorum *Gabr. lib. 5. concluſ. 1. concluſ.* enumerat 13. hic non recenſendos. Ideoque & ſeruitus, habens † cauſam diſcontinuam, præſcribitur 23
tanti temporis curſu, de cuius initio memoria non extat in contrarium, *per plurima ante me allegata:* Communem dicit *Curt. conſil. 178. num. 28. 38.* Quæ poſſeſſio & præſcriptio hoc noſtro caſu, ſi non ſuperfluę, tamen per concurrentes multas circumſtantias & adminicula, pro qualitate cauſæ, & rei controuerſæ, mea opinione, probata videtur. Deponunt enim teſtes, tam ſenes, quam mediocris ætatis, Reos toto tempore eorum memoriæ, vſque ad præſens tempus, ita vſos eſſe hoc actu, ſic audierint à ſuis maioribus, & aliis ſenibus, quibus pariter aliter nunquam cognitum, nec auditum, & nec quod vnquam viderunt, nec audierunt contrarium, quodque communiter ita ſit opinatum, ab his, qui veriſimiliter de hoc notitiam habere potuerunt, vt puta antiquis paſtoribus, deque eorum viſu & auditu, proprioque ſenſu. Et hoc ſufficere atteſtatur *Gabr. multis authoritatibus dict. loco numero 81. Balb. 2. p. 3. part. princip. verb. Sexto quæro. num. 24. Couarr. vt ſupra. §. 3. numero 7. Gail. obſer. 66. num. 8. lib. 2.* Et hoc à Iudicis poteſtate pendet, cum de teſtium fide agitur: ſicut & omnes probationes, † arbitrariæ 24
ſunt iudici, *vt per Menoch. de arbit. iud. lib. 2. ſent. 1. cap. 9. per totum.* Titulus & bona fides aliqualiter, ſecundum quid, & colorate demonſtrari poſſent, ex conſuetudine, & iure antiquiſſimo, quod in

communi habent plures conuicini pagi inter se, quoad ius pascendi. Sicque consequenter etiam aliquo modo, quoad actum, & pascua, sine quo vsus eius iuris æqualiter, vt oportet & æquũ est, vicinis competere non potest. Attamen cum
25 neque probatio tituli, † neque illius allegatio, in hoc genere præscriptionis necessaria sit, secundum veram & communem opinionem Doctorum, vt attestatur *Aym. Grauetta de antiq. temp. 4. part. §. absolutis differentiis. num.* 48. 49. *Couar. 2. part. relect. dict. cap. alma mater §. 3. post num. 7. & §. 5. numero 2. versic. Tertia conclusio. Viuius in commun. opin. verb. præscriptio num. 6 Mynsing. obser.* 30. *cent. 1.* Ideoque nec hoc loco curiose id exigo.

Bonam fidem præsumi quidem simpliciter ex lapsu temporis, voluit *Corneus consilio 96. colum fin. libro 4.* nec malam fidem nocere in tali præscriptione immemoriali, multi arbitrantur. Tamen communior est sententia, eam nocere. Sed in-
26 telligitur † hoc de vera mala fide, de qua vel ex vitioso præcedẽte titulo, vel alias euidenter con-
27 stat: non vero † de præsumpta mala fide, quia hæc non nocet: vt eleganter per *Grauett. d. loco. de antiq. temp. 4. part. §. materia ista. n.* 20. 21. *Couar. in relect. d. cap. alma mater. §. 1. numero* 4. Cum itaque ex Actis nullibi constet de mala fide Reorum, imo nec præsumptio rationabilis & verisimilis contra eos existat: quin potius bonæ fidei præsumptiones, vt dictum, euidenter pro illis militant, non video & in hoc, ipsorum causam laborare, faciunt notata per *Menoch. de arbitr. iud. quæst. libro 2. cent. 1. c.* 43.

28 An vero necessaria sit scientia † aduersarij in hac præscriptione? Dicit *Gabr.* (colligendo plurimos vtriusque opinionis assertores *supra. d. concluſ. 1. numero 61.*) pro sententia negatiua, quod non sit necessaria scientia, magis communem esse opinionem, *Mynsing. obs.* 30. *cent. 1.* Et Actores nostros fuisse inscios controuersi actus, ego coniicere non possum, per ea quæ dicit *Dec. in consilio* 85. *circa princ.* Sic etiam ex omnibus Actis nullibi constat de dispatientia Actorum, vel leuibus indicijs, saltem eius dispatientiæ, quin potius diuersum, ex testium depositionibus facile colligi potest.

Has reorum partes fouent & aliæ nonnullæ
29 circunstantiæ non flocci faciendæ. Ius † enim reciprocum, quod habent pagi vicini in communi pascuo, vniuersaliter in omnibus eorum fundis excludit sinistram suspicionem & præsumptionem malæ fidei reorum, simulque simplicem libertatis præsumptionem vniunt, propter connexitatem iuris pascendi & agendi pe-
30 coris. Concesso enim vno, † concessum dicitur omne id, sine quo eius vsus non haberi, vel valde difficulter contingere potest. *iurib. vulg.* prout nostro casu, opinor, satis constat.

Accedit quod designatio mit den Stroseylern ostendit quibus locis tempore prohibito, syluæ vtriusque lateris, præclusæ esse debeant: Ergo à contrario, simul exhibet permissum spacium actui pecoris, præcipue porcorum, qui præ reliquis animantibus, tempore glandium im Freidenberger vnd Kirßfelder Wald/ auch in die Kelbach getrieben worden. Id ipsum confirmat ipsa existentia & euidentia rei, quod videlicet iuxta viam (dictam der Reistenhäuser Pfad) ein alter Augenscheinlicher Actus oder Trieb hergehet/ qui solummodo tempore prohibito vsurpatus fuit, in reliquo enim omnes Syluæ patentes erant. nec opus fuit tunc designatione limitum eius Actus: quia agi & pasci potuit vbique locorum eius Syluæ, quod & ipsa ratio dictat.

De tempore inchoati Actus, & sic de non vsu plane nihil, sed Reos semper ab & vltra hominum memoriam quiete, & sine vlla contradictione eam vsurpasse, ex Actis & tacita partium confessione satis constat. Considerandum & hoc loco, quod damnũ siue interesse Actorum, ex permissione controuersi Actus resultans, reuera parui, vel nullius est momenti (considerato iure pascendi quatenus hinc inde partibus reciproce & libere competit) è diuerso vero Reis ex impedimento Actus læsio grauis emergeret, vt *supra tactum.* Sed omnis lex dictat, † benigne id 31
præstandum, quod sibi non nocet, & alteri prodest. *l. 1. §. denique. de aq. plu. arcend. l. 2. §. item Varus. eod. tit.* Præsertim quando res est parui momenti, & non amplius integra, vt hoc nostro casu ex possessione temporis immemmorialis existit *Zas. in l. fi. quis iniquum. num.* 7. 8. *Quod quisque iur. in al. &c.* Tandem amplectar æquitatem, † cui stri- 32
ctum ius sæpe inimicum est, quam tamen † Iudex 33
præ oculis habere debet. Est enim † benigna, 34
necessaria, Canonica, lesbia norma, quæ omnia bene æquiparat, & nullam legem ita rigide accipit, † quin admittat, vt Iudex ex loco, tempore, 35
causis, personis, rebus, quantitate, contractu, & cæteris id genus circumstantiis, temperare possit æquitate quadam, rigorem iuris (qui tamen forte hic aliter non deprehenditur, quam ex interpretum varijs opinionibus, & numero saltem maioribus calculis) quæ æquitas eo casu † inter 36
easdem personas, etiamsi scripta non sit, iuri præfertur: Rationes nolo cumulare, nec plures authoritates describere, breuibus me refero ad dicta *Zas in leg. placuit numero 17. & seqq. C. de iudic. & Couar in d. relectione c. alma mater. §. 6. num.* 3. Concludo.

Iudicem proximum, perpendentem causæ huius qualitatem & circumstantias, bene pronunciatum, & inde male appellatum, quoad Actum scilicet solummodo per Syluam Rolbachensium, vnd weitters nicht/ & sine vlteriori grauamine & læsione ipsorum Rolbachensium. Expensas ego etiam compensarem.

Salvis.

D. N. Correferens.

Actorum intentionem esse iustam, Actionem negatoriam probatam: Ipsorum enim Dominiũ Syluarũ fatentur Rei, nec coguntur libertatem

37 tem probare, † quia habent præsumptionem: quia affirmatiua, non negatiua probanda. *actor. de probat.* Nec Reis prodest, si dicatur, se esse in quasi possessione seruitutis actus, & id probant:
38 quia adhuc coguntur probare, † seruitutem sibi constitutam esse, *glossa in leg. sicuti. §. sed si quæratur. verb. possessionis. ibi Castrens. num. 8 si seruit. vend.* idque propter præsumptionem iuris, quæ contra ipsos
39 militat. Quia cum ius commune † ipsis possidentibus resistit, non sufficit probatio solius vsus, sed debet probari aliquid, propter quod illi moti sint ad credendum, sibi deberi illud, iure seruitutis *l. 1. §. sed si iure. de aq. quotid. & est. Bart. l. 1. §. hoc interdicto. de itin. actuq. priuat.*

Vnicam præscriptionem Rei prætendunt immemorialem quamuis multi sentiant, quod discontinua † non requirat tempus immemoriale:
40 Tamen non recedit à glossa, & communiori sententia, & antiquis Doctoribus, & à præiudicijs Cameræ, vt *Mynsing. obser. 33. cent. 4.* Et non admit-
41 tendas † dissonantias sententiarum in Camera. Testes debere esse 45. Annorum: Item, semper ita Actum, nunquam in contrarium factum. Nec debent esse de communitate pagi, propter proprium interesse. Item, audiuerũt à suis maioribus, nec contrarium auditum: Item, nunquam obseruatum contrarium. Si iam ea conferantur cum Actis prioribus, immemorialis temporis præscriptionem opinione sua, non tantum probatam, verum etiam iisdem aliquatenus impugnatam videmus. Testificantur enim primæ instantiæ iudices, (deß Landgerichts zu Klingenberg/ darunter Rollbach vnd Grossen Heidbach auch gelegen/ Es sey im selben Landgericht die Gewonheit/
42 vnnd alter Brauch/ † daß ein iedes dorff oder Fleckin (in Eckerns Zeit) dem andern die Wäld durch ire Büttel oder Heimberger/ auff S. Michaelis verbieten lassen/ biß auff Andreæ. Præterea Reimet affirmant, quod ipsos, quo minus agerent, Actores non prohibuerunt: Sequitur ergo, quod
43 non intentione † iure seruitutis egerint, sed iure familiaritatis, adeoque in nulla contra Actorum prohibitionem agendi possessione vnquam fuerint: multo minus (ex quo præscriptio siue possessio non procedit. *l. sine poss. de reg. iur.*) in cursu præscribendi fuerint. Ex quo ante litem hanc motam ipsismet affirmantibus, ne semel quidem contra actorum prohibitionem, quam nũquam interuenisse asserunt, egerint.

Deinde posito, quod fuerint in quasi possessione iuris agendi. Tamen habuisse † malam fi-
44 dem: Quod ipsum in dubio præsumitur. Cum præsumptio iuris & libertatis bonorum cuiusq; pro actoribus militet. Non quoq; allegatus nec probatus est titulus, quo concurrente, ius † istud
45 30. annis præscribi potuisset. Quia igitur deficit
46 titulus † longissimũ tẽpus, 30. 40. 50. vel quoque 60. & plurium annorũ, in acquirẽda seruitute iuris agendi porcos per Actorum syluas, nil proficeret
47 Reis. Quando. n. ius † cõmune est contra præscribentẽ, in præscriptione etiã longissimi tẽporis requiritur titulus, nec sufficit bona fides: Hõcq; siue præscribens agat, siue excipiat, *text. gl.* quæ hanc communem Dd. opinionem esse testatur *in d. cap. 1. de præscript. in 6.*

Bona quoque fides, † id est, quod quis credat, 48
se vti iure suo, licet ad possidendum non requiratur, ea tamen opus est ad præscribẽdum. Nam etiam prædo possidet, † non tamen præscribit. 49
Sufficit ergo ad possidendum † quidem improba 50
voluntas, sed ad præscribendum debet esse mens iustificata per bonam fidem *l. fin. quem. seruit. amit. Bald. l. 2. C. de seruit. & aq.* At quia Rei nostri assertæ seruitutis nullum plane titulum, nec allegant quidem, mala fides † eorum apparet ex defectu 51
tituli: *Bartol. & alij in l. Celsus. de vsucap Socin. consil. 187. nu. 27. vol. 1.* Nec sufficeret eis titulus pro suo, *Socin. cons. 86. vol. 1. col. 5. 6. vers. 8.* Cum præsertim ius commune his resistat, & bonam fidem vllo vnquam tempore, nedum ab initio interuenisse, nusquam, vel nude saltem asseruerint, *Paris. cons. 27. num. 186. 122. lib. 1.* Nedum probarint, quod tamen fuisset necessarium. In materia namque præsumptionis, † in qua agitur de peccato, iuri 52
Canonico, & eius dispositioni stat: *gl. Dd. in c. possessor. de reg. iur. in 6.* Adeoque etiam bona † fides 53
requiritur in præscriptione tanti temporis, cuius initij non extat memoria in cõtrarium *Paris. cons. 27. num. 115. 116. libr. 1. & Grauet. cons. 146. num. 2. 3. 4. 5.* Asserta igitur præscriptio † Reorum tanti 54
temporis, cuius in contrarium non extat memoria, non habet locum, nisi probauerint, quod glandium tempore prohibito, per actorum syluas egerint iure seruitutis, vel animo quærendi d. ius, etiam actoribus inuitis: adeo vt parati semper fuerint prohibere, ipsos Actores impedientes. *l. fin. de itin. actuque priuat. l. fin quem. seruit. amit. gl. in c. Abbate. in verb. Alciatensem Monachum. de verb. signif. Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina. num. 25. ibi gl. in verb. vocemque habuisse. de caus. possess. & proprie.* Nã si iure amicitiæ, † familiaritatis & vicinitatis vsi 55
fuere, nullum ius quæsiuerunt, etsi tanto tempore vsi fuissent, in cuius contrarium non extaret memoria. *leg. fin. ibi Castrens. quemad. seru. amit. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 4 part. princip. q. 1. n. 9.* Simplex enim vsus, † non induceret acquisi 56
tionem d. iuris. *Socin. consil. 131. colu. 1. 2. in præsent. consultat. volu. 1.* vbi concludit, quando res spectet ad alium, nec superuenerit causa de nouo, tunc possidentẽ rem alienã, in dubio possidere iure familiaritatis, non proprio: Imo in dubio † potius 57
præsumendum, ipsum non habere ius, *argumento c. presbyteri. dist. 24. & Pontifices. 7. quæst. 1.* Cum non sit verisimile, † quod quis iactet res suas. *l. cum de* 58
indebito. de probat. Corn. cons. 92. vol. 3. Paris. d. cons. 27. num. 109. & seqq. lib. 1. Alex. cons. 50. num. 8 lib. 3. Inde infertur, Reos non posse facere fundamẽtum super possessione, etiam tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium: nisi probauerint, quod asserta seruitute vsi fuerint iure proprio, & seruitutis & animo quærendi tale ius, vt per *Paris. d. cons. 27. num. 113. lib. 1.*

59 Scientiam & patientiam † aduersarij allegari debere, *Innoc. in c. bonæ memoriæ. la. 2. num. 1. de potest.*
60 *prælat.* & debere expresse exprimi: Et de illo † in cuius præiudicium dicitur acquiri possessio, debet constare, per probationes eiusdem, qui vult quærere possessionem, quod sciebat, quod vtẽs intendebat vti iure suo: quia quando nescit, non fit ei præiudicium. *l. clam. §. fin. de acquir poss. Innoc. d. c. bonæ memoriæ. vide ibi verba.* Sed hoc casu de nulla Actorum tali prohibitione, & quod Rei, ea neglecta, nihilominus sues per syluam egerint constat. Ipsos ergo Reos substãtiale præscriptio-
61 nis requisitum, † ipsa nimirum possessio seruitutis deficit. Non quoque ideo fecerunt Rei, quod ipsi animum & intentionem habuerint, aliquod ius quærẽdi ipsorum communitati, grossen Heybach contra Rolbach/ earumve syluas. Et quod ipsi Actores hanc intentionem suam sciuerint, & nihilominus ipsos agere passi fuerint. Si quidẽ igitur cõtra Rei Actores, animũ præscribendi non habuerint; sequitur, ipsos Actores familiaritatis & vicinitatis iure per Reos vsurpatum hactenus durch vnnd Vbertrib/ non attendo, quantouis tempore lapso, quo quiete egerint, iam nunc non inique detrectare. Bona enim Actorum habent præsumptionem libertatis: adeoque mala fides Reorum, quibus ius commune resistit, ipso iure contra ipsos probata est. Et ex quo
62 nihil probauerunt, † propter quod moti fuerunt ad credẽdum, sibi deberi prætensam seruitutem, incubuisset ipsis probatio, quod hactenus per eos per syluas Actorum, glandium temporibus egissent, non vi, non clam, non precario. Bart. *l 1. de itin. actuque priu.* Alex. *cons. 142. num. 3. lib. 1.* Quorum verum nullum, ne articularunt quidem.

Nec consuetudine acquisitum ius actus, licet
63 dicatur, quod potius cõsuetudine, † quam præscriptione. Idco, quod si vsu promiscue duarum Vicinarum (inquit *Couar. in relect. c possessione. p. rt. 2. §. 3. numero 2.*) inductum fuerit, vt absque vlla distinctione vtriusque oppidi agri sint compascui, & communia pascua, vicinis &
64 oppidanis, † hæc vere consuetudo dicitur. Se-
65 cundo, quia consuetudo † consideratur circa ea, in quibus (vt nostro casu quoque) non cadit possessio seu quasi, continua, sed circa actus successiuos, consuetudinem inducentes. *l. de quibus.*
66 *§. inueterata. de LL.* Præscriptio autem † est continuatio possessionis, *l. 3. de vsucap.* Tertio: quia videtur seruitus actus hic introducta vtriusque villæ, tacito consensu populi: Ergo videtur con-
67 suetudo: Et vero in consuetudine † introducenda regulariter sufficit longum tempus, *l. diutina. ff. de leg. & C. quæ sit longa consuetud. in rubro & nigro.*
68 Longum autem † tempus dicitur decem annorum *l. si cum fideicommissaria. §. Aristo. ff. qui & à quibus.*
69 Et hoc procedit, † licet consuetudo sit contra ius commune, *Grauett. de antiq. temp. part. 4. in princ. nu. 7. 9.* vbi etiam dicit, non distingui, an habeat causam perpetuam, vel non. Sed sufficit tempus annorum in consuetudine: licet habeat causam discontinuam, *Grauet. d. loco.* Nec requiritur titulus, † nec bona fides, quæ sunt necessaria 70
in præscriptione. Pro titulo namque † consue- 71
tudinis sufficit legis authoritas, eam approbantis, dum est rationabilis & præscripta: *Grauet dict. loco. num. 6. Ruin. cons. 34. num. 16. vol. 1.*

Verum his sic responderi existimat. Primo Rei non se fundant super consuetudine, sed super prescriptione: & ea quidẽ immemoriali. Quia
igitur excipiendo † fundant seruitutis præten- 72
sum ius suum in tempore, videntur teneri, vt probent omnia necessaria ad præscriptionem, quia in hoc funguntur partibus Actorum *l. exceptionibus. de Except. Grauet. d. loc. in princ. num. 30.*

Secundo, consuetudo ius † acquirit, omnibus 73
de communitate, & ius publicum: sed præscriptio † tantum ius priuatum, *Grauet. nu. 20.* 74

Tertio, si vniuersitas † aduersus aliam vniuer- 75
sitatem ius pascendi intra illius limites acquirere tentat, erit præscriptio propria, teste *Couarru. in d. relect. c. possessor. p. 2. §. 3. num. 2.* Iam vero in hoc ca- 1
su hactenus obseruatus vsus iuris agendi, specialiter prodest Reis, & nocet Actoribus, sicque certi sunt, qui præscribunt, & contra quos præscribitur: Ergo præscriptio est, non consuetudo nec decennium sufficit, sed immemoriale tempus requirit, *Grauet. d. l. n. 2.*

Quarto, est vsurpatio † rei & iuris alieni. Sed 76
consuetudo secus. *Grauet. numero tertio.*

Quinto, consuetudo † consideratur in his 77
tantum, super quibus populus inducens cõsuetudinem, posset expresse disponere & statuere, alias dicitur præscriptio: Consuetudo enim † est 78
altera lex iurisdictionis, & per populum non habemus iurisdictionem, aut qui legem introducere non potest. Quin in consuetudine † in- 79
troducenda super eo, super quo populus expresse disponere aut statuere non posset, requiritur tempus sufficiens ad præscriptionem, *Grauett. n. 13. 14. 15. 28. vbi vide.* Nostro casu, propter defectũ iurisdictionis, non posset contra legem & statutũ in bonis & syluis Actorum, &c. Ergo sumus potius in materia præscriptionis, quam consuetudinis.

Sexto bonam fidem † in præscriptione requi- 80
ri, sicut in consuetudine, &c. Solum esse in † his, 81
in quibus populus potest statuere: Secus esse † in 82
consuetudine, in qua requiritur præscriptio. Tunc enim videtur necessaria bona fides † cum 83
mala fides impediat præscriptionem, in fauorem vniuersitatis, quamdiu saltem vnus supereſt de vniuersitate, habens malam fidem, & scientiam rei alienæ *Grauet. num. 16. 17. 18. 19.*

Septimo, *vt Grauet. num. 30. vbi* d. præscriptio est contra eum, † contra quem præscribitur. 84
Consuetudo vero contra tertium. Ergo sumus hic in casu præscriptionis.

Octauo præscriptio dicitur, † quando vni ac- 85
quiritur, & alteri aufertur: Consuetudo vero vni acquirit, sed alteri non aufert, *Grauet. num. 31.* Quia vero præscriptio non est probata, iuste

Acto-

Actores aliquandiu vsurpatum glandium tempore actum porcorum reuocare, & in syluis ipsorum ius à Reis prætensum, nondum vero præscriptum in posterum denegare ipsis possunt: Cum præsertim alias etiam vniuersitates non prohibeantur, ad communem vtilitatem, in pratis vel syluis, pascua ad certum tempus, certaque animalia restringere, earumque ordinationi singuli circum possessores, quamuis ius pascendi habent, tamen ad tempus parere cogantur, *Couar. pract. quæst. c. 37. num. 1. in princ.* *Wesenb. cons. 17. num. 88.*

Quæ omnia cum ita se habeant, concludit, in proxima instantia male iudicatum, & primæ instantiæ sententiam (quandoquidem Actori petitioni, & institutæ actioni aliquatenus videtur difformis.) Secundum naturam & formam actionis negatoriæ reformandam, & pro Actoribus, Kolbach / contra Heidbach pronunciandum.

Votum Dn. N.

86 Seruitus discontinua † non præscribitur, nisi tempore immemoriali. *l. seruitutes. l. 1. de seruit. l. 1. de aq. quotid. Balb. de præscript. in 2. part. 4 part. princ. §. 1. n.* 87 *2.* Sed hoc fallit, † si quis habet talem scientiam siue credulitatem, quæ iustificat possessionem, vel quasi, quia tunc sufficiunt 40. Anni. & de iure Canonico (quod in præscriptionum materia sequuntur Dd.) ita obseruari, dicit *Balb. d. loco.* Reos vero nostros, quibus nunc demum post multa secula ab Actoribus vsus viæ publicę (quãuis non satis constet, an publica vel priuata sit) & Actus porcorum negatur, talem scientiam siue credulitatẽ semper habuisse, ex Actis testium dictis ex missiua à Iudicibus primæ instantiæ ad secũdæ instãtiæ Iudices trãsmissa, ex antiqua cõsuetudine & vsu illorũ pagorũ & vicinorũ. Attestantẽ quippe d. Iudices, daß im Klingẽberger Lãd- 88 gericht / † die Gewonheit vnd alter Brauch sey, daß alle Anstösser vnnd Mitmärcker / mit allem Vihe / in Wälden vnd Feldern zusammen treiben: Et quãuis etiam attestantur de consuetudine, glandium tempore, quod præcludant syluas: Non tamen sequi, quod prohibito tempore ad alias syluas communis pascui, ire vel agere non debeant.

89 Nam annua † prohibitio non fit ratione actus. Accedit confessio partis, & dicta testium. Facit difficultas proueniendi ad loca pascui. Et con- 90 cesso, † quod plus videlicet pascua, in proprijs & alienis: conceditur, quod minus, scilicet Actus.

Titulum allegatum & probatum esse in 6. 7. articulo secundæ instantiæ. Ex vsu tanti tem- 91 poris † præsumi titulum, quo casu seruitus discontinua præsumitur spacio longissimi temporis. *glossa Bartol. in d. l. seruitutes. de seruitut.* & hanc esse communem *Balb. supra dicto loco. Cæpoll. cap. 19. de seruitut. vrb. prad.*

92 In probãda præscriptione † iurium incorporalium deberi probari desciẽtia & patientia aduersarij *l. 2. C. de seruit. & aq.* Tamen in consuetudine † inducta & inducenda, non necesse 93 esse probare. *Balb. q. 10. p. 1. Alexand consil. 6. vol. 1. & consil. 16. vol. 5.*

Inspectionem ocularem significare, † hanc 94 viam esse vicinalem, & sic seruientem vicinis publice. *l. 2. §. viam publ. ne quid in loc. publ.*

Concludit, intentionem Actorum probatam, & proxime bene iudicatum. Expensas: vt placet Dominis.

D. N. Concludit cum Referentibus: Salua vlteriore deliberatione, post vota Dominorum.

Votum Dn. N.

Præmittit: Actores met fateri, † se non plenam 95 sed limitatam libertatem, & admodum exiguam habere in syluis. Deinde allegant: Reos habere aliam viam im Freidenberger Wald: Sed hoc non probarunt: Sed commissarij fatentur, eam viam esse asperam, & nimis deuiam. Cõcludit, quoad hæc duo, Actionem non probatam. Dato, quod sit probata: videndum, an elisa? Fatetur: Reos se fundare in præscriptione 10. 20. & 40. annorũ, & immemorialis temporis. Præmittit: quod semper habuerint communia pascua: Licet in prima instantia de plano sit processum, & tanquam rustici, requisita satis deduxerint, pro qualitate huius negocij, sustineri posse. Rei certam viam allegarunt, quam Actores negant: Tamen ocularis inspectio dat, & testes dicunt, quod via sit 4. Ruten breyt / viam habere octo pedes. *l. viæ latitudo. de seru. rust. præd.* non releuare, quod prohibita: quia seruitus † viæ est ius indiuiduum. *d. l.* 96 *1. §. via.* Non releuare allegatam libertatem præsumptam, cum ex confessione partium, seruitutibus sit obnoxia. Probatum ius Actus, tempore permisso: Ergo incumbere probationem Actoribus, quod tempore prohibito non competat. Klingenbergische Ordnung † nihil de actu dis- 97 ponere. Sequi, Reos omni tempore seruitutem Actus habere: ideo recte dici, Actionem non probatam: Ideo non opus esse, disputare de præscriptionibus. Secundo, Rei dicunt, se hunc Actum & viam habere, intuitu pascui im Freidenberger Wald: Item quod singulis annis puteum purgare debeant: Ideo non iure † familiaritatis 98 vsi hoc Actu, *l. generaliter. l. qui familiaritatis. de acquir. possess.* Sed intuitu iuris pasculandi, quod omni tempore in d. Sylua & alijs locis competat. Item aquam iumentis hauserint, & purgarint, qui actus inter vicinos, propter meum & tuum iure familiaritatis, dici non possunt.

Tertio dicunt Rei, se & suos maiores 10. 20. & 40. Annis, & vltra memoriã hominis, d. Actum ad Syluam Freydenberg. vsos fuisse. Hoc per testes satis probatum putat. Actorum quidam testes de sua insciti; nec audiuisse, deponere. Inde infert, olim non fuisse dubium, quin iure seruitutis vsi sint.

Putat in hac exigua causa, allegatã præscriptionem satis probatam, cum etiam ex dictis ratio-

nibus, & generali consuetudine idipsum ius præscripserint: concludit, Actionem probatam, vt N. & N.

Votum D.N.

D.N. Haibacensium partes & iure & æquitate subnixos existimat: Ius enim agendi per syluam
99 Actorum satis probatum. In antiquis † non ex-
100 actas requiri probationes. Accedunt duæ † præsumptiones pro Reis, vna ex iure pascendi in d. sylua, qua venire commode non possunt, nisi per hanc viam. Altera, ex iure aquandi, quod habent zum Bullenbronn / qui est in media via. Hæ
101 præsumptiones † fortiores sunt ijs, quas habent Actores: quarum prima est, ex libertate prædio-
102 rum: † quæ eliditur in antiquis, concurrente fama & præsumitur tunc contra libertatẽ. *Mynsing. obs.25. cent.5.* Secunda est, quam habent ex con-
103 suetudine loci, † eaque eliditur facile, contrarijs actibus, qui contrariam consuetudinem indu-
104 cunt. Et sic Actorum probationibus elisis, † libertatem legitime probare debebant: quod non præstiterunt. *Gabr. lib.1. de probat. concl.1. num.62. Wes. cons.98. num.21.22.* Actus facultatis elidi, *vt not. Wesemb. consil.2 nu.49. Gabr. lib.5. tit. de præscript. concl.10. num.8.* Ius familiaritatis hic non obstat, *Innoc. in c. cum Ecclesia Sutrina, num.4. de causa possess. & propr. & c. bonæ memoriæ de post. prælat. ibi Bald. nu.9. Gail. lib.2. obs.69. Kirchoff. cent.4. concl.92. in commun opin.* Item non decesse bonam fidem, *l. si quis emptionis, Cod. de præscript.30. annor.* vbi habetur, bonam fidem esse sine titulo. *Couar. cap. possessor. p.2.§.8. num.2. Wesemb. d. consil.2. num.87.* Item Reos non allegasse immemorialem præscriptionem:
105 sed iudicem † non posse in hoc cognoscere, nisi allegetur, *Wesembec. consil.14. num.65. Papa decision. 221. Boer. decision.344.* Tamen posse iudicem & esse arbitrarium, &c. *Boer. vt supra, & Mynsing. obs.28. cent.3.*

Concludit vt *supra.*

Sententia in communi forma concepta & lata fuit.

VOTVM XII.

In causa A. contra S.

SVMMARIA.

1 *Puncta & separatæ facti species quatuor proponũtur.*
2 *Inuestituras nouas habens, antiquas non tenetur ostendere.*
3 *Testes Reorum præferendi testibus Actorum.*
4 *Defectus testium Actorum.*
5 *Præambula duo per Actores probanda.*
6 *Possessio quare præsumenda clandestina.*
7 *Veritas contradicit antiquitati allegatæ.*
8 *Cultura agrorum non derogat nobilitati.*
9 *Incolæ in Rodel qualiter vti sylua.*
10 *Mutari nihil, nec aliquid peti potest, quam ante fuit petitum.*
11 *Posito antecedente sequitur consequens.*
12 *Vasallus non debet excoriari.*
13 *Capitula connexa non recipiunt separationem.*
14 *In feudis tenor obseruandus, & quælibet res præsumitur libera.*
15 *Argumentum ab absurdo.*
16 *Diuersæ sunt qualitates inter Schultheissen & vasallum.*
17 *Vocabuli, Roch / exaggeratio quæ.*
18 *Exceptione rei iudicatæ quare Rei recte repellantur.*
19 *Inuestitura facta, seruitia excludi vel recusari minime possunt.*
20 *Seruitiorum modum & mensuram in specie definire, non est opus.*
21 *Inuestituræ tenor omnino obseruandus est, nisi vel mutatus, vel noua pacta monstrari possint.*
22 *Inuestituræ tenor quis.*

D. Referens N. nullitatem esse commissam in prima instantia. Sed transit cum *Gail. obs.88. lib.1.*

In secunda instantia, in libello appellationis quatuor puncta † & separatæ factæ species pro- 1
ponuntur: de quibus separatim agendum.

In primo puncto, quoad Holtzhauwen/tria videnda: *1.* Quæ actio intentata. *2.* An probata. *3.* An elisa. Quoad primum: actum vtili interdicto, vti possidetis.

Secundo, An probata. Nonnullos testes deponere de possessione, & quod tanquam Freyholtz, Rei syluam possederint.

Tertio, An elisa. Appellantes vi vel clam, & iniuste turbarunt Reos in possessione. Demonstratur inuestitura testibus Actorum & Reorum. Clara enim esse verba inuestituræ: quam ratificauit Zangis, pater Actorum, quod non impugnant, sed exigunt seruitia, & ad hæc coegerunt. Item quia in exceptionibus Reorum deducitur, quod & iuramentum exegerunt, atque receperunt, & insuper aliquãdo pignorarunt: sed postea mutauit sententiam, & sic non inuestiuit: recepit enim iuramentum, sed deinde voluit mutare priorem inuestituram: quod non contradicunt Actores, & sic tacite fatentur. Nec posse dici, quod respectu aliorum bonorum factum: quia de alia inuestitura non constat. Et dum approbant partem inuestituræ scilicet die 24. Hufen / & alia: ideo & hoc non debere excludi, cum in eodem instrumento contineantur, *Wes. cons. 2. num.22.*

Facit depositio septimi testis Reorum, qui hoc audiuit ex patre Actorũ: saluat eius dictum ex omnibus circumstantijs. Ratificatam inuestituram, per vsum precarium, quem confessus est Zangis, vt testes quidam dicunt, constare ex probatis vtriusque partis. Rei non fuerunt obligati ostendere inuestituras: quia per eos non stetit, quo minus exhibeatur, quia dicũt, se nõ habuisse alias, quam vltimam. Qui vero habet nouas inuestituras, † antiquas non tenetur ostendere, *Wes. cons.2.* 2

Iam de possessione. Primo de testibus videndum, quo loco † Reorum videntur, præferendi. 3
Menoch. de arb. lib.2. cent.1. casu 88. omnes fere testes

ſtes Actorum, exceptis quatuor, habere intereſſe, & ſubditos eſſe eorum. Econtra vero Reorum
4 tales non eſſe, & quoſdam Actorum teſtes † non eſſe relaxatos, vt nonum, &c. quoſdam contrarios, vt 10. & 20. Quod quidam paradoxa, non veriſimilia deponant; quidam laborent in fama; quidam partes iudicis ſibi aſſumant; Reorum dignioris eſſe fortunæ.

Duo præambula erant per Actores probanda, † 1. ſe poſſediſſe. 2. & turbatos, *Menoch. remed.*
5 30. Quoad primum. Quidam dicunt de immemoriali, vt 19. 22. 23. Actorum teſtes, ſed ſunt ſubditi, vt *ſupra dictum*. Quod vi poſſederint, dicit teſtis 9. Actorum, ſed Reorum 7. 9. 10. 11. Quod precario dicit teſtis 9. 14. 16. Reorum 5. 7. 10. 13.
6 Clandeſtina præſumitur, † quia ſylua magna & Rei diu pupilli erant. Non obſtat, q quidam dicunt, Actorum patrem die ac noctu ligna aueziſſe: quia id factum licentia patris Reorum vt teſtis 3. dicit: Item haben Holtz darinn verlihen/ verkaufft/ darinn gehagt/ vt *Menoch. remed. 3.* We-
7 *ſemb. conſ. 20. Campeg. de teſt. reg. 340.* Veritatē † contradicere allegatæ antiquitati, *vt Grauet. conſ. 949. num. 24. conſil. 894. num. 47.*

Concludit Articulos Reorum ſcilicet. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. & econtra, Articulos Actorum 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. in quibus de poſſeſſione agitur, eſſe eliſos. Accedit confeſſio Actorum in articulo poſitionali 19. quem Rei acceptant: idque propter antiquiorem titulum & poſſeſſionem.

Non obſtat allegata ruſticitas: quia tamen
8 poſſunt habere feuda: nec nobilitati † derogat cultura agrorum, *Tiraq. de nobil.* Non eſſe Frey Schuldheiſſen/ conſtare ex inueſtitura & teſtium
9 dictis. Incolas † in Rodel vſos ſylua, partim licentia Reorum, partim iure vicinitatis, & præſtiterunt eis ſeruitia, vt teſtis 4. in prima inſtantia dicit: quod iuſſu Reorum fecerunt. Multi dicunt, daß ſie dienſt darumb müſſen leyſten. Ergo, vtantur ſylua, vt olim.

De reliquis, non deductis in prima inſtantia nihil negotij nobis: qua non deuoluta: ergo nō fundata iuriſdictio. *Vant. intra quod tēpus n. 86. Grauet. conſ. 422. & 355.* vbi dicit, quod nihil mutari,
10 nec † peti aliquid poſſit, quam ante fuit petitum. Damna illata, quoniam non deducuntur, nec commode per Reos deduci poſſunt, nec deducunt, remittit ſe in hoc ad placitum & iudicium dominorum, cum partim precario, partim pro precio, clam & vi abſtulerint ligna.

Quoad ſecundum punctum, ſeruitiorum præſtandorum: qui cum ſit tanquam conſequens præcedentis, non putat immorandum:
11 poſito enim † antecedēte, ſequitur conſequens.
12 Nec tamen vaſallus † excoriari debet, *Brun. conſ. 117. num. 194.* Ideo etiam confirmandam priorem ſententiam.

Quoad tertium punctum, ſcilicet ius patronatus: qui cum tranſiit in rem iudicatam, ideo nihil amplius negotij: Et quamuis petant Rei vt ex communi beneficio appellationis, etiam in hoc puncto pronuncietur: tamen cum hic ſeparatus à reliquis ſit; hic reſuſcitari non poteſt. Procedit enim regula *d. l. fin. C. de appell.* quando ſunt connexa † capitula, ſeparationem non re- 13
cipiunt. *Salyc. d. l. fin. C. de appell. & in l. 1. C. ſi vnus ex plurib. appel. allegat Bald. in l. per hanc, C. de temp. appell.*

Ad quartum punctum, concernens ius reluitionis der 4. Hubet: Actores inſtituiſſe actionem præſcriptis verbis, in factum, *ex l. 2. C. de pact. inter emptor.* Et hunc punctum non probatunt Actores: quia ſunt quidem duo teſtes, ſed diſcrepantes, vt puta, Actorū 3. in prima, decimus in ſecunda inſtantia teſtis & quartus in prima inſtantia, & quamuis Actores petant compelli Reos ad edenda inſtrumenta venditionis, & ita ad fundandam ſuam intentionem: tamen iniquum petunt *l. 1. l. fin. de edend. vbi Dd. Don à Fin regula, Edere. Dec. c. 1. num. 13. de probat. Menoch. de arb. iud. caſu vlt.* Cumque hic punctus non ſit probatus, etiam confirmandam priorem ſententiam. Vult compenſare expenſas, quia cauſa ambigua, & vterque partium reſpectiue obtinuit. Allegat Aſin. *in praxi §. 31. cap. 5. num. 1.*

Votum D. N. Corref.

Referentis voto per omnia album calculum adijcit. Quædam addit: videlicet quod de Reorum titulo ex inueſtitura perſpicue conſtet: quod Actores per renouationem licet tali modo, vt ſcilicet ius lignandi ſibi relinquatur, tacite fatentur: quo titulo ad colorandam poſſeſſionem, ſibi adminiculum conciliant.

Accedunt præſumptiones validæ vtriuſque inſtantiæ: Si enim Actorum parentes aliquod ius ſibi voluiſſent præſeruare, id diſſimulatione non inuoluiſſent, quin inueſtituræ inſeri curauiſſent: Et ſibi imputent, quod id occultarunt:
In feudis enim † tenor obſeruandus: & quamli- 14
bet rem præſumi liberam. Mouet etiam † argu- 15
mentum ab abſurdo: quo videlicet vaſallus prohibeatur vti frui iure vtilis dominij. & dominus ſibi id ipſum reſeruaret. Et quod quidam ſenex vidit, Actores lignatum proficiſci, & quod maiores eorum idem ius exercuiſſent à ſuis prædeceſſoribus, audiuiſſe teſtatur, vt iam omittatur, teſtimonium iſtud petitorium reſpicere & teſtem hunc Appellantibus eſſe ſubditum, quamuis ſit relaxatus à iuramento, omni tamen exceptione non eſſe maiorem, & natiuam erga dominum affectionem eum exuiſſe, minime fieri veriſimile, præcipue, cum conteſtem, qui idem per omnia teſtimonium cum eo concurrens dicat, habeat fere neminem.

Quoad ſeruitia: diuerſas eſſe † qualitates in- 16
ter Schultheiſſen & vaſallum: nō ideo recte ab vno ad aliud argumentari. Exaggerat † vocabulum 17
Noth/ id eſt anguſtiam, quod declaratur in fine

inue-

inueſtituræ: vt ſi bella vel hoſtilia immineant, &c. quodque laborarent: id quod adhuc fit in multis locis Germaniæ in vſu, vt olim viri nobiles ſtiuo manus admouerent, vt apud Romanos.

Quoad ius patronatus, neſcit, ex qua cauſa priores Iudices indeciſum hunc punctum reli-
18 querunt: putat, exceptione † rei iudicatæ Reos recte repelli. Nam fruſtra ex communi beneficio appellationis implorant, cum id locum habeat in annexis, non ſeparatis punctis. Sed hic ſumus in cauſa, vbi diſtincta ſunt capita, &c. *l. ſcire oportet. de verb. oblig.*

Votum aliud.

Cum videam, Actores Zuzenaw/ſuam intentionem, in prima parum, in ſecũda vero inſtantia non plus probaſſe: imo Reos ſuis exceptionibus abunde & ſufficienter eam eliſiſſe: prout à Dominis Referentibus ex actis deductum: præſertim quod attinet ad primum & quartum punctum: & ſecundus primo aliquanto connexus eſt, & ex inueſtitura vterque dependet & con-
19 ſequitur. Facta †. n. inueſtitura, ſeruitia debita excludi vel recuſari minime poſſunt. Nec opus
20 eſt, † modũ & mẽſurã ſeruitiorũ in ſpecie definire: cum eius aliæ & meliores probationes non adſint, quicquid dicant aliqui teſtes, quam ex
21 tenore inueſtituræ, † qui omnino eſt ſeruandus, niſi vel mutatus, vel noua pacta monſtrari poſſint: præſertim cum contrarium 21. 22. 23. & 25. quod Actoribus incumbebat, probatum non reperiatur. Tertius punctus in prima inſtantia ſatis fuit liquidatus, à quo nec appellatum. Inde beneficio communis appellationis frui non poteſt, per rationes allegatas. Acquieſco igitur votis Dominorum ſimpliciter, confirmando priorem ſententiam.

D. N. Si in petitorio eſſemus tunc pro Ac-
22 toribus pronunciaret, quia † inueſtitura habet, ℔ tantum quarta pars, ſcilicet, deß Metznars geliehen/vnd tacite denen von Schlag der 4. Theil reſeruat, ſed in poſſeſſorio melius probaſſe. Ideo cum Dn. Referentibus, quoad 1. 2. & 4. punctum. De tertio fuit dubius.

D. N. vt Domini, ſed quod ad tertium punctum pertinet, vult denſelben abſchlagen. Et pronunciandum; bene iudicatum. Compenſatis expenſis. Intereſſe non ſatis deductum, malim diſſimulare.

VOTVM XIII.

In cauſa ciuitatis B. contra O.

SVMMARIA.

1 Der Schäfer ſoll wie ein anderer gehalten werden.

2 *Ius paſcendi opilioni, vel der Schäferey/ non iure ſeruitutis vel alio titulo abſoluto, ſaltem competit, vt alij cuilibet illius loci incolæ.*

3 *Quo tempore ius paſcendi opilioni, vel der Schäferey competat.*

4 *Opilio non inique excluditur, quando & alij excluduntur, à iure paſcendi.*

5 *Appellantium iura, ob quæ ratione intereſſe ipſorum in hac lite ſe intromiſerunt, vnde appareant.*

6 *Prata in quibus paſcua prohibuerunt Actores, ipſorum ſunt propria.*

7 *Princeps non eſt ſingularum rerum dominus, ſed protector.*

8 Die Gemeind Br. hat allweg vber Wonn/ Weyd/ Aitment/ ꝛc. Ordnung zu geben gehabt.

9 *Vniuerſitates non prohibentur ad communem vtilitatem, paſcua in pratis vel ſyluis ad certum tempus, certaque animalia reſtringere.*

10 *De æſtimatione der 5. Schilling Heller/ fruſtra & contra ius ex aduerſo prætenditur.*

11 *Communitatis actus, adminiſtrationis potius videntur eſſe, quam iuriſdictionis.*

12 *Iuriſdictio cum bonorum vniuerſitatis vel incolarum proprietate, eorundemve adminiſtratione, nihil commune habet.*

13 *Villa quælibet, quamuis non habeat iuriſdictionem, tamen circa rerum ſuarum adminiſtrationem, ſtatutum facere poteſt.*

14 *Villa poteſt committere Officiali ſuo.*

15 *Villa nullum alias habet executorem quam ſuum Officialem, qui niſi exequatur, illorum deliberatum eſſet ludibrio.*

16 *Officialis tenetur villa ſtatuta ſequi, non authoritate ſtatuentium, ſed authoritate iuris communis, approbantis ſtatutum.*

17 Das Gericht zu Odenh. hat vber deß Schäfers Abtrag zu erkennen.

18 *Dominium proprium habere Odenheimios rerum ſuarum particularium, & etiam communitatis.*

19 *Mulcta hæc accedit moderationi, tanquam cauſatum ſuæ cauſæ.*

20 *Cauſati ſiue effectus expreſſio, tacitam ſuæ cauſæ expreſſionem inducit.*

21 *Cauſati idem eſt iudicium, quod ipſius cauſæ.*

22 *Pignoratio ſiue manus iniectio actus iuriſdictionis non eſt, & priuatis nonnunquam conceditur.*

23 *Æquitatis ſuaſio quæ.*

24 *Mulcta, nõ intuitu alicuius iuriſdictionis ſunt exactæ.*

VOTVM Domini Referentis N. den Saftrieb vnd Weyd vor Georgij, auff der von Odenheim Wieſen vnd Beſtraffung der Schäffer belangendt.

Num Actores contra Reos actionem l. Aquiliæ, vel de paſtu pecoris, quæ atteſtantibus *Couarr. pract. quæſt. c. 37. num. 3. verſ. 7. & Oldend. claſſ. 6. act. 19. nu. 2. 3. 4. 5.* probarint. Non magni operis, quia Canonici Appellantes, actionem probatam, ſiue conqueſta damna, & quidem ipſorum authoritate & iuſſu illata eſſe, met non diffitentur. Ex actis quoque conſtat, daß der Schäfer † wie ein 1
anderer gehalten werde. Sicque der Schäferey † vel 2
opilioni, ius paſcendi, non iure ſeruitutis, vel alio titulo abſoluto: verũ ſaltẽ competat, vt alij cuilibet loci illius incolæ, cũ collectis, nẽpe frugi-

3 gibus, & eo saltem tempore, † quo ager à cultura vacat, & pratis pastus non nocet. *Couar. d. loco,*
4 *nu.4.* Quando igitur alij excluduntur, †non inique & ipse id ferre debet, verno tempore, renascentibus herbis: tanto præsertim cum grege 700. ouium. Quæ vero appellantium vel sint,
5 vel vnde asserantur iura, † ob quæ ratione interesse ipsorum in lite hac se intromiserũt, ex ipsorum defensionalibus & additionalibus apparet.

An elisa.

Ad omnes illas assertiones, non difficilis vi-
6 detur esse responsio. Primo enim prata, † in quibus pascua recte prohibuerunt Actores, ipsorum
7 sunt propria: Princeps enim, † non est singularium rerum Dominus, sed protector: multo ergo minus inferior Dominus, nisi quoad protectionem & iurisdictionem: *Roland. à Vall. consil. 1. vol. 2.* Idque confirmant testes. Fatentur etiam, quod rei habeant vtile dominium, & quod disponere potuerint. Merito igitur pro arbitrio ipsorum de eis hactenus, (prout etiam *4. 11. 13. 14.* testes, ad tertium interrogatorium, sexti positionalis at-
8 testantur, daß Die Gemeind allweg † vber Wenn/ Weid/ Aliment/ &c. Ordnung zugeben gehabt habe.) inconsulto magistratu, per dispensatores, vel per communitatem constitutos, libere disponere, ab iisdem annuatim rationes exigere potuerunt: *Rol. à Valle. consilio 48. num. 9. 10. 11. 12. vol. 2. Schurff.*
9 *cons. 2. cent. 3.* Nam vniuersitates † non prohibentur ad communem vtilitatem, pascua in pratis vel syluis ad certum tempus certaq; animalia restringere, ipsorumque ordinationi circum possessores singuli, quamuis ius pascendi habentes, parere coguntur, *Couar. pract. quæst. d. c. 37. numero 1. in princip. Wesenbec. consilio 18. num. 88.* Præsertim vero hic, cum testes dicant, vltra memoriam ita
10 prohibitum. Frustra & contra ius † ex aduerso prætẽditur de æstimatione der 5. Schilling Heller/ & quod eadem & similia, non Reis, propter defectum Iurisdictionis, sed Actoribus competant.
11 Eiusmodi enim † communitas Actus administrationis potius videntur esse quam iurisdictionis:
12 quæ vero iurisdictio, † cum bonorum vniuersitatis, vel incolarum proprietate, eorundemue bonorum administratione, nil habeat commune, *Couar. pract. quæst. c. 1. num. 10. vers. decima conclusio.* Hinc licet villa de iure communi nullã habeat iurisdictionẽ, adeo vt Rustici nulla iura ipsi sibi eligere possint, per quæ ordinarij seu prouincialis iudicis aut mulctæ minuantur, aut augeantur, dannoch aber so mögen sie gleichwol ein Willkur jhnen setzen: attestante iure Saxonico, Landrichter *lib. 2. art. 85. & art. 79. lib. 3. auth. de nupt. §. disponat. & l. omnium. C de test.* Vnnd diß stehet dem Dorff frey/ nach notturfft/ &c. glossa *d. art. 79.* super verb. kein Recht aber mag es/ &c. *l. fin. C. quæ sit longa consuetud.* Quin etiam quælibet villa, † quan-
13 tumuis non habeat iurisdictionem, potest tamen facere statutum, circa suarum rerum administrationem, puta de pecunia communitatis expendenda, vel colligenda, & alijs, quæ non dependunt de iurisdictione & eiusmodi statuti obseruatione. Villa potest committere officiali † suo, 14
puta Sculteto, à superiore electo vel confirmato. Nullum enim † habent alias executorem, quam 15
suum officialem, qui nisi exequatur, illorum deliberatum esset ludibrio, & officialis † tenetur 16
eorum statuta sequi (alias facit litem suam) non authoritate statuentium, sed authoritate iuris communis, approbantis statutum, attestante *Iohann. Baptist. Caccialup. in repet. l. omnes popul. num. 8. 9. de iust. & iure.* Tanto igitur minus Actores sunt grauati, cum, præsertim sententia à qua dicitur, daß vber deß Schäffers Abtrag/ † daß Gericht zu D- 17
denheim zuerkennen hab: Quo ipso actores appellati magis videri possunt, esse grauati. Quia vero sententiam ipsimet confirmari petunt, eorum petitioni acquiescendum, adeoque pronunciandum esse putat: Bene iudicatum, male appellatum condemnando appellantes in expensas.

Saluo.

Aliud Votum.

Contentus sum argumentis adductis, quibus prioris iudicis confirmatur sententia. Inprimis, quod ex actis constat, & in confesso est, Odenheimios † rerum suarum particularium, & etiam 18
communitatis, proprium habere dominium, vtile videlicet, & sic consequenter, sibi competere tuitionem eius iuris.

Deinde æque constare puto, mulctam, der 5. Pfund Heller/ vel potius emendam, damni illati, prouenientis ex pastu pecoris prohibito, non Dominis Canonicis, sed in vsum d. communitatis cessisse. Ex quo infertur, eius mulctæ vel emendæ moderationem, etiam cõmunitati attribuendam: cum ea † mulcta moderationi accedat, tan- 19
quam causatum ipsi causæ: Sed causati, † siue ef- 20
fectus expressio, tacitam suæ causæ expressionem inducit, *Gribald. fol. 174.* Et causati † idem est iudi- 21
cium, quod ipsius causæ. *fol. 170.* Sed & iuris est, quod pignoratio † siue manus iniectio, Actus iu- 22
risdictionis non est & priuatis nonnunquam cõceditur: Ergo multo magis communitati. Idipsum etiam † suadet æquitas, ne videlicet arbi- 23
trium & moderatio damni illati sit penes damnificantem potius, quam penes læsum, pro qualitate excessus, de quo excessu mulctæ inique retorso, collato ad læsionem, in specie nihil hoc casu est propositum & probatum, concludo cũ Dominis, bene iudicatum, male appellatum. Cum expensis.

D. N. Allegat *consil. Grauett. 238.* cum ad hoc opilio eodem iure censeatur, quo ipsi alij incolæ. Mulcta illa, licet sapiat iurisdictionem: tamen putat, vt per *Panorm. c. quæ in Ecclesiarum. de constit. numero 5. 6.* concludit cum Domino Referente per omnia.

D. N. Concludit per verbum *placet*: quia cau-

24 sa per se satis plana & perspicua, & mulctæ † à communitate exactæ, non intuitu alicuius iurisdictionis, quam Actores Reis fatentur.

D.N. transit cum Dominis: putat Actores intentionem suam probasse, minimeq; elisam esse.

D.N. cum Dominis.

Sententia.

IN Sachen Dechant vnd Capituls zu Brüssel/ pro interesse, vnnd Eberhardt Schäfer/ Principal Appellanten, eins/ wider die Gemeind zu Odenheim / Appellaten / anders Theils. Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt / daß durch Richter voriger Instantz wol geurtheilt/ vbel davon appelliert/ berührte Appellanten in die Gerichtskosten/ an diesem Keyserlichen Cammergericht auffgelauffen / ihnen den Appellaten nach rechtlicher Mässigung zu entrichten vnnd zu bezahlen völlig ertheilendt.

VOTVM XIV.

In causa Bürgerm. Vnd Raht der Statt R. auff der T. contra T.M.

SVMMARIA.

1 *Ad acta notorium inducentia, quando in appellatione quis se refert, iudex causam ex officio pro conclusa acceptare, & definitiue pronunciare solet. Et ita quotidie in Camera obseruatur. num. 2.*

3 *Quæstio de decimis præstandis, de qua in hoc nostro casu agitur, in interpretatione verborũ, contractus seu transactionis adeoq; in mera quæst. iuris consistit.*

4 *Restitutio aduersus transactionem, & rem iudicatam, an locum habeat. Resp. negatiua. num. 45. & 110. Limitatur. num. 317.*

5 *Quid inprimis in hac causa inquirendum.*

6 *Agenti in hoc possessorio quot probanda sint.*

7 *Possessorium vtile, pro quasi possessione rerum incorporalium datur.*

8 *Interdictum, vti possidetis, vt alicui competat, sufficit, quod tempore eiectionis possederit corpore.*

9 *Præsumitur quis, qui se & antecessores suos antiquitus possedisse probauit, etiam nunc possidere. Quod ex communi Interpretum sententia sufficit. num. 10.*

11 *Possessio noua præsumitur vitiosa, probando ipsam antiquiorem possessionem.*

12 *Actor hodie non amplius tenetur probare, se tempore litis contestationis possedisse.*

13 *Possessionem illius temporis, quo contigit spolium, sufficit allegare, & postmodum, se olim possedisse: etiamsi non probetur possessio illius temporis, in quo Actor se spoliatum dicit. num. 14.*

15 *Possidens olim, præsumitur & tempore spoliationis possedisse, præsumitur & hodie possidere. nu. 16.*

17 *Deiectio quare non opus habeat magna probatione.*

18 *Suspicanti se posse repelli, ex quo statim amittit possessionem, vtile interdictum, vnde vi, competit.*

19 *Tempus factæ spoliationis non est necessarium, nisi cum dolus arguitur.*

20 *Cardo principalis controuersiæ huius causæ in quo versetur.*

21 *Verba non solum, prout iacent, sed & quid fieri placuit transigentibus dispiciendum.*

22 *Transactio de futuris non valet: de præteritis vero transigi potest. nu. 23.*

24 *Ex futuris alimentis pendet vita hominis.*

25 *Transactio qualibet est alienatio.*

26 *Ecclesiæ bona sine solennitate requisita alienari non possunt.*

27 *Consuetudo non potest diminuere solennitates à Canone requisitas.*

28 *Transactio ex necessitate inita, absque sollennitate, etiam de iure subsistit.*

29 *Transactio per Reum non seruata, an ab ea recedere possit Actor: Negatur. quod procedit, non solum si transactio tendit ad liberandum, sed etiam si ad obligandum. nu. 30.*

31 *A transactione, vna parte inuita, altera recedere non potest.*

32 *Ex transactione nuda non oritur actio, sed solum exceptio.*

33 *Transactio vestitur quatuor modis.*

34 *Transactio in hoc casu per traditionem & iuramentum est vestita & corroborata.*

35 *Ex transactione hac competit Actori actio propter secutam traditionem.*

36 *Princeps sub fide promittens, habetur pro iuramento, eiq; æquipollet.*

37 *Compromissum sub fide & dignitate Principum firmatum, pro iuramento habetur.*

38 *Pactum nudum vestitur iuramento.*

39 *Differentia inter pacta & transactiones quæ.*

40 *Dispositio iuris, contractibus denegat executionem paratam.*

41 *Transactionis causa, qua actione agi potest.*

42 *Causæ transactione finita resuscitari non debent. Transactio quæ non minorem authoritatem habet, quam res iudicata. num. 43. nec per rescriptum Principis rescinditur. num. 44. nec sub prætextu instrumenti nouiter reperti, vel ob grauem læsionem. num. 45.*

46 *Transactio est contractus innominatus.*

47 *In contractibus Innominatis locus est pœnitentiæ: in transactionis vero contractu speciale est, quod ab ea, etiam re adhuc integra, recedere non liceat. 48.*

49 *Contra transactionem veniens, dicitur venire contra ius & æquitatem naturalem.*

50 *Transactionem initam esse sub duabus distinctionibus & reseruationibus, ex quibus verbis pateat. & num. 51.*

52 *Proprietas verborum* Sonst aber/ *Item* Sonst anderst/ *quæ.*

53 *Verba illa,* Sonst aber alle andere Zehenden/ *quam habeant vim.*

54 *Verba sunt restringenda ad qualitatem ante expressam, quæ excludunt, quando opponuntur rebus, quæ sunt de genere præcedenti.*

55 Di-

55 Dictio, præter, excludit, quando opponitur rei, quæ non est de genere præcedenti.
56 Limitata causa, limitatur effectus, etiam in bona fidei contractibus.
57 Conuentio vltra id quod actum est, non porrigitur.
58 Actum in dubio id solum intelligitur, quod verba demonstrant.
59 Clausula illa, Sonst aber ꝛc. qui intelligenda.
60 Sequentia declarant, & restringunt præcedentia. & num. 160.
61 Verba debent intelligi, vt aliquid operentur, & ne sint frustratoria.
62 Verba in contractibus posita, semper debent intelligi, vt aliquid importent: imo in eis nedum clausula, sed etiam minimum verbum non debet esse sine virtute operandi. nu. 63.
64 Verba præcedentia quando sunt obscura, sequentia vero determinata, tunc sequentia determinant præcedentia. Secus si sequentia obscura & generalia essent, præcedentia vero expressa & determinata. num. 65.
66 Verba præcedentia, Allerdings nichts davon außgenommen/ sunt obscura.
67 Verba sequentia, Sonst aber alle andere Zehenden auff dem Land &c. omnino sunt clara, expressa & restringenda.
68 Verba illa an benannten Orten/ quid inducant.
69 In contractibus magis mens, quam verba attendenda, deque mente vbi apparet, non curamus de verbis.
70 Causa debet inspici, & causa ampliat vel restringit reseruationem, vel exceptionem.
71 Contrahentium voluntatem magis, quam verborum conceptionem inspicere, iustum est.
72 In contractibus veritas rei potius, quam scriptura perspici debet.
73 Scriptura quando plus valet quam quod actum, itemque contrahentium verba potius, quam voluntas, quando inspicienda. ibid.
74 Propositum in mente nihil operatur.
75 In testamentis non sufficit, testatorem ita voluisse, nisi disponat.
76 A verbis receditur, quando aliter constat de mente disponentis.
77 Actum quod est, si non apparet, non est recedendum à verbis: & actum videtur, quod ex verbis colligitur. nu. 78.
79 A verbis contractus cur non sit recedendum.
80 Ex loquela hominis, eius animus iudicatur.
81 Verba contractus, sunt forma contractus, quæ forma dat esse rei.
82 Mentis nostræ nullum est maius testimonium, quam qualitas inspecta verborum.
83 Transigens generaliter, non censetur de vna tantum parte cogitasse.
84 Transigens specialiter de certis & in transactione expressis rebus, non censetur vniuersaliter de rebus omnibus egisse.
85 Incogitantia alicuius, ius alteri inde quæsitum auferre non debet.
86 Propositum in mente retentum, nihil operatur.
87 Iudex quæstiones, in hoc nostro casu contentas facti non admittit.
88 Transactio prætextu alicuius omissi vel incogitati impugnari non debet.
89 Contrahentes, tempore transactionis, inter Rot. & Detvv. marcas discrimen habuisse & constituisse, ex quibus verbis patet.
90 Marca seu territorium qualiter accipiatur.
91 Pagus Detwang non solum distinctas marcas & limites, sed & distinctas & proprias decimas habet: vnde probetur, num. 92. 93. 94. 95. 96. 97.
93 In antiquis sufficit de auditu deponere.
97 Nulla est villa, nullum castrum, quod non suos certos fines habeat, ex iuris præsumptione.
98 Officium suum nemini debet esse damnosum.
99 Ex falso antecedente malum fit consequens.
100 Argumentum à marca iurisdictionis, ad marcam absque iurisdictione non valet. Limitatur ratione decimarum præstandarum. ibid.
101 Aduersis & differentibus nõ infertur de vno ad aliud.
102 Dominorum aliquis nonnunquam Dominium & iurisdictionem, alter vero decimas habet.
103 Propter hoc adesse, non contingit illud abesse.
104 Magis semper inspiciendum quod in præsenti, quam quod olim factum.
105 Transactio olim cum maioribus de omnibus rebus, sub specificatis conditionibus inita, non est ad hoc tempus, vbi alij mores & alia tempora, sub ijsdem conditionibus de rebus omnibus contractis trahenda.
106 Ex quibus verbis pateat discrimen inter antiquam & nouam transactionem initam.
107 Transactionis contextus quis.
108 Læsio, quæ specifice probari debet, non præsumitur.
109 Pro læsione parua non datur restitutio in integrum.
110 Transactio, prætextu læsionis, ob dimidium iusti precij, non rescinditur.
111 Contra transactionem venire volens, tenetur prius offerre restitutionem acceptorum, sin minus sit, non est audiendus.
112 Differens facere quod debet, non potest petere quod debetur.
113 Transactio iuramento vallata tamen prætextu læsionis non infringitur. Nec ei subuenitur, etiamsi vltra dimidiam probetur læsio. num. 114.
115 Priuilegiatus non vtitur priuilegio, contra æque priuilegiatum.
116 Duo vnam eandemque rem, vno eodemque tempore possidere non possunt.
117 Spolium fit quauis deiectione, & sine vi.
118 Possessionem, proprio interueniente facto seu culpa, amittens, Canonis beneficio non gaudet, quod omnium legum Interpretum sententia est receptum.
119 Possessione destituto propria sua culpa, denegatur actio contra bona fidei possessorem.
120 Spoliatus non restituitur, quando possessionem in aduersarium sua sponte transtulit.
121 Reis spolium confitentibus, an quasi exceptio dõ-

minij competat, quæritur. Distinguitur à Dd. num.122.

123 *Transactionis huius quæ fuerit impulsiua & finalis causa.*

124 *Partes ad quem finem consequendum inuicem conuenerint.*

125 *Vocabulum,* Marckung / *in qua significatione à transigentibus acceptum.*

126 *Exceptio firmat regulam, in casibus non exceptis.*

127 *Inclusio vnius, est exclusio alterius. & num.237.*

128 *Ex transactionis causa finali, intentio contrahentium maxime conspicitur.*

129 *Præsumitur iisdem conditionibus & qualitatibus onus in se denuo recipere, quibus antea alicui per transactionem collatum est.*

130 *Nouatio non præsumitur, nisi probetur, nec creditur quis in sui imprimis dispẽdium animum suum, vel voluntatem mutasse, nisi de eo manifeste constet.*

131 *Nemo præsumitur suum iactare.*

132 *Ordinata charitas incipit à se ipso.*

133 *Iuri natura & æquitati conuenit, vt commodum sequatur eum, qui sentit onus,*

134 *Præsumptio est pro magistratu, quod potius prodesse bono publico, quam nocere vellet.*

135 *Præsumitur potius pro eo, qui certat de damno vitando, quam qui captat lucrum.*

136 *Transactio concernens alimenta Ecclesiarum est extendenda.*

137 *Voluntas illa non solum euidens & expressa dicitur, quæ ipsis verbis declaratur, sed etiam, quæ per coniecturas colligitur.*

138 *Expressum dicitur, non solum quod verbis exprimitur, sed & quod euidentissimis signis colligitur.*

139 *Testes duo, maxime si ab aduersa parte contrarium non probatur, sufficiunt.*

140 *Commodum, cum neque principaliter, nec in consequentiam ad singulos inde peruenerit, tunc testes de vniuersitate admittuntur.*

141 *Voluntas deliberata atque certa magis re ipsa probatur, quam verbis.*

142 *Factum secutum ostendit effectum & mentem deliberatam.*

143 *Iudex in pronunciando, Reorum voluntatem, cum perspicua sit potius, quam verba scripta, sequi debet.*

144 *Testimonium mentis nullum maius, quam qualitas verborum.*

145 *Coniectura à voluntate contrahentium, & causa finali ipsa ducta, prævalet coniecturis, ex verbis tantum deductis.*

146 *Voluntates contrahentiũ ob subtilitates verborum impediri ac coarctari non oportet.*

147 *Verbis quod deest, id ex coniectura & mente contrahentium, & causa finali suppletur.*

148 *In transactionibus non tantum quod scriptum, sed etiam quod actum, inspici debet.*

149 *Decimæ ad conseruationem ministerij destinatæ, non debent ad prophanos vsus collocari.*

150 *In contrahentium facultate non est, res piis vsibus semel publica authoritate destinatas, priuato suo contractu, ad alium finem deputare, & Ecclesiæ subtrahere.*

151 *Alienatio omnis rerum ecclesiasticarum, monasteriorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum, quocunque titulo donationis, venditionis, permutationis, cessionis, &c. est prohibita.*

152 *Declaratio potius in iudicando obseruanda, quæ contractum confirmat, quam quæ eum infirmat.*

153 *Voluntas & facultas partium in quolibet contractu perficiendo omnino requiritur.*

154 *Voluntas quando à potestate, & potestas à voluntate discordat, nil valet, quod agitur.*

155 *Cum damno alterius locupletari nõ solum iniquum, sed etiam bonæ fidei contrarium, doliique non minimam suspicionem præbet.*

156 *Ex læsione enormissima, de dolo suspicatur.*

157 *Transactio propter manifestum partis dissensum, necessario corruit, mutuo enim consensu contrahitur, nec ad incogitata porrigitur.*

158 *Transigens super incogitatis & occultis, non tam transigit, quam decipitur.*

159 *Transactio ipsa, vnius partis consensu deficiente, est nulla.*

160 *Verba sequentia ex præcedentibus sunt declaranda, & maxime si obscura sunt.*

161 *Clausula generalis,* Aller anderer Zehend auff dem Land / *refertur tantum ad specificata,* daselbst gelegen.

162 *Verba illa,* Zu deß Ordens eygene Güter daselbsten gelegen / *sunt specificata.*

163 *Verba illa,* Allerdings nichts außgenommen / *generalia sunt.*

164 *Ea plerunq;, quæ in anteriore parte contractus posita sunt, intelliguntur repetita in posterioribus.*

165 *Clausula in fine posita, refertur regulariter ad præcedentia.*

166 *Mens contrahentium, & ratio contractus ipsorum, pro vno eodemque habetur.*

167 *Voluntas contrahentium magis colligitur ex ratione contractus, quam ex verbis; & potissimum ex causa conuentionis.*

168 *Dispositionem ipso effectu suppleri sufficit, licet verba læsa videantur.*

169 *Qui in transigendo aliquid abscondit, sui lucri, & decipiendi aduersarij causa, non potest dolo suspicione carere.*

170 *Dolus est occultare, quod quis celare non debuit: Non enim celare debet, qui cum alio contrahit, id, quod interest scire contrahentis, & quo cognito, non ita contracturus esset. ibid.*

171 *In dubio præsumitur de æqualitate inter contrahentes actum.*

172 *Interpretatio est facienda vt æqualitas seruetur.*

173 *Inæqualitas minor si ex interpretatione à mente contrahentium sequatur, quam ex verbis desumpta, merito contrahentium intentio verbis præponderare debet.*

174 *Dictum illud, quod fatuitas & incogitantia illius, alteri ius quæsitum auferre non debeat, cur hoc loco non procedat.*

175 *Actor aperte mentem suam declarare debet, quod cum*

cum non faciat, sibi imputandum est.

176 Transactio non est trahenda ad ea, quæ pars altera non cogitat, & quorum si fieret admonitio, non ita contraheret. Ratio, nam transactio requirit consensum, qui non est in errante. n. 177.

178 Actor defensiones, siue instrumenta pro se producta, etiam contra se admittere debet.

179 Petitorium iudicium cur in hoc casu locum habeat, & quare possessorium non. nu. 180. 182. 183. & 184.

181 Iudicium possessorium quando, & quando petitorium competat.

185 Transactiones tantum sunt vincula personarum, easque ad dandum vel faciendum adstringunt, res vero ipsas, super quib. interponũtur, non afficiunt.

186 Transactio neque per se, nec sua natura, dominium transferre potest, sed actus naturalis, traditio scilicet requiritur.

187 Patientia in incorporalibus est pro traditione.

188 Patientia cessante, cessat quoque translatio dominij, tanquam illius effectus.

189 Metu gestum, per spontaneum actum subsequentem ita confirmatur, vt amplius retractari non possit.

190 Præiudicium nec in petitorio, nec in possessorio generatur Actori, si Reo iure familiaritatis, & ex ciuilitate aliquid concesserit, vel etiam, si Actore inuito vsus fuerit.

191 Procurator sine mandato domini non recte alienat, nec ius domino competens vtiliter remittit.

192 Vis expulsiua non eodem modo, quo vis compulsiua, per sequentem actum purgari potest, quia vis compulsiua ab initio habet consensum.

193 Voluntas coacta, dicitur voluntas.

194 Voluntas coacta in superficie habet volitionem in medulla nolitionem.

195 In contractibus, per quos, vel dominium, vel possessio, vel obligatio acquiritur, initium, non consequens complementum consideratur.

196 Actor quod non habet, transferre non potest.

197 Renunciatio dominij possessionem, quæ apud spoliatum non fuit, abdicare non potuit.

198 Læsio enormissima ex re ipsa contingens, & dolo, ex proposito comparatur.

199 Exceptio enormissimæ læsionis possessorio opponi non potest, sed tantum petitorio.

200 In petitorio principalis quæstio quæ.

201 Rei sub quo modo ius decimarum in Actores transtulerint.

202 In omnibus dispositionibus, sub conditione, vel modo initis, deficiente modo vel conditione, deficit dispositio. Modus enim est pars ipsius dispositionis, illiusque quasi causa finalis, qua cessante, merito cessat dispositio. num. 203.

204 Prouisio hominis, facit cessare prouisionem legis.

205 Per recessum Imperij, de Anno 55. litigatoribus nostris, facultas super sustentatione ministerij ecclesiastici transigendi, expresse est permissa.

206 In contractibus, cum verba clara sunt, illis omnino est inhærendum, nec contra propriam eorum significationem interpretatio admittenda.

207 Certitudo verborum declarat certitudinem intellectus. Et præsumitur talis animus, qualem verba demonstrant. nu. 208. Nec animus intelligitur sentire, quod verbum non sonat, cum virtus ad illud non porrigatur. nu. 209.

210 Sensus vbi est manifestus, interpretatio nulla tantum valere potest, vt melior sensu verborum existat, quia omnis argumentatio, in casu claro, est reijcienda.

211 Baldus imbecillitati intellectus adscribit, à claris verbis ad coniecturas, tanquam à certis ad incerta recurrere.

212 Verba dubia vel ambigua si proferantur, contra proferentem interpretatio est facienda, quia apertius ea proferre potuit.

213 Ex verbis transactionis in hoc casu quid colligendum.

214 Particula aduersatiua: Sonsten aber/ quid probet hic.

215 Clausula, Sonst aber/ si diuersum à priore non inferat, superuacanea & ociosa erit; quod de tota clausula dispositiua affirmare absonum est.

216 Verbum vnumquodque in qualitatibus, cum effectu & virtute operandi positum intelligitur.

217 Rei merito ex illa clausula Sonsten aber/ etiam secundum improprium illius sensum cur obligentur.

218 Decimæ dominis locorum non debentur, sed parochiis, quæ iurisdictione carent.

219 Decimæ non iure iurisdictionis, sed ad instar quorumlibet fructuum, quorum decimam partem conficiunt, iure soli percipiuntur.

220 A marca iurisdictionali vitiosa est Reorum collectio.

221 Verba clausulæ, In der Statt Marckung/ quid accipienda.

222 Verba impropriè omnino intelligenda sunt, cum in proprio sensu actus subsistere nequit.

223 Certitudo decimarum zu Detwang vnde quoque probetur.

224 Præsumitur hodie durare, quod olim fuit.

225 Definitio enormissimæ læsionis quæ. & numero 226. 227.

228 Ad læsionem omnino probandam requiritur, certam qualitatem exprimi.

229 Quare ea, quæ de reorum mente & voluntate fuse disseruit Correferens, hic non habeant locum.

230 In contractibus, qui synallagma & mutuam obligationem continent, vnius consensus rei substantiam non constituit, sed necesse est, duos, plureſue in idem consentire: Idque quando seruari debeat. numero 231.

232 Verba sequentia cum diuersum à prædecente inferant, impossibile est, ex præcedentibus, tanquam ex simili intelligi posse.

233 Decimæ non recte assignantur domino in eo, quod illius totum est.

234 Res sua sicut domino seruire non potest: ita in rebus propriis onus decimarum vlli constitui non potest.

235 Actor in hoc casu, quare condemnetur.

236 Actor petitionem, post litis contestationem, in præ-

iudicium Rei qui eam acceptauit, mutare non potest. & nu. 237.

238 *Geminatio alicuius clausulæ, naturam partium deliberationem, & disertam præcisamque earum voluntatem arguit.*

239 *Omnia qui dicit, nihil excludit.*

240 *Post casum decisum non amplius laborandum, nec rem in dubium vltra vocandam.*

241 *Iudex in vltimis voluntatibus, quæ fuerit defuncti sententia, non aliter, quam venator leporem indagare debet.*

242 *In contractibus, præcipue qui stricti iuris sunt, in quibus Cancelli à contrahentibus circumscripti, minime transiliendi, sed quod nominatim non expressum, pro amisso ipsaque verba sunt pro lege habenda. Nec aliud, quam quod in scriptura est expressum, actum intelligitur. n.243.*

244 *Testamenta, cum ex sola testatoris voluntate dependeant, merito quibuscunque possumus coniecturis inuestigare atque inspicere debemus.*

245 *Nemo existimandus dixisse, quod non mente agitarit: Et ex hominis loquela, eius animus iudicatur.*

246 *Patrocinium à dolo implorare, æquitatis ratio non patitur.*

247 *Contractui legem apertiorem non dicens, cum facultas summa, & spatium deliberandi liberum ei daretur, sibi imputet.*

248 *Contractus ab initio sunt voluntatis, at ex post facto necessitatis.*

249 *Beneficium in ipsius collatoris damnum & necem velle interpretari, æquitati minime consentaneum esset.*

250 *Commendator, persona nimirum specialis, toti ordini cui transactione ius quæsitum, præiudicium aliquod creare nequit.*

251 *Decimarum præstatio, est quædam seruitus.*

252 *Decimæ non tam personarum, vt puta Episcoporum aut Clericorum, sed ratione Ecclesiarum à Deo sunt constitutæ & reseruatæ, inque dominio Ecclesiarum esse censentur.*

253 *Decimæ parochiali Ecclesiæ sub qua prædia sunt, dari debent.*

254 *Decimæ diuerso effectu, Deo & Clericis soluuntur: Deo enim, in signum vniuersalis dominij, Clericis vero solummodo pro diuino officio.*

255 *Decimæ pauperibus dari non possunt, cum ipsis Clericis debeantur.*

256 *Nullus Clericus vel Laicus, pactis aut transactionibus, vllam potestatem decimarum prouentum ab Ecclesia abstrahendi habet, Et traditio, si qua facta fuerit, habetur pro irrita.*

257 *Res cum suo onere transit.*

258 *Altari qui seruit, de altari viuet.*

259 *Cessante priuilegij causa, etiam eius effectus cessare debet.*

260 *Quod in fauorem Ecclesiarum & ministeriorum est constitutum, id in ipsorum odium trahi non debet.*

261 *Legum Correctio est vitanda.*

262 *Priuilegia Ecclesiarum magis, quam priuatorum pactiones attendere æquum est.*

263 *Verba illa,* Wie bißhero / auch fürbaßhin dem Orden bleiben / *antiquam perceptionem & possessionem denotant.*

264 *In transactionibus & aliis contractibus, non solemus à verbis recedere.*

265 *Intentio Reorum, in hoc casu, de retinendis decimis ad vtranque Ecclesiam pertinentibus fuisse, vnde præsumatur.*

266 *Verba illa vniuersalia,* Allen Weinzehenden *nullas decimas vinearum excludunt.*

267 *Verbum,* Marchiæ *vnde ducat originem. Propriæ vero considerata significatione, Marca siue Marchia, quæ num. 269.*

268 *Marchiones', limitum præpositi dicti sunt, quod aduersus hostes militarent.*

270 Dettwang *est de pertinentiis* Rotenburg *eiusque iurisdictioni subest.*

271 *Transactio per errorem nõ impugnatur: Secus tamen si error reipsa comprobatur: tunc enim, vbi inter partes diuersa est sententia, rescindi potest transactio. & num. 272.*

273 *Ecclesia, ciuitas & minor æquiparantur.*

274 *Minor, si transigendo ex verborum effusione damnum subeat, per in integrum restitutionem ei subueniri debet.*

275 *Mens, quando est certa, non curatur interpretatio, à mente aliena.*

276 *Interpretatio non debet fieri ad literam sed ad sensum, vt qui verbis præualet.*

277 *Contrahentium propositum, quibuscunque etiam verbis, siue proœmialibus, siue dispositiuis appareat, sufficit.*

278 *Contrahentes etium de decimis ex finibus* Dettwangensibus *colligendis sensisse, quibus verbis ostendatur*

279 *Verba conuentionis sunt attendenda.*

280 *Decimas vinearum zu* Dettwang *in fauorem Reorum in Conuentione esse inclusas, ex quibus appareat.*

281 *Rei cuius vigore & ope adepti sunt quasi possessionem, in decimis colligendis zu* Dettwang.

282 *Verba ex natura & qualitate contractus, secundum obiectam materiam intelliguntur.*

283 *Commoda cuiusque Rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, secundum naturam est.*

284 *Absurdum est alium habere commoda, aliumque sustinere incommoda.*

285 *Lex conuentionis est interpretanda, ne iniustum aliquid & rationi contrarium inducat.*

286 *In dubiis benigniora semper sunt præferenda. Eaque assumenda interpretatio, quæ vitio careat.*

287 *Verba debent interpretari contra eum, qui se fundat ex verbis, & qui ex eis vtilitatem percipere vult.*

288 *Interpretatio in hoc nostro casu, eo magis contra Actorem nostrum est facienda, cum is ad lucrum sine onere anhelet; Rei vero certent de damno vitando.*

289 *Frangenti fidem, frangatur eidem.*

290 *Dispo-*

290 *Dispositio Canonis redintegranda, qua ratione sit inducta.*

291 *Spoliato, qui iustam causam se spoliandi spoliatori praestitit, & vel ex facto suo, aut alia iusta causa à possessione cecidit, remedium Canonis redintegr. non conceditur.*

292 *Emphyteuta, si ob non solutum Canonem infra biennium, cecidit à possessione, nō competet ei remedium recuperandæ possessionis.*

293 *Priuata authoritate occupans rem sibi debitam, ex eo facto ius accipiendi non nanciscitur.*

294 *Emphyteutæ non soluente Canonem, dominus directus ad se recipiens fundum Emphyteuticum nihilominus recuperat vtile fundi sui dominium.*

295 *Commendatores Commenduris præficiuntur, personamq; magistri præsentant.*

296 *Transactionis interpretatio, in magna lucri & oneris inæqualitate magis pro oneratis, quam de lucro certantibus, facienda est.*

297 *Sententia à qua, in hoc nostro casu, cur non confirmari possit.*

298 *Res semel Deo dicata ad vsus humanos non debet transferri.*

299 *Rotenburgenses* besitzen daß Gericht vnnd ämpter zu Detwang/ haben daselbsten die Oberkeit/ꝛc.

300 Detwang ist ein Anhang der Statt vnnd Marckung Rotenburg.

301 *Detwangenses* seyn Burger zu Rotenburg.

302 *Transactio, eiusue clausula,* Sonst aber alle andere/ꝛc. *quare inanis, superflua, aut otiosa non sit.*

303 *Scientia & patientia retentionis alicuius rei, pro traditione habentur.*

304 *Confessoria actio datur alicui, ratione iuris sibi debiti contra impediētem ad declarationem sui iuris.*

305 *Decimæ iam sunt alienabiles.*

306 *Probato vnius partis dissensu, transactio corruit.*

307 *Per duos vel tres testes contrarium, contra instrumentum probari potest. Licet tali instrumento appositum sit sigillum publicum. num. 308.*

309 *Probatio in contrarium, contra quamlibet scripturam, tam priuatam, quam publicam admittitur.*

310 *Verba illius clausulæ,* Sonsten aber/ &c. *sunt generalia,* von Weinzehend aber reden sie *in specie.*

311 *Transactionis proœmium quoque declarat, quod Rei verba in transactionis instrumento alio sensu acceperint.*

312 *Interpretatio contra eum, qui tantum de turpi lucro certat, præsertim si litera conuentionis illud patitur, facienda est.*

313 *Nemo decimas Ecclesiæ potestatem auferendi habet.*

314 *Dispositiones ita intelligendæ ne sequatur absurdum, & læsio partis.*

315 *Non debet in consequentiam trahi, quod contra iuris rationes introducitur.*

316 *Actor, quare de spolio iustam conquerendi causam non habeat.*

318 *Iuramentum in transactione iurata, si enormissima læsio adest, non valet. Imo sine relaxatione auditur num. 319.*

320 *Cardo controuersiæ in illis verbis,* Ob der Zehend zu Detwang auch darinnen begriffen/ *Transactionis versatur.*

321 *Verba sunt cordis nuncia, hominisque mentem adeo declarant, vt ex speculo facies cognoscitur.*

322 *In ore & mente præsumitur esse idem.*

323 *Verba in contractibus habentur pro textu, cui magis quam glossæ credendum. Eique standum est, licet aliæ præsumptiones præponderent in contrarium. num. 324.*

325 *In materia stricti iuris, nulla syllaba otiosa intelligitur.*

326 *Verba ad eum casum, in quo sunt superflua, restringi debent, dummodo sanus intellectus accommodari possit.*

327 *Verba contractus, vt aliquid operentur, impropria ripotius debent.*

328 *Verba cum sint clara, non sunt disputanda, nec ab eis recedendum, nec sunt expendenda.*

329 *Læsio transactionis probari debet tempore contractus, nec valet, si post. Quo casu nec Ecclesia restituitur, aut Transactio rescinditur. num. 330. Imo nec prætextu vltra dimidium iusti precij. numero 331.*

332 *Decimæ per vim occupatæ, & non restitutæ, debent prius restitui.*

333 *Iniquum est, pacto id perimi, de quo cogitatum non docetur.*

334 *Quilibet propria authoritate sibi consulit in suo territorio.*

335 *Detractio siue limitatio fit, quoad species, & particulariter.*

336 *Ab vna specie vel parte, non ad aliam, multo minus à specie vel parte ad totum, vel genus fit illatio.*

337 *Decimæ hic non considerantur iuxta territorium iurisdictionis.*

338 *Decimæ diuerso respectu hic considerantur.*

339 *Decimæ in specie distinguuntur & separantur, in limitatiuis & reseruatoriis: Et hoc quidem dupliciter.*

340 *Consideratio vniuersalis, totius parochialis circuli, ad quem effectum extendatur. num. 341.*

342 *Consideratio particularis decimarum; quomodo fiat.*

343 *Distinctiones in hoc nostro casu positæ, non pertinent ad materiam subiectam.*

344 *Nostra non amittimus, non vtendo, nisi per iustam præscriptionem.*

345 *Decimæ dupliciter ad* Detwang *pertinere dicuntur. & num. 346.*

347 *Is, cui ex pacto ius quæsitum est, onus probandi, per certas, non ambiguas clausulas, de quo se cogitasse asseruit, subire debet.*

348 *Scopus totius causæ in quo consistat.*

349 *De iure communi fines late accipiuntur.*

350 *Fossa inter duos fundos, & ingressus inter duos vicinos, vel duas domos, vtriusque vicinis pro media parte cedit.*

351 *Decimæ circa pagum* Detwang *interdum specialissime accipiuntur. Et huius ratio quæ. num. 352.*

352 Das

352 Das Ruggeschrey, *propriè pertinet ad rationem ruralis Marchiæ*, der Feldmarckung.

353 *Non enim quicquid ab inuito sumitur, iniuriosè auferetur.*

354 *Verborum proprietas suo loco quæ.*

355 *Clausula in hoc casu posita quasi superflua. Item cur absurda. num. 356. Iurique cur aduersa. numero* 357.

358 *Actor ante transactionem obligatus fuit, ad alimentandos decem presbyteros idoneos.*

359 *Decimæ siue alimenta ministrorum Ecclesiæ alicuius, præterito tempore iniuste detentæ, à quocunque detentore seu possessore peti possunt. Et illi, cur teneantur restituere. num.* 360.

361 *Remissio decimarum, vt minus percipiatur de decimis ad vsus sacros & ministerium, quam de iure diuino sit debitum, est inualida.*

362 *Administratores ciuitatum, debitum liquidum, nisi quis studio cæcutiat, remittere nequeunt. & quare. ibi. num.* 363.

363 *Remittere & donare est species dilapidationis.*

364 *Mandatum quantumcunque generale, ad casum donationis non extenditur.*

365 *Natura non patitur, vt qui ex imprudentia vulnus accepit, ob hoc Chirurgi manu destituatur.*

366 *Leges indigne læsis, suum auxilium non denegant.*

367 *Tranquillitati nihil magis inimicum, quam sub iuris prætextu statuere alterum in alterius vtilitatem grauari.*

368 *Restitutio cum alterius iactura dari non debet: Nec ob aduersarij commodum alicui venit deneganda.*

369 *Æquitas non patitur eum destitui, qui æquum & bonum inuocat, ne inde iniuriæ occasio nascatur, vnde iura profici sci debent.*

370 *In hoc casu agitur tam de iure Ecclesiæ, siue ministerij, quam de iure Reipub. vel bono publico.*

371 *Respublica & Ecclesia iunguntur iure minoris.*

372 *In causis Ecclesiæ simul & Reipub. facilime restitutio iure permittitur.*

373 *Læsio enormis, ex qua Ecclesia restituenda venit, qualis debet esse.*

374 *Læsio Reorum vnde processerit.*

375 *Dolus & deceptio ex magna læsione colligitur.*

376 *Dolusque præsumitur, vbi læsionis enormitas est in aperto.*

377 *Coniecturæ singulæ quando non sufficiunt ad conuincendum dolum, tunc simul & coniunctim plures conglutinatæ, aperte conuincunt dolum.*

378 *Non læsus nec ius, nec occasionem petendæ restitutionis habet, cum non entis nullæ sint qualitates.*

379 *Restitutionis tempus, non nisi à tempore scientiæ incipit currere. Item à die latæ sententiæ. num.* 381.

380 *Ecclesia in petitione restitutionis plus iuris habere dicitur, quam alij.*

382 *Remedium ordinarium quandiu supereſt, non est recurrendum ad extraordinarium.*

383 *Quæritur, an minor, Ecclesia, & Respublica, petere possint restitutionem in integrum, contra contractum vel transactionem iuratam. Responsio cum distinctione sub num. 2. & seq.*

386 *Iuramentum non est vinculum iniquitatis. Neque iuramentum, interueniente dolo, obligat cum effectu. num.* 387.

388 *Læsio reipsa & iniquitas vbi in obligationibus apparet, non habet locum auth.* Sacramenta puberum.

389 *Dolum inesse proposito, vel reipsa, in iure æquiparantur.*

390 *Doli probatio etiam ex coniecturis colligitur.*

391 *Iuramentum ratione doli & enormis læsionis facile remittitur.*

392 *Minor licet ad aliquem actum communi iure vel constitutione legitimetur, non tamen in integrum restitutio sibi denegata intelligitur.*

393 *Iuramentum reale, & fidei præstatio plerunque æquiparantur. Præstatio autem facilius relaxatur, quam iuramentum.*

394 *Veniens contra iuramentum acrius punitur quam veniens contra fidei præstationem.*

395 *Iuramentum corporaliter præstare maius reputatur, quam fidem promittere.*

396 *In integrum restitutionis petitio conditionaliter fieri potest alteratiue, vel euentualiter.*

397 *Clausula* Sonsten aber / *qui intelligenda.*

398 *Transactionis verba quæ considerandæ. numero* 399.

400 *Clausula* Sonsten aber / *disponit generaliter, sed certum. Et si et generalis sit, tamen priori vniuersali clausulæ nihil derogare videtur. Et quare. numero* 401.

D. N. Referens. Formalia iustificata sunt: Procuratoria sufficiunt: nisi quod D. N. post submissionem 11. Iunij Anno 78 factã, diem obierit. Et quamuis facili negocio eius successor procuratorium exhibere potuisset: tamen iuxta Abschied / Anno 78. hoc necesse non esse, Dominis visum fuit. Procurator appellantium in libello articulato 16. Augusti Anno 76. dato, petit pronunciari, male iudicatum, bene appellatum. Appellati vero Procurator 19. Martij, Anno 77. litem negatiue contestando, dicit contra libellum generalia, petens pronunciari, bene iudicatum, male appellatum. Eodem die appellantium Procurator repetit suum libellum, loco articulorum, & mutato, petit eosdem ad probandum admitti. Appellati vero Procurator: quandoquidem nihil noui ad rem facientis contineat, per generalia definitiue concluſit, referendo se ad acta, † quæ notorium inducant, *Iaſ. in l. eius qui. numero 3. ſi cert. pet.* Quo casu Iudex talia grauamina nec ad respondendum, nec ad probandum admittere, sed causam ex officio pro concluſa acceptare, & definitiue pronunciare solet, quod Iuris est. Et ita † quotidie obſeruatur in Camera: textus est *in l. emptorem. §. in replicatoriis. C. de appell. Ordinat. part. 3. tit. 33. §. pen.*

1

2

Non

Non obstat, quod in hac instantia, in Replica 22. April. Anno 78. exhib. Appellantes d. grauamina ad probandũ admitti petant, præsertim verò 36. 55. 56. 58. articulos, & 36. articulo auferant, wie sie alle Oberkeit vnd Gerichtbarkeit zu Dettwangẽ/ An. 1383. an sich kaufft haben: quia hoc probatum ipsos non releuaret, & parum ad decisionem huius causæ facit, cui competat iurisdictio. Quin & hoc quasi probarunt in actis primæ instantiæ. Item, quod 55. 56. & 58. articulis ponant, das bewẽißlich / daß die Einwohner zu Dettwangen / der Enden vber zehen oder fünffzehen Morgen Weinberg nicht haben / die Rotenb. aber bey zehenmal so viel. Quia hic non de proprietate agrorum, 3 sed de decimis præstandis est quæstio, † & causa * in interpretatione verborũ contractus seu transactionis, adeoque in mera quæstione iuris consistit. In euentum verò petitur restitutio † aduersus transactionem, & rem iudicatam: 4 An locum habeat, infra videbitur, vbi de læsione tractabitur: forte non habebit opus.

Prius itaque, quid in hac causa pronunciandũ sit, dispiciamus. Vt autem hoc commodius fiat, 5 primò inquirendum erit, † quæ fuerit Actio instituta. Secundò: An illa probata. Tertiò: Cardo illius controuersiæ, in quo principaliter consistat. Quartò: An à partibus hinc inde producta Transactio sit valida. Quintò: An actor, cum transactio à Reis non sit seruata, ab eadem recedere possit. Sextò: quod si ei hoc non licet, sed ad transactionem restringatur, an ex eadem contra Reos agere possit. Septimò: quà demum actione contra eosdem experiri queat. Octauò: An illa probata. Nonò: An Elisa. Decimò, quid pronunciandum.

Et sanè hanc litem coram Arbitris, erkorn / vigore deß Religionfridens/de An. quinquagesimoquinto. §. Vnnd ob solcher Bestellung halben &c. Cœptam esse, non videt: planeq; summarium processum, recuperandæ possessionis, (fortè, ex *cap. redintegranda. tert. quæst.* 1. quo pinguius consultum, secundum omnes, videtur spoliato, cum extensionem recipiat, vt per *Menoch.* 1. *remed.*) institutum esse, ex libello summario, decimooctauo Aprilis Anno 76. exhibito, & ex sententia à 6 qua euincitur. In hoc verò possessorio, † duo probanda sunt agenti. Videlicet possessio, & eiectio 7 econtra. Et quod hoc detur: vtile, † pro quasi possessione rerum incorporalium, est textus, *in l. 3. de vi & vi arm.* Sicut etiam datur interdictum, vti 8 possidetis: Et sufficit ad hoc, † vt alicui competat hoc remedium, quod tempore eiectionis possederit corpore: *Schurff. consi.* 57. *nu.* 11. *cent.* 2. Satis constare ex transactione, quod Actor in possessione omnes omninò decimas acceperit: Quia An. 56. d. transactio inita, in qua dispositum: quod rei in posterum d. decimas (litigiosis exceptis vti Actor ait) subleuare debeant: vnde dicitur semper in possessione mansisse, weil er sich deren nie begebẽ. Quin & Actorum illius anni 56. decimas adhuc percepisse: idque constare ex litis contestatione. §. Vnd vermag der / &c. Et cum anno sequenti, 57. Rei d. decimas collegerint, Actor se statim opposuit, vnd fürbaß / in possessione semper mansisse videtur. Præterea, ex quo probauit, † se & ante- 9 cessores suos antiquitus possedisse, præsumitur etiam nunc possidere. *Bartol. in l. Pomponius. § fin. l. siue possidetis. C. de probat. Wesenbec. consi.* 20. *num.* 2. Et hoc sufficere, † ex communi interpretum sen- 10 tentia, tradit *Menoch. dict. remed.* 15. *num.* 383. Quia probando † ipsam antiquiorem possessionem, no- 11 ua præsumitur vitiosa. *Menoch. d. loco nu.* 384. Et licet in hoc Actor debeat probare, † se tempore li- 12 tis contestationis possedisse, § *sed interdicto. instit. de interd. Bartol. l.* 1. § *quod autem num.* 13. *vti possidetis.* Tamen id hodie non seruatur. *Wesenb. dict. consil. Menoch. d. remed. nu.* 286. probat, quod sufficit allegare possessionem † illius temporis, quo contin- 13 git spolium, & postmodum probare, se olim possedisse: etiam si † non probetur possessio illius 14 temporis, in quo Actor se spoliatum dicit. Nam tunc præsumitur, † qui olim possidebat, & tem- 15 pore spoliationis possedisse: Et qui olim † posse- 16 dit præsumitur & hodie possidere *c. olim. de restit. spoliat.* Et præsumitur ciuilis retentio, quæ sufficit ad consequendã naturalem *l. clam possidere. § qui ad nundinas. vti possid. Bartol. l.* 1. § *interdictũ. verb. siue autem de vi & vi armata*

Deiectio non opus habet † æque magna pro- 17 batione: Quandoque probari in casu inficiationis debeat *glossa in leg. si duo ff. vti possid.* § 2. *Menoch.* 3. *remed. retin. n.* 292. Siue præsens, siue iam facta, siue saltem præcedente iudicio superueniens, *Bald. d. c. licet causam, Menoch. iam d. loco nu.* 559. Cum sic causa, qua re hac causa detur. Nec verò hic necesse est violentiam aliquam probare; etiamsi in libello fuisset adducta: quod tamen hic factum non est: *textus & Dd. in leg extat. de eo quod met. caus. Menoch. d. loco n* 397. Imò si suspicor tantum, † me 18 posse repelli: Et quo statim amitto possessionem, vtile interdictum vnde vi, mihi competere, concluditur per *Bartol. & alios post gloss in dict. l.* § *siue autem. verb. possessionem. de vi & vi armat. Schneidew. in* § *recuperandæ. instit. de interdict. num.* 21. Tempus quoque factæ spoliationis, † quoad annum, scilicet, 19 Anno 57. in summario libello expressum est, & in confesso est: Quod tamen non est necessarium, nisi cum dolus arguitur. *Bart. in d. l.* 1. *n.* 7. *Menoch. d. loco n.* 459 *cum seqq.* & tantum, quoad primũ & secundum punctum.

Cardo principalis controuersiæ † in eo vèrsa- 20 tur, welcher Parthey/Krafft deß auffgerichten Vertrags / der Weinzehend in Dettwangen zustehe vnd gepüre. Et sic in dubium vocatur d. transactio. Proindè non solum verba, † prout iacent sed & 21 quid fieri placuit transigentibus, dispiciendum.

Iam primò videndum, an à partibus celebrata transactio sit valida. Et sanè inualida dici posset, cum de alimentis & prouisione ministrorum concepta sit: Transactio verò † de alimentis fu- 22 turis non valet. *leg. de alimentis. Codic. de Transactio. leg. cum hi. ff. eod.* Sed de præteritis † potest transi 23

24 gi. Quia ex futuris † alimentis pendet vita hominis. Sed respondetur, de authoritate & consensu Imperatoris hanc transactionem initam esse: Ergo dictæ LL. non habent locum. §. Vnd ob solcher Verstellung halben / &c. de pace relig. In super etiam inualida dici posset, cum quælibet
25 transactio † sit alienatio: Est enim species alienationis *l. 1. verb. at si transegerit. Si quid in fraud. poss.*
26 Sed Ecclesiæ † bona sine solennitate requisita alienari non possunt: *auth. hoc ius porrectum. ibi glos. C.*
27 *de SS. Eccles.* in tantum, vt solennitates † requisitas à Canone non possit etiam consuetudo diminuere, communis est opinio per *text. & Dd. in cap. de re iud.* Quare inferri potest, hanc transactionem inualidam & nullam esse. Respondetur autem:
28 Ex necessitate † transactionem initam esse, quo casu absque solennitate, etiam de iure subsistit: *Socin. reg. 110. fol. 3. textus in dicto §.* vnnd ob solcher Bestellung halben.

Ad quintum punctum. An Actor eo, quod
29 hactenus transactio per Reos non sit † seruata, ab eadem recedere queat: Breuiter respondetur, quod non: *d. l. quamuis. C. de transact. ibi Bald. glos. & Dd. in l. si pecuniam. de cond. ob caus.* Quæ non solum
30 procedunt † si transactio tendit ad liberandum: sed etiam si tendat ad obligandum, *l. si super possessione. Codic. de transactio.* Et iure singulariter cauetur: quod vna parte inuita, † altera ab ea recedere non possit. *Dd. in l. fratris tui. C. de transact. Litium. dirimendarum fauore.* Cum ergo Actor à transactione supra dicta nequeat discedere: Ideo videndum.

Sextò & septimò: An ex eadem contra Reos ei competat Actio, sin minus, qua demum actione contra eos experiri queat. Et sane regulariter
32 ex nuda transactione † non oritur actio, sed solum exceptio, *l. siue apud acta. C de transact. l. cum proponas. C. de tit. Ferrar. in form. libell. quo agitur, vt pacta seruentur. verb. transactiones, Mynsing. consi. 45. num. 18.*
33 Vestitur autem transactio † quatuor modis: videlicet, traditione, stipulatione, iuramento, & acceptilatione, *glos. & Dd. in d. l. siue apud acta. l. cum proponas. C. de transact. l. quis maior. C. eodem.* Verum
34 hæc nostra Transactio † per traditionem & iuramentum est vestita & roborata, & sic amplius nõ sumus in meris finibus & terminis transactionis, vt habet copia transactionis, & ex actis & dictis testium patet, daß Reis der Weinzehend gefolgt worden. Adeóque propter secutam traditionem
35 ex † hac transactione Actori competit actio. Quod etiam iuramento sit vallata, patet ex verbis: Wie wir dann für vns vnnd vnser Nachkommen / Orden vnd gemeyne Statt / bey vnsern Fürstlichen / &c. Expeditum enim est, † quando Princeps promittit sub fide, habeatur pro iuramento,
36 eique æquipolleat *Mynsing. obseru. 17. cent. 1.* & concluſum dicit in causa iuniorum Marchionũ Ba-
37 densiũ An. 43. vbi compromissum † firmatũ sub fide & dignitate Principum, pro iuramento fuit habitum; Vnde iterum patet, ex hac transactione
38 actionem competere: quia iuramento † vestitur pactum nudum. *l. si quis maior 25. C. de transact: Iaſ. in l. si pecuniam. de cond. ob caus.* Inter pacta † verò & 39
transactiones, non alia est differentia, quam quæ est inter genus & speciem. Nam omnis transactio est pactum: sed non è conuerso: vt colligitur ex definitionib⁹. Quin imò sunt, qui putant, Transactionem habere paratam executionem, impetrato Iudicis officio. Quod non probatur: quia à dispositione iuris non est recedendum, contractibus † paratam executionem denegante *l. minor 25. annis. ff. de minor. Et recte Alciat in d. l. fratris.* 40

An prima actione, † an præscriptis verbis, an 41
dolo, vel ex stipulatu agi transactionis causa possit, *d. l. actione l. mota. C. de transact.* Si officio Iudicis, confestim executio concederetur. Quare concludit, ex dicta transactione Actori actionẽ competere, & actum esse, in totã seriem facti, vt Rei cum quibus transegit transactionẽ seruent: sicut verba, quibus inter illos conuentum est, illud postulant: cum alia non sit huiusmodi transactionum forma & exitus, quam vt seruentur, secundum tenorem & præscriptũ verborum. Et in illũ finem Actor in summario libello, factũ obiter in dici recensuit, & initam transactionem produxit.

An probata?

Quod facta & celebrata inter Actorem & Reos, quoad ministeria Ecclesiæ conseruanda, sit transactio, in confesso est: & satis demonstrat ab vtraq; parte instrumentum transactionis productum: Sed iuris est certi, causas † transactione 42
finitas resuscitari non debere *l. causas ibi. Dd. C. de transact.* Quia non minorem † authoritatem ha- 43
bet, quam res iudicata, *l. non minorem. C. de transact.* quia nihil magis conuenit fidei humanæ, quam pacta seruare. *l. 1. de pact.* Ideo nec per rescriptum † Principis rescinditur: *dict. l. causas vel lites:* 44
nec sub prætextu † instrumenti, nouiter reper- 45
ti, nec ob grauamen læsionum *l. Lucius. § fin. ad Trebell. ibi gloss. & Bartol. gloss. & Dd. c. cum causa. de empt. & vend.* Nec est locus pœnitentiæ. Quod procedit, nedum in transactione, quæ tendit ad liberandum, sed etiam quæ tendit ad obligandum, *l. si super possessione. Codic. de transact.* Nam licet Transactio † sit contractus innominatus *leg* 46
prima, verb. transigendi. ibi gloss. Bartol. de pact. l. 2. l. cum proponas. C. de pact. & in contractibus † innomina- 47
tis locus sit pœnitentiæ, *dict. l. si pecuniam:* tamen speciale † in contractu transactionis, quod rece- 48
di non potest ab ea, etiam re integra, & hoc, odio litium, *d. l. fratris.* Quare † veniens contra transac- 49
tionem, dicitur venire contra ius gentium, & æquitatem naturalem. *l. 1. pr. de constit. pec.* Per quæ clarè infertur, quod in præsentiarum, vna partium, altera inuita & renitente, nullo modo resilire ab eiusmodi transactione inita possit. Cæterum in proposito nostro lis est de interpretatione & intellectu Transactionis. Nam Rei vniuersas decimas, tam in Rotenburgensiũ, quam Detvvangensiũ finibus & terminis, per d. Transactionem sibi concessam esse & competere, affirmant: Actor verò decimas in Detvvangensium

finibus

nibus sibi reseruasse contendit. Et sic distincte: Rei verò indistinctè, vniuersaliter, absque vlla separatione, d. transactionem accipiunt. Et sanè ex instrumento Transactionis ad oculum patet, sub duabus distinctionibus & reseruationibus d.
50 transactionem initam esse. Patet ex † verbis: namque primò: Daß Actor sich verpflicht vnnd nachgeben / allen Wein vnd Frucht / vnd auch den kleinen Zehend / sampt künfftigen new gereutten / so viel deß alles in jhrer Statt / vnd derselben zugehörigen Gemarckung / vnserm Orden gebürt vnnd zustehet / allerdings nichts davon außgenommen / dann allein den grossen vnnd kleinen Zehenden von vnsers Ordens Güttern in gerürten Gemarckungen gelegen. Et hæc prima distinctio & reseruatio à partibus non impugnatur, nec in controuersiam trahitur. Subsequitur verò paulò post in sæpe d. Transactione, alia insuper distinctio &
51 reseruatio, ita habens: † Vnd soll solches angehen mit dem Wein in nechst künfftigem Herbst / diß Jahrs / vnnd aller Frucht / groß vnnd kleiner / auch Weinzehend in der Statt Rotenburg / vnnd derselben Marckung / forthin / den von Rotenburg. Sonst aber all ander Zehend auff dem Land / gen Detwangen gehörig / wie bißhero / also auch fürbaßhin / vnserm Orden / vnd desselben Hauß / werden vnd bleiben. Et hæc secunda clausula impugnatur.

Planè quoad hæc verba, & hanc secundam reseruationem, ea videtur perspicua esse: quia ibi dicitur: Sonst aber all ander Zehend gen Detwan-
52 gen ꝛc. Nam proprietas horum † verborum: Sonst aber / Sonst anderst / reseruationem inducunt, & eius sunt naturæ, vt contineant dispositionem contrariam dispositioni de præsenti.

Quippe illa verba latinè alioquin redduntur, quæ dictio denotat dispositionẽ contrariam disponi præcedenti, vt *Iason in l. in personam. num. 23. de Action. allegans Bartol. in l. 1. col. 3. versic. quarto quæro. de condit. & demonst.*

53 Proinde illa verba, † Sonst aber all andere Zehen / eandem vim habent, ac si dixisset, reliquas verò decimas gen Detwang gehörig / sollen dem
54 Orden bleiben / & sunt verba restringenda ad † qualitatem ante expressam, quæ excludunt, quando opponuntur rebus, quæ sunt de genere præcedenti, vt si dico: Lego tibi omnes meos libros, præter Codicem.

55 Licet dictio, præter, † excludat, quando opponitur rei, quæ non sit de genere præcedenti: vt si dico: Lego vxori suppellectilem domesticam, præter mundum suum muliebrem. Quapro-
56 pter limitata causa, † limitatur effectus, *leg. si de certa. Codic. de transact. leg. cum Aquiliana. ff. eod. leg. in argric. de acquir. rer. domin.* etiam in bonæ fidei contractibus. *leg. cum seruo. de contrah. emp.* vbi etiam
57 vltra id, † quod actũ est, non porrigitur conuentio. *l. cum ab eo §. 1. de contrah. empt. l. ex empto. de action.*
58 *empti.* Actum autem † in dubio id solum intelligitur, quod verba demonstrant *leg. sicut. §. si debitor. quib. mod. pign. vel hyp. leg. si seruum. §. sequitur. de verb. obligat. l. Labeo. de suppell. leg.* Ideo virtute postremæ clausulæ deß Vertrags / † sonst aber / ꝛc. 59
præcedentia intelliguntur, restringuntur & declarantur: scilicet, daß alle ander Zehẽ auff dẽ Landt gen Detwangẽ gehörig / wie bißhero / also auch fürbaß hin / dem Orden bleiben sollen: quia sequentia † de- 60
clarant & restringunt præcedentia *l. si seruus pluribus. § fin. de legat. 1. l. si cum fundum de verb. obl.* Et verba † sic debent intelligi, vt aliquid operentur, & 61
ne sint frustratoria. argumento *l. si quando. de legat. 1. l. si quando in princip. de inoffic. test.* Et præsertim in contractibus, † in quibus verba posita semper 62
debent intelligi, vt aliquid importent: Imò in iis nedum † clausulæ, sed etiam minimum verbum 63
non debet esse sine virtute operandi. *Bald. in rubr. Cod. de contrah. empt. n. 16 & 17. Dec. consilio 473. n. 3. Wesenbec. consilio 52. num. 40. Schurff. consilio 32. 36. cent. 1.* Proinde, quando præcedentia sunt obscura, † sequentia verò determinata, vt nostro 64
casu, tunc sequentia determinare præcedentia, *leg. si cum fundum. de verb. significat.* Quamuis aliud dicendum esset † si sequentia obscura & generalia 65
essent, præcedentia verò expressa & determinata: quia tũc sequentia nõ determinarent, nec restringerent præcedentia: *per tex. in l. legatorum petitio. §. fin de leg. 2.* Sed sic est, quod verba præcedentia † allerdings nichts davon außgenommen / sint 66
obscura, & aliquo modo generalia: Ergo illa sequentia, † quæ sunt omninò clara, & restringentia, sonst aber alle andere Zehen auff dem Land / ꝛc. 67
declarant dicta præcedentia. Prout & illa † verba: 68
an benannten Orten / quæ paulò post in casum, quo constitutio Religionis soll auffgehaben werden / satis superque, hoc etiam indicant, & in vniuersum, de omnibus decimis non transactum esse demonstrant.

Sed dicat fortè aliquis, partes interim, præsertim Reos nostros, aliud cogitasse, & agere voluisse, magisque in contractibus † attendi 69
mentem, quam verba, & vbi apparet de mente, non curamus de verbis, *leg. si in venditione. in fin. ibi glossa verb. veritas. ff. commun. prædior.* quæ vult, quod causa † debeat inspici, & quod causa am- 70
pliet vel restringat reseruationem, vel exceptionem, quam ibidem Baldus dicit mente tenendam, *leg sed Celsus. §. si fundus. ff. de contrah. empt. l. seruus stipulatus. ibi glossa verb. ex sententia. de verb. obligat.* Iustum enim est, † contrahentium volun- 71
tatem magis, quam verborum conceptionem inspicere, *leg. fin. Cod. quæ res pignor. obligar. possunt. leg semper in stipulationibus. de reg. iur.* Sic etiam in contractibus † veritas rei potius, quam scri- 72
ptura, perspici debet *leg. prima, Codic. plus valere quod agitur.* Respondetur: Ea procedere, quando constat de contraria voluntate, † & apparet, 73
quod actum est: Secus, si non apparet: quia tunc plus valet scriptura, quam Actum est *leg. si alii. in fin. de vsufr. leg. Bartol. & glossa in l. in ambiguo. de reb. dub.* Item quia propositum † in men- 74
te retentum nihil operatur, *leg. si repetendi. Codic.*

75 *de condict. ob causam.* Prout etiam † in testamentis non sufficit, testatorem ita voluisse nisi disponat. *l. quidam cum filium. de hæred. instit.* & est com-
76 munis doctrina: quia receditur à verbis, † quando aliter constat de mente disponentis. *l. non aliter. in princip. de leg. 3. Bartol. l. non dubium, versic. secundum dubium est. C. de LL. Bald. in dict. l. iurisgentium. §. pactorum.* Sic ergò, si non apparet, quod actum
77 est, † non est recedendum à verbis, & actum vi-
78 detur, † quod ex verbis colligitur: quia videtur quis habere voluntatem, prout verba sonant. *l. Labeo. §. idem Tubero. de suppell. leg. l. nepos Proculo. de verb. significat.* Et id loquitur, quod ex iis, quæ si-
79 gnificantur, sensit: & ideo à verbis † contractus non est recedendum: *l. si quis stipulatus sit Stichum. de verb. obligat. l. fideiussores. de fideiussoribus.* & ex lo-
80 quela hominis, † eius animus iudicatur: vt *not. Bald. in l. sed & probari. in princip. de excusat. tut.* &
81 verba contractus, † sunt forma contractus, quæ forma dat esse rei: *Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. hæred.* Et nullum est † maius nostræ mentis te-
82 stimonium, quam qualitas inspecta verborum *Bald in c. 1. de test.* Sed hic non constat de contraria voluntate, nec ex alia ratione apparet, quid actũ sit, quàm ex ipsis verbis transactionis. Ergo supra dicta iura non obstant. Quemadmodũ igitur nõ
83 est ferend⁹, † qui cum generaliter transegit, postea
84 censetur de vna tantũ parte cogitasse: sic † nec is, qui cum specialiter de certis, & in transactione expressis rebus transegit, postea contẽdat vniversaliter, de rebus omnibus se egisse: *l. non est fructus. C. de transact.* Et ad quid quæso opus fuisset hac transactione, si omnes omninò decimas dare vel con-
85 cedere voluisse Actorẽ dicamus? Nec enim † Reorũ incogitantia, ius Actori indè quæsitũ auferre debet. *Dd. in l. sub prætextu. l. si de certa. l. agi. C. de Transact.* Et propositũ † in mente retentũ, nihil opera-
86 87 tur. Vnde istiusmodi quæstiones facti † (cũ quis dicit, se aliud voluisse, quã ex contractu apparet) Iudex non admittit. *l. sicut. §. debitor. quib. mod. pig. vel hyp. Wesen. con. 52. n 15.* Quia quilibet nõ volens seruare placita, posset dicere, nõ ita sensi. Quare præ-
88 textu alicuius omissi, † vel incogitati, transactio impugnari nõ debet. *Wesenbec. vt suprà.* Accedit, ϕ deliberatè, maturo cũ iudicio, transactio sit inita. vbi testes Reorũ, qui transactioni interfuerũt, hoc deponũt. Et tantũ de verbis, & causa Trãsactionis.

Ex quibus omnibus concludo, d. transactionẽ prout iacet accipiendã esse: Et Actorẽ suam intentionẽ, prout ille transactionẽ intelligit probasse: nosque nõ in casu, ambiguo, sed claro versari, vt *Dec. in l. in contrahenda. de reg. iur.* Quæ cum ita sint, non multũ sollicitos nos esse oportet de Marca Rotenburgensium & Detvvangensiũ, vel de distinctione illius. Nam ex suprà dictis, & tenore
89 transactionis patet, contrahentesmet, † tempore transactionis, inter Rotenburgensiũ & Detvvangensiũ marcas discrimẽ habuisse, & constituisse, in verbis, in der Stat Rotenburg vnd derselbẽ Marckung / & paulò pòst: aber all ander Zehenden auff dẽ Land / gen Detwang gehörig / &c. Cur ab hac partium distinctione recedamus, non video. Cur etiã Rei ab illa recedant, non video: nisi ϕ sub hoc prætextu initã transactionẽ planè rescindere intendant: quasi Detvvangẽ nullas marcas vel limites habeat, vel quasi nullæ decimæ rurales gen Detwangen gehörig: ϕ fieri non potest, vt *suprà dictũ.* Aut quasi de omnibus decimis, sine discrimine transactum esset: vt ex suprà dictis argumentis etiã dici nõ potest. Ad hoc faciunt ea, quæ per Aduocatũ Actoris in Probationschrifft / *fol. 460.* adducta sunt quæ hic repeto. Sed sanè, si Detwang certas marcas habet, quoad Getreid Zehen / ϕ Rei nullibi impugnant: quin Actori concedunt, daß er den Fruchtzehend im Detwanger Feld oder Marckung eynnemmẽ möge / cur non concedamus, etiã habere quoad Weinzehend? mera cauillatio est. Necesse est, ϕ æque sint limites ac termini in percipiendo den Weinzehẽdẽ / quàm, den Getreidzehenden Ex quo etiã notandũ,
90 quod † hic marca seu territoriũ non quoad iurisdictionẽ (quia de ea non est quæstio) sed quoad limites, ratione decimarũ prẽstandarũ, fines agrorum, custodiã, pascua, & alia, absque iurisdictione accipiatur.

Proinde sufficit, ϕ habeant Detvvangenses suorũ bonorũ limites certos, vnnd wie weit sie hütten / &c. Et ϕ tales limites habeant & accipiant pro sua marca. Ideo non præcisè opus, daß sie verreint / vnd versteint seyn: Licet 1. 2. 3. Actorũ testes disertis verbis ad tertiũ articulũ dicant, daß Detwanger Marckung sey gegen Rotenbürger Marckung versteint / & sic audiuisse ab aliis. Sed sufficit, extare alia sufficientia signa: Prout Actoris testes, præcipuè verò *5. 6. 8. 9. 10. 11. 12.* Similiter ad *6.* art. & *11. 12.* generale interrogat. *13. 14. 17. 23.* ad *6.* probat. articulũ istos limites clarè designant, scilicet, daß sich diese anfahe / &c. vt in sententia. Non opus esse im Hut Triebzehend / vt in iurisdictionibus, tàm conspicuis terminis. *Bald. in con. 424. lib. 1.* Et ϕ non solũ pagus Detwang / † distinctas marcas & limites,
91 sed & distinctas & proprias decimas habeat, vltra prædicta, patet ex dictis testiũ. Nam primus Actorum testis, ad generale interrogatorium: quod
92 Actor † den Getreid / vnnd Rei den Weinzehenden eyngenommen / & ad tertium articulum, Seyen gegen andern Orten vnderscheiden / quod peculiares decimas habeant.

Præterea concludo, planè in eum finem octo probatoriales articulos ab Actore probatos esse. Nam primus, de situ Detvvang. est notorius, vnd daß darinn die recht Pfarrkirchen gewesen / probatur documentis Henning. Episcopi Herbipolens. Rotulo Actoris. Et plerique testes, qui de auditu † de
93 hoc ipso deponunt, ϕ sufficit in antiquis. Secundus articulus, de donatione decimarũ, itidem ex suprà dicto documento probatur. Tertius † daß
94 Detwangen jederzeit sein besonder Marckung / vnnd darinn gehörigen Zehenden gehabt / verũ esse, suprà ostensum est, & probatũ instrumento rotuli Actorũ. Secundò de anno 36. Iulij 13. Deß Kauffb ieffs eines Stück Ackers in der Marck zu Detwangen / in verbis *in Marchia Detvvangensi sitis.* Item, †
95 proba-

probatur per Lehenbrief vber drey Morgen Weingarten in Detwanger Marckung/de dato 407. in die Bonifacii, in verbis: in der Marck zu Detwangen gelegen: Item in instrumento Vertrags † de
96 dato 1410. die Simonis & Iudæ: in quo Rotenburgenses videntur fateri, daß Detwangen abgesondert ist von Rotenburg. Ex quibus insuper instrumentis die Marckung Detwang satis probatur. Et Iu-
97 tis præsumptione, † nulla est villa: nullum castrũ, quod non suos certos fines habeat, adeoque, daß Detwang ein besonder Marckung hab / vnd daß die Statt Rotenburg ein besonder Ding sey / Rei fatentur in missiua ad Administratorem, de dato 5. Octobr. Anno 56.

Quartus articulus est confirmatorius præcedentis similiter probatur ex supra dictis instrumẽtis & depositionibus testium. Quibus accedit, quod 23. testis singulariter addit, daß er im Gerichts buch zu Detwangen/so alle Jahr abgelesen werde/vnd Detwanger Marckung lige / &c. Quintus articulus, scilicet, daß den Bürgern zu Rotenburg nit werd gestatt/in die Detwanger Marckung zu treiben / hüten/ weyden/&c. Confirmat præcedens articulus, & probatur ex ordine fere per omnes testes Actorum, & nonnullos Reorum: & singulariter Actoris 8. & 10. testis dicit pro causa scientiæ: Dañ sie mögen pfänden/&c. Sextus articulus, darbey die Grentzen der Marckung erwiesen / per quos testes probatus sit, *supra ostensum*: Et sufficit, certos esse hosce limites. Et licet aliqui testes dicant, se de marca nescire, interim tamen testantur, daß jhre Hut vnd Weid so weit gehe/so weit auch gepfändt werden: Item, daß sie custodes da haben vnd halten: & aliqui deponunt de certo aliquo ædificio, so in der Marckung gesetzt/ vñ abgebrochen werden müssen.

Proinde qui nescire se dicunt de marca, ex ignorantia hoc fit: quia marcam accipiunt pro iurisdictione, non pro territorio, absque iurisdictione: vt patet ex depositionibus ad huius articuli interrogatorium.

Quapropter nihil refert, quod quidam dicant de se, nihil scire: quia illi errant in nomine, existimantes, quod marca comprehendat simul iurisdictionem, vel intelligant de marca, so versteint vñ verreint: quo ipso subindicant, daß wol ein versteinte Marck sey: describentes alia signa & terminos illius marcæ, de loco ad locum, quod hoc casu, vt supra dixi, sufficit.

Septimus articulus, quamuis parum ad decisionem causæ faciat, cuius sit iurisdictio, cum de decimis hic agatur: tamen probatur aliquo modo durch den Vertrag/gegen denen von Rotenburg/ mit was Maß deß Ordens Leut zu Detwangen zu jhren Bürgern worden / de dato, 1410. Rotulo Actoris tertio loco positus: licet ex dictis testium appareat, quod Actor nullum dominium in illos habeat, præter quod teneantur illi præstare certa seruitia. Octauus articulus est generalis, ex prioribus verificatus.

Ex quibus omnibus concludo, Actorem intentionem suam sufficienter probasse, simulque demonstrasse, quod Detwangen / ratione decimarum præstandarum, vt frumenti, sic & vini, distinctos limites, & proprias decimas habeat.

An Elisa?

Recuperandæ possessionis requisita ab Actore probata esse, supra ostendit Referens. Nec obstat, quod Rei articulus 27. in vim elisionis, dicat, nullam violentiam interuenisse. Quia supra ex Menochio ostensum est, minime necesse esse, violentiam aliquam probare. Quapropter sufficit, quod Rei (vt fatentur articulo vigesimo sexto) Anno 56. & seqq. sich deß streittigen Zehenden vnterfangen/vnnd denselben eyngeheimbst. Quod vero ipsum inuito Actore factum est, satis ex Reorum dictis testium ad 26. 27. articulos, eorumque interrog. Nam primus Reorum testis dicit, quod Commendator Anno 65. ein Karch bestellt hab/den Wein Zehenden eynzusammlen/ aber es sey jhme von den Rotẽburgern nit gestatt wordẽ. Huic opitulatur quintus Reorũm testis, ad 21. articulum qui & de vi illata deponit, dicens: quod sibi à d. Commendatore mandatum sit, den Zehenden zu sammlen/ vnd daß er allbereit ein Karch voll lassen sammlen / aber die Rotenburger jhme den vnter dem Thor widernemmen lassen. Reliqui etiam Reorum testes, quibus de hac re aliquid constat, dicunt, daß Rei jhren Bürgern verbotten/Commendatori den Wein Zehenden zu geben. Nec ad rem facit, quod dictus Commendator, Melchiori N. Anno 56. die Kelter geliehen: quia hoc arbitrarium & gratuitum fuit, prout idem Reorum testis vltimus, 70. annorum, Consul, ad 4. interrogatorium 26. & 27. articuli, daß es auß gutem Willen geschehen sey/ vnd sey nur ein mal geschehen: nemini autem † debet officium 98
suum esse damnosum. Quoad transactionem, ne illa Reis obstet, vtque Actoris intentionem elidant, Rei in 19. April. Anni 76. negatiua litis contestatione exhibita, & ante 13. Maii Anni 71. transmissis articulis probatoriis, imprimis articulo quarto, dicunt, ex collationata copia transactionis constare, in vniuersum & generaliter de omnibus decimis, absque vlla reseruatione, transactum esse. Sed quam hoc verum sit, *supra ostensum est*. Quibus insisto, dum Rei adferunt, quod Detwangenses distinctas marcas & decimas proprias nunquam habuerint. Nam contrarium esse, ex dictis testium, & aliis plurib. argumentis demonstratum est.

Quod vero ad argumenta Reorum, in litis cõtestatione productorum: quibus potissimum suam intentionem fundare, & Actoris euertere studeant. Et imprimis, quod ad primum attinet, quod scilicet habeant den Zehenden in der Statt vnd derselben Marckung: Detwang esse pertinens der Statt: Ergo. Resp. Antecedens esse falsum, & ex falso antecedente, † malum fieri conse- 99
quens. Nam ex ipsa transactione manifestum est, Actorem, ipsius loci decimas sibi reseruasse, quin negatur assumptum, daß Detwang in Ro-

tenburger Gemarckung gehöre: Ergo male infer-
100 tur. Nec valet argumentum † à marca iurisdictionis, ad marcam absque iurisdictione: limitatur scilicet, ratione decimarum præstandarum,
101 cum à diuersis & differentibus † non inferatur de vno ad aliud.

Ad secundum argumentum. Non sequi: Inhabitatores in Dettwang non ciues & subditos Reorum: Ergo decimę illius loci ad illos non pertine-
102 re. Quia sæpe vsuenit, † quod vnus dominium & iurisdictionem, alter decimas habeat.

Ad tertium argumentum plane eodem modo respondetur: dum Rei omnimodam iurisdictionem in Dettwang se habere dicant, ex eo ad deci-
103 mas inferant: quia propter † hoc adesse non contingat hoc abesse.

Ad quartum argumentum. Non obstat, quod d. Vertrag de Anno 1398. nullum discrimẽ faciat inter decimas, gen Rotenburg oder Dettwang gehörig: Ideo nec nostram trãsactionem vllum discrimen facere debere: quia magis inspiciendum est,
104 quid † in hac præsenti, quã in illa olim transactione actum sit: prout diuersæ causæ impulsiuæ & finales, nunc & tunc transigendi fuerunt. Quin in-
105 eptum est dicere: Ego ante centum annos, † cũ tuis maioribus, de omnibus rebus, istis & istis cõditionibus contraxi & transegi (maxime vbi diuersus alius contractus apparet, vt hic) Ergo tu etiam sub iisdem conditionibus de rebus omnibus, vbi alii mores, & alia tempora, mecum contraxisti. Nam si ea argumentatio valeret, quid opus fuisset alia transactione? Et falsum est, quod dicitur articulo Reorum 16. quod Actor omnes decimas, sicut Anno 1398. ipse à Reis consecutus est, Reis iterum tradiderit. Non enim hoc continet transactio nostra, vel in eum finem istius antiquæ facta mentio, sed tantum, vt ostendat, commendatorem non debere vel posse tot pecora alere, vt olim: 70. enim oues, vaccas 24. porcos 40. iuxta antiquam trãsactionem habere & alere poterat: In postrema vero transactione, nullas oues, nec vltra 30. porcos, & 20. vaccas ei alere concedi-
106 tur: patet ex verbis, † vnnd nach dem Innhalt deß Vertrags/Anno 1398. &c. Nec à Reis, nec vigore illius transactionis demum, de Anno 1398. decimas Actor consecutus est istas, vt male asseritur: sed multo ante, ex collatione cuiusdam Episcopi Herbipolensis, Anno scilicet 1258. vt patet ex Instrumento donationis, Rotulo Actoris primo; licet postea ob varias cõtrouersias, d. trãsactio inita fuerit. Nec hic prætermittendum, quod illa ipsa antiqua transactio videatur inter decimas gen Rotenburg oder Dettwang/discrimen facere, versicul. Item so soll &c. Habet enim contextus illius transac-
107 tionis: Item, † so soll der obgemeldte Raht vñ Bürger zu Rotenburg selbst geben/ vnd auch thun geben die Gemeind. Et infra: Vnnd auch die armen Leut auff dem Land/den rechten Zehenden võ Wein/Korn/ &c. considerata copula, vnd auch. Cæterum Rei nostri etiam in sua litis contestatione, tum in 24. & 25. articulis suis dicunt, se pet hanc trãsactionem, casu, quo transactio iuxta intellectum Actorum accipiatur, enormissime læsos esse: quia eos ne decimam quidem partem in recompensam retinere. Nam residuas decimas communiter singulis annis vix duo plaustra vini tribuere: Econtra, illius loco ipsis incumbere omnem alimentationem Ecclesiarũ dictarum in Rotenburg & Dettwang/& in earum sustentationem ipsos quotannis 800. vel 900. quin etiam 8000. florenorum, in sustentationem dictarum Ecclesiarum, ante initam trãsactionem expositorum, schwinden vnd fallen lassen: adeoque præ extu eius læsionis eã transactionem rescindi, & aduersus eam in integrum restitui, vel actione Pauliana succurri postulant. Ineptę sane Aduocatus Reorum & sibi succurri postulat: nam quoad læsionem, de ea tam enormi non constat: cum autem † specifice probari debe- 108
bat, vtique læsio non præsumitur, *l. nam & postea, §. si minor. de iureiur. l. 3. §. si minor. de minor. Wesemb. cons. 52. num. 6. Bursat. in consilio 168. num. 30. lib. 2. Paris. cons. 96. num. 66. lib. 1.* Nec probanda est parua læsio, pro qua † non datur Ecclesiæ restitutio *Bursat.* 109
d. cons. num. 31. Magisque communem dicit *Gabr. lib. 2. de restit. in integr. concl. 1.* Nec enim, quod tantum duo plaustra vini, & sic decimam partem illius vix habeat, enormissimam inducit læsionem, quia residuum in frumento habent, vt patet ex quorundam testium dictis, ex quo dicta impensas commode facere possunt. De ante vero factis impensis & insumptis, nulla fuit habita consideratio: Igitur nec illa computatio læsionem facere potest. Plane etiãsi illa enormis læsio probata esset, Reos tamen non releuaret. Nam licet magna controuersia sit, an transactio ob læsionem vltra dimidium iusti pretii rescindi possit, & dispositio *l. 2. C. de resc. vendit.* in transactione locum habeat, *& Bart. & alii in d. l. 2. & in l. si quis cum aliter, de oblig.* teneant quod sic, *per l. si superstite. C. de dolo.* Tamen quod transactio, † prætextu læsionis, ob dimidi- 110
um iusti precii non rescindatur, tenet *gl. in c. cum causa, de empt. & vendit.* quam sequuntur communiter, *Ioan. Andr. Anchar. Imol. Bald. Cyn. Salyc. Aretin. C. de rescind. vendit.* & communiter Dd. *in l. si quis cum aliter, de V. O. Specul. tit. empt. & vend. §. nunc videndum, vers. quid de transact.* & hanc opinionem veriorem, & communiter teneri *Bened. de Capra, regul. 87. numero* 89. relatus inter commun. opin. Dd. *lit. T. verb. Transactio. num. 30. tom. 2. Matth. de Affl. decis. 220. numer. 2. Zas. cons. 18. num. 16. lib. 1. Socin. Regul. 226. fall. 8. Alex. cons. 42. num. 11. lib. 1.* eamque opinionem, tanquam veriorem, aliquoties Cameram obseruasse tradit *Gail. obs. 70. lib. 2.* Præterea quandoquidem Rei nostri ex causa d. Transactionis acceperunt decimas, & nunc volunt venire contra d. transactionem, † ex capite læsionis, tenentur offerre re- 111
stitutionem d. decimarum: & ex quo non obtulerunt, non veniunt audiendi, *l. si diuersa, C. de transact.* vbi is qui vult rescindere transactionem, tenetur restituere acceptum, *Salyc. Castr. in d. iam lege. Bald. in c. 1. de his qui feud. dare poss. Afflict. decis. 220. numer. 4.* Et ideo dicit *Bald. in auth. dos data, C. de donat.*

ante

112 *ante nupt.* Quod † qui differt facere quod debet, non potest petere quod debetur.

113 Vltimo, quandoquidem transactio † iuramẽto vallata est, tametsi enormis, hoc tamen prętextu infringi non potest, *l. 2. de resc. vend.* locũ non vẽdicat, si iuramentum in contractu interuenit, *gl. in d. l. 2. ibi Salyc. q. 10. & Castr. num. 4. 7. Porc. cons. 22. n. 13. 14. puchre Wes. cons. 52. nu. 38.* Nec ei subuenitur,

114 etiamsi † vltra dimidiam probetur læsus, *gl. in d. l. 2. Grauet. cons. 192. num. 3. Bald. in l. 1. num. 8. de reb. cred. Alex. cons. 27. cons. 42. lib. 1. Schurff. cons. 17. num. 15. cent. 1. Ias. l. licet, C. de pact.* Inde non constat de enormi læsione, nec restitutioni locus est: Et priuilegiatus

115 non † vtitur priuilegio contra æque priuilegiatũ *Dd. in auth. quas actiones, C. de SS. Eccles. Bursat. cons. 199. num. 49.*

Concludit itaque, Actorem suam intẽtionem probasse, nec per Reos elisam, adeoq; transactioni standum esse, & pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum. Expensas vult compensare, quod hæc causa tam in facto quam in iure sit disputabilis.

Saluo.

D.N. Correferens.

Actum possessorio recuperandæ, vtili, ex causa redintegrandæ, vt dominus Referẽs, & etiam adminiculatiue petitorium, *Felin. c. licet causam, col. 2. de probat. vers. ex eiusdem. Cæsar Contard. in l. vnic. C. si à moment. q. 13. n. 19.* Requisita possessorii satis pro-

116 bata, quia duo † in solidum possidere vno eodẽq;

117 tempore non possunt. Spolium autem fit, † quauis deiectione, & sine vi. Sed non diffitetur, Actores fuisse dominos & possessores, &c. Concludit cum Referente, actionem probatam.

An Elisa?

Ad perimendam actionem Rei transactionem ab Actore simul quoque productam allegant, eiusque titulo, & sic facto proprio spoliatorum, dictas decimas se possidere, & hactenus se percepisse asserunt: Quod sane si probarunt, ab actione, tanquam Actoribus hoc casu minime competente;

118 omnino absoluendi venient. Communis † enim & recepta est omnium legum interpretum sententia, quando quis possessionem, proprio interueniente pacto seu culpa amisit, quod huius Canonis beneficio non gaudeat, per text. *c. reintegrãda. ibi.* per quascunque iustas causas: Ergo secus, si causa deperditæ possessionis fuit iusta. Nec cerre iustitia subesse potest, quã illa, quæ ex propria voluntate & consensu descendit. Damnum enim quis sua culpa sentit, *l. siue autem, §. si duobus, in fin. de*

119 *publician.* Dum ibi denegatur illi, qui propria † sua culpa possessione destituitur, actio contra bonæ

120 fidei possessorem. Hinc etiam spoliatus † non restituitur, quando possessionem in aduersarium sua sponte transtulit, *c. super, de renunciat. Menoch. remed. 15. n. 95.* Quamuis autem d. transactio à litigãtibus hinc inde producta, sit in confesso: tamen ab illis ipsis diuersimode intelligitur, & in diuersas trahitur partes, ita vt quilibet pro se alleget. Antequam autem ad enucleationem eius descendamus, primo videndum, an Reis spolium confite- 121
tibus, † quasi exceptio dominii competat? In hoc articulo Dd. distinguunt, & exceptionem de dominio tertii, seu de non iure agentis, interueniẽtis in hoc remedio reiiciunt. Contra agentem au- 122
tem † ipsum à Reo conuento, ex sua parte dominium cum possessione, cui insistit, alleganti obiectum admittunt, eumque hac moti ratione audiendum statuunt: quia hoc casu fortius esse ius Rei conuenti, allegantis titulum & possessionem, quam ipsius agentis titulum, vt post *Ægid. de Bellam. ibi allegatum tradit Socin. l. rem quæ, de acq. poss. Menoch. d. loco, n. 479.* Cognito iure exceptionis, nũc de pacti eiusdem certitudine inuestigabimus. Et primo quidem omnes particulas & clausulas, elisionem adiuuantes, deinde eam impugnãtes, examinabimus. Constat autẽ ex illo ipsius trãsactio- 123
nis exordio, † causam impulsiuam & finalem fuisse trãsigendi: vt vigore pragmaticæ sanctionis, ab Imperio, & ordinibus Imperii, Anno 55. super pace religionis promulgatæ, ministerium de bonis & rebus ad hoc destinatis, alatur & conseruetur. Ad hunc finem consequendum sic partes inuicẽ conuenerunt. Primo, † vt Rei in se susciperent, & 124
sustentationem ministerii Actores illis promiserunt: daß sie jhnen wolten folgen lassen allen Wein vnd Frücht / vnd auch den kleinen Zehenden / sampt künfftigem neuwen Getreyd / so viel dessen alles in jrer Statt / vnd derselben zugehörigen Marckung / jrem Orden gebühret vnd zustehet: allerdings nichts außgenommen / dann allein den grossen vnd kleinen Zehenden / von jres Ordens eygenen Gütern / in gedachter Marckung gelegen. Hinc primo patet, Reos cum Actore transegisse de omnibus decimis, ordine Teutonico in ipsorũ ciuitate & pertinentiis confinibus siue Marckung (in hac enim significatione † vocabulum Marckung / acceptum esse à trans- 125
sigentibus, ex mul is coniecturis & testium dictis conuincitur, vt infra dicetur) persolutis. Ordinem autem Teutonicum recepisse omnes census, tam in ciuitate, quam in Dettwang / in confesso, & dictis testium comprobatum est. Ergo & Rei easdem quoque, iisdem ex locis, absq; distinctione marcarum recipient, iuxta modo præfata verba generalia. Imprimis, & secundo, cum nihil in exceptione subsequenti de his in genere promissis decimis fuerit exceptum, nisi decimæ illæ quæ soluuntur à propriis ordinis bonis, in Matcha Rotenburgensi sitis: Nam cum † excep io 126
firmet regulam, in casibus non exceptis sequitur, quod Actor solas decimas fundorum proprio- rum reseruando, proculdubio reliquas omnes Reis reliquerit & concesserit, eodem modo, quo ipse eas ante percepit. Exclusio enim † vnius, est 127
inclusio alterius. Atque hoc, & tertio quidem, suadet mens & voluntas Reorum, quæ ex euidentissimis præsumptionib. facile elicitur. Et primo quidẽ ex causa finali Transactionis, † quã mi- 128
nisterii conseruationem fuisse, ex verbis d. contractus modo dixi, intentio contrahentis maxime conspicitur: cui aduersaretur, si aliam, quam hanc

admit-

admitteremus generalem interpretationē, adeo vt finem optatum, propter quem transegerunt, consequi,& ministerium alere non possent: quē admodū secundus,10.& 12.testes Reorum ad 24. articulum probatorialem deponunt. Secundo, hanc fuisse Reorum intentionem, quod scilicet de omnibus decimis transigere voluerint, antiqua transactio arguit, Anno *1398.* quæ ex eadem ratione & causa inter easdem fuit inita. Præsumi-
129 tur enim † iisdem conditionibus & qualitatibus Rei hoc onus alimentandi ministerii in se denuo recepisse quibus antea Ordini per d. transactio-
130 nem contulerunt. Non enim † præsumitur Nouatio,nisi probetur. Nec creditur quis in sui imprimis dispendium animum suum vel voluntatē mutasse,nisi de eo manifeste constet. *Soc. cons.131. n.4.vol.1. Gratt. de antiq.temp p.4.§.materia ista. n.111.*
131 Tertio,quia † nemo præsumitur iactare suū: nec vero consentaneum est,Reos suam voluisse deteriorem, quam Actoris, conditionem efficere, & minori precio onus redimere,quam antea Actori
132 cesserant. Ordinata enim † charitas incipit à se.
133 Quarto, quia hoc ipsum iure † naturæ & æquitati conuenit, vt commodum sequatur eum, qui sentit onus. Cum ergo Rei curam vtriusque parochiæ, tam in ciuitate, quam in Dettwang in se susceperint, merito etiam fruantur prouentibus ad harum prouisionem necessariis. Quinto, præsum-
134 ptio pro † magistratu, quod potius prodesse bono publico,quam nocere voluerit. Sexto,quia iniquum,& contra bonam fidem, cum alterius ia-
135 ctura locupletari: quia potius præsumendū † pro eo,qui certat de damno vitando, vt Rei nostri,quā qui captat lucrum, vt actor. Septimo, quia hæc
136 transactio † concernit alimenta Ecclesiarum, ergo potius extendenda.

Ex his præsumptionibus, coniecturis & argumentis satis superque de voluntate Reorum con-
137 stare nobis arbitratur. Voluntas enim non † solū illa euidēs & expressa dicitur, quæ ipsis verbis declaratur, sed etiā, quæ per coniecturas colligitur, *l licet Imperator.de leg.1.& ibi optime Ias.num. 4. facit l. locuples,in fin.de manumiss. testam. l. quidam testamento, de vulg.& pupill.c.2.de cognat.spiri. Abb.in c.licet causam, in vlt.not ab.de probat.* Id namque expressum dicitur,
138 non † solum,quod verbis exprimitur,sed &quod euidentissimis signis colligitur. *Ias.in d.l.licet, n.10. post Bart.in l.item quia.iuncta gl.ibid.de pactis.*

Quarto, accedunt testes, qui id ipsum sensisse Reos, iuramento testatum faciunt, & voluntatē ipsorum ad nauseam declarāt. Ponunt Rei in suo articulo probatorio *23.* daß sie allen Vmbständen nach den Buchstaben nostræ transactionis nie anderst verstanden/ vnnd noch nicht anderst verstehen/ dann daß jhnen der Zehend aller Gestalt vnd Massen als denselben der Orden/ von Zeit an deß alten Vertrags de Anno 1398. jtmē gehabt solt eyngeantwort werden/auch sonsten den Vertrag/ zu der Statt mercklichem Nachtheil/ keines Wegs angenommen noch bewilligt. Hunc articulum verum dicit testis septimus, vt in prothocollo. Testis decimus eundem articulum verum affirmat, ex rationibus, omnibus numeris absolutis: quia interfuit Senatui, als der Vertrag abgelesen. Testis duodecimus, annorum 70. Consul, eundem asserit verum, dann sie beyde im Raht gesessen. Et addit, halte auch darfür/ die Teutschmeisterische haben die Zeit den Vertrag auch anderst nit verstanden. Quibus ex testium, omni exceptione maiorum, & ex optima concludendi scientiæ ratione, omni meliori modo, etiā aliis argumentis deficientibus,probatam esse mētem contrahentium existimat: quia etiam sacra, ad veri demōstrationem, duos testes sufficere statuunt,† & hæc quidem maxime. quoniam ab A- 139
ctore de contraria voluntate non probatur.

Nec fidem horum testium minuit,† quod sint 140
de vniuersitate: quia cum neq; principaliter, nec in consequentiam commodum ad singulos inde perueniat, cur non tales tolerentur? *Cæpoll. de seruit.rust.præd.c.9.*

Quinto eundem Reorum animum satis declarat factum proprium subsequens: cum statim eodem anno Actorem decimis pactis interdixerint, vt deponit Actoris sextus testis ad 3. generale interrogatorii: & testis *10.* ad 4. generale interrog. Et de tempore, quo scilicet hoc factum sit, dicit testis primus Reorum ad *26.* artic. Et illas etiā vigore transactionis ipsimet collegerint, vt attestatur ad d.26 art.probatorial. Reorum testis 2. & 3. qui dicit: Er hab seyther der articulirten Zeit/ hoc est, de Anno 56. Reis selbst d.decimas gebē. Et testis 7. ibid. Et hoc ipsum conqueritur Actor in libello summario, in quo tamen, vitio scribæ, vt ex iam dictis, multisque Actoris testibus colligere licet, Anno 57.scriptum est. Hinc ergo Reorum mentē satis claram esse quis non videt? Deliberata † enim 141
certaque voluntas magis re ipsa probatur, quam verbis, *l.si tamen,§.ei qui.de edilit.edict. Ias. in l. de quibus,n.31.de ll.& l.reprehendenda,n.7. C. de condit. & demonstr.* Quoniam verba interdum contra mentē proferentis sunt: sed factum † secutum ostendit 142
effectum & mentem deliberatam. *Menoch. cons. 5. num.16.per c.dilecti.la 2.vbi Dec. de appell. Wes. cons. 5. n.17.quem vide.*

Quinimo,& quidem sexto, factum etiam aduersarii,non solum Reorum, sed & proprium suum animum cōfirmare videtur: dum eodem anno Commendator die Kelter gutwillig darzu gelichen/vt probatur per testem tertium Actoris, ad 5. interrog.generale. Item testes 5. 6. 12. ibidem, vbi dicunt, daß im ersten Jahr/ & sic Anno 56. solches geschehen sey. Idem etiam Reorū testes confirmant: testis primus ad 4. interrogat.26.articuli, testes 9. 10.ibidem,12.ibidem. Nec refert,quod d.testis primus in d. loco dicat, solches sey darumb geschehen/ dieweil man jn den Zehenden nit hab sammlen lassen wöllen: quia non verisimile est, commendatorem pro maleficio retulisse beneficium: cum Reorum voluntas † luce meridiana clarior sit, eam potius, 143
quam verba scripta Iudex in pronunciando sequi debet.

Quamuis enim † nullum sit maius testimoni- 144
um men-

um mentis, quam qualitas verborum, *Iaſ. l. neque profeßio, num. 6. C. de teſtam. l. voluntate, in fin. C. de fideicommiſſ.* tamen, vt alias, præſumptiones grauiores derogant leuioribus, *l. Diuus, de in integr. reſtitut. Berous deciſ. 211. p. 2. per c. in noſtra, de probat.* Sic etiam
145 coniectura † à voluntate contrahentium, & cauſa finali ipſa ducta debet præualere coniecturis, quæ tantum ex verbis ducuntur, *l. non aliter. vbi Dd. l. 3. Cod. de lib. præter. Iaſ. in lege, non dubium, Codic. de*
146 *legib.* Nec voluntates contrahentium † ob ſubtilitates verborum impediri ac coarctari oportet, *l.*
147 *1. in fin. vt act. ab hered.* Sed id, quod deeſt † verbis, ex coniectura & mente contrahentium, & cauſa finali ſuppletur, *l. 3. de alim. leg l. 7. de ann. legatis.* Et hæc imprimis procedunt in terminis noſtris, vbi non tantum ex coniecturis, argumentis & cauſa ipſa finali, ſed etiam ex euidentiſſimis teſtium depoſitionibus, & facto deniq; proprio, cõtrahentium mens & voluntas, imprimis vero Reorum, certa & expedita eſt. Eam igitur, vt Lesbiam regulam, in iudicando ſequendam omnino concluda-
148 dat. Nam in tranſactionibus † non tantum quod ſcriptum, ſed etiam quod actũ, debet inſpici, *argument. l. qui cum tutoribus. de tranſactiõ.* ſicuti in quolibet contractu ſtricti iuris. *l. ſi ſtipulatus, de verbor. obligatio. l. 3. l. non omnis, ſi certum petatur.* Qui intelligitur bonæ fidei, quatenus eſt actum, & patet de intentione contrahentium, *Bald. in c. vnico, de plus petit. §. actionum. ibi Iaſ. n. 4. & n. 37. de action. & Weſemb. conſ. 15. n. 48.*

Septimo: Tandem etiam in hoc noſtro cõtractu, menti potius, quam verbis inhærendum. Quãdoquidem ſi alia, & ea quidem, quam Actor expetit, interpretatio admitteretur, actus à contrahentibus in fauorem Eccleſiæ celebratus, contrarium, in præiudicium eiuſdem, operaretur ef-
149 fectum. Decimæ † enim ad conſeruationem miniſterii deſtinatæ, pro parte huic adimerentur, & ad prophanos vſus forſan collocarentur: quod non ſolum iuri ciuili & Canonico (ad quæ tamen iura contrahentes in dubio cenſentur voluntatem ſuam confirmaſſe, *c. cum dilectus, de conſuetud. l. ex facto, de vulgar. & pupill.*) repugnat: ſed etiã plurimum aduerſatur harum decimarũ naturæ, inſtitutis piis maiorum, & conſtitutioni denique ipſius pacificatæ religionis, diſponentis, daß der Kirchen Miniſterien von den Gefällen / zur Kirchen gewidmet / verſehen vnd beſtellet werden ſollen. Quam tamen, tanquam normam, tranſigentes ſecutos fuiſſe, ipſa tranſactio & conuentio oſtendit. Pro-
150 inde nec in contrahentium facultate fuit, † ſemel piis vſibus publica authoritate deſtinatum, priuato ſuo contractu, ad alium finem deputare, & Eccleſiæ ſubtrahere, *§. ſacræ, Inſtitut. de rerum diuiſione.* Vnde talis conuentio ſuper decimis, in præiudicium Eccleſiæ facta, non ſubſiſteret. Quia re-
151 gula eſt immota: quod omnis alienatio † rerum Eccleſiaſticarum, monaſteriorum, hoſpitalium & aliorum locorum piorum, quocunque titulo donationis, venditionis, permutationis ſeu ceſſionis, &c. ſit prohibita, *l. ſancimus, l. iubemus, authent. hoc ius porrectum, C. de ſacroſancta Eccleſ. tot. titul. in authent. de non alienand. aut permutand. & extra eod. titul.*

Quare in noſtro caſu ea declaratio potius in iudicando obſeruanda, quæ † contractum confir- 152
mat, quam quæ eum infirmat, *l. quoties, de reb. dub. l. ſi prætor, de iudi.* Ne tranſactio in volũtate & facultate † partium deficiat: quæ tamen in quolibet 153
contractu perficiendo omnino requiritur, *Lancellot. in repet. l. 1. §. ſi quis ita. numero quinto, de verborum oblig. poſt Bald. in l. 2. col. 2. C. commun. de legat.* adeo, vt quando † voluntas à poteſtate, & poteſtas à vo- 154
luntate diſcordet, nil valet, quod agitur, *l. ſi genero. ibi Bald. de iure dot.*

Poſtremo, ſi præpoſtero iudicio, relicta mente, verbis nudis adhæreamus, enormiſſime, vt dictum, Rei læderentur: dum non ſolum ſummam in conſeruatione miniſterii (culpa tamen Commendatoris deſerti) impenſam amiſerunt, ſed nec etiam nunc tantum habere poſſunt, quantum ad alimenta neceſſaria ſufficiat, vt per teſtes ipſorum, ſecundum, *10. 12* ad *24.* & *27.* articulos, & decimum teſtem ad vigeſimum quintum articulum probatur. Econtra vero Actores ab omni onere immunes, cum damno † Reorum locuple- 155
tarentur: quod non ſolum iniquum, ſed etiam bonæ fidei contrarium, & doli non minimam ſuſpicionem præberet. Ex enormiſſima enim † læ- 156
ſione de dolo ſuſpicari, textus ſunt *in l. omnes. §. Diuus, quæ in fraud. cred. l. creditor. § Lucius, mand. Iaſ. in l. ſi quis cum aliter, n. 5. de verb. oblig.* Ne igitur de Actore, Imperii Principe, ſiniſtra aliqua doli ſubeſſe poſſit ſuſpicio, prædicto modo intelligenda erit.

Explorata volũtate Reorum, de Actoris ipſius animo perſcrutandum nobis erit. Actor prætendit, ſe de decimis in ciuitate Rotenburgenſi, & Marca eius ſitis, ſaltem cum Reis egiſſe, & ipſis pro alimentis miniſtrorum ceſſiſſe: ſed reliquas decimas, zu Detwang / auff dem Land / ſuo ordine reſeruaſſe. Idque manifeſte præ ſe ferre clauſulam d. contractus ſubſequentem, Sonſten aber allen Zehenden auff dem Land gen Detwang gehörig / wie bißhero / alſo auch fürbaß hin / vnſerm Orden vnd Hauß werden vnnd bleiben. Hæc verba, licet prima fronte & per ſe clara & dilucida ſint; ſcrupulo tamen carere vix videntur: cum ex modo relatis apparear, Reos aliter, aliter Actorem accepiſſe, vt ſic quoad contrahentium intellectũ, ſatis ſint ambigua: adeo vt ſi, prout ſcripta ſunt, ſimpliciter intelligerentur, Tranſactio † propter manifeſtũ Reorum 157
diſſenſum neceſſario corrueret, mutuo enim cõſenſu contrahitur, *l. Labeo de verb. ſignif.* nec ad incogitata porrigitur. *Dd. in l. ſi de certa, C. de tranſact.* Imo qui tranſigit † ſuper incogitatis & occultis, 158
non tam tranſigit, quam decipitur, *Weſ. conſ. 42. num. 46.* Deficiente ergo † vnius partis conſenſu, 159
tranſactio ipſa eſt nulla.

Præterea hoc ſumpto intellectu, etiam ex impotentia contrahentium hæc tranſactio conſiſtere non poſſet: in eorum namque facultate non

fuit positum, res ad Ecclesiæ commodum collatas, alio vertere: ne igitur partes actum nullum & frustratorium egisse dicantur, & omnis quoq; absit mali suspicio, vltimam hanc clausulam secundum primam regulandam, moderandam & declarandam esse duco: vt scilicet comprehendat saltem decimas, von deß Ordens Gütern auff dem Land zu Detwang / oder in Rotenburger Marckung (hæc enim à partibus contrahentibus promiscue vsurpata esse, ex plerisque testium dictis, qui de nulla marca, nisi quoad pascua, aliquid sciũt, colligit) gelegen.

180 Verba enim † sequentia ex præcedentibus declaranda, maxime si obscura sint, vt per Dn. Referentem traditum est, & facit *l. quoties. famil. herciſc. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. de leg. 1. ibi Iaſon.* obscura autem esse, propter diuersum transigentium intellectũ, modo dictum. Proinde clausula generalis,

181 quæ † est hæc, Aller anderer Zehend auff dem Land/

182 refertur ad specificata tantũ, hoc est, Zu deß † Ordens eygene Güter daselbsten gelegen/ *d. l. ſi de certa, C. de tranſact. l. ſi ex pluribus. C. de ſolut. Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 11. 12. de verb. obl.* Idque etiam suadet series orationis: nã si Actor in postrema clausula diuersum quid à priore recipere & reseruare voluisset, in prima clausula non ita generaliter re-

183 nunciasset, per verba, † Allerdings nichts außgenommen: vel saltem in continenti subiecisset hãc postremam clausulam, post primam reseruationem, & sic post verba, den grossen vnd kleinen Zehenden von vnsers Ordens eygenen Gütern/ addidisset hæc verba: Vnd den Zehenden auff dem Land zu Detwang. Quod si factum esset, diuersas decimas tunc sibi reseruasse dicerem. Sed quoniã hoc primæ clausulæ contextus non continet, verum interponitur alia clausula, Vom Viehe/ &c. & tandẽ subiicitur hęc clausula, in qua primo saltem repetuntur priora, nihilq; præter tempus, quo hæc trã factio habitura sit effectum, adiicitur: Eam potius prioris repetitionem, quam nouam dispositionem & reseruationem statuo: cum alias plerunq;

184 ea, quæ † in anteriore parte cõtractus posita sunt, intelligantur repetita in posterioribus, per not. *in*

185 *l. ſi quis. in princ. de legat. 3.* & clausula † in fine posita regulariter refertur ad præcedentia, *l. talis ſcriptura, §. fin. ibi Dd. de legat. 1.* præsertim cum hoc commode fieri, vt in nostris terminis, possit. *gloſſa verſ. eorum ſcientia, l. 1. de iuriſd. omni. iudic. Bart. in l. prætor. la 2. de iud. Fel. in c. cauſam, col. 4. de reſcript.* Et eiusmodi declaratio conformis sit causæ finali contrahentium, ex qua, vt dictum, intentionem & mentem eorum colligere licet. *Crau. conſ. 245. num. 2. per l. cũ mulier, ſolut. matr. l. ſcire oportet, §. oportet, de excuſ. tut.*

186 Mens enim † contrahentium, & ratio contractus ipsorum, pro vno eodemque habetur. *Dyn. c. fin. de reg. iur. Bald. conſil. 200. incip. in cauſa iſta, num. 3. lib. 3.*

187 Ideoque voluntas † ipsorum magis colligitur ex ratione contractus, quam ex verbis. *Bald. conſil. 121. numero 4. verſ. ſed hic eſt aduertendum. lib. 3.* Et potissimum ex causa conuentionis, *l. fin. de hæred. inſtitut. l. adigere, §. quamuis, de iure patron.* Vnde sufficit, dispositionem † effectu ipso suppleri, licet verba 188 lædi videantur, *Grauetta conſilio 59. numero quinto, Oldrad. conſil. 257. num. 5.* Etiam in iis quæ sunt stricti iuris. *Alciat. & Dd. in rubr. de tranſact. & l. ſi de certa, eod.*

Accedit pro corroboranda hac declaratione, quod d. clausula vix saluari possit à fraude & simulatione: videretur enim aliud per saluationem vnius partis scriptum, quam actum, quo casu plus valere quod agitur, quam quod simulatur, *l. 1. C. plus valere.* Quinimo qui in transigendo aliquid abscondit, † cum id faciat sui lucri, & decipiendi aduersarii causa, non potest doli suspicione carere, *l.* 189

1. & tot. tit. de dolo malo, l. 2. 3. C. eod. Weſ. conſil. 42. numero 49. Dolus enim † est occultare, quod quis 190 celare non debuit, *c. de cætero, de re iud.* Non enim celare debet, qui cum alio contrahit, id, quod interest scire contrahentis, & quo cognito, non ita contracturus esset, *l. ea quæ in fin. de contrahend. empt. l. 1. §. fin. de action. empt.* Hoc enim contra bonam fidem, &c.

Vltimo, data hac interpretatione, maxima sequeretur inæqualitas inter cõtrahentes, & potiore loco poneretur conditio Actoris, quam Reorum: cum tamen † in dubio præsumatur de æqua- 191 litate inter contrahentes actum, *Alciat. de præſumpt. præſ. 23. reg. 1. num. 6. per l. dedit, de collat. bonor.* Est enim facienda interpretatio, † vt æqualitas seruetur. *Dec. conſ. 80. num. 4. Weſ. conſ. 51.* Cum ergo minor inæqualitas sequatur † ex interpretatione à 192 mente contrahẽtium, quam ex verbis desumpta, merito intentio contrahentium verbis præponderare debet. Nec hic locũ habet, quod dicitur: Fatuitas & incogitantia illius, † alteri ius quæsi- 193 tum auferre non debet. *Dd. in l. ſub prætextu ſpecierum, l. ſi de certa, l. age. de tranſact.* Quia hãc ipsam excludit, quod in confesso sit, deliberato animo hãc transactionem initam esse, & consensu vtriusque partis perfectam. Quod etiam ipsorum Reorum declarationem confirmat, ipsos videlicet aliter Transactionem non intellexisse, quam secundũ verba primæ clausulæ. Si igitur Actor aliud voluis 194 set, † apertius dicere, & suam mentem declarare debuisset: quod cum non fecerit, sibi imputet, *l. veteribus, C. de pact.* Quamobrem hic succedat Regula: quod Transactio † non sit trahenda ad ea, 195 quæ pars altera non cogitauit, & quorum si fuisset admonita, non ita contraxisset. Nam trãsactio consensum † requirit, *l. de fideicommiſſo, C. de tranſ-* 196 *action.* Qui nõ est in errante, *l. ſi per errorem, de iuriſdiction. omn. iud. Bart. in l. eleganter, num. 6. & 7. de dolo malo. Weſembec. conſ. 52. num. 75.* Hæc autem non fuisse à transigentibus tractata & admonita, multo minus inter partes concluſa, patet ex missiua, ab ipso Actore, *fol. Actorum 181.* producta: cui in eo pũcto nõ contradixit. Actor. Cũ ergo † pro se pro 197 ducat, cõtra se admittat Actor. Ex his itaq; cõclu do, actionem esse elisam, eamq; Actori, cum propria culpa ac voluntate, atq; sic iusta ex causa possessione sua ceciderit, non cõpetiisse, & per consequens Reos absoluendos: Compensatis expensis.

Aliud

Aliud votum N.

Actum meo iudicio, non remedio possessorio,
179 sed petitorio, propter sequentes causas, † Primo, quia in probatorialibus articulis Actor tantum deducit ius & titulum, per quem ordo Teutonicus decimas zu Dettwang acquisiuit, & ad se pertinere contendit, quod in petitorio fieri solet. Secũ-
180 do, † etiam petitio libelli optime petitorio conuenit, cum in eo duo potissimum postulentur, videlicet, declaratio dominii, & restitutio: quorum prius in possessorio à petitione abesse debet, etiã cum dominium colorandę causa possessionis de-
181 ducitur. Possessorium enim † iudicium est, quando concluditur nuda possessio: Petitorium vero, quando non nuda possessio concluditur, *Cæsar Contard. plene in l. vnica, C. si de moment. poss. numero 26.*
182 *q.* 13. Tertio, † ipsi litigatores vtrinque cardinem totius controuersiæ ex transactionis vi & intellectu metiuntur, per quã de possessione nihil, sed tãtum de dominio dispositũ est: nec per transactionem, sed per rei apprehensionem possessio acquiri solet. Quarto, † Rei restitutionem in integrum
183 petunt, quod tantum respectu petitorii locum habere potest. In possessione læsi non sunt cum ante
184 Transactionem nullam habuerunt. Quin o, † si possessorium dederimus, necesse est, eos narrata libelli, quoad omissum possessionis requisitum, vel ex actis reliquis, vel ex tacito iuris præsupposito (quale est: deiectus est Actor: ergo possedit) supplere, quod tamen iura in narratis non admittunt: quamuis in petitione, propter clausulam salutarem, non sit infrequens. Dicta enim clausula quamlibet actionem infert. *Gabr. lib. 6. titul. de clausula, concl. per tot n. 16. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 72. num. 15.* Con ludo, verisimilius videri, petitorium intentari, & quidem Actionem confessoriam, eamque ad receptionem decimarum competere tradũ: *Canonist. in c. tua, & c. prohibuimus, extra, de decimis, Schneidvv. in §. æque, num. 10. Instit. de action.* Quod si tamen in possessorio recuperandæ Domini perstiterint, non refragabor. E quoad illud, Rei promptis & expeditis rationibus condemnantur: aperte enim Actoris possessio, tempore deiectionis, in confesso est: aperte Reorum deiectio probata.

Quæ à Reis exceptiones adducuntur, contrà remedium possessorium, nil momenti habent. Prima exceptio est, rei (puta decimarum) ex trãsactione debitæ. Verum cum quis rẽ sibi debitam occupat, tantum abest, vt ius excipiendi ex eo facto nanciscatur, vt etiam certa pœna ius crediti amittatur, *l. extat, quod metus caus. l. creditores, Codic. si per vim vel alio modo.* Hæc exceptio dominii, exceptio dici non potest.

Considerandum est ius, quod Rei tempore occupationis habuerunt. Et quamuis transactio, cui innituntur, tunc temporis iam fuerit inita & perfecta, tamen per eam dominium non fuit in ipsos
185 translatum. Transactiones enim, † sicuti in vniuersum quælibet pacta, contractus & obligationes, tantum sunt vincula personarum, easque ad dandum vel faciendum astringunt, res ipsas, super quibus interponuntur, non afficiunt: & ideo neque per se, † & sua natura, dominium trãs- 186
ferre possunt. Quin ad eam rem actus naturalis, videlicet traditio requiritur, *l. traditionibus. Roman. singul. 306.* Et cum in incorporalibus, † patientia 187
sit pro traditione, dici non potest quod patiente Actore, Rei decimas colligere inceperint, sed verius proprio facto Actores deiecerint. Patientia itaque † hac cessante, cessat etiam translatio do- 188
minii, tanquam illius effectus.

Secunda exceptio est, quod Commendator Reis statim torcular concesserit: vnde colligitur, vel quod mox ab initio quietam possessionem Rei sunt adepti: vel si vis adhibita dicatur, eã per subsequentem spontaneam torcularis concessionem postmodum purgatam. Eodem modo, quo & illud, quod metu gestum est, † per spontaneum 189
actum subsequentem ita confirmatur, vt amplius retractari non possit, *l. 2. C. de his quæ vi metusve causa.*

Sed responderi potest: Ex dictis testium liquido constat, quod Rei, † inuito Actore, possessio- 190
nem sunt consecuti. Deinde & illud constat, Cõmendatorẽ iure familiaritatis & ex ciuilitate, torcular illis concessisse, ex quo possessio non quæritur: nec in petitorio vel possessorio præiudicium generatur, *Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1 §. 1. gloss 4. verb. metre an sante. num. 11.* Tertio: etiamsi maxime Commendator per d. actum in Reos, possessionẽ quietam transferre voluisset, tamen mandato ab Actore videlicet Magistro, cuius Procurator fuit, destitutus, id non potuit: si ne enim mandato domini † non rect e alienat, nec ius domino comp e- 191
tens vtiliter remittit, *l. nam & nocere, de pact. l præses prouinciæ, C. de transaction l. pactum, C. de pact.* Quarto, demus, Commendatorem ex mandato Actoris, per d. cõcessionem, in quietam Reorum possessionem consen ire, ac primam violentiam tali actu purgare voluisse: adhuc tamen, nec ipse, nec Actor ex tali causa à possessorio recuperandæ excludetur. Non enim eodem modo, † quo vis cõ- 192
pulsiua, ita etiam expulsiua, per sequen em actum purgari potest: cuius ratio est, quia vis compulsiua ab initio habet consensum: voluntas enim † co- 193
acta, dicitur voluntas, *l. si mulier, § si metu, l. 2. quod met. caus.* Et voluntas habet † in superficie, voli- 194
tionem, in medulla, nolitionem, *Francisc. Mantic. ex las. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 2. num. 11.* Aliam rationem ponit *Bald. in c. sollicite, num. 2. de restit. spoliat.* Nec quisquam replicet, possessionem ex post facto d. concessionis translatam: Respondetur, in contractibus, † per quos vel dominium, vel pos- 195
sessio, vel obligatio acquiritur, initium, non subsequens complementum consideratur. Deinde tum temporis, cum torcular Commendator concessit, iam possessionem Rei inuaserant, & ideo Actor id, † quod non tenuit, transferre non po- 196
tuit: ex hac causa nec renunciatio dominii superueniens, possessorio remedio impedimento est; cum talis renunciatio † possessionem abdicare 197

non potuit, quæ apud spoliatum non fuit. *Menoch. remed. 1. recuperand. q. 23. n. 263.*

198 Tertia exceptio est enormissimæ † læsionis, quę ex re ipsa contingit, & dolo, ex proposito compa-
199 ratur, *l. 2. de except. doli.* Verum hæc exceptio † possessorio opponi non potest, sed tantum petitorio, de quo *paulo post.* Concludo, quia in possessorio, actio probata, nec elisa, Reos recte condemnandos.

200 In petitorio hæc principalis quæstio † est, Ad quem ius percipiendi decimas pertineat? De Reis, *supra ostensum est.* Facto Actoris, qui dominus tempore transactionis fuit, ius tale peractum naturalem in Reos non translatum: sed nec id contigit, per actum similem à lege inductum, qui in defectum veræ traditionis omnino requiritur, vt dominium transferatur, *Alciat. in d. l. traditionibus, n. 51. C. de pact.* Ipsi quoque Rei suo facto per occupationem, inuito Actore, dominium non sunt consecuti: nec diuturnitate possessionis, multis notoriis impedimentis obstantibus, præscribere potuerunt: vnde efficitur, Reos dominos non esse, sed dominium apud Actorem permansisse. Hæc velut iuris fundamenta cum sequemur, etiam in petitorio res est expedita.

Verum præter hæc etiam alia argumentorum adminicula à Dominis Referentibus adducta sunt: quæ meo iudicio locum tum haberēt, si Rei contra Actores personali actione, ad consequendum id, quod vel ex primo contractu, de Anno 1398. vel ex pragmatica sanctione, de Anno 55. vel ex sequente transactione, de Anno 56. ipsis debetur, experirentur: nunc cum sibi ius ipsimet dixerint, & spretis iuris remediis, quasi possessionem percipiendi decimas de facto occuparent, vix est, vt in petitorio vel in possessorio, per obiectionem dictorum iurium, contra Actorem se defendere possint. Sed faciamus id fieri posse, idque ex-
201 cutiamus. Rei per d. contractum de † Anno 1398. ius decimarum in Actores primo transtulerunt, sub hoc modo, quod ministeria Ecclesiarum & Scholarum vicissim constituerent, eo pacto, quo in illo contractu exprimitur. Hic modus, quia in curia Magistrorum Teutonicorū defecit, eo ipso, ex natura contractus modificati, ius decimarum ad Rotenburgēses pleno iure rediit.
202 In omnibus enim † dispositionibus, sub conditione vel modo initis, deficiente modo vel conditione, deficit dispositio, *l. 1. C. de his quæ sub modo.* Mo-
203 dus enim † pars ipsius dispositionis, illiusq; quasi causa finalis est, qua cessante, merito cessat dispositio: *Wesenb. in tit. de cond. & demonst. n. 9.* Sed huic contractui, per posteriorem Transactionem de anno 56. est derogatum, vt consideratio illius haberi non possit *l. pacta nouissima. C. de pact.* Eodem modo ius, quod competiit Reis ex d. Recessu de anno 55. similiter per d. Transactionem est sublā-
204 tum: Prouisio enim † hominis fecit cessare prouisionem legis. Quo loco notandum, quod nostris
205 litigatoribus per d. Imperii Recessum, † facultas super sustentatione ministerii ecclesiastici transigendi, expresse fuit permissa, text. *in §. Als auch den Ständen. cum §. seq.* Atque hac publica sanctione, iuri communi, de prohibita alienatione rerum Ecclesiasticarum, Item, de non transigendo, super alimētis futuris: liquido, quoad nostrum casum est derogatum, vt in argumentum trahi amplius non possit: Remoto itaque primo contractu, & dicto Imperii Recessu, relinquitur, omne fundamentum iuris, quod vtrique parti in decimis zu Detwang. competit, recte ab ipsis in transactione collocari, ac tantum collocari potuisse. Proinde ex tenore Transactionis videndum, ad quem decimæ in Detwang spectare debeant. Ad cuius rei diiudicationem hæ regulæ in conspectu erunt. In contractibus, † cum verba clara sunt, il- 206
lis omnino est inhærendum, nec contra propriam eorum significationem interpretatio admittenda *l. continuus. §. cum ita de verb. obligat.* Certitudo enim † verborum declarat, certitudinem in- 207
tellectus *Bald. consilio 452. num. 2. volum. 3.* Et præsumitur † talis animus, qualiter verba demonstrant 208
l. Labeo. §. idem Tubero. de suppellect. leg. Nec † animus 209
intelligitur sentire, quod verba non sonant, cum virtus se ad illud non porrigat. *Grauet. consil. 294. num. 7* vbi igitur verba clara sunt, & sensus manifestus, † interpretatio nulla tantum valere potest, 210
vt melior sensu verborum existat. *Cephal. consilio 138. num. 3. lib. 1.* Quia omnis argumentatio, in casu claro, est reiicienda, *Grauet. d. consilio 294. num. 6. 7. Bald.* † imbecillitati intellectus adscribit, à claris 211
verbis ad coniecturas, tanquam à certis ad incerta recurrere. *Baldus in d. l. continuus. de verb. obligat.* Secundo quod si verba dubia † vel ambigua sunt, 212
contra proferentem interpretatio facienda est, quia apertius ea proferre potuit *l. veteribus. l. Labeo. de contrah. empt.* Hæc ad rem.

Ex verbis transactionis † clarissime patet, con- 213
trouersas decimas ad Actores, non ad Reos in totum pertinere: Primum, probatur hoc manifeste particula aduersatiua: † Sonsten aber/ quæ sua na- 214
tura diuersum à priore infert. Vnde, cum clausula præcedens Reis attribuat den Zehenden zu Rotenburg in der Statt vnnd derselben Marckung: necesse est, quod clausula sequēs, den Zehenden zu Detwang/ illis non attribuat, sed Actori reseruet. Deinde, nisi hanc sententiam posuerimus, † clausula 215
Sonsten aber/ superuacanea erit, & ociosa: quod de tota clausula præsertim dispositiua, affirmare absonum est: Cum in contractibus † vnumquod- 216
que verbum cum effectu & virtute operandi positum intelligatur, *l. 1. quod quisque iur. cap. si Papa. de priuileg. in 6. Felin. in c. fin. numero 56. de rescript.* Tertio, quandoquidem Actor primam Transactionis delineationem Reis trāsmisit, quam & illi in Senatu, adhibito longo tractatu, suo arbitratu interpolarunt & mutarunt, nec tamen d. clausulam † Sonsten aber/ expunxerunt: merito ex illa 217
etiam secundum improprium illius sensum obligantur, per regulam *dict. l. veteribus. & dict. l. Labeo.* Quarto: Sed nec decimæ zu Detwang/ incertæ esse possunt, cum certi sint agri, vineæ & pascua,

quæ

quæ ad pagum illum pertinent: quod omnes testes fatentur. Et addunt nonnulli, quod maior pars der Weingärten zu Detwang/ den Bürgern zu Rotenburg zugehöre. Nec hic laborandum erit, an Detvvangenses marcam habeant, vel non: satis enim est, ℘ habeant agros, vineas & pascua, vnde decimæ percipiuntur, & in casu decimarum, si marcæ mentio fiat, accipi tantum potest, pro ipsa fundorum vniuersitate, seorsim & per se, non etiam cum iurisdictione considerata. Decimæ enim † dominis locorum non debentur, sed parochiis quæ iurisdictione carent: Nec decimæ † iure iurisdictionis, sed ad instar quorumlibet fructuum, quorum decimam partem conficiunt, iure soli percipiuntur: textus *in l. qui scit. in princip. de fruct.* Hinc accommodate ad casum præsentem à plerisque testibus marca definitur esse, videlicet à teste Actoris primo, ad interrog. 1. art. 3. So weit sich jhre Felder ziehen. & 4. testis ibidem dicit, daß ein Marckung sey / so weit Acker / Wisen / &c. & nonus ad 3. articul. Detwang hab ein Marckung / so weit jhr gemein Recht gehe. Quod reliqui in specie magis exprimunt, so weit jhr Hut vnnd Weid gehe. Atque hoc ius pascendi pari modo, quo & decimæ, vniuersitati agrorum certo loco destinatæ inhæret: à marca † itaq; iurisdictionali, vitiosa est Reorum collectio. Quin econtra verba præcedentis clausulæ, † nempe, in der Statt Marckung / accipienda sunt eo sensu, qui modò ostensus, videlicet pro ipsis agris, vineis, pascuis, in die Statt gehörig / sine iurisdictionis qualitate: hic enim sensus ex sequentibus verbis (gen Detwang) rectè infertur, & subiectæ materiæ conuenit. Et si quis hunc sensum improprium dixerit: tamen tollerari debet, cum alioqui verba illa, de iurisdictionali Rotenburgensium marca, in fundis Detvvangensibus, qui eidem includuntur, propter manifestam exemptionē verificari non possint. Verba autem † impropriè omnino intelligenda sunt, cum in proprio sensu actus subsiste re non potest, *Francis. Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 3. tit. 5. n. 5. & tit. seq. per tot.* Quintò: certitudo decimarum † zu Detwang etiam ex eo probatur, quod proprio nomine ab aliis præsertim Rotenburgensium Decimis distinguuntur: Testis enim 6. 9. 10. 14. actoris ad 4. interrog. 3. attic. Item 7. ad vlt. interrog. 3. art. Item, 12. ad 2. attic. & 17. testis ad interrogatorium generale, nominant decimas illas den Thalzehenden. Econtra 23. Actoris testis ad quartum generale interrogatorium nominat den Zehenden zu Rotenburg / den Statt Zehenden. Sextò: tam ante initam Transactionē, quam post eam, decimæ Rotenburgensium & Detvvangensium fuerunt ipsa perceptione distinctæ. Nam 23. testis Actoris ad 4. generale interrogatorium dicit: Daß sein Vatter hab zum vierten mal den Statt Zehend von einem Commenthur deß Geschlechts ein Lochinger / bestanden. Hoc ante transactionem fieri tantum potuit, cum post eam Rotenburgenses illas perceperint, & quod commendator post transactionem den Thal Zehend / pro decem modiis sæpius locarit, passim testes inculcant. Septimò: ipsi Rei proprio facto certitudinem harū decimarum comprobarunt. Cum enim Actori den Frucht Zehen zu Detwang reliquerint, & quoad decimas illas, de finibus & marca Detvvangensium planè non discrepent, eosdem fines, quoad vineas, inconuenienter in dubium vocant. Octauò: Primus contractus de anno 1398. distinguit decimas Rotenburgensium, à decimis der armen Leut auff dem Land/ dum distinctè de singulis promittitur, quod decimas soluere debeat: quod fieri non posset, nisi peculiares decimas haberent: Quod ideo † olim fuit, hodie durare præsumitur. Ex quibus omnibus, atq; aliis à Domino Referente productis, concludo quodcunq; iuris remedium, siue possessorium siue petitorium, siue personale, Actori adsignabimus, intentio illius ad condemnationem Reorum, satis virium habebit.

Non obstat primò, quod de marca à Reis oppositum est: Respondetur enim, vt *suprà*. Deinde nec exceptio enormissimæ læsionis obstat, cum non sit probata. Est enim † enormissima læsio, ex multorū (quos sequitur *Gail. lib. 2. obserū. 77. num. 8.*) sententia si quis vltra dimidium læsus sit: alii existimāt, † si quis in sexta parte læsus sit: *Ferrar. caut. 8. num. 2.* Plerique hoc iudicis arbitrio relinquunt, † cum hoc à lege non sit determinatum, *Bald. in l. cum antea. Codic. de arbitr. Mynsing. obserū. 6. cent. 5.* Ad læsionem autem probandam omninò requiritur, certam qualitatem exprimi, vt indè constitui possit, an enormis sit, vel enormissima: & cum nullus testium, in quanta parte læsio facta sit, deposuerit, læsionem etiam probare non potuerunt. Tertio, non obstant, quæ de eorum mente & voluntate fusè disseruit correferens: Ea enim † locum habere possunt in his, quæ ab vnius voluntate dependent. In contractibus, † qui synallagma & mutuā obligationem continent, vnius consensus rei substantiam non constituit, sed necesse est duos plures vè, in idem consentire. Idque † si ex verbis & tractatu negocii potest, seruari debet, nisi omnes, non etiam vnus, aliter sensisse ostendatur.

Vltimò: Etiam non mouet intellectus clausulæ (Sonsten aber) à domino correferente allatæ: repugnat enim verbis & sententiæ, atque adeo contextui transactionis: quin alienus etiam est à mente vtriusque litigatoris, nec video, quomodo contra ipsorum intentionem ex hoc intellectu sententiam feremus. Ipsa quoque † verba, Sonsten aber/ cum diuersum à præcedente inferant, impossibile est, verba sequentia ex præcedētibus, tanquam ex simili, intelligi posse. Planè etiam † decima pars domino non rectè assignatur, in eo quod illius totum est: Et sicut res sua † Domino seruire non potest: ita in rebus propriis, onus decimarum vlli constitui non potest. Hinc efficitur, cum in prima transactionis clausula libertas contra decimas disertè Actori sit concessa, in secunda clausula inde ad onus, siue debitum

decimarum concludi non posse: Taceo, quod nec ex actis apparet, in districtu Detvvangensi Actorem non habere vineas.

An grauamina ad probandum admittenda? In actione confessoria, quam ipse N. constituit, nihil releuare possunt: Ergo non admittenda. Ocularem quoque inspectionem denegarem: quia terminos alios non reponunt Rei, quos probare possunt, vt etiam admissio omnino futura si inutilis.

Quid pronunciandum? mea sententia Rei condemnari deberent ex actione confessoria, & simul super dominio decimarum pronunciari, videlicet, daß der Zehend zu Detwang / Actori zustendig: post ex sententia priorum Iudicum subiiciendum, daß jhnen nicht gezimpt oder gebürt / &c. pro-
235 ut in ea. Verum cum Actor † per omissionem declarationis dominii, se grauatum non conqueratur, & sententia in reliquis partibus confessoriæ congruat, confirmabit illam cum Domino Referente simpliciter.

Quoad fructus, retractari iure debebat, cum tam in petitorio quã possessorio, omnes fructus percepti secundum qualitatem nostri contractus restituendi sint. Verum cum Actor in litis contestatione priorem sententiam confirmari petierit, insisto ei petitioni: nec quicquam moror, quod eam post, quoad fructus, mutarit. Ne-
236 que enim † post litis contestationem Actor petitionem, in præiudicium Rei, qui eam acceptauit, mutare potest: *Cæpoll. cautela 6. num. 2.* Expensas compensabo.

Votum aliud.

D. N. Cum Domini hanc causam satis tractarint, meam sententiam solummodo paucis aperiam.

Ad genus itaque actionis quod attinet: Petitorium, & quidem Actionem confessoriam, cum Dn. N. iisdem, quibus ille adductus rationibus, Actorem intentasse, malo constituere.

Decisionem autem causæ ex Transactione Anno 1556. inter has partes celebrata, petendam, & ipse persuasum habeo: Cuius quidem ea sunt verba: Dargegen sollen wir Meister Teutschordens / jhnen (denen von Rotenburg) folgen lassen / allen Wein vñ Fruchtzehenden / so viel dessen alles in jhrer Statt / vnnd derselbigen zugehörigen Marckung / vnserm Orden gebürt / &c. Quæ sanè satis perspicua, & contrahentes de iis tantum decimis, quæ in vrbe Rotenburgensi, eiusque finibus & districtu colliguntur, agere voluisse, cumulatè videntur
237 posse demonstrare: quippè cum ex vnius † inclusione fiat exclusio alterius Adhibita præsertim in considerationem prædictæ clausulæ geminatione, & exiguo repetito interuallo inculcatione, ibi Auch Weinzehend in der Statt Rotenburg / vnd derselben Marckung: Quæ profecto su-
238 peruacanea, ociosaue minime habenda, † sed maturam partium deliberationem, & disertam, præcisamque earum voluntatem arguere, censenda, *c. si quis natus. 2. q. 3. l. Baliſta. ad Trebellian. Tiraq. late in l. si vnquam. versic. reuertantur. C. de reuoc. donat. n. 39.* Nihilominus, quo omnis disputandi ansa præcideretur, & nullus in posterum cauillationis locus relinqueretur, postmodum exceptiuè subiicitur: Sonst aber alle andere / &c. (qui † omnia di- 239
cit, nihil excludit) Auff dem Land / gen Detwang gehörig / wie bißhero / also auch fürbaßhin (quo haud dubiè etiam controuersæ Weinzehend / quæ in hunc vsque diem ordini competierant, comprehenduntur) vnserm Orden / vnnd desselben Haus werden vnd bleiben. Qua seruata, id quod præcedentibus iam satis inerat & includebatur (decimas nimirum Detvvangenses ordini ab Actore reseruatas, & à Reis relictas) anxioribus tamen scrupulum potuisset aliquem iniicere, & disputandi occasionem præbere, expresse veniet. Et quid ad hoc egemus testibus, ac tritæ regulæ, qua post casum † decisum amplius non laborandum, 240
nec rem in dubium vltro vocandum, docetur. *l. Labeo. de Carbon. Edict. l. Ancillæ. ibi Bald. post gloſ. de furt.* securè non acquiescimus? argumenta autẽ, quæ ad horum euersionem ingeniosè conquiruntur, præterquam quod Reis, qui aduersus ea, quæ dilucide fuerant conuenta, iisdem pertrahantur, sint indigna, *arg. c. per tuas. de præbend. & l. generaliter. de non num. pecun.* In statu coniecturali plærague versantur, quæ, vt in vltimis † voluntatibus, 241
in quibus Iudicem scripto non tam religioso addictum, quæ fuerit defuncti sententia, non aliter; quam venatori leporem (vt *Bald. dicit*) quam sagacissimè conuenit indagare. *l. in conditionibus. de cond. & demonstr.* sunt vsitatissima atque recepta, *l. in testamentis. vbi Dec. Cagnol. & alii. de R. I.* Sic in contractibus † præcipuè qui stricti iuris sunt (in 242
quorum numerum transactiones referuntur. *gloſ. fin. in l. ſub prætextu. 2. C. de Tranſact. vbi in rubr. Alciat. communem dicit*) in quibus Cancelli à contrahentibus circumscripti, minimè transiliendi, sed & nominatim non expressum, pro omisso *l. quæ extrinsecus de ſtipulatione.* Ipsa item verba pro lege habentur, *l. 1. § ſi conueniat. depoſ. l. contractus. ibi Dec. & alii de reg. iur.* Nec aliud, † quam in scriptura est 243
expressum, actũ intelligitur *l. fin. vbi Bald. & Salic. Codic. de falſa cauſ. adiect. Bald. conſil. 189. creditor. nu. 3. lib. 2.*

Ratio diuersitatis non est in obscuro. Nam testamenta † ex sola testatoris voluntate, quam id 244
circo, quibuscunque possumus commodè coniecturis, meritò inuestigamus, inspicimusque. *l. inter veſtes. de auro & arg. legat.* At contractus non ex alterius contrahentium, sed vtriusque animo & intentione, quorum dissentientibus præsertim partibus (vt hic) interpres certissimus, oratio *l. cum virum in princip. vbi not. Cuiac. C. de fideicommiſſ.* Quippè cum nemo † existimandus dixisse, quod 245
non mente agitarit *l. Labeo. verſic. nam vocis miniſterio. de ſupell. legat.* Et ex hominis loquela, vt *cum Bald. in l. ſed & milites. de excuſat. tutor.* loquitur, eius animus iudicatur, dependent. *Caſtrenſ. in l. ſi mihi & Titio. § ſi ſtipulatus. de verb. obligat.* Vnde etiam quod Rei controuersas decimas sibi quoque cessas fuis-

sas fuisse, animo proposuisse, sibiq; persuasisse iam allegant, satis non fuisse consequitur. Quamobrem enim hanc suam persuasionem, tanquam partum abortiuum, *late Tyraquel. in dict.l. si vnquam.verb.libertas n.18. Cod. de reuoc. donat.* in animi latebris, recessibusque delitescere sunt passi, ac non potius verbis explicarunt, *iuxta l.cum in plures.§.locat. leg.si retinendi.C.de condict.caus.dat.*

Imò cum contrarium ex diametro, decimas videlicet Detvvangenses apud ordinem remansuras, Transactioni expresse inseratur: quare non reclamarunt, & de sua hac sententia & intentione sunt protestati? faciunt notata *in l.qui tacet. de reg.iur.* Cum Transactio illa, formâ ab Actore, sub Reorum censura & approbatione concepta eisque transmissa, atque in frequenti deinde senatu discussa, & maturè examinata, præcipuè cum nonnulla adpinxerint: hanc tamen de decimis Detvvangensibus clausulam identidem non oppugnarunt? vt planè non videam, quo tandem colore, in re adeò perspicua, & ab omni cauillo, apertis transactionis verbis, circumspectè vindicata, *Grauet.consilio 223. Nobilis numero 28. volum.1.* ad vllas possumus coniecturas decurrere, contra *l.continuus.§. cum ita de stipulat. l. non aliter de legat.3.* Et per ea quæ *not. Socin.consilio 19. adsit num. 7. vol.1.* subdolè & versutè Reos versatos, ac studiosè, nec satis bona fide, contrariam istam suam, quam iam intempestiuè, serò, & post factum, vt dici solet, tantopere venditant, intentionem dissimulasse, & malitiosè mussitasse: quo nimirum negocium actori postmodum facesserent, aliquis possit suspicari. Quo quidem casu (quem ego ta-
246 men nolim imaginari) doli patrocinium † eos implorare, æquitatis ratio non pateretur *l. verum. §.hoc quoque.pro Socio.* mea profectò sententia habent planè Rei, quod sibi imputent: quia legem
247 contractui † apertiorem dici, cum facultas summa eis, & spacium deliberandi libertum, laxissimumque daretur, non curarunt, *arg. l. veteribus de pact.l. qui ex plurib. §. stipulatio ista. de verb.obl.*
248 cautius etenim mercari, & contractus, † etsi ab initio voluntatis, ac ex post facto necessitatis, scire debuissent: *l. in commodato, §. sicut. commodat.l. sicut. Codic.de act. & obl.* Quod verò commendator Torcular Reis concesserit vtendum,
249 exiguum habet momenti: Beneficium † enim illud in eius iam damnum & necem velle interpretari, æquitati minimè foret consentaneum *l. 1.quemad. testam.aper.* Præterquam quod com-
250 mendator, † persona nempe singularis, aliquid toti ordini, cui transactione ius quæsitum, præiudicium nequeat creare, *arg. cap. diligenti. vbi notatur. de foro compet. Ruin. cons.130.num.5. volum.5. Eberhard. cons.12. sub fin.* Et cum vicem officialis magistri ordinis quodammodo commendator obtineat, ipsi equidem magistro, quo cum transactio inita, eiusque iuri nihil potuit detrahere, *Cæpoll.de seruit.vrb.præd.num.4. Capit.decis.l.7. & Balb.de præscript.2.part.5.par.princ.§.tertia estq.n.8.*

Quoad læsionem, & petitam eius prætextu transactionis rescissionem: hunc articulum diligenter Dominus Referent. & N. enuclearunt, cum quibus etiam *Gail. cap.70. libr. secundo, num. 11. sentit.*

Fructuum perceptionem, quamuis si summo iure rem perpendere vellemus, aut Rei ab occupationis tempore ad præstationem illorum tenerentur: Tamen etiam cum dictis Dominis mitio rem malo partem amplecti. Cum quibus quoque priorem sententiam, cum compensatione expensarum approbandam concludo. Quæ certè sententia, cum ab vtriusque religionis, Catholicæ nimirum, & Augustanæ confessionis pari numero sit iudicibus pronunciata, tantò maiorem integritatis opinionem videri posset promereri.

Aliud votum.

D. N. Quoad actionem, confessoria agi posse: cum præstatio † decimarum sit quædam seruitus: aliàs cum actor allegat, se possessione decimarum destitutum, restitutionemq; petat, putarem, possessorio recuperandæ iudicio actum dici posse, vt Domini Referentes. In hac verò causa, litigantes ad transactionis tenorem se referunt principaliter. Itaque in primis de Transactione ipsa, an iure subsistat videndum: Et ℔ non, præter rationes à Dominis referentibus adductas, etiam considero, ℔ decimæ † non tam personarũ, vt puta, Episcoporum, aut Clericorum sed ratione Ecclesiarum, à Deo sunt constituræ & seruatæ *c.statutam.c. de decimis.16.quæst.1.c.tua.& ibi glo.in verbo prætextu de decim.* Ideoq; in dominio Ecclesiarum esse censentur, *d.c. Tua. & ibi Panorm.nu.4.* & Parochiali † Ecclesiæ, sub qua prædia sunt, dari debent. *c. fin.ibi glos.extra de parochr.* diuersoque effectu, † Deo & Clericis soluuntur: Deo enim in signum vniuersalis dominii, vt scilicet totius terræ, omniumq;; quę in terra sunt, dominus cognoscatur: Clericis verò solummodo, pro diuino officio, quod in Ecclesiis in cultũ Dei impendunt: adeo quidem vt etiam pauperibus † dari non possint, cum ipsis Clericis debeantur. *Abb.in d.ca. tua nobis. de Cleric.* Quippe nec Clericus vel † Laicus, pactis aut transactionibus, vllam potestatem decimarum prouentum ab Ecclesia abstrahendi habet: Et siquidem traditio facta fuerit, omninò censetur irrita. *d.c.si quis Clericus. & can.de decimis.16. quæst.1.* Quia decimæ, ratione diuini obsequii & ministrorum, sunt præstandæ *ca.nouum. & d.c.tua nobis ibi glo.verb.prætextu.* Quia † res cum suo onere transit. *c.cum non sit in homine. in fin. de decim.* Iam verò cum decimæ Ecclesiæ in Detwangen / vt ministeria inde sustententur, ac Clerici alantur, debeantur, sanè talem transactionẽ, quia Commendator, neglectis ministeriis, sibi decimas reseruauit, ipso iure nullã esse videtur, *per iura supra dicta.* Quandoquidẽ, D. Paulo attestante, qui † altari seruit, de altari viuet: Ergo è contrario, qui non seruit, etiam de eo sustentari non debet: Cessante enim † priuilegii causa, etiam eius effectus cessare debet, *c. suggestum. ibi glos.1. de decim.* Nec hisce

Consti-

Constitutio Imperii, de anno 55. §. als auch/ &c. *cum* §. *seq.* aduersari videtur. Quia primò expresse disponit, quod ministeria ex bonis antiquitus ad Ecclesiã destinatis, similiter sustentari debeant. Quod verò in sequenti paragraho, subiungitur, quod partes desuper conuenire possunt, putat intelligendum, da ein Parthey vor der andern die Bestellung haben wolt/ vel, quantũ de reditibus, censibus, ac decimis, ad ministrorum sustentationem distribuendum esset, concederetur, iuxta verba, was vnd wieviel zu Vnderhaltung der Ministerien gegeben werden soll/ non autem ita transigendum quod Parochialis Ecclesia, sub qua prædia sita sunt, suis decimis quibus ministri, propter animarum curam, sacrosque labores alantur, in totum destitui debeat: cum hoc potius ad destructionem quam sustentationem cederet. Quod
260 enim† in fauorem Ecclesiarum & ministeriorum constitutum, id in ipsorum odium trahi non debet *l. quod fauore. C. de LL.* Maximè cum d. constitutio in fine eiusdem, §. disponat, possessorem fructuum, qui onus sustinuit, etiam ministeria, de reditibus, decimis, aliisque bonis, antiquitus ad hoc destinatis, quamdiu lis pendet, sustinere debere, in quo iuri diuino & communi videtur conuenire: aliàs enim si constitutio alio sensu intelligatur, quod scilicet Rectores Ecclesiarum, in officio negligentes citra onus ministeriorum, per conuentiones vel transactiones, decimas sibi appropriare, & Ecclesiam destituere: quo casu iuri communi penitus esset derogatum, quod non putat dicendum, nisi expressis verbis correctio facta esset: *l. præcipimus. C. de appell.* Ex quibus videtur inferendum, d. Transactionem, qua Ecclesia in Detwang/ quæ olim parochialis fuit (vt ex documento patet) eiusque ministeria, suis decimis prædialibus in totum priuentur, ipso iure nullam esse. Et pro hac sententia vtrunque, Dominum Referentem, & Correferentem, sua fundamenta adduxisse apparet: nisi quod Correferens pro declaratione & obseruatione d. contractus, talem nullitatẽ amouere intendit: Referens verò istam nullitatem, per d. Imperii constitutionem saluandam existimat, quam ipsam tamen, per suprà dicta, communi iuri conformem existimat: Cum
261 legum † correctio sit vitanda, & secundum ius commune d. Constitutio interpretãda. Æquum
262 enim est, † magis priuilegia Ecclesiarum, quam priuatorum pactiones attendere: & hoc casu posset Transactio annullari, vel restitutio in integrum concedi, de quo *infrà*. Quatenus verò domini d. Transactionẽ validam censuerint, etiam in principali causa paucis verbis se declarat. Et quidem inspecta aduersatiuæ clausula transactionis, vers. Sonsten aber &c. censet illam adeo generalem, vt etiam quascunque decimas prædiales in Detwang/ eiusque districtu colligendas noster Actori attribuat. Quandoquidem hoc ipsum il-
263 la verba generalia, † Sonsten aber allen andern Zehend/ &c. facilè inferunt. Qui enim omne dicit, nihil excludit: Et hoc etiam sequentia verba probant vulgariter: Wie bißhero/ auch fürbaß hin dem Orden bleiben: quia hæc verba antiquam præceptionem & possessionem denotant. Sicut igitur Actor antiquitus recepit, ita sibi reseruasse certũ est: maximè, cum in Transactionibus † & aliis 264
contractibus non solemus à verbis recedere *l. quic quid adstringenda. de verb. obligat. Bartol. in l. siue apud acta. ibi Alciat. n. 24. C. de Transact.* Cæterum si priores d. transactionis clausulæ introspiciantur, dubium non est, ex parte Reorum certæ rationes militare videantur: quibus elicitur, Reos aliam mentẽ habuisse, vt dominus Correferens earum plurimas adduxit, ad quas se refert. Nam cum in initio contractus Rei sese ad d. Imperii constitutionem, qua pro conseruatione ministeriorum decimas habere potuissent, retulerint (quæ decimæ propriè ad Ecclesiam spectant, *cap. cum contingat. ibi glos. Panorm. de decimis*) non videtur verisimile, quod decimas remittere voluerint. Deinde, quia vtriusque Ecclesiæ onera, tam in Detwang/ quam in Rottenburg/ in se susceperunt: ideo de retinendis † decimis ad vtramque Eccle- 265
siam pertinentibus ipsorum intentio fuisse præsumitur: Cum Rei suam communitatem vltro citroque obligare noluerint, arg. *l. Præses. C. de Transact.* Quibus tertiò accedit, prima illa generalis clausula, d. contractus, qua dicitur, daß dagegen Administrator allen Wein vnd Frucht/ auch den kleinen Zehenden/ so viel deß alles/ in der Statt vnnd derselben Marckung dem Orden zustehe/ nichts dauon außgenommen/ wöll folgen lassen/ quæ sanè omninò generalis est, & per illam Rei videntur inducta, quod vinearum decimas in Detwang etiam comprehensas existimarint, & existiment de præsenti propter vniuersalia verba, † Allen Wein- 266
zehenden: quæ nullas decimas vinearum excludunt. Et licet subiungantur verba: So viel dessen alles in jrer Statt/ &c. quæ ad ciuitatem Rotenburgensem restringuntur: Tamen sequentia adiuncta verba: Vnnd deroselben zugehörigen Marckung/ latius patere videntur, adeo quod dum Reis, tam quam fortè indoctis, verum etiam doctoribus, varietatem intellectus inducant: Et sunt ea, quæ hinc partibus ansam litigandi præbuerint: quandoquidem verba illa strictè de Ciuitate Rotenburgensi: Rei verò nostri largius, etiã de districtu Detwangensi, quasi sit illa de districtu & Marca Rotenburgensi, intelligant. Quapropter si Marca propriè sumatur, non immeritò Rei dubitandi rationem habent: Tametsi enim illud verbum, *Marchia*, à† limitibus suam originem du- 267
cat. vt per *Zas. in 5 feud. part.* Sonsbeck. *part. 6. nu. 9.* Tamen à seruitute iustitia nomen habet, vt tenet Matth. Afflict. *in tit. quis dicatur Dux, Comes, March. num. 4.* Vnde etiam Marchiones, † limitum præ- 268
positi dicti sunt, quod aduersus hostes militaret: cum Romani olim limites Imperii iuxta mare constituissent. Idem Sonsbek. *dicto loco.* Hinc etiam iure Saxonico, Castra non muniuntur, nec in prædiis muri constituuntur, nisi de speciali superioris licentia, in *artic. 66. cum sua glossa. lib. 2.*

Land-

Landrecht. Considerata igitur propria significa-
269 tione,† ea dicitur Marca, siue Marchia, quæ iurisdictionem, & iustitiæ administrationem habet. Et hoc plerunq; per testes probatur. Nam quidam Actorũ testes ingenuè dicunt, sese de Marca nihil certi attestari posse, & plerique, quid Marca sit, ignorant. At verò seniores testes, qui sunt Detvvangenses, inter Huet & Marckung differentiam constituunt, & testis 5. annorum 55. ad 3. articulum dicit, se nunquam audiuisse: Daß Detwang ein besondere Marckung hab/ sondern Rotenburg vnnd Detwang/ sey ein Marckung: Aber mit Huet seyn sie vnderscheiden/ ꝛc. similiter ad 6. articulum. Qui adstipulatur 6. testis ad 3. interrogatorium, & sextum articulum, & 9. testis ad 6. articul. & testis 11. ad 3. articulum: quia etiam testatur, daß der Zehen zu Rotenburg vnnd Detwang ein Zehend. Item 12. testis ad 11. interrogatorium generale & 13. testis ad 3. articul. & 14. testis ad 2. articulum & 4. interrogatorium. Et cum hisce Actorum testibus plærique Reorum testes ad 21. articulum conueniunt. Quippe ex dictis quinti testis Actorum ad 3. articulum elicitur, ipsummet commendatorem, daß der Rotenburger vnd Detwanger Zehend / ein Zehend were/ attestatum esse. Quapropter ex testium depositionibus,
270 quod scilicet Detwang/† sit de pertinentiis Rotenburgens. eiusque iurisdictioni subsit, & incolæ in Detwang ibidem sint ciues. Hoc casu, propriè loquendo de Marca, facilè aduertitur, eam Reorum mentem & intentionem fuisse, quod per illa generalia transactionis verba, Vnd derselben zugehörigen Marckung /ꝛc. propriè de Marca iurisdictionis, ac etiam decimas vinearum in Detwang intellexerint. Et hoc vel eo magis, quòd postea in aduersatiua particula, longo interuallo subiecta, saltem in genere fiat decimarum mentio, non autem in specie, de vinearum decimis quidquam dicitur: Ideoque iustè existimare potuerunt, per vltimam clausulam priori, quoad decimas vinearum, nihil esse derogatum, aliàs verò secus foret, si in postrema clausula positum esset: Sonst all ander Wein vnd andere Zehend: quia illam tunc melius potuissent assequi: Ideoque inde iustus in Reorum consensu error subesse videtur: cum hinc inde partes ea verba diuersimodè proprie & impropriè, latius strictius que accipiant.

Quartò facit, quod 7. 10. 11. testes Reorum, qui senatui interfuerunt, haud aliter transactionem se intellexisse dicunt, & 23. articulum, cum scientiæ ratione affirmant. Quod & horum testimoniis sensus & intentio Reorum comprobatur: quoniam etiam postea in decimarum perceptione alius Reorum intellectus non apparuit, nec alium rati fuerint, quam quod omnes vinearum decimæ ex d. conuentione sibi competere existimarint: prout Dominus correferens latius ea deduxit.

Ex quibus omnibus apparet, quod licet Actorum intentio, per aduersatiuam Transactionis clausulam sit probata. Tamen cum alia Reorum fuerit sententia, vt ex suprà dictis conuincitur: facilè elicitur, ob defectum consensus, Transactionem hac in parte rescindi posse: Tametsi enim in Transactione illa Regula: non videri eum consentire, qui errat, *l. si per errorem. de iurisd. om. iudic.* non facilè sibi locũ vendicet: cum per erroré Transactio† non impugnetur: Si tamen error re 271
ipsa comprobatur, vt hoc nostro casu, vbi de vinearũ decimis vtriusque partis diuersa est sententia: eaque se ex prædictis offert: tunc in illa† parte 272
tantum posset rescindi transactio: *Bartol. in l. vnica. n. 4. 5. & Bald. num. 4. Cyn. num. 6. Codic. de error. calcul.* Imò cum Ecclesia, † Ciuitas & minor æ- 273
quiparentur, *l fin ibi Bartol. Codic. de SS. Eccles.* Et minor, † si transigendo ex verborum effusione 274
damnũ subeat, sanè per in integrum restitutionem ei subueniri potest & debet. *l. 1. Codic. si aduersus rem iud. Alciat. l. Transactione finita, Codic. de transact.* Ideo & nostri Rei, nomine Ecclesiæ in Detwang/ & suæ ciuitatis, quæ per talem clausulam, non intellectam, damnum sentit, etiam ex illo capite contra Transactionem in integrum restituendi venirent: vbi etiam contractum vel rescindendum, vel Reos in integrum restituendos concludit. Sentit igitur pronunciandum, benè Appellatum, malè iudicatum, vel contractũ, quoad decimas in Detwang/ rescindendum, vt de nouo partes conuenire possint.

Votum aliud.

D. N. Quæritur, welchem Theil/ krafft Transactionis, der Weinzehend in den Weinbergen zu Detwang gehöre vnd zustehe? Videtur autem ex sequentibus causis pro Reis, Rotenburgensibus, daß jhnen vnd nicht dem Teutschen Orden/ der Zehend zustehe: pronunciandum esse.

Primò, quia nusquam reperitur, nec verisimile est, quod Rotenburgenses in d. Transactione à dispositione deß Religionfriedens/ declinare voluerint, eiusve beneficio renunciarint: quin potius ex conuentionis verbis aliquoties, ad d. Imperii recessum referentibus apparet, quod ex vtraque parte ei conformiter contrahere, firmiterque inhærere voluerint: Daß nemlich/ (vt sonant verba conuentionis, ex Religionfriden desumpta) Rei, Rotenburgenses, ex causis in proœmio specificatis, die Kirch zu Detwang/ durch die darzu gewiddembte Zehend/ fürohin bestellen solten. Ex quibus modo enumeratis deß Religionfridens & proœmii verbis subsecutæ conuentionis, causa sumitur finalis *l. regula. §. Et licet. vers. initium. de iur. & facti ignor. cap. quoniam. Lanfranc. nu. 13. de prob.* Adeoque quia verba illa declarant rationem vel mentem contrahentium, & conuentionis causam motiuam demonstrant. Et ex iisdem, quod dixi, ratio colligitur finalis, ea certè non sunt ociosa, quin firmiter iis est inhærendum. Quando enim † mens est certa, non 275
curatur interpretatio, à mente aliena; nec enim interpretatio † fieri debet ad literam, sed ad sen- 276
sum, vt qui verbis præualet *l. si quis filium. Codic.*

277 *de lib. præter.* Quibuſcunque etiam verbis, † ſiue proœmialibus, ſiue diſpoſitiuis, propoſitũ contrahentium appareat, ſufficit, *l. codicillos. §. fin. de legat 2. l. fin. de Exception. doli. l. emptor. de rei vend. & l. quoniam indignum. C. de teſtib. Ioan. Baptiſt. de S. Seuerino, in repet. l. omnes populi. in fin. de iuſt. & iure.*

278 Quod autem contrahentes etiam † de decimis ex vineis Detvvangenſibus colligendis ſenſerint, oſtendunt conũentionis verba nuperrimè erectę paſcificationi religionis conſentanea, ibi. Kirch zu Detwang. Item, darzu bewidembten Zehend: Item damit den Verträgen (im Religionfriden begriffen) allerdings gelebt: Item, damit Rotenburg inn vnd auſſerhalb der Statt nicht zubeklagen: Item, auß Noth nicht darzu gedrungen worden. Dieſelben zu der Kirchen geſtifft Gefell / zu erhaltung der Kirchen Miniſterien zunemmen: Item, ibi, S. Jacobs Kirchen in jhrer Statt Rotenburg / vñ auch zu Detwang / mit allen Kirchen in ſolchem Pfarrkirchen Zirckel gelegen (Notetur) S. Jacobs Kirchen zu Rotenburg vnd Detwang, pro vna matrice Eccleſia intelligitur: eique in ſingulari numero vnus & idem parochialis circulus tribuitur, adeoque declaratur, daß gemelte Kirch zu Rotenburg vnd Detwang / in ſingulari numero poſita, nicht zwey vnderſchiedliche / Sonder nur ein Kirchſpiel ſeyn / & coniunctim, non diſtinctim, Eccleſia illa parochialis, nunc in ciuitatem translata, ſuas filiales, inferiores Eccleſias, non ſub diuerſis Parochiis, ſed ſub eadem & vna numero parochia ſitas habeat, vnd alſo in einem Pfarrlichen Zirckel filias habe / quas omnes Rei Rotenburgenſes, in poſterum miniſtris & ſumptibus ex vinearum decimis etiam percipiendis, ſuſtentare debeant. Decimæ igitur etiam illæ quo que, non ſecundum aſſertos terminos deß Triebs oder Marckung der Statt Rotenburg / & pagi Detwang, ſed ſecundum terminum & fines vnius illius parochiæ, ermelter Kirch zu Rotenburg vnd Detwang / ad eiuſdem & filiarum ſuſtentationem vigore conuentionis ſunt colligendæ. Reliquæ verò decimæ auff dem Land / hoc eſt, quæ in aliis pagis & filiabus, ſo zu der Pfarr vnd Mutterkrich zu Rotenburg vnd Detwang / nicht gehören / colliguntur in conuentione ordini reſeruatas. Atten-

279 denda enim † ſunt conuentionis verba, Sonſten aber all andere Zehend auff dem Land gen Detwang gehörig / ſollen dem Orden bleiben. illa ipſa enim verba neutiquam decimas zu Detwang / quæ ibidem nimirum colliguntur, verum reliquas ſaltem decimas, welche gleichwol gen Detwang vnd Rotenburg zu der Mutterkirchen gehörig / vnnd aber auß Detwang / auff den in den andern dahin pfarrenden Dörffern & filiabus: als nemblich zu Reitſachſen / Fornbach / Durnhoff / Hennendorff (de quibus decimus Actorum teſtis ad tertium poſitionalem deponit, vnd deren man in primo poſitionali geſtendig iſt) colligiert werden / daß dieſelben dem Teutſchẽ Orden bleiben ſollen / ex conuentione excludunt, & ordini reſeruant.

280 Secundò: quod decimæ † vinearum zu Detwang / in fauorem Reorum, in conuentione ſint incluſæ, apparet ex ſubſecuto ſtatim vtriuſq; partis conſenſu. Mox enim Rotenburgenſes, An. 56. vinorum decimas in Detvvangenſium vineis collegerunt, vnd hat jhnen der Commenthur daſelbſten darzu ſeine Keltern gelihen: prout Actor in 4. interrog. ad 26. defenſionalem, partimmet fatetur, ipſiusque 2. & 12. nec nõ Reorũ. 9. 10. 12. Teſtes deponunt. Sicque Rei, † vigore conuentionis, ſcientia & patientia non tantum, verum etiam ope aduerſæ partis accedente, iuris decimandi vineas zu Detwang / adepti ſunt quaſi poſſeſſionem. 282

Tertiò, poſito, quod conuentionis verba, quarundam decimarum reſeruatoria, dubia ſint & obſcura: Ea certè contra ipſum ordinem, & qui ex illis ſe fundat, & verò conuentionis legẽ apertius dicere potuiſſet, venirent interpretanda *l. veteribus de pact. l. Labeo. de contrah. empt l. cum quærit. de reb. dub. l. ſtipula. §. in ſtipul. de ſtipulat.* cum præſertim qualitas, & natura actus, hoc ipſum ſuadeat, *Grauet. in repet. rub. de leg. 1. n. 132.* Et ex natura & qualitate contractus, † ſecundum ſubiectam materiam verba intelligantur, *l ſi vno. locat. glo. fin. l. in lege. eodem.* Meritò igitur dicendum eſt, cum onus ſuſtentandi miniſterium zu Detwang / Rotenburgenſes ſentiant, quod etiam fructus decimarum illius Eccleſiæ habere debeant. Secundum naturam namque eſt, † commoda cuiusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, *l. ſecund. naturam. de reg. iur c. qui ſentit onus. de reg. iur. in 6.* Et abſurdum eſt, † alium habere commoda, aliũ verò incommoda ſuſtinere. Lex igitur conuentionis ita † eſt imperanda, ne iniuſtum aliquid, & rationi contrarium inducat *l. ſaluus. de leg. præſtand. l. ex facto. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Veriſimile enim non eſt (inquit IC. Paulus. *in dict. l ex facto.*) Principem de hoc caſu cogitaſſe. In dubiis † quoque benigniora ſunt præferenda ſemper *l. ſemper in dubiis. l. benignius. de LL.* Eaque aſſumenda interpretatio, quæ vicio caret: *l. quoties in ſtipulationibus. de ſtipulationibus.* Verba quoque † debent interpretari contra eum, qui ſe fundat ex verbis, & qui vult ex eis vtilitatem percipere. *Alber. de Roſat. in d. l. veteribus. de pact. Pariſ. conſil. 52. n. 10. part. 1. Grauet. in repet. dict. rubr. n. 32. de legat. 1.* Tantoque † magis contra Actorem noſtrum, cum is anhelet ad lucrum ſine onere, Rei verò, ſuſtentantes onus, certent de damno vitando. *l. fin. § licentia. de iure deliberandi.* 283 284 285 286 287 288

Quartò: Actoris quintus, nec non 10. teſtis (Welcher dreyſsig Jhar zu Detwang geſeſſen) deponunt, **Es ſey der Zehend zu Rotenburg vnnd Detwang allweg ein Zehend / vnnd nie geſondert geweſen / ſonder zuvor allwegen an ein Ort geſamblet worden.** Tranſactio quoque de An. 1398. non diſtinxit inter decimas Ciuitatis Rotenburgenſis & Detvvangenſis pagi, Ergo partratione, nec Tranſactio An. 56. inita, diſtinguere debet, cum vtriusque, & onus, & finis, idem ſit: vt miniſteria Eccleſiæ nimirum conſeruentur, Eccleſiarum inde miniſteria alantur.

Quin-

Quintò: Actor decimarum in Rotenburg & Detwang / nullum alium habet titulum, quam ex conuentione Anno 1398. vt vicissim Ecclesiis præsit. Ergo cessante iam causa cessat etiam effectus. Quin etiam ante Transactionem de Anno 56. cum Ecclesias neglexerit, prioris conuentionis frangenti fidem, † tantò magis fides frangi 289
potuisset eidem: Cum Rei per negligentiam Actoris, ex Bursa ipsorum propria, magnis sumptibus Ecclesiarum ministeria conseruare coacti fuerint, adeoque tantò minus credibile est, quod tantum onus & damnum perpessi, Ecclesias negligenti ordinis magistro, & n hilominus interim absque vllo onere lucrum & fructum Ecclesiarum percipienti, contra expressam dispositionem deß Religionfriedens / & omnem æquitatem, decimas, in casibus non prouisis, partim etiam insuper remittere voluerint: cum præsertim expensas prius erogatas, quæ ad aliquot millia florenorũ ascendunt, à Magistro ordinis, etiã ante Transactionem, instanter sæpius sibi refundi petierint, & Transactionis clausulam: Sonsten aber all andere / ꝛc. eiusque interpretationem, mox post sigillatam Transactionem, statim impugnarint: prout Magister in sua Missiua 27. Septemb. Anno 56. ad Rotenburgenses scripta. *numero* 7. fatetur. Quin etiam postmodum 1. Maii Anno 62. Rei nostri in missiua 17. ad Magistrum ordinis scripta, intrepidè asserunt. Es sey weder glaublich oder vermütlich / daß sie jhnen vnnd gemeiner Statt zu Nachtheil vnd Abbruch / sollten hinder sich gehandelt haben / können auch (inquiunt) mit Grund nicht verneinen / daß in der Vnderhandlung vnnd Abred deß Vertrags / von der Außnemmung deß Detwanger Zehends / wie es jetzt gedeut werden wöllẽ / viel weniger ein solchs durch die jhren bewilligt worden / wie dann auch dahin nie gedacht / vnnd jhr Will vnnd Meynung nie gewesen / daß sie den Detwanger Zehenden hätten begeben wöllen. Darumb vnnd ob gleich in sua (ordinis) cancellaria, denen sie zu fassung deß Vertrags vertrawet / etwas dunckels oder vergreifflichs gesetzt worden were / so müste doch ein jeder Vnpartheylicher bekennen / daß sie / als die sich beschwerlich vberdingt / vnnd befahrt worden weren / vnd daß alle Recht vnnd Billigkeit mehr angesehen werden müstẽ / daß auffrichtig gehandelt / dann das jenig / so vergriffenlich verfast vnd geschriben worden. Hab E. F. G. vnd männiglich / leichtlich abzunemmen / wann jhnen derselb Innhalt / wie jetzt geschicht / dazumal also solt fürgenommen vnnd verteuscht worden seyn / daß sie kein solchen vnd nachtheiligen Vertrag nimmermehr hätten verwilligt / oder angenommen / dann jhnen nicht gelegen / noch gemeynt / für ein solche Anzahl der Priester / vnd andere Beschwerung / so der Orden zutragen schuldig / sich nicht allein vmb den halben Theil / sonder viel ein mehres / vernachtheilen vbersetzen zulassen / ꝛc. Ad quas sanè grauissimas obiectiones Magister in responsione sua 19. Decemb. An. eodem ad Rotenburgenses scripta nil quicquam respondet, nec easdem disertè negat: Præterquã ℭ Transactionis verba clara esse, nude replicat, sibique, vigore der Außträg / iudices tantum nominare petit: prout ex allegatis missiuis omnibus, quas Magister ordinis in hac ipsa causa simplicis querelæ, mandati & citationis auff den Religionfriden / vnd den Weinzehenden zu Detwang betreffend instituiert / 6. Iunii An. 67. in Camera ipse met produxit, latè videre est.

Sextò: dispositio Canonis † redintegranda. 3. 290
q. 1. inducta est, ratione corrigendi peccati spoliationis, ad compescendas violentias, corrigendaque crimina, ne quis cum alterius iactura lucretur, *vt Ioh. Rub. late & pulchre in § nihil commune. n. 67. l. naturaliter. de acquir. poss.* Hic verò nec peccatum spoliationis, nec iniusta violentia, nec lucrũ ad ℭ Rei anhelant, militat, ergo Actori non competit remedium *d. Canonis redintegrand.*

Septimò: Probata licet Actoris possessione antiquiore: Reorum tamen posterior possessio, deß Weinzehenden / neutiquam iniusta censenda esset, etiamsi ante Anno 56. initam conuentionem, d. decimas collegissent. Deponunt namque 1. 2. 6 7. 8. 10. & 11. Reorum testes: Es haben die Teutschen Meister den zehenden genossen / vnnd doch an tauglicher Versehung der Kirchen / in viel Weg Zedel vnd Mangel erscheinen lassen / lenger dann in dreyssig Jahren nie die zehen Priester / wie der Vertrag außweiset / gehalten / Sonder kümmerlich offt kaum vier / drey / letzlich nur ein / Herr Jacob Dolmann genannt / vngeschickte Gesellen die Kirchen zu verwalten geschickt. Sey also die Kirch mit tauglichen Priestern vnd Pfarrlichen Rechten allerdings pflegloß vnd öd gestanden / vnd verlassen worden. Vnd ob wol Rei vmb solch Christlich Versehung bey dem Teutschen Orden / schrifftlich vnnd mündlich offt anhaltẽ lassen / haben sie doch von wegen solches bittlichen Suchens darauff sie mehrertheil vnbeantwort bliebẽ / das wenigst zur Billichkeit nicht erlangen mögen: Dahero die Rotenburger das Volck mit tüglichen Personen zu versehen / vnd grossen Vnkosten / welche Rei auff 18000. Gülden schetzen / anzuwenden / seyen vervrsacht worden. Welche Vnkosten auch ein Erbar Raht wider erfordert / Aber nichts / dann allein die Anno 56. darauff erfolgte Vergleichung erlangen mögen. Ex quo igitur Magister ordinis Ecclesias, pro quarum cura, & vt decem aleret Sacerdotes, Rei dictas decimas Magistro, An. 1398. tradidetunt, neglexit, licet ex tali causa quasi possessione decimarũ spoliatus fuisset per Rotenburgenses neutiquam competisset condictio Canonis redintegrand. *Abb. cap. cum ad sedem, de restitut. spoliat.* Spoliato enim, † qui iustam causam se spoliandi 291
spoliatori præstitit, & vel ex facto suo, aut alia iusta causa, à possessione cecidit, remedium Canonis redintegrand. non conceditur: *Menoch. recup. possess remed. 15. n. 95. 145. 247. Socin. con. 267. n. 18. 19. vol. 2. Innoc. c. sæpe. de restitu. spol. Lapus allegat. 52. Bartol. in l. fin. col. fin. Codic. vnde vi. Ioseph. Ludouic. decis. 11. Rubens in repet. d. § nil commune. num. 73. Dec. consil. 57. & con. 302. num. 22. Afflict. decis. 361. num. 1. Paris. consil. 1. part. 1. num. 164. Alexand. consil. 200. num 1. 2. lib. 2.* Hinc si Emphyteuta † cecidit à possessione, quia non 292

soluit Canonem infra biennium, non competit ei remedium recuperandæ possessionis. vt dicit *Alexand. consil. 6. num. 19. vol 3. Afflict. decis. 392. nu. 27.* Vnde allegata *l. extat. quod met. caus.* ad præsentem casum nostrum non quadraret: Et Reis Theo-
293 rica illa, quod priuata authoritate † rem sibi debitam occupans, ius excipiendi ex eo facto non nanciscatur, tantò minus obstare videtur, cum ipsi Rei non ex occupationis facto, sed ex iure communi, æquitate, pacificatione Religionis, & initæ Transactionis mente, exceptiones suas mutuentur. Et certè Emphyteuta,
294 non soluente Canonem, † dominus directus ad se recipiens fundum emphyteuticum, nihilominus recuperat vtile fundi sui dominium. Quin quoque Magister ordinis, Anno sexagesimosecundo oblatam sibi à Reis restitutionem decimarum (quod infra 14. loco adducetur) repudiauit: certè ab eo tempore, sicque antequam hæc lis iudicialiter fuit mota, Magistro patiente, Rei decimas collegisse, ipsumq; tanto minus authoritate propria, à perceptione decimarum deiecisse videntur. Prout nec torcularis concessio, quod iure familiaritatis, & decimarum quoque collectio, inuito Commendatore, vno & eodem illo tempore facta, simul consistere non pos-
295 sunt. Et certè si Commendatores † (qui commendaturis præficiuntur, & personam Magistri repræsentant) sine speciali ad singulos actus Magistri mandato expresso nihil possint: tunc certè contra ordinem in Hispania & Italia, præsertim & similibus à Magistro remotis locis, nunquam aliqua, nisi expresso Magistri primo consensu, acquiri posset, in iuribus incorporalibus possessio: quod, num verum sit, dubito. Prout nec hoc mihi persuadere possum, quod Commendatores nihilo plus iuris, in commendaturis suis habeant, quàm q̃ sint saltem Magistri Procuratores, tanquã qui bona & negotia aliena, mandato saltè domini, nudè administrant. Quin potius quantũ iuris habet Magister in vniuerso, tantũ iuris Cõmẽdatorẽ, in sua cõmendatura habere existimo.

Octauo: Quod decimæ vinearum zu Detwangen/Reis nostris, vigore Transactionis competant, expresè verba etiam innuere videntur, ibi: Haben wir vns verglichen/daß wir Bürgermeister vnd Rahr/so lang vnd viel der jüngst Augspurgisch Abschied in Würden vnnd Kräfften bleibt/S. Jacobs Kirchen in der Statt Rotenburg/vnd auch zu Detwang (notetur specificatio expressa horum duorum locorum) sollen versehen: dargegen sollen wir/ordo, jnen folgen lassen/allen Wein vñ Frucht/vnd auch den kleinẽ Zehenden zu Rotenburg vñ Detwang/2c. deßgleichen wann es vber kurtz oder lang/zur Enderung deß Abschieds dißfalls komme/soll der/dasselb Jahr/der gantz Frucht vnd klein Zehend/an benannten Orten (scilicet zu Rotenburg vnnd Detwang/loquitur enim pluraliter) denen von Rotenburg werden vnd bleiben/vnd zu Herbstzeit der Weinzehend/sampt andern künfftigen grossen vnd kleinen Zehenden/dem Orden widerumb zugehen.

Nonò: Testantur etiam Reorum testes, decimus, Jörg Schwartzmann/60. annorum, & 12. Bürgermeister zu Winterbach/plus quàm 70. annorum qui ambo Transactioni interfuerunt, adeoque eiusdẽ mentẽ & quid vtrinque sit actum, præ aliis melius norunt: Es hab der Orden den Zehenden zu Detwang/den Herrn deß Rahts vbergeben/vñ hab Senatus den Vertrag also jeder Zeit verstanden/halten auch darfür/die Teutschmeisterische haben der Zeit den Vertrag auch nicht anderst verstanden: hette auch sonst Senatus den vertrag nit angenommen noch bewilligt: Fuissent enim (inquiunt 2.7.9.& 12. testes Reorum) hac via enormissimè læsi: Dann der vbrig Wein Zehend/so ausserhalb dem streittigen Ort fallen mag (dicunt 2.5.7.8.9.10 & 11. Reorum testes) trage zu gemeinem Anschlag jährlich nit vber zwey Fuder Wein) vnd ob wol Rei (affirmantibus 2.8 9.10 & 11. testibus ipsorum) auch den Getreyd Zehenden vmb die Statt herumb haben/welcher (asserente secundo teste Reorũ) ohn gefährt 180. Malter erträgt: So kosten doch die Kirchen ministeria jährlich (inquiunt septimus & 10. eorum testes) 800. oder 900. fl. In tanta igitur lucri & oneris inæqualitate, † tantò magis 296
pro oneratis, contra Actorẽ, certantem de lucro, transactionis facienda est interpretatio: cum ipse, daß Detwang ein sonder Marckung/vnd abgesonderten/dareyn gehörigen Zehenden hab (super qua assertione in 3. articulo positionali fundat intentionem suam) non tantum non probarit, verum etiam ex attestationibus Reorum diuersum eluceat, daß Rei damals (asserente decimo Reorum teste, qui transactioni ipsemet interfuit) von keiner Detwanger Marckung/wie es jetzund angezogen werden woll/wie auch noch nit/gewußt: Dann Detwang hab kein sondere Marckung/(inquit Actoris 1.3.5.7.8.10.11.13.14.23.& 27. & Reorum, 1.3.5.7.& 10. testes) sonder (inquiunt Actorum 2.5.6.8.9.11.14.23.& Reorum testes 1.5.7.&8.) sey ein Anhang der Statt oder Marck Rotenburg. Dann Detwang (asserunt Actoris 5. & 10. testes) gehör in die Zergen vnd sey Rotenburg vnd Detwang (dicunt Actoris testes, 5.10.11.12.) ein Marckung/allein mit der Hut vnterschieden/(vt inquiunt Actoris 5.10.11.13. & 23. testes) asserunt quoque Actoris testes, puta decimus, so 30. Jahr zu Detwang gesessen/der Zehend zu Rotenburg vnnd Detwang sey allweg ein Zehend gewesen: Et addit 5. testis, (dessen Hauß hinder dem Teutschen Orden ligt/vnd 31. Jahr zu Detwang gewohnt) der Commenthur zu Rotenburg habe in Beyseyn Hanß Korn selbstẽ gesagt/Detwanger vnd Rotenburger Zehend/sey ein Zehend vnd ein Marckung Derwegẽ dann auch ante An. 56. initam transactionẽ (asserentib⁹ Actoris 2.22.& Reorum testibus 1.3.4.7.8.9 10.& 11.) Detwanger vnd Rotenburger Zehend zugleich in das Teutsche Hauß gesammlet wordẽ/gebẽ auch nicht allein die Jnnwohner zu Detwang (vt asserũt Actoris 2. & 23. Reorũ quoque 1.2.3.4.5.7.10.& 11. testes) sonder auch der Commenthur selbst/von seiner Wiesen daselbst (attestante Reorũ 5. teste) das Flurgelt gen Rotenburg/

vnd

vnd hält die Statt (inquit 2. testis Actoris) ein eygenen Flurschützen darzu. Asserit quoque octauus Reorum testis, Er halt/so weit der Herrn von Rotenburg Jurisdiction vnnd Landwehr gehe/ daß sich auch jhr Marck so weit erstrecke/ vnd ob wol vnten bey Detwangen etliche Aeckerlein ligen/ dauon Commendator den Zehenden auffhebe/so sagen doch Reorum 10. & 12. testes, es sey per Reos vbersehen/vnd aber durch Wechselschrifft geendert worden/ Sicque non rectè affirmari posse videtur, quod Rei concedant Actori, daß er den Frucht Zehend in Detwanger Feld oder Marck eynnemmen möge.

397 Decimo: Sententia à qua, † tanto minus confirmari potest, cum ex actis non appareat, vnde conceptores eiusdem sententiæ, in eadem descriptione, fines, oder Marckung zu Detwang (cum tamen vtrinque testes allegati *supra*, deponant, daß Detwang kein sonder Marckung hab) fide digne desumplerint. Et posito, salua tamen veritatis substantia, quod in sententia, à qua, & 6. Actoris artic. possit per ocularem inspectionem, vel testium dicta, ex actis sit verificatus mihi non sufficit.

Vndecimo, deponunt Actoris 1.6.8.9 & 17. testes: Die Kirch zu Detwang werde auß der Statt Rotenburg versehen: Ergo etiam transactionis verba in dubio sunt interpretanda, vt Ecclesiæ illius decimæ illis competant, qui eidem inseruiunt. Si enim alius quispiam easdem ad se traheret, tunc Ecclesia Detvvangensis spoliaretur suis reditibus,
398 & vel semel Deo dicatum, † ad vsus humanos transferretur. Cuiusmodi vero factum, in Principe, præsertim Ecclesiastico, non est præsumendum.

399 Duodecimo: Rotenburgenses † (quod ex actis apparet) besetzen das Gericht vñ Aempter zu Detwang/ haben daselbsten die Obrigkeit/ Freisch vñ Freuel Fäll/ auch Steuwer vnd Schatzung/ vnd ist Det-
300 wang † ein Anhang der Statt vnnd Marckung Ro-
301 tenburg. Sicut Detvvangenses, † Bürger zu Rotenburg/ hat der Teutschmeister kaum acht oder zehen Bauwren daselbst/ vnd auff denselben nur die blosse Gültbarkeit vnnd dienst/ welche doch/ gleich andere Bürger/ den Rotenburgern den Burger vnd Steuwer Eyd leysten/ vnd Atzung geben müssen: Gehöret auch der meiste Theil der Güter vmb Detwang den Bürgern in der Statt eygenthumblich zu. Vnde igitur ordo onus administrationis Ecclesiæ illius abiicere, & nihilominus decimas in transactione sibi reseruare voluerit, vel etiam iuste potuerit, vel quoque eiusmodi quid, contra ius & æquitatem ab ipso tum attentatum esse, in ipso præsumi possit, non video.

Decimotertio: Etiamsi decimæ Detvvangenses (vt vocat eas Actor) virtute transactionis, debeantur Rotenburgensibus: non tamen ideo trãs-
302 actio, † eiusue clausula, Sonst aber alle andere/ ꝛc. (etiamsi illa in conuentionis tractatu, quod vero Rei negant, expressa & admissa fuisset) inanis & superflua est, aut ociosa: reseruantur enim dem Teutschen Meister die Zehend auff dem Land in den Filialn/ als nemlich zu Reitsachsen/ Fornbach Durnhofen vnd Hennerdorff/ so gen Detwang gehören vñ daselbsten auch zur Kirchen gehen/ vnnd von den Rotenburgern mit Predicanten versehen werden.

Decimoquarto: Rotenburgenses *in supra allegata missiua sua*, 1. Maii, Anno 62. ad ordinem data, sic scribunt: Wo ferrn nun E. F. G. vns der bey etlichen Jahren hergebrachten vnnd continuirten Zehendts Possess nit bleiben lassen wolten/ so seyn wir noch wie vor/ willig vnd erbietig/ das ordentlich Mittel der Reichs Ordnung für die Hand zu nemmen/ deß Zehenden vnd seiner Anhäng widerumb abzustehen/ auch die bißanhero eyngefangene Nutzungen wider zu erstatten/ doch daß hergegen von E. F. G. vnd dem Orden/ vns deß Abgangs der Priesterschafft/ von Zeit der Saümnuß vnd was wir immer der Zeit zu Bestallung vnd Fürschub der Kirchen vnd Schulen auffwenden müssen/ gleicher Gestalt billiche Erstattung vnd Ergetzung geschehe/ vnd daß fürterhin was deß Reichs Commissarien/ nach Vermög deß Ordens Verschreibungen/ erkennen/ vns geliefert vnd gereicht werde. Reis igitur, quod restitutionem perceptarum decimarum non obtulerint, non recte obiici: multo minus, quod idcirco non sint audiendi, contra ipsos hinc inferri posse videtur. Et quia Magister Ordinis, ante litem motam, factam sibi hanc oblationem restitutionis perceptarum decimarum repudiauit (siquidem in responsione sua 19. Decembris, eodem anno 62. Rotenburgensibus data, punctum hunc alto silentio præteriit) tanto minus de spolio conqueri potest: imo scientia hac † & patientia sua, 303
retentionis decimarum, vt quæ pro traditione habetur; in earundem possessionem Rotenburgenses, qui prouisione ministerii Ecclesiastici pro parte sua transactionem impleuerunt, immisisse videtur, *l. 2. C. de acq. & ret. poss. Alex. consil. 33. n. 6. lib. 6.*

Decimoquinto: Posito, quod Transactio de Anno 56. inita (inspecta eiusdem & contrahentium mente) vel sit nulla, vel quoad clausulam, Sonsten aber/ annullanda, vel clausula illa Magistro ordinis, ius decimandi in Detwang non tribuat. Tunc certe confessoria actio, si intentata esse dicatur, non est probata, nec Actori competit. Datur enim † actio illa alicui, ratione iuris si- 304
bi debiti, contra impedientem, ad declarationem sui iuris, secundum *Schneidevvein. in §. aque, de action.*

Si igitur ipsum ius commune, antiqua transactio, de Anno 1388. & mens ac voluntas Anno 56. denuo transigentium, ipsa quoque religionis pacificatio, æquitas denique, & ex actis relucentes omnes circumstantiæ inspiciantur (ex quibus omnibus, per insertam clausulam, Sonsten aber/ ꝛc. si secundum sententiam Actoris intelligatur, Rotenburgenses vel oscitantia & imperitia sua, citra consensum adhibitum, vel certe aduersæ partis versutia circumuenti esse videntur) dici posse videtur, ipsos ab actione absoluêdos esse: prout cum Domino Correferente, pronunciandum esse concludo. Compensatis expensis.

Aliud.

D.N.repeto argumenta allegata per defendẽtes partes Actoris, & sic concludo cum Referen-
305 te:imprimis,quod † decimæ iam sint alienabiles, per exempla. Idque etiam posse fieri vigore pragmaticæ sanctionis.

Aliud in eadem causa.

D. N. scopus versatur circa Transactionem, quam vna pars contrahentium, secundum τὸ ῥητὸν, altera secundum διάνοιαν intelligit, vt Iurecõsultus loquitur, *in l. fraus legi fit, de ll.* Cum autem vtriusque argumenta partis, à dominis diligenter & copiose discussa sint, vt addere fere nil possit, paucissimis sententiam dicere lubet.

Pro fundamento autem Transactionis pono
306 vtriusque partis consensum. Probato igitur † vnius partis dissensu, corruit Transactio. Alium autem sensum & intellectum transactionis habuisse Reos, succurrunt ipsis multæ coniecturæ & rationes, non solum iuri communi, sed & æquitati consentaneæ, à dominis allatæ, quod ipsorum nempe mens & voluntas talis nunquam fuerit. Et quod posterior clausula, quæ vim facere videtur Reis, ibi: Sonsten aber alle andere Zehenden / ꝛc. intellecta fuerit secundum priorem, Von deß Ordens eygenen Gütern auff dem Landt ꝛc. Quin & illa verba, salua nimirum litera Transactionis, intentionem Reorum confirmare possunt, quod nempe decimæ zu Detwang / nõ spectent ad ordinem, sed vt verba sonant, die Zehenden auff dem Land / gen Detwang gehörig: putat, vt designauit D. N. præsertim multis testibus attestantibus, daß der Rotenburger vnnd Detwanger Zehend / ein Zehend vnd ein Marckung. Quibus accedunt testes 7. 10. & 12. qui partim tractatui interfuerunt, qui 23. articulum verũ dicunt, daß jhnen der Zehend eo modo, wie der Orden denselben von Zeit an deß alten Vertrags jinnen gehabt / solt eyngeräumbt werdẽ. Per quos testes videtur vnius partis dissensus proba-
307 tus. Quod autem † per duos vel tres testes contrarium, contra instrumentum probari possit, verã & communem ait *Schurff. consilio 87. centuria prima, numero 5. Zas. lib. 5. sing. respons. c. 23. num.* 10. 12. Licet
308 tali instrumento appositum † sit sigillum publicum, notat *Menoch. de arb. iud. sent. lib. 2. cent. 2. capit.*
309 *205. num. 37.* cum contra quamlibet † scripturam, tam priuatam, quam publicam, admittatur probatio in contrariũ, *Dd. in leg. optimam, C. de cõtrah. & committ. stipul. & in l. in exercendis, C. de fid. instrum. c. tam literis, in fin. de testib. c. tertio loco, de probat.* Hoc igitur præsupposito, consequitur, errantis non esse consensum. Ad sensum autem illum trãsactionis, ipsis iustam ita intelligendi in transigẽdo causam præbere, ipsa nimirum verba: Et quidem priora, plane generalia, ibi: Folgen lassen / allen Wein vnd Frucht / vnd auch den kleinen Zehenden / so viel dessen in jrer Statt vnd derselben zugehörigen Marckungen / allerdingß nichts davon außgenommen. Et iterum: Aller Frucht / auch Wein Zehenden / in der Statt / vnd derselben Marckung. Decipere vero eos potuit verbum, Marckung / bis inculcatum, quod duxerint, Rotenburg vnnd Detwang hab ein Marckung: vt multi testes affirmant, Daß sie ein Marckung haben / vnd seyen allein mit der Hut vnterschieden / also daß sie dafür gehalten der Wein Zehend zu Detwang sey auch in Rotenburger Marckung gelegen. Et illud eo magis, daß ista clausula, † Sonsten 310
aber ꝛc. in genere redet / vnd vom Wein zehend in specie Meldung thut. Et quod verba non eo sensu acceperint, † declarat etiam proœmium transactio 311
nis, in quo causa finalis expressa: Item, quod se retulerint ad constitutionem Imperii; Item, Daß sie beyde Kirchen zu versehen auff sich genommen: quod in dubio intelligitur cum suis pertinentiis, quod nempe fiat † interpretatio contra eum, qui tan- 312
tum de turpi lucro certat, præsertim si litera conuentionis illud patiatur. Et declarãt animum subsequentia facta. Taceo, quod transactio. vt D. N. attigit, nulla videatur, si eo sensu, quo Actor iam intelligit, accipiatur. Nemo enim † decimas Ec- 313
clesiæ auferendi potestatem habet. Et quod decimæ de iure communi ad parochialem Ecclesiam Detvvangensem pertinẽtes, hoc casu per pacta alii concedi non potuerint, citra onus alimentandi ministerii: in quo sensu ipsa constitutio Imperii quoque intelligitur, ne iuri communi derogetur; Et dispositiones † ita intelligẽdæ, ne sequatur ab- 314
surdum, & læsio partis, *gl. in c. statutum. verb. numerandum, de præb. in 6. Alex. cons. 107. num. 4. vol. 5. Socin. cons. 31. n.* 1. Quod si forte nunc contrarium alibi obseruatur, respondeo cum Paulo I.C. *in l. quod vero, de ll.* non debere † in consequẽtias trahi, quod 315
contra iuris rationes introducitur.

De spolio † non videtur Actor iustam cõquerendi causam habuisse, cum restitutio decimarum oblata fuerit, vt patet ex d. missiua de Anno 62. 1. Maii. 316

Ex his igitur & aliis causis, copiose à dominis adductis: cum imprimis ipsorum mens & voluntas in transigendo sit probata & intentionẽ suam im Religionfrieden fundatam habeant, ipsorum intentio quoque summa æquitate suffulta sit: imo quoque ex abundanti, ex ipsis transactionis verbis probari queat, cum Domino Correferente quoque concludo. Et posito, quod maior pars Dominorum transactionem in sensum Teutonicorum, & propterea priorem sententiam confirmare velint, in eo casu tamen adhuc putarem, reformationem sententiæ adhuc annectendam, cum Rei enormissimam læsionem articulent, in art. 24. 25. quam probare cupiunt: Nemlich so der streittig Zehend dem Orden bleiben solt / sie enormissime lædirt: Dann in demselben Fall der zehend Theil jhrer Gebürnuß nit recompensirt / vnd daß der vbrige Zehend nach dem gemeinen Anschlag jährlich nit vber zwey Fuder Weins erträgt / da hingegen Senatus alle Beschwerligkeit / mit Versehung der Rotenburger S. Jacobs vnnd Detwanger Pfarrkirchen tragen / die vor dem Vertrag auffgelauffene 4000. fl. müssen schwinden lassen / vnd noch vber daß der Zeit deß Vertrags auffgelegten 14000. fl. halben kein Ergetzlichkeit empfangen / vnd zu Bestellung der Kirchen

Mini-

Ministerien jährlich 900. fl. auffwenden müssen. Ideo in hoc casu summa æquitate commotus, ipsis expresse, circa finem sententiæ vellem reseruare petitionem restitutionis in integrum, daß dieselbig jhnen formlich zubitten/vnd derhalben glaubliche Vrsachen beyzubringen/ vnbenommen/ sonder vorbehalten. Nam hoc casu nō enormiter solū, sed enormissime essent læsi: & ita limitatur quoque
317 illa opinio, † quam quidam Cameram fuisse secutam asserunt, quod non habeat locum in enormissima læsione: puta, quod in nostro casu, vt Rei asserunt, non solum vltra dimidiam, sed in maxima quantitate vltra dimidiam. Et ita concordat illis opin. *Gabriel. lib. 3. tit. de empt. & vendit. concl. 1. numero 69. vbi allegat Corn. consilio 27. colum. 4. volum. 4. & consilio 166. colum. pen. volum. 1. Dec. consilio 203. & in l. cum te. in princip. C. de Transact. Paris. cons.*
318 *12. num. 112. vol. 3.* Et quod iuramentum † non valeat in Transactione iurata, si enormissima læsio adsit, habet *Pinell. part. 3. n. 8. C. de rescind. vend. l. 2.* quod
319 iurans, enormissime læsus, audiatur, † etiam sine relaxatione, quam communem ait *Zas. cons. 133. lib. 4. n. 8. Ioan. de Amic. consil. 133. n. 24. Bologn. cons. 44.* & plures citati *à Cagnol. in d. l. 2. numero octogesimo octauo.* Et si ponamus, Transactionem nullam ex dictis iuribus, ne quidem iuramento Transactio firmari potest.

Saluo.

Aliud, in eadem causa.

320 D. N. Cardinem controuersiæ esse † in intellectu Transactionis, ob der Zehend zu Dettwang/ auch darinn begriffen? versatur. Sciendum pro fun-
321 damento, quod † verba sint cordis nuncia *l. Labeo. de suppell. leg.* Hominis mentem declarant, adeo, vt ex speculo facies cognoscitur, *Grauet. consil. 13. Mynsing. resp. 51. numero 11. Grammat. decis. 65. num. 48.* Inde, quod verbum non sonat, certe nec sensisse videtur: *Bald. consil. 494. column. 2. volumin. 1.* In ore e-
322 nim † & mente, præsumitur esse idem, *Grauet. d.*
323 *consilio 19. num. 2.* Vnde in contractibus † verba habentur pro textu, cui credendum magis, quam glossæ, *Grauet. consilio 105. part. 1.* maxime, cum sunt clara, *l. continuus, de verborum obligation.* Et standum
324 est, † licet aliæ præsumptiones præponderent in contrarium, *Oldrad. consilio 159. ex præsenti, in 1. dubio. Grau. d. consilio 19. num. 4.* In nostro autem casu licet verba in principio sint generalia, non tamen habere virtutem vniuersaliter operandi, quod Dettvangensium Zehend darinn begrieffen seyn soll/ &c. cum verba illa limitentur per clausulam aduersatiuam, Sonsten aber alle/ &c. Quæ clausula omnino ociosa & superflue apposita videbitur, vel aliquid operandi vim habebit. Sed in hoc contractu animo deliberato iniro, nulla syllaba ociosa
325 intelligitur, † vt etiam in materia stricti iuris, *l. 1. ibi not. quod met. caus. Grauet. consilio 294. numero 3. p. 2. Boer. decisione 23. numero 24. Mant. singul. 47. numero primo.* Sed nostro casu verba esse clara. Sed
326 verba nostra ad eum casum, † in quo essent superflua, restringi debent, dummodo sanus intellectus possit accommodari, *Grauet. cons. 184. n. 12. part. 1.* Imo verba contractus, † vt aliquid ope- 327
rentur, impropriati potius debent, *Grauet. consilio 19. numero nono.* Hinc vltima clausula non superflua & ociosa, sed vt aliquid operetur, est intelligenda. Aliam autem operationem habere non potest, nisi vt priorem generalem clausulam restringat. Quæ verba, cum clara sint aliter, quam sonant, & ad præcedentia limitanda, referri possunt, *Afflict. decisione 307. num. 25.* Quæ clara † cum 328
sint, disputandum non est. *Grauet. consilio 239. numero 4. part. 2.* Nec ab eis recedendum, nec extendenda, *Mathes. singul. 175. in addit. num. 2. Schurf. cons. 37. n. 4.* Et hoc eo magis, quod nostra Transactio, toties hinc & inde tranſmissa, deliberata præsumitur: ideo non recedi ab illa potest, nec locus est pœnitentiæ.

Nec obstat læsio: Nam dicta læsio, licet sæpe allegata, tamen probata non est. Et licet probata, † probari tamen debuit tempore contra- 329
ctus, nec valet, si post. Quo casu nec Ecclesia restituitur, † aut Transactio rescinditur, *Dd. in* 330
l. qui voluntate. C. de rescind. vendit. Grauet. consilio 114. part. 1. Imo nec prætextu læsionis † vltra dimi- 331
dium iusti precii, *Gail. obseruat. 70. libr. 2.* Per † vim 332
occupatas decimas, non restitutas, oportere illas prius restituere, *Grammat. decision. 66. num. 22. Afflict. decis. 220. numer. 4.* Non refert, quod tres testes allegantur, qui de dissensu deponunt: quia contra totum senatum deponūt: nec omnes sunt omni exceptione maiores, *Grauet. cons. 6. num. 125. part. 1. & cons. 99. part. 1.* Concludo, vt dominus Referens.

Aliud in eadem causa.

D. N. video illud quidem, quod præsupposui ante ab initio voti mei, nimirum certa, non ambigua pactione, præiudicare sibi potuisse Rotenburgenses, adhuc verum esse. Interim tamen & illud simul moneo obseruandum, si pactionis siue transactionis præpositæ illa verba: Sonst aber alle andere Zehenden auff dem Land gen Dettwang gehörig/ de aliis decimis, præter controuersas, verificari possint, rem expeditam esse Rotenburgensibus. Quod alterum præsuppositum manifestam habet rationem: cum enim Rotenburgenses ex Religionfrieden fundatam habent intentionem, & demptis decimis in Dettwang/ enormiter, tam contra mentem constitutionis, quam initæ transactionis (prout ex prægnantissimis verbis procemii colligitur) lædantur, ita vt onus quidem sustentandi ministerium, ipsis solis in totum incumbat, reditus vero, ad eandem rem pertinentes, pro maxima parte subtrahātur, vt ex actis probatum, & apud dominos vtrinque est in confesso: quis non videt, quamuis interpretationem admittendam potius, quam eam, quæ in tantum cōtrariatur dispositioni deß Religionfriedens/ & ipsius trāsactionis, in principali sui parte: & enormem læsionem inducit, cum scandalo publico (q hic ex genio istius loci æstimamus, de cuius sa-

cris

cris procurandis agitur, iuxta dictam Religionfrie den.) Descendendo igitur, ad verba illa: Sonst aber alle andere Zehenden auff dem Land gen Detwang gehörig/ &c. Rotenburgenses ostendũt, quinque pagorum decimas ad Detvvangensium parochiam, seu matricem Ecclesiarum pertinentes, de quibus se sensisse asseruit, *folio Actorum 185.* in missiua ad Ordinis Magistrum. Etsi temerariũ & confictum esse dicant Teutonici *folio* 475. tamen eodem folio sibiipsis contrarii, subiungunt hæc verba, Daß die gesetzte Wort/ so wol vom Detwanger/ als andern auff dem Land darzu gehörigen/ vnd demselben anhangenden Zehenden zu verstehen. Quibus aperte & clare insinuant, se per clausulam reseruatoriam voluisse excipere duo distincta, dẽ Zehenden zu Detwang selbsten/ vnnd dann alle andere Zehenden auff dem Land darzu gehörig: Posterius quidem probant per verba: Alle andere Zehenden auff dem Land/ darzu gehörig: nec pugnant Rotenburgenses, & satis iuerantur Teutonici, & satis de iure suo ex constitutione deß Religionfriedens/ remittunt Rotenburgenses, onus profitendi sacra etiam in filias detinẽtes, decimas vero eorum pagorum Teutonico cedentes. Prius autem illud, hoc est, den Zehend zu Detwang selbst/ quod veniat hisce verbis, vel de eo cogitatum sit inter partes vtrinque, non probatur. Vnde iniquum
333 esset, † pacto id perimi, de quo cogitatum non docetur, *l. 9. de transaction.* Ius habent Rotenburgenses in vniuersum, quoad decimas, gen Detwãg pertinentes, ex Transactione, de Anno 1398. ius certius adhuc habẽt ex Religionfrieden. Ius etiam habent ex ipsa transactione, per clarissima verba procemii, ibi: Auff daß ein Rhat zu Rotenburg Item ibi ex verbis dispositionis: Alle Wein vnd Frucht Zehend/ auch den kleinen Zehenden/ in jhrer Statt/ vnnd derselben angehörigen Marckung/ allerdings nichts davon außgenommen/ dañ allein deß Ordens eygene Güter. Quæ verba in toto, in genere, & in vniuerso, hoc disponunt, vt decimas, ad Ecclesiã Detvvangensem fundatas, habeat ciuitas, ad sustentandum ministeriũ. Huic dispositioni, quantum per clausulam reseruatoriam detractum sit, vel an de principali iure decimarum (quod omnimodo, id est, allerdings conseruatum in parte principali dispositionis voluerunt Rotenburgenses) per clausulam reseruatoriam rursus pro maxima parte perimendo cogitatum sit, facile iã est intelligere.

Principale enim saluum manet, hoc est. Aller Wein vnd Frucht Zehend/ in der Statt/ vnnd derselben zugehörigen Marckung: accessoriæ decimæ detrahuntur, hoc est, andere Zehenden auff dem Lãd. Quæ verba: Der Statt zugehörige Marckung: Item, Auff dem Land, si recte obseruetur oppositio, seu comparatio, ostendunt, extra Rotenburgensis & Detvvangensis vniformis districtus (tam quoad iurisdictionem, quam quoad rationem fundationis primæuiæ parochialis) terminos, alias extrinsecus cohærentes decimas separatas fuisse, siue exceptas: sicut loquuntur Teutonici, andere gen Detwang gehörig/ vñ denselben anhängig Quod vt magis magisque eluceseat, respondendum ad argumenta, quæ ipsemet in priori voto pro contraria parte moui.

Primum præsuppositum esse, vt omnes decimas pari modo lucrarentur Rotẽburgenses, prout onus alimentandi ministerii in se receperunt. Probaui duobus modis: Primo, quod magis solliciti fuerint de iure nominandi. Hæc collectio nõ concludit.

Neque enim ius nominandi pro compẽsatione deficientium decimarum computari potest, cum pertineat ad commoditatem & facultatem ordinandi ministros Augustanæ confessionis, & alioqui Rotenburgensibus comperat, ex ipsa constitutione deß Religionfriedens: nec quicquam faciat ad sumptus & expensas ferendas, imo his deficientibus, nihil prodest.

Vnde inuertitur argumentum ita, vt à iure & potestate constituendorum sacrorum inferatur quidem ad expensas eo nomine faciendas, sicut in aliis oneribus publicis sustinendis, propria † au- 334
thoritate quilibet sibi consulit in suo territorio, *l. 1. C. de capt. & distr. pig. lib.* 10. Et idem vult constitutio deß Religionfriedens/ & obseruatio totius Imperii docet. Nequaquam vero propter cessum ius nominãdi inferatur ad detractionem alimentorum.

Deinde sic probaui: quia ab ipsis decimis in der Statt Marckung exceperunt den Zehenden deß Ordens Güter: Et hæc ratio in contrarium retorqueri potest, quod non totale ius decimarum, ad Ecclesiam Detvvangensem pertinentium perimere, sed pro regionibus certis, & particularibus fundis limitare voluerunt: ita vt Rotenburgensibus maneant decimæ in vniuersum, in toto, in genere, & quidem vniformiter, in der Statt Marckung/ prout ex depositione quinti testis ad tertium probatorialem apparet, de confessione Commendatoris, daß Detwang vnd Rotenburg ein Zehend.

Detractio vero, † siue limitatio fit, quoad spe- 335
cies, & particulariter: vnde nõ ab vna specie vel parte, ad aliam: multo minus à specie vel parte ad totum vel genus, fit illatio: separantur fundi Teutonicorum, à fundis ciuium. Igitur hi includuntur, & per consequens, vineæ in Detwang/ quæ pertinent ad dominium ciuium, † & Flurgelt/ der 336
Statt Rotenburg/ & quidem simpliciter ad omnimodam Rotenburgensium iurisdictionem, vt conttat ex dictis testium. Separantur andere Zehenden auff dem Land/ gen Detwang gehörig/ Ergo fortius includitur der Zehend zu Detwang/ der ein Zehend ist mit dem Rotenburgischen/ vt dicit Commendator.

Secundo loco principaliter argumẽtatus sum: decimas † hic non considerari iuxta territorium 337
iurisdictionis. Probaui ita: Quia si detur separatio decimarum in illa marca, quæ & ratione iurisdictionis, & vniuersitatis agrorum, vna atq; eadem est, multo magis distinctionem dari earum

rum decimarum, quæ alterius vniuersitatis sunt, id est, Detvvangensis. Respondeo: Decimas di-
338 uerso† respectu hic considerari: primum in genere, in principali parte dispositionis, tam quoad parochialem circulum, si onus spectetur, quod decimis alioquin cohæret, & hic apud Rotenburgenses residet, nimirum, alimentandi ministerium Ecclesiasticum: quam quoad districtum iurisdictionis vrbicæ, in der Statt/ vñ deren zugehörigen Mar-
339 ckungen. Rursus in specie† distinguuntur & separantur decimæ, in clausulis limitatiuis & reseruatoriis. Et hoc ipsum quoque dupliciter, tam quoad fundos Teutonicorum, in districtu vrbico, quá quoad regiones extra districtum vrbicũ, auff dem Land. Iã igitur interest, quo singuli respectus
340 referantur. Vniuersalis quidem† cõsideratio, totius parochialis circuli, ad eum effectum extenditur: quod Rotenburgenses simpliciter, sine vlla limitatione & distinctione, circulum illum prouidere sacris tenentur: licet vltra iurisdictionem eundem temporalem, extendatur ille circulus parochialis: licet etiam non participent singulorũ fundorum & locorum decimas, d. circuli. Vni-
341 uersalis quoque† consideratio ad districtum vrbicum refertur, in ea parte Transactionis, qua disponitur, daß aller Zehenden an Wein vnd Frucht/ in der Statt/ vnd derselben zugehörigen Marckung/
342 Rotenburg bleiben soll. Iam vero particularis† cõsideratio decimarum ita fit, vt fundi tãtum Teutonici ab illo districtu eximantur: à parochiali vero circulo eximantur quidem decimæ pagorum, extra vrbicum districtum sitorum, auff dem Land/ non etiam decimæ ipsius pagi Detwangen/ quæ tũ ratione matricis Ecclesiæ siue parochiæ ibidem, tum ratione omnimodæ iurisdictionis, ciuilis & criminalis: tum denique ratione dominii vinearum in Detwang/ separatam naturam à reliquis ibidem sitis bonis habentium, ad solos Rotenburgenses spectat, vt qui soli & sacra & prophana ibi constituendi potestatem habeant, religionem, iurisdictionem ciuilem & criminalem, & in specie, ipsas vineas ciuium ipsorum ibidem, quæ separãtur à pascuationis terminis, siue Hut Marckung/ *fol.* 242. 248.

Frustra ergo iam laboratur circa separationem, Detvvangensis pagi à Rotenburg. Etsi enim Detwang habeat ein sondere Gemein & Detvvangenses pignorent ipsos Rotenburgenses, wann sie auff jhr Gemeind treiben/ & cætera, quæ ad hoc cu-
343 mulantur, &c. Tamen hæ distinctiones† non pertinent ad materiam subiectam, id est, neque ad separationem iurisdictionalem, der Statt Marckung: neque ad separationem deß pfarrlichen Circuls: imo etiam considerando der Güter Marckung/ adhuc vineæ pertinent omni respectu, ad solos Rotenburgenses sicut testes dicunt, daß sie zu der Rotenburger Ruggeschrey gehörig. Eo quoque facit sæpe allegata confessio Commendatoris, & torcularis concessio ab eodem facta.

Tertio loco principali, etiam id vrsi: quod ipsi Rotenburgenses facto suo separarunt decimas frugum, zu Detwang/ à decimis finium Rotenburgensium. Respondetur: quod non vtendo iure suo, quoad decimas frugum ibidem, non statim illud amiserunt. Nec† enim nostra amitti- 344
mus, non vtendo, nisi per iustam præscriptionem: qua etiam currente, non præscribitur amplius, quam possessum. Deinde in contentione, ad viam facti erumpente, non eiusdem facultatis fuit, circares diuersas, & in locis diuersis eodem modo sibi consulere. Tertio, vineæ zu Detwang, manifeste & notorie distinguuntur ab Hut/ siue Güter-Marckung: vnde probabiliorem causam habuere, ibi se manutenendi. Quarto, facit ipsius rei exiguitas. Testes enim dicunt, es seyen etlich wenig Aeckerlein im Thal/ &c. Accedit decimus testis Rotenburgens. Daß Schrifften hinc inde ergangen/ vnd solches geendert worden.

Quarto principaliter & illud motum est: non posse interpretari verba illa: Sonst aber all andere Zehenden/ &c. vt decimæ quidem intra fines Detvvangenses eo non pertineant: Decimæ vero extra fines illos, zu Reutsachsen & reliquis pagis, ad Detvvangensem agrum dicantur pertinere. Respondetur: Decimas† dupliciter 345
dici ad Detwang pertinere: Principaliter quidem, tanquam ad suam parochialem Ecclesiam fundatæ: & eo modo omnes decimæ, de quibus hic transigitur, siue in Rotenburgensi agro, siue extra illum sitæ, eo referentur. Alio modo accessorie, †& minus principaliter, sed distributiue, 346
iuxta regiones, adeo vt illæ quidem, quæ intra agrum Rotenburgensem sunt, iisdem cedant, aliæ vero, quæ extra eosdem fines sunt, auff dem Landt/ hoc est, in locis mediterraneis, à certis Rotenburgensium finibus separatis, pertinentes tamen ad Ecclesiam siue Parochiam Detvvangensem.

Vnde Quinto loco principali, facile diiudicari potest, quod ibidem moui, qua scilicet ratione, & quam diuersimode decimæ in nostro casu æstimari & censeri debeant. Præsuppositum enim tum fuit, decimas separatas & distinctas in transactione fuisse non iuxta fines Rotenburgenses, sed iuxta diuersitatem agrorum.

Verum si diligens instituatur comparatio, manifeste apparebit decimas primum vniuersaliter consideratas secundum circulum Parochialem, diuisas fuisse inter Rotenburgenses & Teutonicos: ita vt omnes decimæ intra fines Rotenburgenses, ipsis cedant omnino, allerdings nichts außgenommen/ subiecta tamen ibidem illa limitatione, quoad fundos Teutonicorum, in iisdem finibus sitos: quæ limitatio statim eodem loco subiecta, simpliciter omnia alia (intra fines Rotenburgenses, proprie sumptos, iuxta suos veros & certos limites, non incertos & dubios) comprehensa includit. Decimæ vero extra fines illos auff dem Landt/ siue locis prouincialibus (quæ loca, auff dem Landt/ comparatiue se habent, respec-

ctu finium Rotenburgenſium certorum, & limitatorum, vt diximus) Teutonicis cedat.

Vnde quod ſexto loco principaliter deductũ, de horreo ſolo, ex tranſactione conceſſo, nimis exiguum eſt, vt certis fundamentis principalium clauſularum diſtributiuarum opponatur, tum etiam eliditur ex eo, quod ſimul horreo illo, ſpacium aliquod horti additum, & ex ceſſione torcularis à Commendatore poſtea factæ.

Vltimo loco, quod de intellectu *l. veteribus*, motum eſt, ita habet (meo iudicio) vt diſpiciendum ſit, vtri partium ius notorium & certum, ante
347 tranſactionem competierit: ita vt is, † cui ex pacto quærendum ius fuit, eas difficultates ſubeat, probandi nimirum, per certas, non ambiguas clauſulas, de quo ſe cogitaſſe aſſeruit, *l. 9. de tranſact.* Scopus ergo totius cauſæ in eo conſiſtit: quos
348 fines † Rotenburgenſium intelligamus, ſub his verbis, der Statt vnd derſelben zugehörigen Marckungen: Item, quo loco illud incipiat, quod dici-
349 tur, auff dem Land. Ex iure certe communi † manifeſtum eſt fines late accipi, ita etiam, vt flumen, in medio ſitum, vtriſque vicinis pro media parte cedat: ſiue de iuriſdictione agatur, ſiue de publico vel priuato vſu.

350 Eodem modo de foſſa † inter duos fundos, & ingreſſu inter duos vicinos, vel duas domos. *Cæpoll. de ſeruit. vrb. prad. capite* 75. Item, durum eſt hoc caſu, aliquid in præiudicium finium ſtatuere, & recedere à limitatis Rotenburgenſium finibus, ad non limitatos: & non tantum ad non limitatos, ſed etiam hos ipſos dubios & incertos, deponentibus teſtibus, daß Detwang gegen Rotenburg nit verreint oder verſteint: ſi fines non limitati intelligantur, taceam incertos & dubios, quantum ciuitati præiudicetur, manifeſtum eſt. *Hieron. de mont. Prix. capite 76. de finibus, per tot.* Durum quoque eſt, illos terminos, ſiue Güter Marckung/ſtringere contra eos, qui non ſolum certos & limitatos fines habent, ſed intra eoſdem omnimodam iurisdictionem, cum poteſtate conſtituendi ſacra.

Et vt omnis alius reſpectus finium excludatur, illud etiam imprimis ſtringit, vt ipſæ vineæ, de quarum decimis agitur, ſeparantur in dubio ab Hut Marckung/ & accenſentur der Rotenburger Rueggeſchrey.

351 Vnde non obſtat, quod † interdum ſpecialiſſime accipiuntur decimæ, circa pagum Detwang/ quale illud eſt, quod ex teſtibus allegatur, quæſitum tunc temporis ad portas, Wo bringt man den Wein her? Reſpõſum, Auß Detwanger Marckung. Illud enim hanc rationem habet, vt differant à cæteris agri Rotenburgenſis decimis, tanquam vnius totius diuerſæ partes: nequaquam vero, vt ſeparentur ab vniuerſali Statt Marckung/ & in aliud genus tranſeant, nimirum ad decimas, ſitas extra Rotenburg/auff dem Land. Sunt enim diſtinctæ regiones, der Statt Marckung/ vti ex teſtibus colligitur.

Nec alio modo incolæ zu Detwang/ ciues Rotenburgenſes cenſentur, quam cæterarum regionũ eius vrbis incolæ, ſiue parochialium curã ſpectes, ſiue omnimodã iuriſdictionẽ, ſiue collectas, ſiue denique, quantum ad decimas vinearum, ibidem ſitarum attinet, das Rueggeſchrey/ quod pertinet † proprie ad rationem ruralis marchiæ, der 352
Feld Marckung. Quod ſub finem allegatum fuit in veteri tranſactione, de Anno 1398. diſtingui paganas ab vrbicis decimis: eliditur ex eo quod ſi quæratur, vtrum Detvvangẽſes habendi ſint pro vrbicis vel pagenſibus, res expedita ſit, ex vnanimi teſtium depoſitione, daß ſie alle Bürger ſeyn zu Rotenburg/ mit aller bürgerlichen Beſchwernuß/ Steuwer vnd Flurgelt. Concluſiue igitur, quod prius dictum, non ſatis tutum videri, ſententiam ab vtriuſque religionis Principum Conſiliariis latam reformare, neſcio, an nobis liceat, talem conſiderationem in Camera introducere, præſertim in hac cauſa, ſtantibus fundamentis ante dictis.

Quod additum fuit, fauorabilem eſſe ſenſum illum clauſulæ reſeruatoriæ, de aliis decimis auff dem Land. Sed re accuratius examinata, apparet, non ſolum multiplicem, fauorem, ex omnibus Actorum partibus, pro Rotenburgenſibus relucere: tum quia Rei, tum quia de enormi læſione eorundem agitur, ita etiam ea verba impropriari poſſunt.

Nec ex eo fauor ille cernitur, quod de facto decimas illas occuparunt: non enim † quicquid ab 353
inuito ſumitur, iniurioſe aufertur, *cap. non ſane 14. quæſt. 5.* ſed magis magisq; elucidari ſenſum illum ex circumſtantiis & verborum proprietatibus. Circumſtantiæ quidem mouent, cum agatur von den Filial Kirchen auff dem Land/eſſe aliquas etiam decimas, ad Eccleſias eaſdem pertinentes, quod & verba ſonant, Alle andere Zehende: & idem expreſſe Teutonici fatentur *ſæpe dicto folio 475.* Daß ſie ſo wol den Detwanger Zehenden/ als andere auff dem Land zugehörige vnd demſelben anhangende Zehenden verſtanden.

Verborum † proprietas hoc vult, vt omnes de 354
cimæ intra marcam ciuitatis, pertineant ad Rotenburgenſes: ſolis Teutonicorũ fundis exceptis: quæ exceptio imprimis pertinet ad famulos Teutonicorum zu Detwangen. Neque enim de aliis eorundem famulis conſtat, quos habeant in ciuitatis marca, ſtrictius ſumpta, ſi fortius includuntur fundi ciuium ibidem: præſertim vineæ, de quarum decimis percipiendis contenditur: eadem verborum proprietas, ſeparat alias decimas, auff dem Land/ à decimis, de quibus principaliter agitur: quod conſtat, vniformes eſſe in agro Rotenburgenſi & Detvvangenſi, iuxta illud dictum Commendatoris, daß Rotenburger vnd Detwanger Zehend ein Zehend ſey: facit depoſitio 7. 10. & 12. teſtis ad 23. probatorialem articulum Rotenburgenſium. Finaliter concludo pro Rotenburgenſibus, & reformandam eſſe ſententiam, & pronunciandum abſolutorie. Compenſatis expenſis.

Aliud

Aliud in eadem causa.

Pro sententia & voto Domini Correferentis, qua clausula Transactionis, quæ sonat de decimis auff dem Land gen Dettwang gehörig / vel annullatur, vel vt valeat contractus, & iniquitas euitetur, ad verisimilem interpretationem reducitur, ex iure & æquo, vrgentes & validæ rationes, quibus & ego assentio adductæ sunt. Inter reliquas vero, quas refricare minime decet, apparet, eam clausulam esse superfluam, absurdam, & iuri aduersam.

355 Superfluam: quia † quod ante literis dispositiue insertum & expressum erat, iam in nullum alium finem repetitur, quam vt contradictorias & obscuritates pariat. Ibi enim dispositum est, daß Reis die Zeit deß Religionfridens / ab Actore, allen Wein vnnd Früchtzehend / so viel daß alles in jhrer Statt / vnnd derselben zugehörigen Marckung Actori gebürt / folgen sollen / allerding nichts davon auß genommen / dann allein den Zehend / von deß Ordens Güttern / in gedachter Marck gelegen. Hic vero in sequenti clausula iterum habetur: Daß aller Zehend (vt in priori) forthin (scilicet zur Zeit deß Religionfriedens) Sonst aber all ander Zehend / (ibi notetur periculosa & suspecta mutatio verborum: Item, omissio vocabulorum, Weinzehend vnd Marckung) gen Dettwang gehörig / Actori werden vñ bleiben soll. Si itaque ante dispositum est, was jedem Theil folgen soll? quid opus est repetere nunc, was jedem werden soll: non enim video differentiam inter dictiones folgen / werden / vnnd bleiben / limitatiue ad tempus deß Religionfridens / sumendo.

Sequitur igitur, posteriorem clausulam vel intelligendam secundum priorem, & tunc erit superflua, siue sumatur pro Actore, siue pro Reis, cum plane idem disponant vtrobique. Vel non intelligendam secundum primam, & tunc sequentur ex ea contradictoriæ, quæ simul & eodem respectu consistere non possunt: alterutram enim falsam esse oportet. Nec refert, si dicatur, sequentem clausulam esse limitationem præcedentis; quia tam res ipsa, quam modus siue dispositio, diuersum ostendunt. Si enim iustam interpretationem verba sequentis clausulæ non admittere debent, tunc potius correctionem & annullationem, quam limitationem prioris dispositionis continent.

Deinde mirum, nec suspicione caret, quod hoc loco dispositioni limitandæ, suæ limitationes (vt alias fieri solet) non in continenti, sed post interuallum, ad verbum repetito limitando, alia limitatio obscuris verbis attexata est.

Absurdum & inconuenientem esse eius clau-
356 sulę sensum, vt Actor accipit, hinc colligo: † Quod publica constat facti notorietate, Rotenburgensem Rempublicam, & priuatos ciues non longe ante d. Transactionem, anno scilicet 54. suis rebus ita exhaustos fuisse per Ducem Brunsuicensem, als Feldobersten der drey Fränckischen einigügs Ständ / contra Marchionem Albertum; das zu Entrichtung derselben Brandschatzung / auch die Bürger all jhr baar Gelt / Silbergeschirr / Kleinot. Geschmuck / vnnd anders / damit Gelt auffzubringen / vnnd dardurch die Blünderung in der Statt vnnd auff dem Land abzuwenden / auff daß Rhathauß / Magistratui liefern vnnd vberantworten müssen. Quis igitur crediderit, ad tantam necessitatem & egestatem redactos & expilatos, ius sustentandi ministros (quod Ordo Reis debebat, vigore antiquæ Transactionis super religionis pace) ordini remittere; & in se onus id assumere, vnquam animo proposuisse, aut cogitasse? vel nihil fere pro sumptuosa ista sustentatione bewilligen vnnd annemmen wöllen? quod sibi tunc de suis expendere erat difficilimum, & impossibile, suam liberalitatem in tali necessitate exercere: quod nec iura, nec causa impulsiua, in procœmio Transactionis expressa, quæ causam finalem denotat, & posteriorem format euentum, præsumere permittit.

Iuri aduersam dixi, & exorbitantem: † quia an 357
te Transactionem de Anno 56. (quod nemo inficias ibit,) Ordo, siue Actor noster, Reis, debuit sustentationem decem ministrorum, de iitibus & decimis Ecclesiæ: quod ius non de nouo paciscendum fuit Reis, quia ab Anno 1398. & sic vsque ad tempus Transactionis posterioris, absolute & sine contradictione semper debuerunt.

Cui non refragatur, sed opitulatur potius constitutio pacis, *in* §. als auch / &c. & §. Vnd ob solch: Quia licet in priori §. disponatur, quod ministeria, Scholæ, Eleemosynæ, & Hospitalia, in locis reformatæ religionis, debeant ali, & sustentari, von Rent / Zins / Gült vnnd Zehenden / prout antiquitus factum: Et si dubium incidat: (vt habet sequens §.) quantum ministeriis, Scholis, Eleemosynis & Hospitalibus (quia dicit ibi, zu Vnderhaltung obgemelter Ministerien vnnd Stück) erogari debeat, quomodo dissidium inter partes sit placandum & componendum: Tamen in versic. deßtoweniger nicht / &c. fit separatio derselben Stück / à sustentatione ministerii: adeo vt in omnem euentum, siue dissidium sit, siue non sit, siue expediatur, suspendatur, vel proteletur accordatio der andern Stück haben / sollen doch die solch onus auff jhnen gehabt / nicht deßtoweniger vnnd mittler Weil / was sie von alters hero zu solchen Ministerien gegeben haben / auch fürter entrichten.

Hinc facile intelligitur, etiam ante Transactionem hanc, † Actorem obligatum fuisse, ad a- 358
limentandos decem presbyteros, qui sunt idonei, id est, Ehrwürdig: & non vnicum idoneum tantum: idque de decimis, vel de æquipolienti. Imo & consequenter, decimæ siue alimenta ministrorum, † præterito tempore iniuste detentæ (sicut 359
est factum nostro casu, *arg. pragmaticæ sanctionis*, §. als auch / &c. An vero Religionis odio potius, quam iure habendi, nescio) à quocunque detentatore seu possessore peti possunt. *c. pastoralis, c. in aliqui-*

360 *bus. de decim. cap. quicunque 16. quæst. 7.* Et illi † tenentur restituere, alias non absolutionem dabit confessor *cap. si res aliena 14. quæst. 6.* Item alias excommunicari potest, & semper restitutio contra eum datur, & per alias rationes, vt habet *Bartol. Brix. in tractat. quæst. dominical. quæst. 49. numero quarto, & 5.* Et ex iuribus allegatis per *Andream Hispanum, in tractat. de decim. quæst. 15. vers. fin. numero 1. & seqq.*

Hinc infero, cum omni iure, tempore Transactionis Actor obligatus fuerit Reis ad sumptus, quibus decem ad minus alendi sunt ministri, sed ex ea Transactione prætendatur, senatores consensisse in sumptus, quibus vix vnus idoneus sustentari potest, vt taceam de remissione reliquorum & præteritorum sumptuum, ad 18000. fl. excurrentium, vt ex actis notorium est, satisque deductum: sicque reliquum, vt puta, triplum, quadruplum, vel longe plus remisisse, & ordini donasse: Infero, inquam, tam remissionem, tanquam iuri aduersam & exorbitantem, fieri non potuisse per consules dictos, nec validam esse.

361 Tendit enim ad hoc huiusmodi † obligatio, vt minus percipiatur de decimis ad vsus sacros & ministerium, quam debitum sit de iure diuino: *Innoc. in cap. fin. in pr. de parochiis, Ioan. And. in c. 1. de decim. in 6.* Et hanc communem esse sententiam Canonistarum, dicit *Heinrichman consilio 41. numero 29. volum. 2.* Idque imprimis, cum in laicos vsus vertantur, vt per *Sicul. in c. statuimus. de Transact. & Heinrichman d. loco.* Quin & iuris aperti est, quod
362 administratores ciuitatum, † debitum liquidum (vt nostro casu liquidissimum est,) nisi quis studio cæcuciat, remittere nequeant: Quia remittere
363 & † donare est species dilapidationis: Sed administratores Reipub. conseruare, non res ciuitatis, vel vniuersitatis dilapidare debent. Præterea
364 mandatum † quantumcunque generale, & cum libera, ad casum donationis non extenditur *Dd. in l. pactum curatoris. Cod. de pact. Bald. in l. præses. C. de Transact. Ias. ibid. numero duodecimo. gloss. Dd. in leg. cum hi. §. si prætor. verb. nec donando de Transactionib. Bartol. in leg. 1. de pact. Gail. observation. 72. numero duodecimo.*

Exorbitans itaque, & quasi impossibile Senatoribus fuit, de iure remittere tantos sumptus debitos, tam præteritos, & non solutos, tanquam etiam in futurum soluendos. Sed hæc exorbitantia euitari posset, si sanæ & rationabili interpretationi verborum locus esset. Omitto (vt dixi) alias rationes, ad hoc propositum à Dominis luculenter & dextre adductas.

Si vero argumenta & rationes prægnantes & vrgentes, quæ à Dominis quibusdam, pro tuendis partibus Actoris, copiose & docte adductæ sunt perpendo, non parum dubius reddor: An non rigor literæ posterioris transactionis, ex quæ κειτόμμον nostrum prodit, in statu visionis (sub hac præsertim rerum conditione) potius, quam alteræ rationes, quæ æquitate & veritate nituntur, sint locum habituræ, adeo vt suspicer Reuisores (quorum subsidium actor in talem euentum præsumptiue haud negligat) sententiæ nostræ, qua prior directe & simpliciter confirmaretur, assensum suum ægerrime sint adhibituri.

Veruntamen, quia † natura non patitur, vt 365
qui ex imprudentia vulnus accepit, ob hoc chirurgi manu destituatur: Neque leges † indigne 366
læsis suum auxilium, præsertim restitutionis, vbi æquitas euidens subsit (licet nihil facile mutandum sit de solennibus) denegant, inquit textus *in l. Diuus. de restitution. in integr.* Nil enim tranquillitati † magis inimicum, quam sub iuris prætextu, 367
quod iniurium est, statuere, alterum in alterius vtilitatem grauare. Nam vt restitutio † cum alte- 368
rius iactura dari non debet: Ita & ob aduersarii commodum, nemini venit deneganda, ne quis per alterius dispendium locupletetur *l. si is qui de furt. l. assiduus. qui pot. in pign. hab. c. cum causam. de præbend. l. sciendum. ex quibus causis maior.* Neque æquitati quicquam similius est, quam ciuitatem ita componere, vt futura negocia ad iusti regulam consistant & expediantur: Quæ non patitur eum destitui, † qui bonum & æquum, omnis iusti sa- 369
luberrimum fontem, inuocat, ne inde iniuriæ occasio nascatur, vnde iura proficisci debent *leg. meminerunt Cod. vnde vi. Ferrar. de appellation. folio* 138.

Ideoque cum nostro casu directa via, videlicet per reformationem prioris sententiæ, timore ancipitis Reuisionis (vt dictum) & collegii labe Reis debitum auxilium contingere haud possit, amplector & ego sententiam Dominorum, qui restitutionis beneficio eos iuuandos putant. Neminem autem † negare spero, quin hic agatur 370
de iure Ecclesiæ, siue ministerii: Et simul etiam de iure Reipublicæ, vel bono publico: quodque Ecclesia † & Respublicæ fungantur iure mino- 371
ris, præsertim in casu restitutionis: Ecclesia quidem, vt per *Bald in leg. omnes 31. Cod. de Episc. & Cler. l. 1. Cod. ne lic. ter. prouoc. Specul. de restitut. in integr. §. infra quod. & Bald. in addit. versicul. Ecclesia censetur. l. orphanotrophos. Cod. de Episc. & Cleric. & auth. de non alienand. rebus § sinimus colum. 11. Tiraquel. de priuil. pia causæ. priuileg. 138. per tot. de Republica, vt in leg. Respub. C. quib. ex caus. maior. l. Rempublicam. C. de iure Reipub. num. 11 Ibique Dd. Alexand. consilio primo, colum. 4. volum. 4.*

Idque etiam intelligitur de qualibet ciuitate & Repub. *vt per Bart. & Bald. & communiter Dd. in d. l. Respubl.* & communem conclusionem dicit *Marant. verb. appellatio. n. 87.*

Hoc ita posito, nec deesse video requisita restitutionis, nostro casu. Primo enim hic agi de causa Ecclesiæ simul & Reipubl. nemo inficias ibit. Quibus casibus facilius, † maiorique compendio 372
nec causis tam exquisitis, restitutio iure permittitur, vt notat *Ioann. Ferrar. de appell. ca. 7. lib. 4.* Secundò constat satis, non modò de enormi, sed & de enormissima læsione, id quod attestantur testes

stes Reorum 2.3.7.8.9.10.11.12. qui dicunt (adminiculantibus etiam missiuis, à partibus in hac causa in hoc iudicio, olim ante remissionem productis: nec non tacita confessione aduersæ partis, quæ nullibi id aperte impugnat) Der Weingehēd ausser Dettwang trag jārlich zwey Fuder Wein/ vnd der Getreydzehend/ hundert vnd achtzig Malter. Hisce reditibus vix vnum ministrum sustentari posse, *supra ostensum est*: nouem igitur illi vbi sunt? Sic & summa 18000. fl. quam sibi partem tunc de
373 bitam fuisse Rei asserunt. Qualis verò † censeri debeat enormis læsio, ex qua Ecclesia restituenda sit, tradit *Menoch. de arbitr. iud. quæst. tit. 2. cent. 1. cas. 74. vbi num. 4.* tandem dicit, veriorem & crebriorem sententiam esse, quod iure definitum id non sit, sed iudicis arbitrio relictum. *per plura ibid. allegata.*

374 Tertiò constat ex actis, eam læsionem † (si modo verus est intellectus Actoris *d.* §. Sonsten aber) ex imprudentia Reorū, & fraude aduersarii processisse. De imprudentia quidem non puto quenquam dubitare: Fraus verò variis coniecturis & probationibus (vt noti est iuris) ostenditur: Inter
375 cætera verò Deceptio † & dol' ex magna læsione colligitur *l. omnes debitores ff. quæ in fraud. credit.* Et
376 vbi enormitas † læsionis est in aperto, ibi præsumitur dolus. *Bartol. in l. pen. ff. de præt. stipul. & Bald. consil. 213. part. 1. incip. punctus talis est. Ita sentit & tradit Schurff. consi. 37. n. 26. cent. 2.* quodque tali casu sufficiat dolus præsumptus ex magna læsione, pluribus concludit idem *Schurff. consilio 10. per tot. dict. cent. 2.*

377 Et quando singulæ coniecturæ † non sufficiunt ad conuincendum dolum, tunc simul & coniunctim plures conglutinatæ, aperte conuincunt dolum, vt per *Bartol. l. post contractum. ff. de donat. Dec. in l. pactum quod dotali. C. de pact. Mynsing. respons. 53. num. 15.*

Tandem nec de tempore petendæ restitutionis meritò ambigi potest. Rei enim aliter nō, nisi alternatiuè, conditionaliter, vel in euentum, in hac instantia, & non antè. restitutionem petere potuerunt: in eo enim omnes Domini consentiunt, quod cardo huius negocii versetur circa intellectum *d.* §. Sonsten aber / &c. Licet autem prima sententia inclinet ad partes Actoris: tamē Rei nec intellectum Actoris, nec sententiam interpretantem acceptarunt; ideoque super eo dubio intellectu ad Cameram appellarunt: vbi etiam principaliter & directè, omissa appellatione restitutionem petere nequiuerunt, nisi studio sibi contrariari, & à causa appellationis, quæ consistit (vt dictum) super dubio intellectu transactionis, recedere voluissent. Et patet ad sensū, dū ea interpretatio penes iudicem adhuc residet, & Reis spes esse potest, adhuc fore, vt pro ipsorum intellectu per reformatoriam prioris, sententia feratur, se non, nisi in euentū, quo prior sententia confirmaretur, restitutionem petere potuisse. Ante enim eum euentum eos læsos esse nemo
378 dicere potest: Sed non læsus † nec ius nec occasionem petendæ restitutionis habet, cum non entis nullæ sint qualitates. Item quod Reis nondum constet de sententia confirmatoria, vel reformatoria: Sicque, an sint læsi, vel non, ignorant, sed tempus restitutionis, † non nisi à tem- 379
pore scientiæ incipit currere, noti est iuris: vt per *Wormbs. obseruat. 4. tit. 25.* Imò Ecclesia † in hoc 380
plus iuris habere dicitur, quam alii: *Clem. vnic. de restit. in integr. & Bartol. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter num. 12. ex quib. caus. mator.* Vbi etiam dicit: Tempus † restitutionis incipit currere à die 381
latæ sententiæ (cum effectu scilicet, quando non speratur alia, nec est appellatum, alias effectus sententiæ est suspensus) *num. 11.* Et non potest quis petere in integrum restitutionem, quamdiu potest appellare. *Rota decisio. 224. in nouis.* Quamdiu enim † supereſt ordinarium remedi- 382
um, non est recurrendum ad extraordinarium. *l. in causa la. 2. de min. cap. secundo. de offic. iud.* Et quærit *Specul. de restitut. in integrum. §. qualiter num. 8.* Si minor appellauit à sententia contra se lata, nunquid appellatione pendente poterit petere in integrum restitutionem? dicit, quod sic, per *notat. in l. pen. C. si aduers. rem iud. & Azo. eod. tit. circa medium.*

An autem minor, † Ecclesia & Respublica pe- 383
tere possint restitutionem in integrum contra contractum vel Transactionem iuratam? Non dubito, quin certis casibus id locum non habeat. Quod verò vniuersaliter obtineat, vt nullibi detur restitutionis auxilium, non credo, vel in iure, vel apud eos interpretes id extare, sed affirmatiuam potius & contrarium satis cognitum esse. Quando enim † enormitas læsionis est certa: 384
tunc iura etiā certā statuunt deceptionē (quæ facilè hoc casu statui potest, cū multa adminicula habeat, vt supra tactū, & latius à Dominis demonstratum) sed quando deceptio, † fraus vel dolus 385
existit, (cui ratione & æquitate naturali est subueniendū) Tunc datur doli exceptio, vel ex dolo restituitur minor, &c. non obstante iuramento: Quia iuramentū † non est vinculū iniquitatis: & 386
hanc veram declarationē esse, ad textū *in auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vend. rest. pet. & ad edict. de minorib.* dicit *Fortun. Garzia. in tract. de vltimo fine iuris Canon. n. 369.*

Nec obligat † iuramentum cum effectu; 387
interueniente dolo, *Anchar. con. 82.* dicit: vbi in obligationibus † apparet læsio reipsa, & iniquitas, 388
non habet locū *auth. Sacramenta puberū.* & per consequens, non seruanda: *idem consi. 180. & consil. 341. & Bald. in rub. Codic. de rer. permut. vers. item quæro. in fin.* In iure enim † (vt dictum) æquiparantur, do- 389
lum inesse proposito, vel reipsa *l. si quis nunc aliter. de verb. obligat. l. 2. §. circa. de excep. doli.* Et sic data doli probatione, † quæ etiam ex indiciis colligitur. *l.* 390
dolum. C. de dolo manifeste ex enormi læsione apparere dicitur. *Thomas Grammat. decis. 76. num. 12.* & facilè remittitur iuramentum † ratione doli, & 391
enormis læsionis, *d. ca. cum contingat. c. Quintauallis. de iureiur.* Imò melioris est conditionis tali casu

Ecclesia, quam minor: In hac enim, Ecclesia videlicet, per nullum iuramentum fieri potest, vt nõ habeatur loco minoris (id est, quin restitutio semper habeat locum, prout non fit, quando minor est modicè læsus, & habetur pro maiore.) Et istud in fauorem Ecclesiæ: inquit *Bald in l. generaliter. §. 1. n. 2 circa fin. C. de reb. cred. & ibid. Bald. in c. 1. §. item Sacramenta. de pace iuram firm. & alia iura allegata in glos. margmali d. §. 1. verb. Ecclesia.* Hinc est quod minor iuret non venire contra venditionem, si tamen decipiatur enormi damno, petere potest restitutionem enormis damni: Quia illud iuramentum repræsentat eum loco maioris, ex qua repræsentatione priuatur modico damno
392 tantum, non autẽ enormi: Licet minor † ad aliquẽ actũ communi iure vel constitutione legitimetur, nõ tamen in integrum restitutio sibi denegata intelligitur: *Roman. consil. 40. per plura alleg.* Et habent hæc omnia nostro casu tantò magis locum, cũ hic non iuramentũ Reale: sed fidei præ-
393 statio solummodo interuenerit. Licet † enim hæc duo, secundum opinionem interpretum, plerunque æquiparentur: tamen hæc, scilicet præstatio, facilius relaxatur, quam iuramentum,
394 multò enim † acrius hic punitur, quam veniens contra fidei præstationem, *glossa in cap. pen. communiter approbata. de iureiur. Rot. decis. 138. in antiq.* Vbi dicit, quod veniens contra fidem promissam, non dicatur peierare, & puniatur priuatio-
395 ne beneficii, quia † maius reputatur præstare corporaliter iuramentum, quam fidem promittere *l. 4. C. si minor se maior. dix.*

Hinc concludo, tutiorem viam esse, vt contra enormissimã læsionem clausulæ, Sonsten aber/ꝛc. petitæ restitutioni locus detur, idque suadente iustitia, æquitate & veritate. Inprimis etiam, cum
396 ea petitio † fieri possit conditionaliter, alternatiuè, vel euentualiter, vt per *Innoc. in c. suscitata. in princip. ibi. vbicunque incideret petere. de in integr. restit. Rot. decis. 9. in prin. in nou. allegatur ad hoc Ferrar. in form. libelli Appellationis à sententia definitiua. verba & in quantum. sit aliqua. in prin.* Et licet in grauaminibus ipsa læsio, ex qua restitutio in euentum petitur, satis & sufficienter sit deducta & articulata: ne tamen videatur per hoc ordinationi, *in vers. fi. tit. 52. lib. 3.* minus satisfactum esse: vel Iudex nimium præcipitanter restituendo, absque specifica deductione pronunciasse: Ideo mallem præmittere ex officio interlocutoriã, sub hac forma.

In Sachen V. contra S. Jst der Bescheid/ wofern D. N. articulierte Vrsachen/ seiner in euentum gebettenen Restitution/ in Zeit vier Monat/ so jhme von Amptswegen dazu angesetzt/ wie sich in Recht gebürt/ fürbringen würdt/ daß solches gehört werden/ vnnd darauff ergehen soll W. R. J.

Aliud, in eadem causa.

D. N. Iterum: repetit suum votum: Sed quoad fructꝰ, vult à tempore litis contestationis vt restituantur, cum Expensarum compensatione. Et vult addere clausulam: Jhr Notturfft der Lasion halben/ ob sie wöllen außzuführen vorbehalten.

Ego: Intentionem Reorum sufficienter probatam per depositiones testium, confessionem & declarationem Reorum, per literam & contextum Transactionis: pro cuius confirmatione repeto argumenta & rationes ante per me deductas, sumptas ab absurdo, superfluitate contextus verborum Transactionis: & tandem repugnantia iuris & naturalis æquitatis. Inde, & ex actis iam magis instructus puto sine admissione grauaminum, ratione læsionis: simpliciter pronunciandum, male iudicatum, absoluendo Reos: benè appellatum, cum compensatione expensarum.

Aliud in eadem causa.

D. N. Putat clausulam, † Sonsten aber/ꝛc. secun 397
dum interpretationem, quæ iam deducta est, intelligendã esse: Item, quod initio transactionis
fit relatio ad Abschied/ Anno 55. Item, † verba illa 398
Transactionis considerandã, damit den Verträgen gelebt: quibus Rei se ad priores contractus retulerunt. Item † verba: daß die grosse Mentig 399
vnnd Gemeinden in vnnd außerhalb der Statt Marckung sich nicht härten zubeklagen. Nam hisce verbis Rei non solum suæ ciuitatis incolas, sed vniuersam communitatem: in qua ciuibus & incolis ministeria administrantur, includuntur, comprehendisse censentur. Item & hoc clarè ex sequẽ ibus dispositiuis verbis conuincitur, dum ex parte Reorum hoc modo disponitur, scilicet, daß wir Burgermeister vnd Rhat/ S. Jacobs Kirch in der Statt/ vnd auch zu Detwangen mit allen Kirchen in solchem pfarrlichen Zirckel gelegen/ ꝛc. Hic enim coniunguntur Rotenburg vnd Detwangen: Ergo separari non debent: Sed inducunt Reos in ipsa Transactione, Ecclesiam in Rotenburg & Detwang/ pro vno parochiali circulo habuisse, & adhuc habere. Item, clausulã, † Sonsten aber/ꝛc. 400
disponere generaliter. Sed certum Rotenburg & Detwang/ ante Transactionẽ, vltra longissimũ tẽpus, vigore iurisdictionis, ac intuitu iuris municipalis, & iuris Parochialis, vnam marcam, seu marchiam, vnumque circulum parochialem fuisse. Item hæc clausula, † licet generalis sit, tamen 401
priori vniuersali clausulæ nihil derogare videtur: nam nõ loquitur de decimis vbicis in Detwang/ sed ruralibus, dahin gehörig/ vom Land/ ꝛc. Atque ita ista clausula verificari potest, videlicet per Reutsachsen/ Bernbach/ Durnbach/ Hennendorff/ Lutzenbrunn/ ꝛc. Et hanc mentem transigentium fuisse colligitur, quod Rei nostri statim eodem anno conquesti sunt: Tamen decimas percepe-
rint in Rotenburg & Detwangen: Et econtra Actor decimas in d. pagis, sibi retinuerit, maximè eo attento, quod etiam Reis torcular concesserit. Vnde concludit, pro Reis & appellantibus esse pronunciandum, malè iudicatum, benè appellatum: Compensatis expensis.

D. X. Repetit suum votum postremum, absoluendo Reos.

D. C. Non cedit à priore voto: quia distinctas esse marcas: repetit sententiam L. & X.

D. X.

D. X. Se ante sensisse, si verba controuersa possent aliquo modo verificari, se pro Reis concluſurum. Sed tunc non apparuisse de eo ex actis nobis traditis. Nunc vero constat, concludit pro Reis. Ideo ex mente Transactionis, iam per confessionem Actoris detecta, omnino existimat, controuersas decimas ad Rotenburgenses pertinere: Et sic ab impetitione Actoris absoluendos, & malè iudicatum, bene appellatum: Compensatis expensis.

D.P. Repetit suum votum pro Reis, &c.

Sententia in communi forma concepta, malè iudicatum, bene appellatum, vnd daß die Appellanten von angestelter Klag zu absoluiren: Compensatis expensis.

VOTVM XV.

In causa C. Contra C.

SVMMARIA.

1 *Iudicium familiæ herciscundæ, cur hic institutũ censeatur.*

2 *Actio, quando ex testamento, vel ab intestato quis hæres existit, etiam hæredis hæredi competit. Nisi is iam ante pro suo hærede precium sit consecutus. num. 3.*

4 *Transactionis titulus, quando Actor non ex sua persona, neque iure suo sed nomine vxoris defunctæ, filiarum causa agit, & istæ filiæ obiectam transactionem, quia mater in illam non consentit, nullitatis iure impugnant, per se nullus recensendus, aut saltem titulo pro possessorio comparandus.*

5 *Actio familiæ herciscundæ etiam locum habet, quando vtrique se coheredes fatentur.*

6 *Actio quando est in confesso, contractusq; concordat nec agentium qualitates vspiam disputantur, vel negantur, probata dicitur.*

7 *Partes hinc inde aliquo dato & accepto concordatæ sunt.*

8 *Renunciatio hic posita vnde magis corroboretur. & num. 9.*

10 *Alienatio bonorum dotalium marito est inhibita.*

11 *Qui non acquirit, non videtur alienare.*

12 *Hæreditatem quis adiisse videtur, accipiendo pecuniæ summam.*

13 *Maritus, iure Saxonico, bonorum vxoris plenam administrationem habet.*

14 *Vxoris bona triplicis sunt generis.*

15 *Bona dotalia, stante matrimonio, mariti esse dicuntur.*

16 *Maritus in bonis paraphernalibus procurator censendus.*

17 *In bonis, stante matrimonio, vxori obuenientibus, nec marito traditis, sine expresso mandato vxoris, vel tacito, maritus vxoris procurator non dicitur.*

18 *Maritus in quibus vxoris absque mandato procurator esse nequit, illa bona extra dubium, etiam alienare non potest. Et hoc obtinet, etiamsi, vxore præsente & tacente, obligauerit. n. 19.*

20 *Diuisio & Transactio sunt species alienationis.*

21 *Vxoris mandatum, seu consensus, cum sit extrinseca solennitas, non præsumitur, nisi allegetur vel probetur.*

22 *Ratihabitio non solum verbis, sed etiam ipso actu declaratur.*

23 *Declaret quis mentem suam verbis, siue rebus ipsis nihil interest.*

24 *Maritus quod agit, vxor id præscire præsumitur.*

25 *Ex fructuum perceptione probatur possessionis ratificatio, similiterq; per census receptionem.*

26 *Frater si à fratre venditore partem precii petat, venditionem factam ratam habere dicitur.*

27 *Ratificatio magis contra priuatum præsumitur, quã contra Vniuersitatem.*

28 *Ex actu qui absq; ratificatione contractus expediri non potest, inducitur ratificatio contractus.*

29 *Precii relatio ad tempus contractus fieri debet.*

30 *Patris diuisio, institutionis vim habet.*

31 *Contra factum proprium nemo audiri debet.*

32 *Actio de euictione quem tenet, eundem quoque agentem repellit exceptio.*

33 *Maritus non ex sua persona sed pro vxore & filiabus litem instituens, alia persona in eo casu reputatur, & ad agendum non admittitur.*

34 *Contra actum, quis generaliter, à se gestum, venire censeatur. si actus non valet.*

35 *Domus per reparationem nouam formam accipiens, alia etiam censeri debet domus.*

36 *Maritus genus bonorum, quæ seruando seruari non possunt, etiam sine consensu vxoris alienare potest.*

37 *Ius statim si quis haberet, quoties circa rem alienam sibi ab initio præiudicasset, sibi, si ius postea illi superueniat, præiudicat.*

38 *Transactionem qui rescindere vult, tenetur ad receptorum restitutionem.*

39 *Intendens rescindere Transactionem, quare impediatur agere.*

D. L. Referens. Formalia Appellationis iusta, nullitates nullæ: procuratoria sufficiunt: Summam esse conformem ordinationi: Idque demonstrat per collectionẽ partium hæreditariarum.

Actio quæ?

Articulis libelli primæ instantiæ petitione considerata, putat familiæ herciscundæ iudicium institutum: † quia de successionis iure controuersum est. Ideo hanc actionem institutam esse existimat, quia etiã pars ea peti potest. *l. si quis seruum. §. pen. cum l. seq. de leg. 2.* 1

Competere autem actionem, † partim iure Actoris, vt quia ex testamento, vel ab intestato hæres existit, vnde etiam hæredi hæredis competit, *leg. 2. 3. de petit. hæred.* partim verò ex facto Rei conuenti. *leg. regulariter, cum l. seq. dict. tit.* vel aliàs suo dolo & culpa possidere desiit *leg. nec vllam. §. is autem. leg. sed etsi lege. §. proinde. de petit. hæred.* Prædicta autem † ex parte Actoris procedunt, nisi is iam ante pro suo hærede precium 2 3

sit consecutus, *dict. leg. sed etsi. §. si minori. ibi Bartol. dict. tit.*

Ideo illa Exceptio per Reum nostrũ obiecta, ꝙ scilicet Actor semel super hæreditate eadẽ transegerit, certamque pecuniæ summam acceperit, vt ex actis probatur, omninò obstare videtur, quo minus hæc Actio ei competat. Sed tamen
4 quia Actor non ex sua persona † neque iure suo, sed nomine vxoris, eaque defuncta filiarum causa agit, & istæ filiæ obiectã Transactionem, quia mater in illam non consensit, nullitatis iure impugnant: aut obiecta vltra dimidium iusti precii deceptione, aduersus eam in integrum restitutionem petunt, quod ea ratione ille Transactionis titulus, per se nullus censeatur, aut saltem titulo pro possessorio comparandus *l. nec vllam. §. omnibus. ff. d. tit.* Ergo & hoc argumentum in instituta
5 actione non obstat. Posse etiam † locum habere familiæ herciscundæ: quia vtrique se fatentur cohæredes *l. 1. §. proinde. si pars hæred.* Verum quia Actoribus per vniuersalem actionem magis est prouisum: Ideo hanc ipsis tribuendam censet.

An probata?

Quoad personas Actorum, non dubitatur,
6 scilicet ratione vxoris & filiarum Actoris: quia in confesso, & concordat contractus, nec earũ qualitates vspiam disputantur vel negantur, *Henning. consil. 105. n. 1.* Quoad bona: Quod d. pater vxoris habuerit bona ibi, & dum vixit, possederit, constet ex responsione ad 2. articulum, & ex d. contractu, & ex apocha. Productum item statutum probatum esse deducit Referens, & Concludit, Actionem probatam.

An Elisa?

Reus opponit Transactionis instrumentum, & Apocham *d. C.* quibus probat dictum C. super hæreditate transegisse, & omnibus actionibus
7 renunciasse. Itaque partes † hinc inde aliquo dato & accepto concordatæ sunt, *l. 1. ff. de Transactionib. C. eod.* Et nulla bona materna esse in libello designata, & denominata censentur patris fuisse.
8 Hinc d. renunciatio † magis effectum habere censetur: quod tempore Transactionis non Actorum pater, sed Franciscus. & N. possessores fuerint *l. si pro fundo. vbi Bald. Ias. & Dd. C. de Transact.* Ideo-
9 que eo magis, † quod dicta bona non fuerint do-
10 talia, quorum † alienatio marito est inhibita *l. vnica. §. penult. C. de rei vxor. act. tot. tit. de fund. dotal. Wesenbec. consil. 11. n. 20. 21.* Sed Annæ bona fuerunt
11 postmodum delata: & qui † non acquirit, non videtur alienare: *l. 3. C. quæ in fraud. cred. l. in patrem, l. qui autem. §. 1. ff. d. tit. Wesenbec. dict. consil. 11.* Et siquidem alienatio dicenda sit facta, vt quia d. C.
12 pecuniæ † summam accipiendo, hæreditatem adiisse videtur, *l. pro hærede. §. vlt. & penult. ibi Bartol. num. 1. de acquir. hered. Wesenb. dict. consil.* Atque ita bona vxoris alienasse censeatur: Tamen quia hoc factum est in non acquirendo: nec res dotales fuerunt: Ergo d. alienatio licita fuisse appareret: Et hoc eo magis, quia pater per vltimum suum eloquium disponit, quod d. domus für etlich Marck vorgesetzt / & suo filio Francisco eam legat. Quod cum ob causam d. Actor in Transactionem consensit, & ideo ea firmiter tenenda & obseruanda videtur: maximè, quia etiam iure Saxonico † maritus bonorum vxoris ple-13
nam administrationem habet, vt Reus deducit. Econtrario Actrices Replicant, prædictam Transactionis exceptionem, duobus potissimum votis impugnando: Primum est, quod Anna mater, d. Transactioni non interfuit, nec consentit, & sic Transactio nulla. Alterum: quod Actrices vltra dimidium iusti precii sunt deceptæ. Ergo in integrum restituendæ. Ratio primi: præmittit, vxoris † bona triplicis generis esse: quædam dota-14
lia, † quæ stante matrimonio mariti esse dicuntur 15
l. doce ancillam. C. de rei vendic. Secundo, sunt bona paraphernalia, † in quibus maritus procurator 16
censetur, etiamsi de rato nõ cauit. Tertio sunt bona, quæ stante matrimonio vxori obueniunt, & marito nõ tradita sunt, Et in his bonis, † sine ex-17
presso mandato vxoris vel tacito, Maritus vxoris procurator nõ dicitur *l. marit⁹. ibi Bart. Bald. Castr. n. 2. C. de procurat.* Et in hac vltima specie Actorũ intentio versatur ꝙ scilicet dict⁹ C. Pater, super hæreditariis bonis, ad partem deuolutis, citra speciale mandatum, vel consensum matris, transegerit, ꝙ de iure non permittitur: Ideoq; Transactio nulla. Et sanè si maritus in his bonis, † absq; mandato, 18
Procurator esse nequit, extra dubiũ est, quin talia etiam bona obligare non potuerit. *l. si sine voluntate. ibi glos. & Bald. ad SC. Velleian.* Quod adeo verum est, quod etiamsi † maritus vxoris bona, 19
tanquã vxoris, ea præsente & tacente obligauit, tamen vxori non præiudicat, nisi talia bona, tanquam sua propria obligaret, vxore dolosè tacente. *Bald. in d. l. si sine. in princip* multo minus poterit maritus bona vxoris, sine eius consensu alienare, diuidere, aut desuper transigere. Quandoquidem diuisio † & transactio sunt species alienationis: 20
Bald. in l. 1. n. 1. & 4. C. si aduers. transl. 1. ibi glo. & Bartol. C. commun. vtriusque iud. Et hinc ius Saxonicum ex aduerso allegatum, non aduersatur. Quamuis enim maritus omnia mulieris bona, etiam extra dotem obuenientia, isto iure in suam administrationem recipiat: tamen hoc secundum ius commune est intelligendum. *Wesenbec. consil. 26. n. 34. 35. part. 1.* Quod scilicet maritus bona eius alienare non possit, nisi in casibus ibidem exceptuatis. *Idem consil. 26. n. 25.*

Nec satis est, quod Reus noster allegat, vxorem in contractu præsentem fuisse, & consensisse: quia vxoris nomen in contractu inter personas, quæ interfuerunt, non connumeratur: nec eius consensus ex tenore contractus elici potest. Imò cum mandatum seu consensus vxoris, † sit 21
extrinseca solennitas, etiam non præsumitur, nisi allegetur vel probetur *l. sciendum. ibi Bartol. Alexand. Ias. n. 11. de verb. obligat. Bald. in dict. l. si nenum. 4 Codic. ad SC. Velleian.* Maximè cum actores statutum ciuitatis pro se habeant, & istum solennitatis defectũ apud acta allegarint. Ideo Reus vxoris

præsen-

præsentiam eiusque consensum legitimè probare debuit, iuxta notata *Iaſ. in d.l. sciendum. num. 15.* quod non est factū. Ex quibus infertur, d. Transactionem ipso iure nullā censeri. Hæc multum mouent: Nisi doceatur, vxorem iustum contractum tacite ratificasse. Certum enim est, † ratihabitionem non solum verbis, sed etiam ipso actu declarari: *l. Paulus respondit. rem ratam haberi.* Et nihil interest, † an quis verbis, an rebus ipsis, mentem suam declaret. *l. de quibus. de ll.* Et dubium non est, quin vxor talem mariti Transactionem, factamque bonorum diuisionem non nesciuerit: Quod enim † maritus agit, id vxor præscire præsumitur, *l. aut qui aliter. §. sed Seruius. ibi gl. quod vt aut clam. quam sequitur Guliel. de Ludo. in sing.* 119. Ex hac scientia vxoris etiam taciturnitas ac patientia longi temporis inter præsentes procedit: Ideoque consensum & ratificationem inducit, *vt Benedict. de Capra. in commun. opin. verb. Taciturnitas:* dicens, hanc opinionem esse communem. Et pro hac ratihabitione vxoris, possent forte plures circumstantiæ. Primo: quod præter maritum, alij duo, scilicet Iohann. L. & N. Lubrecht. nomine vxoris interfuerint, vt in contractu dicitur: atque ita amicis interuenientibus, Transactio facta: Ac copia contractus vnicuique partium tradita, vt in fine habetur. Secundo: quod promissa pecuniarum summa, diuersis præstitutis diebus fuit soluta, ac recepta: quæ confirmationem contractus inducit. Tertio quod bona mobilia ibi specificantur, quæ ad ædes mariti fuerunt delata: Quod sine scientia vxoris & voluntate fieri non potuit. Quin potius vxorem d. pecuniam ad se recepisse præsumitur. Quarto, quod tertia pars horti, etiam per d. maritum recipi ac possideri non potuit, citra consensum ac volūtatem vxoris, præsertim cum mulieres suum officium in horto, eundem colendo, facere soleant: quod etiam huius intuitu, ob longi temporis habitam possessionem, vxoris scientia & ratihabitio inferatur. Quinto, quod etiam post celebratum contractum, integer annus, & tres menses, vel circiter, elapsi fuerint, priusquam d. maritus suam apocham seu quietantiam per Iohann. L. Notarium, subscriptam tradiderit, qua omnibus actionibus, pro se, sua vxore & hæredibus renunciarit, quod satis tempestiue vxor contra d. Transactionem protestari, vel saltem coram eodem Notario, contractum impugnare potuisset. Postremo: quod etiam à tempore contractus, ad diem inchoatæ litis, octodecim anni, inter præsentes, priusquam actio instituta est, effluxerint, vt patet ex actis: quo tempore elapso, etiam solennitas exrrinseca præsumitur præcessisse & interuenisse: *Alexand. d. l. sciendum. num. 18. Iaſ. ibi nu. 16. 17. 18.* Quod prædictis rationibus attentis, d. maritus, & eius vxor, pecuniam, & bona mobilia recipiendo, partem aduersam per Apocham liberando: horti partem vltra longum tempus inter præsentes possidendo, vtendo, &c. ipso facto Transactionis cōtractum ratificasse censentur. Quandoquidem † ex perceptione fructuū probatur possessionis ratificatio: sicut etiam per census receptionem, vt *Dec. in l. semper qui de reg. iur. n. 8. Alex. cons. 92. n. 13. libro sexto.* Hinc si frater à fratre † venditore partē precij petat, venditionē facta ratam habere dicitur, *Grauet. cons. 159. num. 6.* vbi plures casus adducit. Quippe si vniuersitas inter suum Syndicum, & aliam communitatē laudet, quando saltem eius Laudi copiam habuit, ex longa taciturnitate Laudum ratificare videtur: Eo magis † contra priuatum ratihabitio præsumitur. *Grauet. cons. 40. n. 3.* Nam quandocunq; aliquis facit, q̄ absq; † ratificatione actus facere non potest, tūc talem actum faciendo, cōtractum ratum habere dicitur *Bartol. l. Procurator. n. 1. rem. rat. hab.* per textum *l. pro hærede. §. Papin. de acquir. hæred.* Idcirco d. vxorem in eiusmodi Trāsactionis contractu, tacite consensisse, eundemque ratificasse, ex adductis rationibus videtur.

Alterum allegatæ deceptionis fundamentum si consideratur: Actores in eo errare videntur: quod æstimationem d. domus non ad tempus Transactionis, sed venditionis reducant: quod fieri non potest: quandoquidem in probanda læsione relatio † precij ad tempus contractus fieri debet *l. si voluntate. de rescind. vend. l. 3. §. diui fratres. de iure fisci.* Nunc autem tempore Transactionis d. domus iuxta patris voluntatem æstimata fuit auff 140. Gülden/ de quo Actor tertiam partem recepit: Ideo de læsione tunc temporis facta non satis constat. Ac tametsi statutum ciuitatis Embecensis, domum liberis primi matrimonij attribuat: Tamen cum defunctus H. contra dictum statutum disposuerit, domum suam filio suo Francisco, ex secūdo thoro nato, relinquendam esse: & sic illa patris † diuisio institutionis vim habet, *glossa & Dd. in l. quoties. famil. herciscund.* Quam dispositionem partes hinc inde in ipsa diuisione approbarunt: quod res iam amplius integra non sit, & partes à tali dispositione recedere nequeant. Et licet Actores hanc dispositionem apud acta negent: Tamen ex verbis Transactionis probatur. Præterea quanquam liberi prioris thori domum retinere possint: tamen æstimatione facta, certam precij summam liberis posterioris matrimonij soluere tenentur. Damit dieſelben davon abgelegt werden: Et sic domum in solidum, & æstimatam non retinent, prout in causa filiæ cum Francisco L. iudicatum fuisse, tertius & quartus testes secundæ instantiæ ad secundum articulū testantur: quod hac ratione deceptio facta nō deprehendatur. Si vero inspicitur, An nouerca etiam tertiam bonorū partem receperit, quæ ei forte, vigore allegati statuti, non debeatur: nihilominus, quia in prima instantia testis 1. & 3. ad tertium speciale interrogatorium affirmant, daß Actoris Haußfraw daß Hauß hab helffen bauwen. Et tertius testis bina vice hoc factum dicit, quia viderit. Ideo forte in

compensationem filialis quotæ ei fuit attributa: maxime cum Reus vbique in actis alleget, talem partem relictæ viduæ debitam fuisse: quæ allegata per Actores non impugnantur: Et sic nullam deceptionem videt.

Concludit, Actionem elisam: Licet stricto iure forte, si vxor Rei adhuc in viuis existeret, Trãsactio recens, & res adhuc integra esset, nec tantum tẽporis spacium effluxum esset, aliter sentiret: iuxta *l.3.C.cõmun.diuid.* Pronunciandũ, bene iudicatum, male appellatũ. Expensas vult compensare: quia causa dubia, & Actores pauperes.

Saluo.

Aliud in eadem causa.

D. Correferens formalia, & reliqua, vt Referens. Procuratoria quod concernit, vna tantum ex filiabus Actoris D. K. constituit. Cæterum Actorem nostrum excludi ab agendo, videri potest, eo ipso, quod cum Rei vxore super bonis, quorum diuisionem iam petit, transegit: contra proprium autem factum nemo audiri debet, *l. cum profitearis. C. de reuocand. donat.* Et quem
32 de euictione † tenet Actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vindicantem. de euict. l. exceptione.*
33 *C. eod.* Verum cõsiderandum est, Actorem † non ex sua persona, sed pro vxore & filiabus hanc litẽ instituisse, eoque casu reputatur alia persona, & ad agendum non admittitur: *Alexand. cons. 109. nu. 4. vol. 4.* Imo cum domus, quæ potior pars hæreditatis est, ex statuto ad vxorem Actoris, conditione receptitiorum bonorũ pertinuerit, nulliter eam, tanquã rem prorsus alienam per Transactionem, in rei vxorem transtulit. Et generaliter
34 † contra actum quis à se gestum venire censetur, si non valet actus. *l. iubemus. sane. C. de SS. Eccles. Alex. cõs. 323. vol. 1.* Quin igitur ex alterius persona quis possit, magis nõ est dubiũ *l. Tutorẽ. de quib. vt indign. hered. Pinell. ad. l. 1. n. 73. de bonis maternis:* ibi ponit Exempla. Actum familiæ herciscũdæ. Probatum: vt Referens. Exceptionibus eam esse elisam. Primo attendendũ esse prioris matrimonij liberis ex statuto eam domum deberi, quam pater cum eorum matre inhabitauit. Atq; primus & tertius testis ad interrogatorium tertij articuli deponunt, eam domum, quam H. cũ priore coniuge inhabitauit, tempore secundi matrimonij incendio bis consumptam, & reparatam. Prior itaque domus esse desiit: & quæ per
35 reparationem † nouam formam accepit, alia etiam censeri debet domus, *l. mulieres, §. abesse, cum §. seq. de verb. signif. l. prætor ait, §. loquitur, vi bonor. rapt.* Quin ex hoc contra Actorem, secundum ipsius intentionem, & statuti Embeccensis interpretationem verius concludi poterit, domum non ad suam vxorem, sed filium secundi matrimonij pertinere: cum H. vtriusque pater, non cum illius, sed huius matre, eam & extruxerit, & inhabitarit. Quo posito, de reliquis bonis parum laborabimus. Hortum enim fatetur Actor, pro tertia parte adhuc à se possideri; & ex apocha verisimile fit, hereditatem in tres partes diuidi debuisse. Bona mobilia vilia fuerunt, & eiusmodi, quæ seruando seruari non potuerunt: quod genus bonorum † maritus, etiam sine consensu 36
vxoris, alienare potest, late *Thoming. decis. 31. nu. 5.* Præterea ex eo, quod vna ex filiabus Actoris, Catharina videlicet, hic in Camera litem prosecuta non est, suspicio est, eam obijsse: quo casu iure Saxonico, hereditatem totam, iure ciuili dimidiam, in patrem, Actorem, transtulit, eaque res forte illum commouit, quod D. K. H. suo nomine hic constituit. Proinde etiamsi demus, ex persona vxoris transactionem primo fuisse inualidam, tamen pro hac parte, qua filiæ successit, robur ex post facto accepit. Quoties enim quis circa rem alienam sibi præiudicasset, † ab initio, 37
si statim ius haberet, si ius postea illi superueniat, sibi præiudicat, late *Grauett. in q. de indemnitatibus mulierum, num. 12. in tract. de antiq. temp.*

Exceptio læsionis enormis, nullius est momenti, vt dominus Referens. Concludit, bene iudicatum, male appellatum, compensando expensas. Quia forte ex stricto iure causam defendi posse, ex parte Actoris. Et licet ipse male egerit, tamen filiabus id nocere non debet, qui soluere tenerentur.

D. Q. cum dominis Referentibus, etiã quoad expensas. Sic & reliqui domini N. N. N. N. N. D. S. allegat. *l. si diuersa. Codic. de transaction* vbi qui vult rescindere † transactionẽ, tenetur ad restitutio- 38
nẽ receptorum: ibi hoc notat *Castrens. & Salycet. Bald. etiam in c. 1. §. nota. de his qui feud. dar. poss.* Vnde cum teneatur ad restitutionẽ, † opponente con- 39
uento, impeditur agere. *Dd. in l. iuris gentium, de pact. & l. filia licet, Cod. de collat. leg. Iulianus, §. offerri. de act. empt.* Concludit cum dominis, & cũ expensis.

Sententia in communi forma concepta & publicata fuit.

VOTVM XVI.

In causa L. contra I. & M.

SVMMARIA.

1 *Procurator pro Actore, propter sublatam talionis pœnam, in criminalibus hodie admittitur. Pro Reo vero, neque per alium, etiamsi coniuncta persona sit, admittitur ibi & num. 2.*

3 *Procurator pro accusato, in causis fractæ pacis, in Camera recte comparet.*

4 *Actio criminalis morte accusati euanescit, neq; ad heredes transit.*

5 *Inclusio vnius, alium excludit, & exceptio dispositionem, in non exceptis fundat.*

6 *Iurisdictioni Cameræ ex constitutione pacis publicæ, nullo fori priuilegio refragante, regulariter subiiciuntur omnes.*

7 *Ex constitutione pacis publicæ tam potentes, quam priuati conueniri possunt.*

8 *Constitutio pacis publicæ est generalis.*

9 *Leges semper vna eademque voce, etiam delectu personarum remoto, aduersus vnumquemque vim suam obtinere solent.*

10 *Filio patris necem iure vindicare, accusationemque suscipere licet. Et quare num. 11.*

12 Per-

12 *Personis coniunctis, suam suorumque iniuriam prosequi merito permittitur.*

13 *Iura antiqua pacis publicæ violatoribus grauissimas pœnas comminata sunt: Imperij vero constitutio quam pœnam ipsis comminetur. num. 14.*

15 *Ad actionem de pace publica, &c. probandam, tria simul concurrere debent, & quæ illa sint.*

16 *Vim publicam & atrocem in hoc nostro casu interuenisse ex quibus appareat. num 17. 18. 19. & 20.*

21 *Coniunctiones atque congregationes hominum, malam causam in dubio habere præsumuntur.*

22 *In notoriis Reorumque confessione perspicuis, nullæ iudicis aliæ partes esse videntur, quam in condemnando.*

23 *Vindictam sibi sumere, iusque sibi dicere, nemini permittitur. Quod tamen propter indignitatem, in quibusdam casibus limitatur. num. 24.*

25 *Vindictam sibi sumere, sibique ius dicere, cur nemini liceat.*

26 *Quilibet id, quod in suo fundo extructum est, iudice irrequisito, sed propria authoritate rescindere atque demoliri potest.*

27 *Tabulas in mea ianua affixas, mea sponte possum refigere. Item. signa rei meæ impressa. propria authoritate, inconsulto iudice, possum detrahere. n 28.*

29 *Tutela rerum & Corporis, etiam adhibitis armis licite suscipi potest.*

30 *Ratio in vtroque vbi eadem, ibi idem etiam ius merito obtinebit.*

31 *Res, alter & secundus hominis sanguis existimatur.*

32 *Quæstio quædam à Castrensi soluta, eiusque responsio quæ.*

33 *Ius atque causa prohibentis semper potior habenda.*

34 *In re communi ab ipso etiam Socio non minus, quam quod in nostro ædificatur, propria authoritate amoliri potest. Contrarium. ibid. num. 35.*

36 *Furor sit læsa sapius patientia.*

37 *Ad defensionem rerum, è vestigio, confestim, in continenti, ipsoque congressu & illico decurri necessarium est: & qua de re. num. 38.*

39 *In continenti quando quid fieri dicatur.*

40 *Amicos, auxiliaremque cohortem quoad aduersario simus pares, adsciscere integrum est.*

41 *Possessionem ciuilem animo nihilominus retinemus, dum vires suppetiasque colligimus, & defensionem atque recuperationem adornamus.*

42 *Pro possessione sua illibata conseruanda, & iniuria ac vi aduersarij propulsanda, coadunatis hominibus, cuique liberum atque permissum est: neq; vllam pœnam promeretur.*

43 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*

44 *Dolus nunquam præsumitur, nisi euidenter probetur; adeo etiam vt in defectum probationis, ad iuramenti delationem non soleat recurri.*

45 *Consuetudo id, quod alias non permittitur, licitum facit.*

46 *Iuxta consuetudinem quæ geruntur, doli suspicioni non subiacent; atque à temerarij pœna quem eximunt.*

47 *Consuetudo etiam iniqua nihilominus legis instar obtinet, eamque iudices sequi debent.*

48 *Pœna non aliter, quam vmbra, suos sequi solet authores.*

49 *Lex Cornelia, vt quis homicidij reus agatur, dolum eius, qui commisit, subesse vult; adeo vt lata culpa hic dolo minime æquipararetur. num 50.*

51 *Qualitas quoties ad actum requiritur, actus absque eadem qualitate non satis probatur.*

52 *Ad violentiam qui prouocat, is author cædis habendus, inque eum faba excudenda.*

53 *In minoribus non solum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem inducit, sed & tota pœna, ope saltem restitutionis sunt liberandi.*

DE. Referens: Procuratoria & reliqua iusta. Quamuis in criminalibus, vbi de capite disceptatur, procurator pro Reo (nam pro Actore, † propter sublatam talionis pœnam hodie admittitur. *Iul. Clarus §. fin. q. 32. vers. pone quod*) nequeat interuenire, *l. pen. §. cum crimen. Bart. ibi. de pub. iud.* An per alium causa appellationis reddi possit, *Aff. decis. 64. num. 2. Iacob. Nouel. l. vt vim, in princip. num. 3. Mynsi. c. 76. in princ. cent. 3. & cons. 7. num. 15.* Nec quidem, † etiamsi coniuncta sit persona, *l. cum rem, ibi gl. & Ias. num. 3. C. de procur.* In causis fractæ pacis, † quæ inter criminales referuntur, *Mynsi. cons. 20. num. 6. Gail. lib. 1. de pace pub. c. 9. num. 1. & c. 15. num. 3.* Per procuratorem accusatus, in Camera recte comparet, *Mynsi. d. c. 76. Gail. c. 10. num. 8. lib. 1.* 1 2 3

Citatio autem contra B. von E. realiter, vnd Henrichen von E. fratres, Johann H. Johann auff der H. vnd B. tantum, qui ex tragœdia istius chòragis in viuis adhuc agerent, initio hic impetrata quæ tamen d. B. non fuit insinuata, nec aduersus eundem vlterius processum inuenitur. Reliqui procuratores constituerunt, quorum tamen mandata non esse putem, quod superstitiose reuocemus: tum quia secundum eos pronunciare decreui: vnde iuxta visitationis Anni 78. decretum, molestia hac leuemur, tum quia aliquorum respectu quandoquidem pendēte lite vitam cum morte commutarint, accusationi in recessu 29. Martij Anno 1577. habito, Actor diserte renunciauit (quanquam alioqui, quoties ad pœnam fractæ pacis, bannum videlicet, actio intentatur, vt hic factum, acta demonstrant, & Actor in allegato iam recessu ipse exponit, vt mox latius explicabitur) morte accusati eam † euanescere, nec ad heredes transire, sit constitutum, *l. ex iudicato, de accusat. §. non autem omnes, Instit de perpet. & temp. action. Mynsi. c. 78. cent. 1. c. 35. in princ. cent. 4. & c. 78. cent. 5. Gail. lib. 1. de pace publ. c. fin. num. 1. cum seq. & nu.* 14. Atque cum licet ex pluribus eodem libello accusatis, nonnulli rebus humanis subtrahantur: instantia, quoad superstites, nihilominus inconcussa permaneat, *not. Gail. d. loco. num.* 28. Eandē aduersus Iohann. Hugenb. & Walther von E. qui in viuis adhuc versabātur, rectē Actor in d. recessu 29 Martij, incolumem hic sibi reseruauit. Quo etiam accusationem alijs correis & citatis remisisse videatur, cum inclusionem v- 4

5 nius, † alium excludere, item, exceptionem, dispositionem, in non exceptis fundare *Alex. & Iaſ. in l. fin. quod quiſque iur. vulgo notum*: prædictorum vero Hug & von E. in D. Chriſtoff Reiffſt. *ſub num.* 44. Actoris item, Henrici Knip. in D. Gedelmannum, hodiernum ſuum procuratorem, *n.* 41. vtrunque ſolitis abſolutum clauſulis, exhibetur. Quoad procuratoria ergo, quod ſcrupulum queat mouere, ſupereſſe non exiſtimo.

6 Nullitates nullæ obuiæ. Iuriſdictio † Cameræ ex celebri pariter ac ſalutari conſtitutione pacis publicæ, qua cuiuſque tandem ordinis locique homines, tranquillitatem, quietemque communem perturbantes, auguſtiſſimo huic prætorio, nullo fori priuilegio refragante, regulariter recta ſubijci, ſalubriter eſt ſancitum, fundatur: *Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 9. §.* So iemand/ §. Ob wol. *Mynſ. c. 38 cent.* 1. *Gail. lib. 1. pract. obſerv. c.* 3. *num.* 1. & *lib. 1. de pace publ. c.* 11. *n.* 1. Etſi autem ex præſumpta

7 imperij ordinũ mente, conſtitutio hæc † potius ad potentiorum, qui publicam quietẽ facile turbant, refrenãdam audaciam, quam priuatorum, qui in peruerſa voluntate, facultate deſtituantur, reſpectu ſit edita, priuatos tamẽ & minorum gentium homines, illa quoque comprehendi, eoſque in conſtitutionem committentes, ex eadem recte placuit conueniri. Præterquam enim,

8 quod † conſtitutio ipſa in genere ſit ſcripta: ideoque in arctam interpretationem non redigenda. *l. de pretio, de publician. in rem action. in gl.*

9 Leges enim omnibus ſemper † (vt cum Ciceroneloquar) vna atque eadem voce loquuntur: & delectu perſonarum remoto, aduerſus vnumquemque, vim ſuam ſolent obtinere, *l. 3. §. Diuus Adrian. verſ. quod tamen, de ſepulchr. violat. Gail. lib. 1. de pace publ. c.* 1. & *c.* 7. Quin autẽ Henrico Knipp.

10 Actori noſtro, patris Gerhardi † necem iure vindicare, & hanc ſuſcipere accuſationem licuerit, nulla eſt dubitatio, §. *non autem, verſ. ſed heredibus §.*

11 *non autem, Inſtit. de perpet. & temp. act.* Eſt † enim accuſatio iſta publica ac popularis, *§. 1. Inſt. de publ.*

12 *iudic.* & coniunctis præſertim perſonis, † ſuam ſuorumque iniuriã proſequentibus, merito permiſſa, *l. 1. § fin. cum l. ſeq. ibi Dd. notant, de iniur. & §. patitur, Inſtit. eod.* Quinto Nouembris Anno 50. partes litem vtrinque conteſtantur, & 29. Martij, Anno 77. ex Actoris, & 22. Maii ſequentis, ex Reorum parte concluditur in cauſa. Porro vt ad Actionẽ ordine deſcendamus, Actorem ex fractæ pacis publicæ conſtitutione, ordinationi Cameræ *part. 2. tit. 9.* inſerta accuſationem inſtituiſſe, ex citatione, quam petitionis ſummariæ loco *ſub n.* 3. repetit: item articulis probatorijs, *ſub n.* 9. nominatim 6. 7. & 8. articulis, & petitione vtrobique annexa, eluceſcit.

13 Iura autem † antiqua grauiſſimas pacis publicæ violatoribus pœnas comminantur, *titul. D. & C. ad legem Iuliam, de vi publica.* Imperij conſtitutio

14 duplicem, † pecuniariam videlicet, 2000. marcas auri puri, priuilegiorumque amiſſionem: item, corporalem, quæ bannũ eſt, infligit. Quamcunque vero Actor velit, vel coniunctim, aut etiam diuiſim, proſequi, ex libero eiuſdem arbitrio pendet, eiq; ſoluta eſt eligendi optio, *d. tit. 9. §.* wir wollen. *part. 2. Mynſ. c.* 29. *cent. 2. c.* 34. *cent. 4. & c.* 78. *cent. 5. Gail. d. c. fin. lib. 1. num.* 16. Actorem noſtrum ad bannum ſuam dirigere accuſationem, ex prę allegatis, citatione, articulis probatorijs, petitionibusque vtrique ſubiectis, ſecundum fori iſtius vſum acceptis, & receſſu 29. Martij Anno 77. Actoris nomine in iudicio recitato, quo, ad mortuos quod attinet, à lite eá de cauſa eum decedere, declaratur, manifeſtum redditur.

An Actio probata?

Quod quidẽ, niſi tria ſimul cõcurrant. Primo, vis † atrox & publica, maioriſque rei impetus, 15
l. 2. de eo quod met. cauſ. l. 1. §. 1. de vi & vi arm. Secundo vis armata, quæ coactis hominibus infertur, & illis conſtitutionis verbis, mit gewehrter Hand/ ꝛc. ſignificatur, *fac. text. l. 2. in princip. & §. hominibus, vi bonorum raptor. l. 3. l. quo cœtu, l. qui dolo, §. hac lege, ad l. Iul. de vi public.* Tertio, dolus malus, dolus verus, atq; expreſſus, propoſitum, & deliberatus ad offendendũ animus. Quæ illa conſtitutionis verba Fürſätzlich/ gefährlich/ freuentlich/ ꝛc. innuunt, *facit text. in dicta l. 2. §. dolo malo, vi bonor. rapt. Gail. lib. 1. pract. obſ. 3. n. 2. c. 7. n. 1. lib. 1. Mynſ. cap. 98. centur. 3. cap. 80. centur.* 4. non obtinebitur. Quæ ſane in hac, quã tractamus, cauſa, omnia & ſingula ad amuſſim interueniſſe, quis quæſo prima fronte non reſponderit? Primum enim, † vim videlicet pu- 16
blicam, atrocem & maiorem, ex illis omnis generis armorum apparatu, quo Reos, eorumque aſſeclas, inſtructos prodiiſſe, partim ipſorum cõfeſſione, partim teſtibus probatur, facile colligamus, *facit text. in §. item lex Iulia, de vi publica, Inſtit. de publ. iudic.* Secundum, vis nimirum armata, † ex 17
ruſticorum 7. Iunij Anno 40. in pago Eyckel/ iuſto numero euocatorum turba & cœtu, in ſuos poſtmodum ordines, militari more digeſto & diſtributo, vt Actoris teſtes ad ſpecialia interrogatoria, 5. ad 5. 7. & 8. ad 18. aliiq; paſſim, ſatis ſuperque detegitur. Tertium denique, dolus ſcilicet malus, † præcedente conſilio commolitus, ex 18
conuentu der Marggr. in ſacriſtia der Parkirchen zu Eyckel/ authore Henrico von E. prædicta ſeptima die habito, & ſolenniter coacto, in quo, re in conſultationem ſolleniter vocata, rogatis quodammodo ſententijs, iſta aduerſus Gerhardum expeditio decreta, vt inter cæteros Actoris teſtes, quintus ad 10. ſextus ad 19. interrogatoria ſpecialia luculenter recenſent: Item, quod † ſtra- 19
tagemate vti militari, primo diluculo, *facit gloſſ. in lege. ſure, de ſicar. text. in lege final. de effract. l. hoc edictum, §. Labeo, de his qui deiecerunt. Alex. conſilio* 103. *videtur prima, columm. 4. verſicul. non obſtat, volumine* 1. Item illud Ouidij: Nox & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent. Summo ſilentio, nebula circumfuſi ac tecti clanculum ſunt profecti, *text. l. exiſtimo, de adminiſtrat. tut. l. data. ibi ſiquidem clandeſtinus, Cod. de donat. Menoch. de arb. iud quæſt. cent. 2. caſu* 194. *nu.* 19. *Weſ. conſilio* 38. *numero* 32.

Ex ipſius facti alioqui, præterea vi publica, ma-

manuque armata perpetrati euidentia. *notat Salicet. in l. senatus in fin. C. de his, quæ sibi in testā. Myn-*
20 *sing. dicto cap. 98. centur. 4.* Ex eo denique, † quod rem illicitam sunt aggressi, ac susceperint, *not. Iaſ. in l. in actionibus, num. 23. de in lit. iurand. Afflict. in cap. 1. §. si quis, 2. not. ab num. 3. de pace tenend. Gail. d. c. 7. nu. 13.* Improbato iure, collecta multitudine conuenticula celebrantes, *l. conuenticula. ibid. Bald. C. de Episcop. & Cleric. l. denunciamus, C. de his qui ad Eccl. fug. c. 1. §. conuenticula. ibi gl. Bart. & Præpoſ. de pace iur. firm. facit text. in leg. aut finita, in princip. ibi: aut conſilia, aut coniurationes, de pœn. Schurff. conſil. fin. cent. 3. nu.*
21 5. Coniunctiones enim, † congretationesq; hominum, malam causam, in dubio habere præsumuntur. *Alex. in apostil. ad Bart. l. fin. verb. non valent, de colleg. illic. Grauet. conſ. 4. nu. 1.* cumulate arguuntur. Hæc itaque, cum maiori ex parte sint noto-
22 ria, † & Reorum etiam confessione perspicua, nullæ iudicis, quam in condemnando, esse partes videntur, *l. vnica, C. de confeſs.*

Verumtamen, cum Alexandri, Macedónum Regis exemplo, altera Reis auris pateat, & num intentatum crimen, accusationemque diluant, ac idoneè elidant, dispiciamus. Quanquam itaque, etiamsi scelere aliquo quis adstringatur, ne-
23 mini tamen † vindictam sibi sumere, sibique ius dicere permittatur, *c. porro. vbi gl. 2. de diuort. l. nullus. C. de iud. l. qui iurisdictioni, de iurisd. om. iud. l. vnica, C. ne quis in causa sua iud. tot. tit. C. vt non lic. fin.*
24 *iud. auth. vt alioqui.* vel ex eo solo, † quod in quibusdam casibus, propter indignitatem, liberum id sit, *tot. tit. C. quando liceat vnicuique sine iud.* facile intelligatur: exceptione nimirum regulam in contrarium constituente. *l. quæsitum, §. supellectili. verſ. denique Neratius. vbi gl. verb. non poteſt, de fundo inſtr.* Quæ quidem ratione habent: quippe cum
25 iudiciorum vigor, † iurisque publici tutela in medio sint posita, adeoq; aditus cuique pateant facilimi, *d. l. nullus, de iud. l. extat, in princ. de eo quod met. cauſ. l. 1. ibi: ante ſententiam, C. vt nem. lic. ſine iudic. d. l. denunciatum. ibi. liceat ei adire iudicem, l. quoniam, §. 1. verſ. debuiſti, ad l. Aquil. l. non eſt ſingulis, de reg. iur. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 1. num. 7.* Hæc autem, etiamsi ita se habeant: cum tamen aream, seu fundum in quo Knipp. die Hütten / cuius occasione hæc primum orta controuersia (id enim Ziegelhütten / cũ Pomponio, *in l. tugurij, de verb. ſignif.* appellabimus) erexerat, & lateres igne coquendos effodi curaret, vniuersitatis, der Rhein. Marckgenossen scilicet fuisse, quam plurium Actoris testium, quinti, 6. 7. 8. 9. ad interrogatoria specialia ad 10. testimoniis, & vel eo solo, quod Gerhardum ab E. imo Knipp. zween oder drey Offen Ziegel zu brennen / zu lassen zu vergönnen / perscribam suum, vt 18. Reorum testis ad 4. defensionalem, rogarit, quod sane in suo superuacanee fecisset, *arg. l. vnica, C. de theſaur.* Euincatur, iure Reos & socios, id est, Marckgenossen / pro sua propugnanda re & possessione, suoque tuendo iure, capita, vires & consilia contulisse, armaq;
26 expetiuisse, consequetur. Potest enim quis, † in fundo suo extructum est, iudice nõ adito, sed propria authoritate rescindere atque demoliri, *d. l. quoniam, §. 1. vbi gl. verb. protexit. Bart. & Bald.* qui ibidem notat, possessionem, commodum, propria & priuata authoritate resistendi afferre, *ff. ad l. Aquil.* Nec eo casu vim adhibere, sed potius suã possessionem protegere putabitur, *l. ſi ſeruus, vbi gloſſa. verb. & ingrediens. verſ. vel dic. vbi Bald. & Caſtrenſ.* Qui eodem loco ita in suo amouentur, si aduersarium aliquid in contrarium machinaturum vereatur, Iudicis officium, vt se in possessione tueatur, aduersarioque, ne vim faciat, sub pœna interdicat, posse implorare, illo subnixi textu *in d. l. ſi ſeruus, in fin.* docuerunt, *Cod. quod cum eo, & c.* Sic etiã tabulas † in ianua mea affixas, mea 27
me sponte posse refigere, *Venuleius l. fin. iuncta gl. verb. aut certe, verſ. vel dic verius, quod vi aut clam.* respondit. Item, signa rei † meæ impressa, propria 28
me authoritate, non consulto Iudice, posse detrahere, est constitutum, *l. 1. 2. Cod. vt nem. lic. fin. iud. auth. ſigilla reb. impoſ. alien. faciunt, quæ Grau. conſ. 4. num. 7. volum. 1.* Imo defensionem pro rerum atque iurium non secus, ac corporum, *Clem vnic. de homicid. l. vt vim. ibi Dd. de iuſt. & iure, l. itaque, l. ſcientia, ad l. Aquil. Couarru. c. ſi furioſus, §. 1. num. 1. cum ſeq. de homicid. Weſemb. conſ. 19. per tot. Gail. lib. 1. de pace public. cap. 17.* alijque mox allegandi; tutela adhibitis † etiam & armis, quem licite suscipere 29
est traditum, *l. 3. §. cum igitur, l. cum fundum, de vi & vi armat. gloſſ. in dicta lege, vt vim, verb. nam hoc iure,* & ctebrius, multis in contrariam sententiam descendentibus, *Abb. in dicto capit. vnic. vbi Felin.* communem affirmat, *n. 4. de homicid. Ripa & Fortunius Garſia n. 24. & d. l. vt vim. admodum nuper Romuleus in tract. de homicid. n. 101. & Zoanet. in tractat. defenſ. part. 1. n. 36.* est receptum. *Iaſ. in d. l. vt vim, nu. 23. vbi Bart. num. 6. Dec. nu. 31. Claudius col. 3. & Oroſius. n. 17. Vaſquius c. 2. n. 5. & c. 18. n. 5. & tractat. de ſucceſſion. prorogatione, n. 12. Carerius pract. criminal. fol. 106. n. 61. Dãhoud. in criminal. c. 78. nu. 9. faciunt quæ Grauett. d. conſ. 4. nu. 7. 8.* Cum enim eadem in † vtroque ratio, 30
Idem etiam ius merito obtinebit, *l. à Titio, de verb. oblig.* Quippe cum res, alter † & secundus homi- 31
nis sanguis existimentur. *gl. in l. aduocati, verb. vitam, C. de aduoc. diuerſ. Bald. in l. ſi tuis, Cod. de oper. libert. Bart. in l. penultima, nu. 6. de cond. ob turp. cauſam.* Quamobrem Castrensis *in d. l. 1. C. vt nemini liceat ſine iud. author.* apposite ad hoc, quod tractamus thema: † cum Senis collegium, seu sodalitium, 32
in quo multi authoritate & opibus conspicui essent ciues, cum Notario, ratione fundi, per eundẽ possessi, litibus conflictaretur, & lata sententia, à qua Notarius appellarat, collegiũ arma seu insignia sodalitij in ipsi' fundi ostio curasset pingi, quæ Notarius, multis armis succinctis stipatus, priuata propriaq; authoritate induxit ac aboleuit: quo nomine de vi accusatus, vt grauis ei mulcta indiceretur, cõtendebat. Notario se defendẽte, & vim nullã fecisse, quin potius per collegium illatã repulisse, idq; sibi licuisse excipiente quæsitum, quid iuris? Consulens itaque Castrensem, Notarium minime, sed collegium, violẽtum extitisse, meritoq; ea de causa accusan-

dum, respondit: cuius sententiæ *Nicol. Euerhard. consil. 205. n. 2.* subscribit: & secundum eandem, aliam itidem facti speciem, ab hac nostra non alienam, vtputa, in qua vniuersitas, fossas in suo à quodam ductas, sua sponte, nulloque authore prætore repleuerat atq; amouerat, decidit. Non iniuria itaque intentata hic accusatio aduersus ipsum Gerhardum Knipp. si superesset, retorqueretur: vt maxime ius possidendi aliquod auff die Marck ei tribuamus, aut in aliquam earundem Marcken communionis partem (quæ exacte ex eius parte non probatur, imo contrarium, daß das Hauß Brinberg kein Gerechtigkeit in den Marcken hab/ Actoris testis sextus, ad interrogatorium speciale *19.* & *39.* septimus ad *40.* alijq; passim deponunt) vocare eum velimus. Nam in re communi, neminem dominorum quicquam, altero inuito, facere posse, sed ius esse prohibendi, † ipsiusq; causam prohibentis potiorem haberi; iuris est notissimi, *l. Sabinas. vbi Bart. communi. diuid. & magis in terminis text. in l. sed si inter te. §. fin. de seru. vrb. præd. faciunt, quæ ex Castrens. Grauett. d. cons. 4. num. 10.* 33

Quinimo, quod † in re communi ab ipso etiam socio non minus, quam quod in nostro ædificatur, propria posse authoritate demoliri. *Bart. in d. l. sed si inter te, num. 2.* Quanquam secum pugnans, † contrarium sentiat, *l. 1. §. nouatio, de oper. noui nunciat. num. 5. ibi Ias. num. 2. vers. in Bartolo hoc notauit.* Prædicti quoque Knipp. aggrauat, Reorumque causam non parum commendat, das die Marckgenossen omnia prius consilio, quam armis cũ milite Terentiano experiunda rati, antequam se mouerent, suumque institutum persequerentur, tres ex suis, non infimi quidem ordinis, ad Knipp. tanquam amicum & vicinum, oratores, ablegarint: qui exemplo iurisconsulti Proculi *in l. quidam Hyberus, vers. qua de re, de seruit. vrban. prad.* de re tota familiariter conferrent, &, vt tugurium suum remoueret, eum comiter inducerent. Quibus tantum abest, vt aures ille præbuerit, earumque oratione se commoueri atque emolliri sit passus, vt potius in maiorem iracundiam, ferociamque exarserit, eosque, spirantibus nil, præter cędes & incendia, minis exceptos, absq; alio responso dimiserit, vt Actoris testes ad interrogatoria specialia, quintus ad 10. sextus ad 19. alijque. Furor fit † læsa sæpius patientia. Faciunt, quæ *Euerhard. cons. 205. nu. 2. in fin.* 34 35 36

Porro, vt, vnde discessimus, reuertamur ad hanc, de qua verba fecimus, rerum defensionem, etiam † è vestigio, confestim, & in continenti, *l. 3. §. eum igitur, de vi & vi armat.* In ipso congressu & illico, *l. qui possess. eodem titulo.* decurri est necessum. Nam ex interuallo, † moraque interposita, id demum si fieret, in vindictam potius defensio degeneraret, & prohibita iure censeretur, *d. l. nullus, Cod. de iudic. dicto §. qui cum aliter, in fin. cum legibus supra allegatis. Dd. in capit. significasti, de homicid. d. l. vt vim, & l. 1. Cod. vnde vi. Boer. decis. 186. n. 3.* Rei itaque nostri, qui non paucis interiectis diebus, ad deiiciendum Knipp. tugurium vix tandem arrepserint, se licite clypeo defensionis non posse protegere, videntur. Cæterum quãdo in continenti † explicari actus dicatur, variant interpretes, *Accurs. in dicto §. eum igitur. verb. continenti.* antequam ad extranea diuertatur, *argument. l. continuus, 1. respons. de verborum obligation. l. heredis palam, de testib.* aut bidui vel tridui spacium, *argument. l. ait prætor. §. fin. ex quib. caus. maior.* exponit. Atqui eorum sanior, & omnium passim suffragiis probata est opinio, qui ex personarum, rerumque qualitate id metiendum, statuendumque, quin imo iudicis deferri arbitrio, *argument. l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, cum l. sequent. vbi Bart. ex quibus causis maior. & l. 1. §. 1. de iure deliber. putarunt Bart. alioquin in dicto §. eum qui, & d. l. 1. §. eum igitur, de vi & vi armat. Dd. in cap. cum olim, de restitut. spoliat. Schurff. cons. fin. numero 3. cent. 3. Wesemb. cons. 19. num. 49. Menoch. remed. 1. de recup. possess. num. 385. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 16. num. 3. Zoan. vbi supra, numero 13. Damhoud. in praxi crimin. cap. 78. num. 9.* 37 38 39

Finge aliquem terræ filium, Gigantum fraterculum, aut plebeum, obscurioriue alioqui loci hominem, possessionem inuertisse, non eo sane instructo, & ad recuperationem erit opus apparatu, atque si generis nobilitate, opibus, clientelis, illustrem id perpetrasse ponemus, *not. Ang. in dicto §. eum igitur.* Quid quod, quoad occasio rei gerendæ idonea captari, & cuiusque fieri poterit commodo, defensio hæc recte differatur. *Abb. in capit. significasti 2. columna finali, versicul. aut quæritur. vbi Felin. columna 4. versicul. in glossa fin.* communem dicens, *de homicid. Bellam c. cum olim, num. 23. de restit. spoliat. alij proxime allegari.* Nam amicos, auxiliaremque † cohortem, quoad aduersario simus pares, eiusq; cedere petulantiæ non cogamur, adsciscere integrum erit, ac solutum. *gloss. in l. cum fundum, verb. postea, de vi & vi armat. Ias. in l. 1. §. final. de operis noui nunciation. Grauett. d. cons. 4 nu. 15. sub fin. volum. 1. Neuizan. cons. 82. n. 3.* Quæ quidem constitutioni fractæ pacis *ordinat. part. 2. §. 1. in fin.* ibi Zu frischer That/ oder wann er sein Freund vnd Helffer haben mag/ &c. etiam respõdent. Etsi enim res plusculum extrahatur: tamen dum vires suppetiasque colligimus, † & defensionem atque recuperationem adornamus, animo ciuilem nihilominus retinemus possessionem, *l. clam possidere, §. qui ad nund. de acquirend. possess.* Et cũ eo, qui naturalem occupauit, tacite congredi, luctari, manumque conserere videmur. *Afflict. ad constit. Neapol. rub. 25. tit. contra quem de restit. agatur, num. 13. lib. 1.* idem erit, nec tẽporis interuallo excludemur, si aliquos semper actus possessorios exercuerimus, aut vt exerceamus, quantum in nobis erit, proque virili nostra laborauerimus, *Aret. d. l. continuus, in princ. de verb. obl. Affl. d. num. 13. Menoch. remed. 1. recuperand. poss. num. 358. ad fin.* nulla itaque Reis nostris negligentia recte imputatur, nec est, cur non in continenti, satisque tempestiue, ad sui tutelam iuris, defensionemque prosiliisse dicantur. Quippe cum multi numero diuersis dispersi se- 40 41

di-

dibus, non ita horæ momento, sed nisi idonea dierum interposita intercapedine, quo nimirum num ex illis aliqui ædificanti Knipp. consensum adhibuissent, inquireretur: item, ius suum & vniuersitatis tutandi conseruandique rationes inirentur, potuerint cõuocari. Quod autem Knipp. inceptis nunquam acquieuerint, nec ad proteruos illius conatus conniuerint, imo perpetuo hoc nomine cum eo sint conflictati. Inde, quod cum arbores in fundo vniuersitatis, hoc est, auff der gemeinen Marck/ pro arbitrio sereret, aut etiam excideret, vt Actoris, ad interrogatoria specialia, testes, quintus ad quartum, sextus ad trigesimum octauum, octauus ad secũdum & quartum, capras pascendum immitteret, vt Actoris proximi relati testes, & septimus ad quadragesimum, aliaque, ad suum quidem extendendum, vniuersitatis autem ius imminuendum tentaret, semper reclamauerint, manifestum euadit. Quibus profecto propositam accusationem, Actorisque intentionem, quæ prima facie, tam multis petentibus circumstantijs, stabilita egregie videbatur, non dicam eneruatam, labefactatamque, sed plane euersam, & funditus elisam, quis non iudicabit: Rei vim publicam, Item armatam, coadunatis hominibus commisere: esto,
42 pro sua illibata conseruanda possessione, † & propulsanda aduersarij iniuria ac vi, lege permittente. *d. l. 1. cum gloss final. in princip.* hoc fecere: pœnam ergo vllam non promerentur. *capit. qui pectat. 23. distinct. quæst. 4. l. Gracchus, Codic. ad legem Iuliam, de adult. faciunt, quæ Grauett. d. cons. 4. nu. 24. & cons. 5. num. 12.*

Cæterum, vt hac defensionis parte seposita, vim iure damnatam & prohibitam Reos attulisse concedamus: tamen violatæ pacis publicæ crimen contraxisse, non inde statim consequitur: Nam dolum hic debere interuenire, superius, cum istius requisita actionis colligeremus, retulimus: quem sane, si diligenter cuncta rimari, & æquitatis trutina examinare velimus, mea quidem sententia hic non detegemus. Nam Hentrich von E. quo præcipue authore & impulsore, die gemeinen Marckgenossen concurrerunt, de ædificio in vniuersitatis fundo per Knipp. absque eorum consensu extructo, eoque rursum diruendo, pro concione proposuit, vt Actoris testes ad interrogatoria specialia, quintus ad quintum, sextus ad decimumnonum, quod tres ex illorum numero ad Knipp. amandati sculteti, sermone suo subsequentes, vt die Ziegelhütten ipse rursus intra triduum destruat, comiter adhortantur: id ni faciat, sese sibi ipsos non defuturos, & demolitionem non prætermissuros comminantur: qui cũ quã insolenter & superbe Knipp. respondet, ad suos vt referrent, in procinctu stare, & cum ligonibus, palis, securibus, idque genus instrumento rustico, ad ædificia euertenda accommodato, Actoris testis ad interrogatorium speciale vigesimum: *facit text. l. 1. §. Diuus, ad legem Corneliam, de sicar.* sunt iussi adesse: In quo etiam sunt obsecuti Iohanni & Theodorico Hug. Item Henrico & Gualthero von L. fratribus (ex quibus Ioan. & Gualther. adhuc in lite) mit furtzen Knebelstaben venabulis nimirũ, qua alioqui iter facientes, vel ad abigendos vel arcẽdos saltẽ canes, secũ ferre solent, in comitatũ prodeuntibus. Erit ergo aliquis rerum æstimator adeo iniquus, vt peruersum, & dolo indutũ animum hic velit malitiose imaginari, & non potius tam luculentis argumentis adductus, hoc solum, vt à se vim depellerent, suumque, via legibus concessa, ius tuerentur, Reos egisse, callide malit interpretari voluntatem & propositum, † maleficia distin- 43
guere, *l. verum 2. de furt.* dolum nunquam, † ductis 44
aliunde suspicionibus, illiberaliter præsumi, sed euidenter debere probari, *l. quoties*, §. *qui dolo, de probation.* adeo vt in defectum probationis, ad iuramenti delationem non solet recurri. *Bald. in l. 1. columna finali, in prima oppos. ad fin. Codic. qui & aduersus quos. Ias. in l. admonendi, nu. 295. versicul. 3. fallit de iureiurand.* Denique quamlibet causam quantumuis iniustam, fatuam, coloratam, etiam asininam, vt loquuntur, excusare *i igitur*, § *potest, de lib. caus. l. plagiarij 2. ad. l. Flau. de plagiar. Tiraq. in tract. de pœn. caus. 43. Mynsi. cons. 19. num. 2. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 7. num. 11.* Et ad alia id genus effugia, quæ in tam tenui, inopi, dubia, aut perplexa, merito sollicite conquireremus, in hac nostra adeo perspicua & manifesta, sciens prudensque silentio prætereo.

Quæ autem de improbatis conuenticulis superius attigeram, huic loco non quadrant, vtpote cum illa, quæ ob causam licitam (qualem hanc esse, abunde iam ostensum) etiam iudice non adito, agitantur, prohibita nõ censeantur. *Schurff. dict. cons. fin. num. 5. vers. secus si propter. Grau. d. cons. 4. num. 14. cum seqq.* Quibus consuetudo, quoties vsus postulat, vniuersitatem (di Marckgenossen intelligo) conuenire, suumque obire territorium, ac inspicere, & si quid, vnde præiudicium queat dimanare offendatur, posse in pristinam formam reducere, ab hominũ memoria fuisse receptum, multorum testimonijs, Actoris testes ad interrogatoria specialia, primus, secundus, 8. 9. ad 16. & Reorum testes passim, fit palam. Accedat, consuetudinem id, † quod alias non permitteretur, 45
licitum efficere. *Alex. cons. 39. visis & consideratis, volum. 3.* Ad hæc etiam, quæ iuxta eandem geruntur, † doli suspicioni non subiacere. *Bart. in l. si pignore, §. fi. per text. ibid. de pignor. action. Ias. in l. certi condictio n. 6. 3. notab. & n. 13. 14. 15. si certum petat. Roland. à Vall. cons. 75. num. 45. volumine 1.* à temerarij pœna eximere, *Grammat. decis. 50. n. 3. 4. 5. Wesemb. cons. 61. n. 12. & 13. part. 2.* Et quamuis iniqua illa sit, † legis 47
nihilominus instar obtinere, eamque iudices sequi debere, *Alex. cons. 107. col. 6. vers. benefacit. volum. 2. Grauet. cons. 137. n 9.* est traditum. At Knipp. glande traiectus, in ipso temporis articulo animam efflauit: quod quidem res ipsa loquitur, & nemo inficiatur. Veruntamen nõ composito, aut consulto, & fortuito, potius præter opinionem, &

pro

pro re nata, infortunium illud accidisse, præter ea quæ proxime perpendimus, & mox eodem pertinentia subiicientur, das die socij simul atq; de eius nece rumor increbuerat, casus minime expectati, perculsi nouitate, omni diruendi ædificij cogitatione abiecta, se proripuerunt, item q; Henricus ab E. qui aliis præerat, seque ducem, & quasi significum præbuerat, nunciata Knipp. morte, vt eam crederet, vix tandem potuerit adduci, tantam se calamitatem (vt quintus Actoris testis ad quintum interrogatorium speciale) magno se velle redimere, dolenter testatus, non contenendo etiam sunt argumẽto. Et postquam Walrab. von Hilt. cum coram Iohanne von Besten/Richtern zu Drosten/ ex vinculis causam diceret, se, vbi repetito Bombardæ ictu, auß der Hütten eum esse trãsfossum, bis vicissim auff ein Bret mit eitrem Handrohr/vnd darnach mit einem Hacken eiaculatũ, & deplosisse, ingenue sit confessus, vt Actorum *fol. centesimo quinto*. Et vt vehementem aduersus eundem præsumptionem omittamus, Knipp. ab alio interfectum, testes vno ore affirmant, quorsum res nulla doli, aliave illiberali suspicione laborantes, in crimine hic ponamus, *argumetn. l. quia multa, Cod. ad legem Iuliam,*
48 *de vi publica. Hippol. sing.* 403. Pœnas enim † non aliter, quam vmbra, solere sequi, suos authores, iuris est manifestissimi, *l. crimen, de pœn. l. sancimus Cod. eod.*

Nam si, cuius ictu Knipp. periisset, esset in obscuro, quæ pœnæ ratio aduersus omnes foret Reos ineunda? multis *Romul. de homicid. num. 323. & Gail. lib. 2. obs.* 109. prosequuntur, ad quos, cum quæstio illa huius loci non sit, quicunque eam altius velit indagare, eo me remitto. Quanquam ipse Walrab. von Hilt. non simpliciter crimen sit confessus, scilicet, daß er geschossen/sed addito, doch nit fürsetzlich/ oder gedacht hab/ auff Knipp. oder auff iemand anderst/ vt Actorum *d.*
49 *folio* 105. & alioqui, in lege Cornelia, † vt quis homicidij Reus agatur, dolum eius, qui commisit, subesse sit necessum, *l. 1. §. Diuus, ad legem Cornel. de sicar. Gail. lib. 2. pract. obseru. c.* 110. *num.* 1. adeo vt
50 latam † culpam dolo hic minime æquiparemus. *Iacob. Nouel. tractat. de defens. num. 83. &* 133. *Planc. in pract. crimin. §. visis indiciis, num.* 137. *Gail d. c.* 110. *n.* 1. *& lib.* 1. *de pace pub. nu.* 11. *c.* 7. Doli ergo Walrabus esse reus, diserte negat, facit *l. in sententiam. ibi. aut sua confessione, Codic. de pœn.* & quidem veri atq;
51 præmeditati, debuisset coargui. Nam quoties † ad actum qualitas requiritur, actum absque eadem qualitate non satis est probari, *l. 4. §. docere, vi bon. rapt. Bart. in l. prima, §. ait prætor, ne quid in flumin. public. Wes. d. consilio decimonono, num.* 1. *Gail. lib.* 1. *pract. obser. cap* 3. *num.* 6. *& lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 6 *& c.* 125. *num.* 9. *& libr.* 1. *de pace public. cap.* 13. *num.* 1. *cum sequent.*

Quid? quod si quis homicidio in Knipp. perpetrato velit patrocinari grauia sibi argumẽta non sint defutura: quippe cum suæ calamitatis ipse quodammodo sit fabricator, initiũ conflictui dederit.

Nam in primo congressu ab Heinrico von E. interpellatus, vnd daß er nit schiessen solt/ admonitus: quandoquidem habemus vnum dominum, Ich wil diesen Tag dein Herr sein/ procaciter & contumeliose respondit, quodam ex suis bombarda continuo intonante, quem alij mox sunt secuti, vulnera passim infligentes, ex quibus nonnulli mortem postmodum obierunt.

Deinde in globũ in pectus elidentem, sarcasmo, Du must mit besser kommen/solt sie dadurch/ &c. inquiens, insuper irritauit. Atqui eum, † qui 52
ad violentiam prouocat, authorem cædis haberi, in eumq; fabam excudendam, æquitatis ratio postulat, *l. 1. §. cum arietes, si quadr. pauper. fec. dicat. l. si ex plagis, §. 1. ad legem Aquiliam. l. quia multa. ibi. alterutri parti causam præbuerit, Codic. ad legem Iuliam, de vi publica. Iaso. in d. l. vt vim, num. nono. Iacob. Nouel. tractat. de homicid. numero* 50. *Wesemb. d. consilio* 19. *n.* 16. *&* 48. *column.* 2. *Mynsing. consil* 27. *numero* 2. *Gail. d. c.* 110. *num* 9. *& lib.* 1. *de pace publ. capit.* 16. *n.* 11. *&* 16.

Non mediocriter etiam Knipp. grauat, quod die Ziegelhütten fossa fepserit: ipse lorica armisque indutus, præter domesticos, extraneam multitudinem sibi adiunxerit: se suosque omni telorum & apparatu machinarum bellicarum abunde instruxerit: ex quibus, cum animus offendendi haud obscure sumatur, aggressoris crimen & insultus, non parum certè extenuabitur. *Bald. l. in lege locati. refert Iaso in d. l. vim, num.* 9. *Hippol. sing.* 638. *Wesemb. d. cons.* 19. *num.* 14. ita vt multis sane rationibus Rei nostri queant relabi, præsertim Iohann. Hug. & Walther von L. qui adhuc soli in lite, & venabulis saltem armati, se modeste continuerunt, nec vllam percutiendo aut faciendo (vt multi vtrinque testes prædicant) vim adhibuerunt: præsertim quod adhuc vterque fuerit adolescens, facile sit colligere. Certe Iohann. Hug. annos non amplius octodecim fuisse natum, multi deponunt: at † in 53
minoribus non solum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem inducit, *l. auxilium, §. in delictis, de minorib.* Sed si ætatis imbecillitate, nullo inducti dolo (vt nostri adolescentes) deliquerunt, tota pœna, ope saltem restitutionis, sunt liberandi, *leg. si ex causa, §. nunc videndum, de minor. leg si adulterium, §. fratres*, vbi imperatores Claudiæ, propter ætatem, crimen incestus remiserunt, *ad legem Iuliam, de adult. & in lege* 1. *vbi Bart. notat, Cod. si aduers. delictum. Romul. tract. de homicid. numero* 265. *cum sequentibus Iacob. Nouell. tract. de defens. num* 34. *cum seq. Mynsing. cons.* 53. *numero* 30. *Iohann. Maurit. tract. de restit in integr. c.* 163. Cæterum vt nullus in cuiuscunque animo scrupulus resideat, ad illud, quod inter referendum motum fuit quod socii viam iuris amplecti potuissent, quia respondendo dicitur, socijs duo: noui

scili-

scilicet operis nunciationis, & facultatis, ædificium sua authoritate destruendi remedia competiisse *Bar. in l. 1. §. nunciatio. num. 2. vbi Las. de noui operis nunciat. & alii.*

Concludo, absoluendos esse Reos: Expensas libenter, secundum ius strictum, absoluendis adiudicaret: sed cum causa adeo qualificata, vt etiã doctissimi putent, Actorem legitimam & iustissimam litigandi habuisse causam, faciat etiam facti enormitas, & euentus lamentabilis, propter occisum nobilem, ex occasione non satis vrgente, puto compensari debere.

D. L. Correferens: Quandoquidem Gerhard. E. iam multis annis diem obiit, & 29. Martii, An. 77. contra filios, ipsius hæredes, D. Godelman, procurator Actoris, contra ipsius filios omnes, tum etiam contra Melchiorem von der E. diese Action fallen lassen / putat, causam hanc non habere magnam difficultatem: duos verò, contra quos proceditur, Iohann. Hug. & Walther von E. ex rationibus à Referente adductis, ab hac impetitione vult absoluere. Idque præcipuè, quod tempore perpetrati homicidii, vix doli capaces fuerint. Cum expensis, vt Referens.

D. L. cum Referentibus.

D. N. non videt dolum vel propositum in Reis, ideo cum dominis Referentibus.

D. C. Cum à Reis factum pro defensione possessionis sit gestum, & sit facultatis, destruere noua tuguria, cum Referentibus concludit, allegat *Menoch. in 2. respons. in causa Finarien si, n. 118. & Grauett. consi. 8. n. 15. lib. 1.*

D. S. Si choragi essent in lite adhuc, res haberet aliquid scrupuli. Sed tandem concludit in effectu cum Referentibus.

D. N. placet concordantia dominorum.

D. C. vt Referentes.

Sententia.

IN Sachen fractæ pacis Henrich Knipp Klägern / eins / wider weyland Gerharden von E. & Consorten / in specie Johann Hug. vnd Walther von E. Beklagten / anders Theils / ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt / daß ermeldte Beklagte von angestellter Klag zu absoluiren vnd zu erledigen seyen / Wie wir dann dieselbe hiemit absoluiren vnd erledigẽ / die Gerichts Kosten allenthalbẽ auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirend vnd vergleichend.

VOTVM XVII.

In causa F. contra C. & consortes.

SVMMARIA.

1 *Actores, quando restitutionem in integrum tantum per modum replicationis, ad excludendam exceptionem transactionis petunt, tum eo casu speciali mandato non est opus.*

2 *Frater pro fratre in integrum restitutionem, etiam principaliter, sine speciali mandato, tunc, cum consors est, petere potest.*

3 *Appellatio vnius, reliquis consortibus ex communi appellationis beneficio si modo appellationi non contradicatur, prodest. Idq; quando procedat. n. 4.*

5 *Appellatio vnius, quo casu, reliquis consortibus non prosit.*

6 *Appellationis prosecutio, quæ in facto consistit, est indiuidua.*

7 *Incapax gaudet priuilegio capacis. Et sic ex persona alterius consequitur id, quod ex sua persona consequi non posset. n. 8.*

9 *In hereditate sunt bona, tam mobilia, quam immobilia.*

10 *Consanguinitas & conditio alicuius, ex communi opinione & fama, recte & sufficienter probatur.*

11 *Testimonium de auditu ad probandam consanguinitatem, validum est.*

12 *Possessio non quælibet requiritur, sed ea tantum, quæ nullum alium titulum habet, quam pro possessore, & hærede.*

13 *Actores, in hoc casu, quo titulo possideant.*

14 *Res minorum sine consensu Tutorum, & decreto iudicis alienata, dicitur alienatio vel nulla, vel saltem rescindenda.*

15 *Tituli nulli illegitimi & iniusti cum titulo pro possessore, in petitione hæreditatis concurrunt.*

16 *Contra vili precio ementem, etiamsi bonæ fidei possessor sit, vtilis actio datur.*

17 *Dolus, quo casu pro possessione sit.*

18 *Verbum, retractari, ad ea quæ ipso iure non valent, accommodari, quare non possit.*

19 *Testis vnus instrumento contradicens, reddit illud in tantum suspectum, quod nullam fidem faciat.*

20 *Falsitatis vicii, ex quibus facile elucere possit, in hoc nostro casu & nu. 21.*

22 *In falsi excussione, actus & res singulæ per se subsistentes non considerantur, neque vnius falsitate reuelata, reliquæ in suo vigore persistunt.*

23 *Super falso transigi potest. Item de dolo in vniuersum transigere licet, quod tamen de præterito, non etiã futuro intelligendum. n. 24.*

25 *Pacta, per quæ ad delinquendum occasio præstatur generaliter reprobantur.*

26 *Priuatio præsupponit habitum.*

27 *In actu negato nemo se fundare potest.*

28 *Contrahentes quod sese inuicem decipiant, naturaliter euenit, idq; sine dolo, ex proposito, & consequenter sine falso.*

29 *Falsum sine dolo committi nequit.*

30 *Exclusio vnius, est inclusio alterius.*

31 *Exceptiones generales simulationis nullius sunt momenti.*

32 *Per liberationem generalem quis à dolo nõ videtur liberari, neque generalis renunciatio, exceptionẽ doli & simulationis includit.*

33 *De dolo non aliter, quam specialiter transigi potest.*

34 *Lex specialiter cum quid requirit, renunciatio generalis non sufficit.*

35 *Nullus actus sine cognitione celebratus iure subsistit.*

36 *Transactio tantum ad ea, quæ scimus, & in quæ consentimus, pertinet.*

37 *Transactiones ex falsis instrumentis initæ, quando demum retractentur.*

38 *Literas alicui tradens, ius omne, quod illi ex literis competit, in accipientem transfert. Similiter & is, qui alicui instrumentum donat actionem & res instrumento contentas, donare censetur. n. 39.*

40 *Actor, in hoc casu, quibus de causis, suam negatiuam probare teneatur, numero 41. 42. 43. cum 36. seqq.*

47 *Documenta exhibita, quod falsitatis argumenta contineant, vnde conuincitur.*

48 *Aduocato iustam causam fouenti, decipere licet aduersarium, ad consequendam victoriam.*

49 *Actor prætendens se iisdem documentis ad falsi demonstrationem non vti, sed aliis eisue omnino diuersis, si tamen argumenta & contextus verborum vtrinq; conformant ad falsi probationem, non reluatur.*

50 *Falsitas transportus, falsitatem literarum, in hoc nostro casu, eo ipso, quod transportum verum dicunt infert.*

51 *Instrumentum alterius instrumenti mentionem faciens, sine illo nullam fidem facit.*

52 *Transactio generalis porrigitur ad omnia ea, de quibus inter conuenientes est cogitandum.*

53 *Transigentes in genere de iis cogitasse sufficit, nec verborum expressio requiritur.*

54 *Transactio perficitur consensu, qui non in verbis, sed animo consistit.*

55 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda, & generaliter præiudicant. Item generalis dispositio quo ad omnia, tantum operatur, quantum specialis dispositio, quoad specialiter enunciata. n. 55.*

56 Bericht thun *præsupponit scientiam.*

57 *Suspicio falsi, in ciuilibus est pro veritate.*

58 *Transactio fit super dubiis & incertis, & negatione etiam veri, ea non vitiatur. Quod tamen secundum glossam & Dd. in negatione, quæ calumniæ & doli expers est, id obtinere notant. 59.*

60 *Ignorantia in hæredibus præsumitur.*

61 *Dolus scienti inferri non potest. Nec fraudari possunt, qui sciunt & consentiunt.*

62 *In Transactione singulare est, quod super negatis quis se fundare possit. Iudici quoque ex officio se super negato fundare licet. nu. 63.*

64 *Clausulæ generalis (omni meliori modo, &c.) vis quæ.*

65 *Transactio generalis tam ad expressa, quam ad cogitata porrigitur, imò in dubio etiam comprehendit ea, quæ quis ignorauit, modo in genere de his cogitare potuit.*

66 *Differentia inter sententiam & transactionem quæ.*

67 *Transactionis vis & interpretatio laxior est quam libellorum, sententiarum, vel quorumcunque actuum iudicialium. Ideoq; nec ab vno ad aliud inferri potest.*

68 *In Transactione magis acta & actitata, quam expressa consideranda.*

69 *Verba hic posita,* Bestendige Verordnung einiger Vormünder / *quare falsum significare videantur.*

70 *Verba,* jetziger Verordnung / *quid designent.*

71 *Agere vel excipere volens de simulatione, speciem simulationis exprimere debet.*

72 *Vox,* species, *in l. actione administratæ tutelæ. C. de transact. quomodo intelligenda.*

73 *Sine actione nemo experitur.*

74 *Dolus non includitur, si quis simpliciter liberat, secus si in specie quamcunque actionem remittat.*

75 *In renunciationibus, verba omnino generalia, vel generalissima nihil operantur, sed generalia subalterna sufficiunt.*

76 *Transactio, vt alii actus, &c. non requirit cognitionem.*

77 *Transactio de rebus per cognitionem causæ decisis fieri nequit.*

78 *Præsentia iudicis & magistratus, præsumptionem doli & metus excludit, etiam tunc, cum Iudex est peruersus, vel vnus Rihaldus. & n. 81.*

79 *Restitutio quælibet in integrum, plenam causæ cognitionem requirit.*

80 *Ignorantia, quæ in animo consistit, est probanda.*

82 *Metum in genere allegare non sufficit, sed de specie metus probandum est.*

83 *Dilationes in extraiudicialibus actibus, sine præiudicio, conceduntur & denegantur.*

84 *Documentorum inspectione in tractatu transactionis, non est opus, cum extra casum testamentorum & codicillorum, sine inspectione tali transigi possit.*

85 *In Transactione iustum precium consideratur, non in re, de qua lis est, sed in dubio litis euentu, cuius valor tantum inspici debet.*

86 *Præsentia iudicis excludit beneficiū l. 2. C. de rescind. vendit.*

87 *Transactio omnis, generaliter quodcunq; pactum, per quod à lite receditur, comprehendit.*

88 *Materia super qua fit Transactio, dubia esse debet.*

89 *Transactiones seruari publice interest, & ideo non rescinduntur, etiamsi deceptus esset, vltra dimidium iusti precii.*

90 *In genere qui scit, vel scire debet, & paciscitur, de eo cogitasse censetur.*

91 *Ignorantiæ supinæ non solet subueniri.*

92 *Transigens super falso, non est amplius audiendus.*

93 *Falsum in hoc casu, multifariam commissum.*

94 *Dolus malus, fraus & falsitas, re ipsa & natura inter se distinguuntur.*

95 *Actus agentis vltra eius intentionem operari & extendi non debet. Hocq; in omnibus actibus, qui ex mente procedunt, locum habet.*

96 *In libellis & querelis, quoad personales actiones, ipsa causa, ex qua actio formatur, attenditur.*

97 *Prædia minorum, per parentem, vel tutores sine decreto præsidis alienari non possunt.*

98 *Nullitas contractus, & falsitas, sunt diuersa & separata.*

99 *Testatum qui non iure, vel solenniter dicit, is non directe voluntatem testatoris impugnat, sed iuris solennitatem non obseruatam dicit. Qui vero falsum testamentum allegat, is directe testatoris iudicium ac voluntatem impugnat.*

100 *In libellis & querelis petitio potißimum attenditur. Et ad ea, quæ in conclusione petuntur, narrata sunt restringenda.*

101 *Instrumenta de falso impugnare, aut ipsorum falsitatem allegare, quæ non fuerunt exhibita, nemo potest.*

102 *Leges de falsi cognitione loquentes, plerunq; de instrumentis in iudicium prolatis loquuntur.*

103 *Ei, qui instrumentum impugnare intendit, editio fieri debet.*
Nemo dicere cogitur, in qua parte, instrumentū falsum allegare velit.

104 *Authoritas duorum tutorum, quorum alter falsus dicitur, si interuenit, nihilominus actus valet.*

105 *Actus administrationis per vnum expediri potest. Et vnus tutor sufficit.*

106 *Veritatis aliquid in se habentia, non statim falsa censentur, cum falsitas, quantum fieri potest, sit vitanda.*

107 *Præsumitur in sene perseuerantia sanæ mentis.*

108 *Rei ad testium examina sunt citandi.*

109 *Suspicio non repellit Actorem ab actione vel exceptione falsi.*

110 *Imperator decidit, instrumentum propter falsitatis vicium, quotiescunque petitur, exhibendum esse.*
Quod limitatur n. 111.

112 *Instrumentum, vel contractus vltra verborum proprietatem extendi non debet.*

113 *Instrumentum nihil aliud probat, nisi quod in eo continetur: Nec actum præsumitur inter partes, quod repetitur omissum.* (bemus.

114 *Instrumentum quod non cantat, nec nos cantare de-*

115 *Transactio super eo tantum facta censetur, de quo lis aut querela fuit mota, nec ad alia extendenda.*

116 *Verba illa Transactionis,* heimit gäntzlichen von jhrer jetzigen Forderung abstehender/ &c. *qui sint consideranda.*

117 *Stipulatio generaliter, seu indefinite, super aliquo actu interposita, intelligitur secundum naturam sui actus.*

118 *Clausula generalis ad sua specificata restringitur, & ad diuersam causam non extenditur.*

119 *Exceptio Rei iudicatæ, vel Transactionis, quando ratione allegatæ falsitatis obstare debet, requiritur, quod desuper etiam sit cognitum.*

120 *Transactio sine cognitione interposita, ipso iure est nulla.*

121 *Cognitionem causæ non interuenisse, ex breuitate temporis, & ipsa facti euidentia probatur.*

122 *Confessio Reorum, contra ipsos satis probare videtur.*

123 *Instrumenta habere & ostendere aliud est, eis vero vti, aliud similiter.*

124 *Contractus emptionis, item traditio & immißio concernunt factum alterius, cuius iusta est ignorantia.*

125 *Interpretatio facti etiam prudentißimos fallit.*

126 *Scire dicitur ille, qui rem per causas cognoscit, scit enim, qui habet scientiam facti, cum omnibus suis qualitatibus.*

127 *Ex lectione sola instructio sufficiens non præsumitur, sicut ex plena totius facti cognitione, seu examinatione.*

128 *Consideratio, ratione hominis docti, & hominis indocti, habenda est.*

129 *Iura plerunq; rusticis & illiteratis hominibus, ob imperitiam & rusticitatem subuenire solent.*

130 *Parum scire, aut nihil scire, æquiparantur.*

131 *Falsitas, quantum fieri potest, est vitanda.*

132 *Mater, licet non posit alienare, ratione dominii, tamen ratione obligationis, valet contractus, & si filius ratificat, contractus subsistit.*

133 *Instrumentum venditionis sæpe etiam falsum esse potest, tamen negocium seu contractus emptionis, in eodem conceptus, per se est verus.*

134 *Verbum,* fallitatis *varie accipitur. vt n. 135.*

136 *Verba, quod scilicet cum matre dolosè egerint & minorennes deceperint, de dolo malo intelligenda videntur.*

137 *Dolus, quando bonæ fidei contractui dedit causam, censetur nullus.*

138 *Falsitas sine dolo licet non committatur, tamen dolus malus, & falsitas, diuersa sunt relicta, & ex iis diuersæ competunt actiones.*

139 *Instrumentum dicitur falsum, quando ab ea verba & mens contrahentium remouentur: Si vero non verba, sed mens tantum remouetur, tunc dicitur simulatum.*

140 *Modis pluribus quod fieri potest, hoc per allegantem declarari debet.*

141 *In dubiis, semper benigniora sunt præferenda. Et benigniorem sequi interpretationem, tutius est.*

142 *Modus agendi, substantialiter consistit in conclusione.*

143 *Verba generalißima, quæ in narratione ponuntur, secundum conclusionem sunt intelligenda.*

144 *Actiones plures quando competere possunt, vt alia fiat condemnatio in vna, quam in alia, tunc secundū illam actionem condemnatio fieri debet, quæ minorem condemnationem requirit.*

145 *Expressa nocent, non expressa, non nocent.*

146 *Iuramenti calumniæ tacita remißio valet.*

147 *Error iuris in sententia expressus viciat, secus si tacite colligatur.*

148 *Per errorem qui non transegit, is ab accusatione repellitur.*

149 *Error magis in homine illiterato præsumitur, quia excusatur.*

150 *Lex, ipse significas, de quali dubitante intelligenda.*

151 *Nescientes & dubitantes æquiparantur. Ideoq; sicut ignorans, ita quoque dubitans, suo iuri, de quo dubitat, renunciare non potest. n. 152.*

153 *Transactio generalis, ad omnia illa, de quibus in genere cogitatum fuit extendenda. Et hæc regula quando procedat, & quando non n. 154.*

155 *Transactio generalis, secundum speciale petitionē & causam actionis semper restringitur.*

156 *Absolutio generalis excommunicationis, tantum restringitur ad causam in petitione expressam: quia species præcedens, restringit genus sequens.*

157 *De petitionis intellectu quando sit dubium, attenditur ipsius conclusio, non narratio.*

158 *Verba generalis clausulæ, in hoc nostro casu posita,*

secundum præcedentia & sequentia sunt restringenda, & ad causas.

159 *Liberatio generalis per se odiosa est, & ad ea, ex quibus magna resultat læsio & inæqualitas, extendi non debet.*

160 *In Transactione qualicunq; generali, nunquã dolus, etiam præteritus, remitti dicitur, nisi super dolo specialiter fuerit Transactum.*

161 *Falsitatis delictum, ipsum dolum superat, grauiusq; delictum censetur.*

162 *Falsi crimen propter enormitatem, præter cætera delicta, illud speciale habet, quod in generali omnium delictorum remissione nunquam crimen falsi comprehendatur.*

163 *Statutũ loquens de carceratis relaxandis, nõ porrigitur ad eos, qui ob crimen falsi sunt incarcerati, nisi per statuentes hoc specialiter fuit dictum.*

164 *Confirmatio defectum in confirmato existentem supplet. Limitatur in priuilegio confirmato, quando illud reperitur falsum, tunc enim confirmatio, etiam per principem facta, nihil operatur, n. 165. Ratio eius quæn. 166. Secus vero. n. 167.*

168 *Traditio est facti. Et traditio instrumentorum diuersos habet effectus n. 169.*

170 *Intentio partium semper inspicienda est.*

171 *Coniectura vna tollit alteram.*

172 *Instrumentum tradens, rem ipsam tradidisse. Et Chirographum legans, actionem in eo legasse, quando & qui dicatur.*

173 *Paria sunt, probatio nulla, & non legitima.*

174 *Aliud est instrumentum contractus, aliudq; ius Rei vel actionis continens.*

175 *Renuncians instrumento, in quo debitum habetur, non dicitur debito renunciasse, sed tantum probationi istius documenti.*

176 *Traditio falsa naturam traditionis non potest habere, nihilq; magis aduersum veritati, quam falsitas.*

177 *Instrumentum simulatum, quare nomen instrumenti non habeat.*

178 *Contractus simulatus iuramento non firmatur.*

179 *Is, qui ratione testamenti, legatum accepit, nihilominus postea testamentum falsum allegare potest.*

180 *Transactio si vitio nullitatis laborat, restitutione non est opus.*

181 *Iudici non creditur, nisi quatenus eius allegata in actis deprehenduntur.*

182 *Mandatum generale si est datum, non præsumitur speciale, nisi probetur.*

183 *Alienandi potestatem non habens, etiam super bonis transigere nequit.* (setur.

184 *Transactio tanquam præcipitanter facta, nulla cen-*

185 *Iudex licet partes ad concordiam reducere possit, tamen ad eam cogere non potest, neq; callidis persuasionibus inducere debet. n. 186.*

187 *Persuasio dolosa plus est, quam violenta persuasio.*

188 *Regula, volenti non fit iniuria, quando procedit, & quando non.*

189 *Personarum contemplatio in diuite & paupere habenda est ad hoc, vt aliquid bene vel male præsumatur.*

190 *Propter personæ paupertatem sæpe à generali recedit ur.*

191 *Paupertas necessitatem inducit, & facit licitum, quod alias est illicitum.*

192 *Ea, quæ dubia sunt, iuramento purgari possunt, maxime, cum de damno vitando certetur.*

193 *Ignorantia præsumitur, donec de scientia doceatur.*

194 *Non verbis, sed rebus vis & effectus tribuendus*

195 *Metus iustus quando sit, relinquitur iudicis arbitrio.*

196 *Transactionis qualitatem non oportet disputare, quia sufficit transactum esse, &c.*

197 *Sententia conformis esse debet petitioni.*

198 *Iuramento non aliter locus est, quam cum de animo iurantis plane non constet, nec per alias probationes constare possit.*

199 *Præsumptio cum est in contrarium, allegans ignorantiam ad iuramentum non admittitur.*

200 *Ignorantia tantum probabilis & præsumptiua, iuramento confirmari potest.*

201 *Probatio in contrarium præstito iuramento, adhuc fieri potest. Ratio quæ.*

202 *Iuramenti præstatio nostro hoc casu tolerari non potest, ne violetur ius, & fenestra periurio aperiatur.*

203 *Iudex, qui iuramentum verisimiliter deieraturo defert, homicida est.*

NVLLITATES nullæ: nec quicquam remoratur, quod Iohann Trost, Actoris Procurator, pro consortibus, illius fratribus, sine mandato speciali, restitutionem in integrum petiit, eoque nomine Rei super nullitate protestati sunt. Nam Actores † restitutionem in integrum 1
non principaliter, siue tantum ad cassationem Transactionis petierunt, sed tantum per modum Replicationis, ad excludendam exceptionem Transactionis incidenter, quo casu speciali mandato opus non est *cap. suscitata. de in integr. restit. vbi Panorm.* dicit communem opinionem. Deinde notetur, D. Wildhelm generaliter, cum facultate substituendi, ad hanc causam à fratribus constitutum, qui deinde d. Trosten/ad petendam restitutionem specialiter con- & substituit. Frater autem † pro fratre in integrum restitutionem, 2
etiam principaliter, sine speciali mandato petere potest, tunc, cum consors litis est, *c. constitutus. dict. tit. Couarr. lib. 1. variar. resolut. c. 6. n. fin.* Adde, quod quamuis Actores in integrum restitutionem petierint, eam tamen non impetrarunt.

Submissum in puncto deuolutionis ac desertionis: Deinde super admissione grauaminum. In puncto deuolutionis expediendum est, in prima instantia Wilhelm Büding/cũ duobus fratribus, Gerhardo & Heinrico, litem hanc coniunctim instituisse: à sententia verò 18. Iunii, An. 77. lata, solum Wilhelmum appellasse, & post lapsa fatalia, præstito iuramento paupertatis, ex singulari priuilegio pauperum, ad prosecutionem appel-

latio-

lationis 16. Iulij Anno 78. solum admissum. Vnde videri potest, quia dicti illius fratres nec appellarunt, nec Appellationem à Wilhelmo interpositam intra fatalia prosecuti sunt, nec postea idem iuramentum præstiterunt, quoad illos appellationem esse desertam. Etenim quamuis appellatio vnius, reliquis etiam cõsortibus ex communi beneficio, si † appellationi non contradicatur, prosit. *cap. cum vna sententia, ibi Franc. de appellat.* Tamen id tunc demum procedit, † cum omnes communi iuri innituntur: non etiam, si singulari priuilegio appellans iuuetur: veluti, si ex persona sua, propter ætatem, restitutio in integrum sibi competat. Hoc enim † casu vnius appellatio, reliquis consortibus non prodest: *textus in l. 2. C. si vnus ex pluribus. vers. tertio requiritur.* Idq; maxime obtinet, cum de indiuiduo agitur *l. vnica. C. si in communi eademque caus. rest.* Verum hoc non obstante, commodum huius appellationis ad fratres Wilhelmi nihilominus pertinere existimat. Appellatio enim illius, qui iure peculiari vtitur, tantum eo casu consortibus non prodest, cum ius illud contrà sententiam est directum. *d. l. 2. & Franc. dict. loco.* Atqui nostro casu, beneficium paupertatis, contra vel pro iure sententiæ facit nihil, sed tantum aduersus periculum fatalium prosequendæ appellationis tempus laxius appellanti tribuit in negocio principali, cum fratribus suis, idem ius fauet. Accedit, quod prosecutio † appellationis, tanquam quæ in facto consistit, est indiuidua: & in indiuiduis regulariter proditum est, quod incapax † gaudet priuilegio capacis. *l. si communem. quem ad. seruit. amit. l. si emancipati. ibi Ias. num. 5. C. de collat. bon.* Et hac ratione quis † ex persona alterius consequitur, id, quod ex sua persona consequi non posset *d. l. si emancipati.* Exempla quam plurima reperiuntur apud *Gail. lib. primo, de pace publ. cap. 6.*

De grauaminibus: Ad probandũ an admittenda sint, vbi de meritis causæ principalis ex primæ instantiæ actis prius constitit, in fine videbo.

Quæ actio?

Referens putat petitione hæreditatis actum: quoniam ex conclusionibus libellorum, primæ & huius instantiæ patet. In hæreditate sunt † bona, tam mobilia, quam immobilia, quæ patruus Actorum, Arnold. Buding. ab intestato reliquit, & deficientibus naturalibus & legitimis liberis, ad eos, tanquam proximos suos agnatos, & hæredes, transmisit: qui & hæreditatem animo adiuerunt. Et cum bona illa à Reis possideri asserant, sibi, tãquam veris hæredibus, restitui petunt.

An probata?

Quod d. Arnoldus, & pater actorũ, Bernhardus, legitimi & naturales fratres fuerint, fatentur Rei in vlterioribus respõsionibus ad primum articulum libelli conuentionalis. Similiter pure fatentur, ad 4. & 5. articulos, quod idem Arnoldus, post mortem sui fratris Bernhardi, Anno 43. obierit, & nullos liberos reliquerit: quod etiam Actores, filii d. Bernhardi sint, iidem Rei ad secundum & tertium articulum, dicunt von hören sagen war. Ex communi autem opinione & fama, † cõditio alicuius & consanguinitas recte & sufficienter probatur: *Bald. in l. 1. in princip. C. de Testib. Paleotus in spec. c. 23. num. 3.* Et testimonium de auditu, ad † probandam consanguinitatem, validum est. *c. ex quadam. de testib.* Deinde tres testes, viri graues coram B. senatu, quod actores d. Bernhardi filii sint, liquido deposuerunt, de quo in instrumento *litera F.*

Quod hæreditatem adiuerunt, diserte in articulo septimo ipsi affirmant, quod satis est, quamuis sine hac enunciatione actus eorum hunc animum declarent, videlicet, quod super hæreditate transegerunt, & iam eandem petant: *l. gerit. de acquir. hæred. Schurff. cons. 95. n. 4. cent. 1.* Et sic à parte Actorum, Actionis institutæ requisita sunt impleta.

A parte Reorum possessio requiritur, † nõ quælibet, sed ea tantum, quæ nullum alium titulum habet, quam pro possessore, & pro hærede, *l. regulariter. de hæred. petit.* Actores asserunt, † Reos pro possessore possidere, contra quod tamen facere videtur: Primo, quod Rei pro Emptore: Secũdo, quod ex causa Transactionis possidere, Acta annuant. Tertio: Ipsi Actores in secunda supplicatione Episcopo Monasterienſi exponunt, Reos domum & hortum, ne quidem possidere, sed vẽdidisse domum pro 350. Goldgülten. Hortum pro 60. thaleris. Verum responderi potest: Quoad vẽditionem, eam esse vel ipso iure nullam: quia res minorum, † sine consensu Tutorum, & decreto Iudicis alienata, dicitur, vel saltem rescindẽdam, eo quod vili precio, & quidem infra dimidium iusti valoris distractio facta sit.

Quoad Transactionem, eam ex falsis instrumentis initam, Actores dicunt, & ideo, secundum quorundam opinionem, nullam, vel secundum communem, per in integrum restitutionem annullandam. Iuris autem est, titulos nullos † illegitimos & iniustos, cum titulo pro possessore, in petitione hæreditatis concurrere. *l. nec vllam. §. omnibus. de petit. hæred.* Et in specie responsum est: contra eum, † qui vili precio emit, etiamsi bonæ fidei possessor sit, vtilem actionem dandam. *d. l. nec illam. §. quod si quis.* Pari ratione responderi & ad tertiam obiectionem potest, quia Rei dicuntur mala fide hæreditatem emisse, & mala fide postea de ea transegisse, præsumptio est, vt actionem institutam eluderent: Dolo malo domum & hortum in alios transtulisse: quo casu † dolus pro possessione est *tex. in d. l. nec vllam. §. is autem. l. sin autem de rei vend.* Idque in vniuersum in quauis reali actione obtinet, *d. l. sin autem. §. si homo. Bartol. in l. 1. num. 23. de alien. iud. mutandi caus. fact.*

Concludit etiam in Reis requisita institutæ actionis constare.

An Elisa?

Rei exceptionem Transactionis in peremptorialibus opponunt: ex reliquis actis, etiam exceptio emptionis & venditæ hereditatis elici potest.

Verum priore discussa, etiam de posteriore iudicium facere licebit: Transactionis hæc est conditio. Actor, Wilhelm Büding/maior factus, Anno 63. ad Dominum Episcopum Monasterienſem, Bernhardum, conquestus est, venditionem controuersæ hæreditatis, se ac fratribus suis, infra legitimam ætatem constitutis, sine tutoribus, sine cõsensu præfectorum, contra consuetudinem Bergensem factam, & in ea longe vltra dimidium iusti precii se læsos, petiitq;, Reos vel ad dictam hæreditatem restituendam, vel, vt per viam Transactionis sibi satisfaciant, compelli. Episcopus, vtraque parte in scriptis audita, consiliariis suis negocium committit, quorum interuentu atq; authoritate tandem 18. Ianuarij Anno 64. hæc controuersia componitur, hoc pacto, vt Rei Actorib. intra 14. dies, 50. thaleros soluerent: Contra, Actores contractum venditionis factæ confirmarent, ab instituta actione desisterent, nec vnquam eam renouarent: simulq; literas omnes, quas à senatu Bergensi impetrassent, Reis traderẽt, nec illis, vel aliis similibus in posterum vllo tempore vterentur. Hanc Transactionem Rei probarunt, authentico illius instrumento, cuius sigillum etiam Actores ad septimum articulum peremptorialem agnouerunt, & vna cum Refutationschrifft/ in originali, similiter produxerunt. Sed obiiciũt Actores, eam ex falsis instrumentis esse initam.

De vi autem & potestate Transactionis ex falsis instrumentis initæ, non vno modo interpretes sentiunt, *Fulgos. ad l. pen. C. de Transact. & Zas. lib. 1. sing resp. c. 13.* eam ipso iure nullam esse defendunt. In contrarium est omnium fere interpretum, ad *d. l. pen. sententia:* videlicet, eam ipso iure subsistere, sed per restitutionem in integrum retractari posse. Eamque opinionem veriorem existimat, cum *d. l. pen.* diserte vtatur verbo, *retractari*: quod ver-
18 bum ad ea, † quæ ipso iure non valent, accommodari non potest. Ea enim, quæ nulla sunt, rescissione vel retractatione opus non habent, *leg. nam etsi sub conditione. de iniust. rupt. & irrito test.* Atque hanc opinionem contra *Fulgosium & Zasium* nouissime defendit *Menoch.* & vtriusque argumentis respondet *lib. 2. de arb. iud. q. cas. 15. per tot.*

Instrumenta, quæ Transactioni causam dederunt, Actores in libello, articulo 14. Transportum emptionis, in replicatoriis articulis, artic. 3. Præterea literas commendatitias ad Iudicem Bucholdiensem, Nicol. Mum. Item instrumentum cõfirmatorium emptionis & immissionis: Item Apocham Actoris, de recepto emptionis precio, fuisse affirmant. De singulis videndum.

Et quidem, quoad Transportum venditionis, in eo exponitur primo, venditionem factam, à legitimis Actorum minorennium tutoribus, videlicet Sebastiano Wolfust/ & Cornelio Wilhelm/ ciuibus Bergensibus: Contra per instrumentum, sub *lit. D.* Exhibitum, demonstratur, Actores post obitum patris, viuente adhuc matre, & imprimis Anno 47. quo venditio facta perhibetur, nullos Tutores habuisse: Sed à matre alios tutores, nempe N. & N. Anno 48. in testamẽto primo ordinatos, & post illius obitum cõfirmatos, ac libris Cameræ pupillorum inscriptos, vnus quoq; ex assertis tutoribus videlicet Cornelius Wilhelm/bis, diuersis temporibus, nimirum 13. Martii, An. 63. & 18. Decemb. Anno 73. iuratus deposuit, se nec tutorem dictorum liberorum vnquam fuisse, nec dictæ venditioni interfuisse secundum conuenta instrumentorum, *G. & F.* signatorum, atque vnus testis, † contradicens instrumento, reddit illud 19
suspectum, in tantum, quod nullam fidem faciat, *l. 1. §. si quis neget. ibi glossa & Bart. quemad. testam. aperiantur. Egid. Boßius in pract. crimin. tit. de fals. num. 5. & 41.* Deinde in eodem Transportu commemoratur, magistros Cameræ pupillorum, in d. venditionem consensisse. Contra, ostenditur Instrumento *D.* notato, magistros pupillorum in eam non consensisse. Atq; hæc duo fere sunt, quæ falsitatem transportus arguunt. Illud de quo habetur in instrumento *lit. C.* videlicet, quod transportus in registro ciuitatis, per scabinos subscriptus non fuerit, nullitatem illius detegit, non etiam falsitatem. Addi tamen potest superioribus, vicium fal-
sitatis † quodammodo elucere ex eo, quod trans- 20
portus non dicitur sigillo Ciuitatis Bergensis munitus, ac à Secretario subscriptus, quod tamen, in publicis illius Ciuitatis instrumentis fieri solere, omnia Actorum instrumenta conuincunt. Addi etiam potest transportus & reliquorum instrumentorum, † quibus Rei in transactione vsi sunt, 21
exhibitionem, Actores aliquoties in prima instãtia postulasse, eamq; ab illis expresse recusatam in quem casum eiusmodi instrumenta falsa esse præsumuntur *l. fin. C. de fid. instrum.*

Quoad literas commendatitias, ad Iudicem Bucholdiensem scriptas, eas subreptitias, & sine senatus Bergensis consensu, sinistre & dolose à Clericis, siue famulis, id est, scribis Ciuitatis conquisitas, diserte affirmat instrumentum *lit. C.* signatum.

Quoad instrumentum confirmatorium emptionis & immissionis à Iudice Buchold. Reis datum, illud ipsum nec in hac, nec in ea instantia est exhibitum, nec falsitatis vitio labefactatum. Et quamuis nullum, tanquam super contracta nullo erectum, merito censeatur: non tamen & ideo falsum dici potest.

Item & de Apocha Reorum super precio venditionis recepto constituit. Receptionem etiam precii ipsi Actores fatentur, dum illius restitutionem offerunt.

Concludit, falsitatem transportus satis superque probatam: idque ad falsitatem venditionis ostendendam satis est: de reliquorum dictorum documentorum falsitate non tantopere laborat, cum vel accessoria, vel consequentia sint principalis contractus. Sic etiam si subsistant, ad illius euersionem, etiam falsi labe notata, nil operarentur. In falsi enim excussione † tantum abest, vt ac- 22
tus & res singulas per se subsistentes non consideremus, vt etiam singulorum actuum & rerum

singula

singula capita, ita à se inuicem separentur, vt vnius falsitate reuelata, reliqua tamen in suo vigore persistant, *d.l. pen. C. de Transact.* Rei, vt exceptionem transactionis contra Actores tueantur, cõtra falsi aspersionem retorquent Actores iisdem mediis & literis, quib. nunc vtuntur, etiam tẽpore Transactionis contra se vsos: ex quo tacite inferunt, si falsum commissum est (quod tamen pure nunquam confessi sunt) tamen de eo Actoribus, tempore Transactionis constitisse, & super eo transegisse. Idque vt probent, producunt Wilhelmi Actoris supplicationem, domino Episcopo ante
23 transactionem exhibitam. Certi autem iuris † est, super falso transigi posse, *dict. l. pen. C. de Transact. l. ipse significas. C. ad l. Corn. de falsi.* Sic de dolo † in vniuersum transigere licet *l. actione administratæ tutelæ. C. de Transact.* Idque de dolo præterito, non etiam
25 futuro intelligendum cũ generaliter pacta, † per quæ ad delinquendum occasio præstatur, iure reprobentur, *l. illud conuenire. de pact. dotal. Dd. in dict. l. actione.* Proinde videndum, an super falso Transactum? Pro negatiua hæ rationes faciunt: Primo, Rei, falsum in instrumento transportus commissum, aliquoties in actis, præsertim in responsionibus ad articulum 13. libelli. Item, 14. 15. 16. articulum Replicatorium: Item ad quartum & quintũ articulum der Refutationschrifft / aperte negant. Fieri itaque non potuit, vt Transactio ex senten-
26 tia eorum interueniret, cum priuatio † præsupponat habitum. Secundum ex hoc innascitur, cũ
27 in actu negato † nemo se fundare possit, quod Rei vel ex hac sola causa, etiam falsi obiectionem elidere, nullo modo queant. Tertio: ex supplicationibus Actorum quas Transactio subsecuta, apparet, eos de enormi læsione, vltra dimidium iusti precii principaliter conquestos, & tantum eo nomine Reos sibi condemnari, vel ad transigendum, petiisse. Ex petitione autem de causa petendi, in libello constitui debet. Quarto, ex Transactionis instrumento patet, duab. tantum ex causis Actores venditionem impugnasse, de quibus etiam transegerunt: nimirum, daß sie im Kauff verfortheilt/vnnd sonst kein bestendige Verordnung jhrer Vormünder gehabt. Quoad primam causam,
28 naturaliter euenit, † quod contrahentes sese inuicem decipiant, idque sine dolo, ex proposito, &
29 consequenter, sine falso (falsum enim † sine dolo committi nequit communem dicit *Iul. Clarus lib. 5. §. falsum. n. 33.*) *l. in causæ cognitione. §. idem Pomponius. de minor. l. item si precio. §. quoniam. locat. l. si quis cum aliter. de verb. oblig.* Quoad secundam causam fieri potuit, Actores tempore venditionis habuisse tutores, vel legitimos, vel testamentarios, quãuis non legitime confirmatos: idque verbis, kein bestendige Verordnung/videtur significatum. Fieri etiam potuit, eos habuisse, qui pro tutore eorũ negocium gesserint: cum tamen nec legitimi, nec testamentarij, nec Datiui fuerint. Atqui hi casus omnes à macula falsi abesse possunt. Cum itaque in d. Transactionis instrumento, Transactionis causæ diserte expressæ sint, nec falsi crimen sub illis comprehendatur, iuris intellectu ab iis remouetur: per regulam: Inclusio † vnius est exclusio 30
alterius. Atque adeo vltra has duas causas specificatas, ne quidem ipsos Domini Episcopi consiliarios & transigentes, Transactionem extendere voluisse, verba mox sequentia videntur declarare, scilicet: Daß sie zu entlicher Hinlegung der Gebrechen/ &c. Item, daß Actores von angemaster jetziger Klag abstehen/&c.

Quinto: quamuis Transactio generalis sit, & generalis renunciatio illi subiecta, in verbis: Daß Actores gäntzlich/vñ all von jhren Forderungen abstehen. &c. Item: Alle Gerechtigkeit vnd Behülff vbergeben/vnnd dero keinen gegen beklagten brauchen sollen: Tamen exceptiones generales, † simulationis 31
(cuius species falsum) nullius sunt momenti: *Bartol. consilio 65. numero secundo, lib. 1.* prout est in consilio, ex parte exhibito. Addit: per generalem liberationem † non videri quem liberari à dolo *l. Aurelio. §. Carus. ibi Bartol. l. non solum. de lib. leg.* quemadmodum & generalis renunciatio, exceptionem doli & simulationis non includit, *Roman. l. si quis cum aliter. de verb. obligation.* Imo in terminis rescriptum est, † de dolo non aliter, quam specialiter 33
transigi posse, *d. l. actione administrat.* Porro pro Regula traditur: cum lex † specialiter quid requirit, 34
renunciatio generalis non sufficit, *l fin. §. omnem. de admini. tutor. Bartol. l. 1. in fin. si quis in ius voc. non. gloss. in Clem. 1. verb. specialiter de iud. Thoming. decision. 1. numero 2.* Sexto: quia ex Transactionis instrumento non constat, in tractatu vllam falsi mentionem factam, idque sic se habere, Rei constanter passim confirmant: Nullus autem Actus, † sine cognitione celebratus, iure subsistit: *Bartol. in l. prolatam. Cod. de sent. Dec. in terminis, consilio 479. numero 7.* Septimo, ex documentis per Actorem ad demonstrandum falsum exhibitis, constat, ea omnia, præter id, quod D. signatum est, post initã Transactionem edita, & Actori communicata: falsum itaque commissum ante ignorauit, & sic transigere super eo non potuit: Cum Transactio tantum ad ea † quæ scimus & in quæ consenti- 36
mus, pertineat. *dict. l. non est ferendus. de Transact. l. si deserta re. C. eod.* Octauo: Ex *d. l. fin. C. de Transact.* Transactiones ex falsis instrumentis initæ † tum 37
demum retractantur, cum falsum vel ciuiliter, vel criminaliter (ita sonant *dict. l. verba*) reuelatur: Quod sine iudicio fieri nequit: Atqui nulla actio, nec ciuilis, nec criminalis, contra Reos ab Actore ante Transactionem instituta fuit: inde videtur consequi, quod etiam super falso transigi non potuit.

Pro affirmatiua: Quod non tantum super deceptione, ex re ipsa, vltra dimidium iusti precii, emergente: Sed etiam ratione falsitatis Transactũ sit, hæ faciunt rationes.

Primo: Actor ex obligatione Trãsactionis Reis vel parentibus, tradidit documẽta C. D. G. & ab iis dem Reis producta: quibus nullitas emptionis, & falsitas transportus de ea confecti demonstratur. Consequens itaque est, Actorem hac traditione,

ditione, non tantum nullitatis, verum etiam omnem falsitatis querelam, per Transactionem re-
38 misisse. Qui enim † litteras alicui tradit, ius omne, quod illi ex litteris competit, in accipientem trãsfert. Quemadmodum in simili proditum est,
39 eum, † qui instrumentum alicui donat, actionem & res, quæ eo in instrumento continentur, donare, *l. 1. C. de don. Iaſ. in l. ſeruum filij. §. eum qui Chirographum. de legat.* Sed negat Actor, d. documenta à se Reis tradita. Resp. Negatiuam hanc probare oportebit, cum multæ præsumptiones sint in con-
40 trarium. † Prima est, quod aliorum documentorum traditio nulla; ne quidem ab Actore allegatur, quę tamen per Transactionem illi fuit iniun-
41 cta. Secunda: † quod data eorum indicant, ante
42 Transactionem fuisse confecta. Tertia: † quod ab Actore, illiusque fratribus, ad illorum instantiam
43 dicuntur impetrata. Quarta: † quod tantum pro Actoribus faciant, contra Reos tantum, ad detegendum suum crimen sunt directa. Quin
44 ta, † quod in der Refutationschrifft / circa recognitionem dictorum documentorum, Actor homo simplex, & sartor, non sigilla statim agnouit solum, verumetiam Secretarii (cum quo tamen illi parum familiaritatis interuenisse credibile est) manum: addito illius prænomine, de quo tamen ex omnibus instrumentis constare non potuit,
45 expressit. Sexta, † Postquam Rei, vt, nunquid d. documenta patentibus suis tradidisset, se declararet, vehementius vrgerent in der Schrifft / intituliert / Ableinung der jüngsten Einlagen / *fol.* 123. ad interrogatum nil categorice respondit: Sed aliud, quod non erat postulatum, subiicit, videlicet, quod Consiliariis ea nec exhibuerit, neque illi super iis cognouerint, nec postulatum ad rem faciat: Hinc tacite traditionem videtur fateri. Se-
46 ptima: † vel verius certa probatio est: documentum ab Actore sub *lit. D.* productum etiam in dato congruit, cum documento sub eadem litera à Reis exhibita, & illud tantum huius latina est translatio. Ex quibus omnibus manifestum videtur factum, documenta Reorum, ab Actore in illos profecta, maxime cum Actor contrarii probationem ne quidem tentet. Quod autem dicta
47 documenta † falsitatis argumenta contineant illa, quæ *D.* & *G.* notata sunt, aperte conuincunt, si cum transportu conferantur, & aientia negantibus opponantur.

Non obstat, Reos d. documenta in productione iisdem characteribus, quibus Actor sua, signasse. Respondetur enim, quod hoc Actores non læsit, nec substantia contentorum mutata est per
48 hoc. Et licet Aduocato, † iustam causam fouenti, decipere aduersarium, ad consequendam victoriam: *Mynsing. obseru. 6. cent. 3. Couar. libr. 1. variar. resol. cap. 2.* Non obstat etiam, Actorem eis documẽtis ad falsi demonstrationem non vti, sed alia, eaque plane ab eis diuersa edidisse? Respondetur
49 enim: Quamuis data sint diuersa: † argumenta tamen & contextus verborum vtrinque consonat, nec plus hæc, quam illa, ad falsi probationem faciunt. Quin instrumenta falsa denotata litera *D.* in datis conueniunt, eaque vel sola probant, Actorem tempore Transactionis, scientiam falsi habuisse. Denique non obstat, quod in Actorum documento *C.* de falsitate literarum commendatitiarum, ad Nicolaum Mum. Iudicem Buchold. post Transactionem primum sit edoctum, quod in instrumento Reorum erat omissum: Respondetur enim, falsitas transportus, † falsitatem ea- 50
rum literarum eo ipso, quod Transportum dicunt, infert. Atque adeo hoc non attento, ex solo Transportu, non etiam ex dictis commendatitiis literis, aliquod ius in controuersis bonis, Reis accedere potuit. Imo cum literæ illæ tantum de validitate Emptionis, illiusue transportus veritate mentionem faciant, & sic relatiuæ sunt ad transportum solæ, sine exhibitione Transportus contra Actores Reis commodare non potuerunt. In-
strumentum enim † alterius instrumenti men- 51
tionem faciens, sine illo nullam fidem facit. *Auth. si quis in aliquo. ibi Alexand. numero 11. Socin. numero 3. C. de edend.* Hinc efficitur: etiamsi demus, Actorem falsitatem d. literarum, tempore Transactionis prorsus ignorasse: Tamen falsitate hac detecta, ex ea causa Transactionem non posse retractari. Cũ enim instrumentum, quod falsum dicitur, producentem parum iuuat, Transactio ex illo instrumento inita non rescindetur. Hanc limitationem ad *d. l. pen.* ex veteribus ponit *Alex. num. 2. Sequitur Iaſ. num. 1. facit c. ex literis. de fide instrum.* Secundum argumentum, quod super falso etiam Transactũ est, sumitur ex Transactionis generalitate, cui generalis renunciatio est coniuncta. Transactio generalis † porrigitur ad omnia ea, de quibus in- 52
ter conuenientes est cogitatum, *l. non est ferendus leg. cum Aquiliana: de Transactionibus l. ſub prætextu ſpecierum. ibi omnes. C. eod.* Sufficit autem in genere de iis transigentes cogitasse nec expressio verborum requiritur. *l. qui cum tutoribus. §. prima, & §. fin. de Transact. f. acit l. qui iure de teſta milit.* Ratio est, quod Transactio † consensu perficitur, qui non in ver- 53
bis, sed animo consistit, *l. 1. §. 1. de pact.* Hoc sensu procedunt illæ regulæ: Generalia verba † generali 54
ter sunt intelligenda, & generaliter præiudicant. Item, tantum operatur generalis dispositio quoad omnia, quantum specialis dispositio, quoad specialiter enunciata: de quibus rebus *Tiraquel. in præfatione ad l. ſi vnquam. num. 117. cum plurimis ſeqq. C. de reuocand. donat. & Thoming. deciſ. 1. per tot.* De qua re autem cogitatum sit, præter alia, ex subiecta materia, & sequentibus colligitur. *Plene Ciſnerus in tractat. de Tranſact. ad dict. l. cum Aquiliana, num. 4.* Hæc ad speciem accommodemus. Materia, super qua in nostro casu Transactum dicitur, est rerum hæreditariarum venditio, quæ partim nulla fuit, partim falsa. Præcesserunt Transactionem supplicationes Actoris, quibus meo iudicio, satis apette falsitatem Domino Episcopo exposuit. Nam in supplicatione vna, cum euentualibus conclusionibus à Reis exhibita, & in actis extraiudicialibus repetita, primum in genere Actor

ait:

ait: Daß Rei jhre Brieffe taliter qualiter lassen zurüsten vnd vberkommen. Item, Daß sie nit beweisen können/daß der Kauff auffrichtig/(verbum hoc magis falsitatem, quam nullitatē significat, cum ea, quæ nulla, dolo vacare possit) vnnd daß der Außgang/coram senatu Bergensi, durch jhre Vormünder/vnd Consent der Wayssenmeister/jhrem Berühmen nach(his verbis innuit, Reos falsum dixisse,& dicere)geschehen seyn solt. Deinde paulo post, sub finem, specialius exprimit, in quibus venditionis transportus f lsus sit, videlicet: Daß die Güter ohne Consent jhrer Vormünder vnd der Statt Wayssenmeister verkaufft. Item, Daß die Wayssenmeister vom Handel nichts wissen/sie auch die Zeit kein Vormünder gehabt. Atq; cum hæc omnia transportus vera dicat, consequitur ex natura cōtrariorum, Actorem dictis verbis transportum falsitatis notare.

Proinde cum ante Transactionem Actor falsitatē sciuerit,& de ea conquestus sit, per subsecutam Transactionem generalem, etiam falsum, remisisse consentaneum est, *d.l. non est ferendus*, vbi Celsus, generalem Transactionem ad legata, & inferiore & posteriore parte testamenti relicta extendi nec vult audiri eum, qui tantum de priori parte testamenti se cogitasse censetur, dummodo nouerit, quid scriptura instrumenti cōtineretur.

Tertio repugnat, quod artic. 24. 25. scientiam falsi quodammodo in Actoribus, tempore Trāsactionis demonstrant. Ponunt enim, Daß Appellaten sich auff etliche widerrechtliche außbrachte Brieff vnnd Siegel in transactione geleynt/vnnd daß Appellant seinen nottürfftigen Gegenbericht darauff zu
56 thun sich vielfältiglich anerbotten/(Bericht † zu thun/ præsupponit scientiam.)

Quarto: Exceptionem Reorum tutatur, quod *in l. ipse significas, C. ad l. Corn. de falsi.* describitur. Quo
57 etiam pertinet commune axioma, quod † in ciuilibus suspicio falsi sit pro veritate. *Ægid. Bosi. in pract. crim. tit. de falsis, num. 5. 13. 79 & tit. de partu supposito, num. 32.* Communem *dicit Iul. Clar. lib. 5. sent. § falsum, num. 32.* Atque perspicuum est, Actorem de Reorum instrumentis ante Trāsactionem vel saltem dubitasse, maxime cum in d. supplicatione ea verba inseruerit, Wie Rei jhre vermessene Siegel vnd Brieff vberkommen/wirdt zu seiner Zeit herfür brechen: Ex his quæ dixit, suo iudicio apparere, Actorem super falso simul transegisse & transactionem subsistere. Non obstāt, quę pro negatiua adducta sunt. Nam quoad primam obiectionē,
58 notum est, Transactionem † fieri super dubiis & incertis, & negatione etiam veri, eas non vitiari, quod conuincitur, *ex l. post rem iudicatam. in verb. si negetur iudicatum esse, de transact.* vbi tamen *glossa & Dd.* notant, † in negatione id obtinere, quæ calumniæ & doli expers est. Verum transactio cum Gerhardi Goppers/vnius emptoris heredibus ini-
60 ta est, qui à dolo videntur esse alieni, cum † in heredibus ignorantia præsumatur, *l. qui cum alio, de reg. iur.* Deinde quia Actores falsum sciuisse liquet,
61 dolus † scienti inferri non potuit, *textus in terminis in l. cum donationis, C. de transact.* Nec fraudari possunt qui sciunt & consentiunt *l. qui autem, §. præterea, de his, quæ in fraud. l. qui se tibi, de petit. hered.* Hoc ipso satis est etiam secundæ obiectioni, videlicet, quod † in Transactione singulare sit, vt super ne- 62
gatis se fundare possit. Et posito, id fieri non posse: tamen generaliter per illud, quod ex negato resultet, recte se quis tuetur, *Gabriel. libro sexto, titul. de regulis iuris conclusione 1. numer. 30.* Hinc etsi falsum Rei negant: tamen conuenienter se muniunt illa Theoria, Transactionem super falso valere. Atque ita etiam concludunt in euentualibus conclusionibus *fol. 133 Actorum.* Adde quod etiam Iudici † ex officio se super negato fundare licet, 63
Gabr. d. loco. num. 58. Non obstat tertio, ex petitione libellorum de causa agendi constitui debere. Verum quidem est, petitionem libelli actionem pro positam designare: quod si tamen clausula generalis: † *Omni meliori modo, &c.* petitioni subiecta sit, 64
omnia in iudicium deducta cēsentur, quæ ex narratis colligi possunt *Marian. Socin. C. 2. vers. primus effectus, de libelli oblat.* Amplius est in transactione, quia generalis transactio † non tantum porrigi- 65
tur ad expressa, verum etiam ad cogitata: imo in dubio comprehendit etiam ea, quæ quis ignorauit, modo in genere de his cogitare potuit, *d. l. qui iure, de testament. militar. Bart. in d. l. sub prætextu speciem, in princip. & ibi Alciat. num. 3. & 17.* Idem, de renunciatione generali tradidit *Tiraquell. in præfatio. ad dictam legem, si vnquam, num. 120.* Eodem modo secundum *Accurs. Bald. Fulgos. Alex. & alios, in d. l. sub prætextu*, differunt, † sententia & transactio: quod 66
sententia ad acta præcise referatur, cum in iuitū reddatur. Sed transactio, quæ inter consentientes perficitur, includit etiam ea, de quibus in genere cogitatum existimatur. *Alciat. d. n. 17.* Quapropter laxior est † vis & interpretatio transactionis, quā 67
libellorum, sententiarum, vel quorūcunq; actuū iudicialium: & ideo nec ab vno ad aliud inferri potest, *l. Papinianus exuli, de minor.* Quarto non obstat, in transactionis instrumento duas tantum illius causas appositas: Respondetur, vt ante, in transactione † magis acta & actitata, quam expressa 68
consideranda. Deinde verba: † Beständige Verordnung einiger Vormünder/falsum significare vi- 69
dentur: cum contrarium in transportu deprehēdatur. Et verbis: † Jetziger Verordnung/ non tam 70
causa agendi, quam ipsa actio, & res petita designatur: atque adeo ex iis verbis rectius contra Actorem concludi potest, videlicet, quia per ea verba petitio hereditatis in vniuersum remissa est, ab illius renouatione Actorem iam excludi: quodque hac generali verborum conceptione etiam falsum, tanquam doli species, simul remotum cēseatur, mox apparebit.

Non obstat quintum: nam simulationis & falsitatis species, tempore Transactionis, in supplicationibus ab Actore fuerunt expressæ. Deinde in allegato *consil. 65. lib. 1.* verborum Bart. non est is sensus, quod in generali renunciatione simulatio non comprehendatur, sed quod, † qui agere vel 71
excipere vult de simulatione, speciem simulatio-

nis exprimere debet. *Alciat. in l. cum ea quæ, n. 6. C. de transact. per c. fin. de renunc. in 6.* Præterea *in d. l. actione*
72 *administratæ*, vox † *species*, non accipi debet de individuo, videlicet, vt doli expressam mentionem facere necesse sit: sed sufficit, si dicatur, renunciatum omnibus actionibus, ex quib. ad rem expres-
73 sam agi potest. Cum enim † sine actione nemo experiatur, si omni actioni ad rem petitã competẽti (veluti in nostro casu patet auß Fürstlichem Recess/ in verb. Gäntzlich vnnd all) renuncietur, dolus etiam remissus intelligitur. *gl. & Bart. in d. l. actione. & ibi Alciat. n. 30. & Suchard. n. 8. Bart. in l. 1. si quis in ius voc. non ier.* Hinc ex sententia *Fulgos. in d. l actione.*
74 *Ias. n. 11.* tradit: si quis simpliciter liberat, non † includitur dolus, secus si in specie quamcunque actionem remittat. Quæ verba, quamuis generalia etiam videantur, non tamen accipi debent de genere generalissimo, sed de genere subalterno, quẽ admodum *Thoming. decis. 1.* distinguit: vbi in tanto dissidio Doctorum, de generalibus renunciationibus talem regulam in substãtia tradit: in renun-
75 ciationibus, † verba omnino generalia, vel generalissima nihil operari, sed generalia subalterna sufficere *Thoming. d decis. 1. n. 14. 17. 19. 20. 24.*

76 Nec obstat sextum: Transactio enim † cognitionem non requirit, vt sententia, & alii Iudicis actus, quos certos esse necesse est. Transactio autẽ
77 de incertis interponitur, quin de rebus † per cognitionem causæ decisis Transactio fieri nequit *l si causa cognita, Cod. de transact. l. eleganter, §. si post, de cond. indeb.* Atq; hoc ipsum etiam aliam obiectionem Actoris refutat: quod Consiliarii Episcopi instrumenta, quæ tempore transactionis penes se habuit, nec viderint, nec examinarint. Cui accedit, quod res inter transigentes tantum acta, & ipsorum mutuo consensu expedita fuit. Authoritas & præsentia Iudicis & magistratus, actum extraiudicialem, qui voluntatem partium consi-
78 rat, non perficit: quamuis præsumptionem † doli & metus excludat, *l. 1. de præd. & aliis reb. minor. l pacta nouissima. ibi Ias. num. 5. C. de pact.*

Non obstat quoque septimum: quia ex instrumentis, quæ tunc temporis Actor in manibus habuit, de falso illi constitit. Imo instrumentum D. quod post transactionem in iudicio produxit, manifeste in dato indicat, quod ante transactionem penes eum fuerit, neque vllum clarius reuelat falsum, atq; illud ipsum: taceo, quod in ipsa trãs actione Actor super instrumentorum prioribus similium productione expresse renunciauit.

Postremo, nihil ad rem facit: transactionem sine reuelatione falsi fieri non posse. Id enim *in d. l. pen. C. de transact.* non proponitur: quamuis velit, restitutionem in integrum contra transactionem, sine cognitione super falso, non cõcedi, quod iuri
79 communi consonat, quod quælibet in † integrũ restitutio plenam causæ cognitionem requirit, *l. omnes, de in integr. restit.* Hæc de exceptione transactionis: quæ si iure valida est, exceptionem emptæ & venditæ hereditatis simul confirmat. Si valida non est: quia ex superioribus constat, emptionem ipso iure fuisse nullam: illius quoque exceptio actioni institutæ nihil derogabit, sed eo casu pro Actore pronunciari debuisset. Suo autem iudicio sentit & concludit, dictam Transactionis exceptionem iure valere, atque actorum intentionem peremisse, & consequenter, in prima instantia bene iudicatum, male appellatum. Quod si tamen Domini hanc sententiam aliis argumẽtis sibi exemerint, & ostenderint, probabilius esse, Actorem tempore transactionis falsum ignorasse, non refragabitur, si iuramentum illi deferatur, per quod ignorantiam, † vt puta, quæ in animo consistit, 80
probet, eoque casu, vt prior sententia reformetur, in integrum restitutionem, ad rescindendam transactionem nostro casu necessariam non esse existimat, per ea, quæ tradit *ad d. l. pen. C. de transact. Bart. n. 8. Alex. num. 7. Alciat. n. 16. Felin. c. licet causam, n. 39. de probat.*

An grauamina Cameræ sint ad probandum admittenda. Noua, quę hic deducuntur, videntur esse. Primum, Appellantem à Consiliariis Episcopi ad transigendum metu compulsum. Sed præ-
sumptio est in contrarium: Præsentia enim † iu- 81
dicis omnem metum remouet, etiam tunc, cum Iudex est peruersus, vel vnus Ribaldus, vt loquitur *Ias. in d. l. pacta nouissima, n. 7. C. de pact.* Amplius in actis prioris instantiæ, in der Ableinungschrifft/ *fol. 125.* Actor ponit & dicit verum, daß der Beklagten Eltern vor den Rähten/ ꝛc. mündlich gegen einander gehört seyn/ vnd man darauff mit jhm angefangen zu handeln/ vñ zu einem Vertrag zu vermahnen: Atque hoc ipso illud etiam euertitur, quod ponitur in articulo 28. *32.* grauaminum: Daß man jhme einen Vertrag oder Transaction zugemutet/ vnnd nolenti & volenti auffgetrungen. Addatur, quod Actor in supplicatione *M.* notata, in fine petit, Episcopus woll die Sach durch die Räht verhören/ vnd in der Güte nach Befindung entscheiden lassen. Plane non sufficit † allegare metum in gene- 82
re, sed de specie metus probandum est, *text. in l. interpositas, C. de transact. l. cõtinet, cum seq. quod met. caus.* Proinde Actoris de metu exceptio est inanis. Et posito, in specie de metu atroci exceptum fuisse: tamen cum ex pacto transactionis post interuallum Actor quinquaginta thaleros accepit, per hoc metus, ante hoc illatus, fuisset purgatus, *per l. 2. C. de his quæ vi metusque caus.*

Secundum grauamen est, quod Appellans tẽpore Transactionis nit gehört worden/ noch 14. Tag bedacht oder Copey vnd Verlesung der Gegentheil Brieff nit 14. Tag gehaben mögen. Verum præterquã quod se auditum fuisse in der Ableynũgschrifft expresse affirmauit, etiam causę cognitio necessaria nõ fuit, *de quo supra.* Deinde dilationes † in ex- 83
traiudicialib. actibus, sine præiudicio, conceduntur & denegantur. Interuallum, quod ad solutionem, & pecuniæ permissæ receptionem interuenit, dilationis loco esse potuit: nam in illius potestate fuit, post transactionem pecuniam non recipere, sed de metu, vel alias excipere, & cum metu in receptione simul interueniisse, nec quidem al-

dem allegat. Ideo sicut metus, ita denegatæ dilationis exceptio nihil operatur. Sed nec inspectio-
84 ne † documentorum opus fuit, cum extra casum testamentorum & codicillorũ, sine inspectione tali trãsigi possit. *l. de his, de transaction. l. Lucius Titius, §. final. ad Trebellian. ibi Dd.* Imo præsumptio est, Actori copiam inspiciendi & describendi factam, ex eo, quod copiam literarum ad Nicolaum Mum. scriptarum, ipse iudicialiter produxit, quas tamẽ aliunde quam à Reis nancisci vix potuit. Et in ciuitate Bergensi repertas eas, nusquam, ne quidem verbo indicatur.

Tertium & vltimum grauamen, quod Actor etiam in transactione vltra dimidium iusti precii se læsum affirmat: Resp. In transactione iustum
85 precium consideratur, non † in re, de qua lis est, sed in dubio litis euentu, cuius valor tantum inspici debet, *gloß. in l. Lucius Titius, §. final. ad senatusc. Trebellian. & ibi Ang. Bart. in d. l. 2. num. 7.* Cum autem hunc dubii euẽtus valorem Actor ne quidem articularit, allegatio læsionis etiam ex sententia eorum, qui transactiones *ex d. l. 2.* rescindi putant, nullius est momenti. *Matth. de Affl. decis. 220. num. 3. Alex. cons. 42. num. 12. lib. 1.* vbi simul dicit, cõtrariam opinionem esse magis communem. Deinde quia Actor iustum rerum hereditariarum precium nouit, tempore transactionis decipi non potuit, & ideo ex sententia omnium, solis, *Alberico, ad d. l. 2. num. 12. & ibid. Pinel. part. 1. c. 2. n. 11.* exceptis, remedium *d. l. 2.* cessat. *Didac. Couarru. lib. 2. variar. resol. c. 4. n. 2. Pinell. d. loco, n. 10. vide Gail. lib. 2. obs. 1.*
86 *num. 6.* vbi dicit: Præsentia † Iudicis excludit beneficium, *d. l. 2.*

Concludit, ex adductis causis grauamina ad probãdum non admittenda, sed pronunciandũ, bene iudicatũ, male appellatum: Expensas compensabit, quia causa tam in facto, quam in iure, quodammodo dubia videri potest.

Aliud in eadem causa.

D. C. Correferens: Iurisdictionem putat fundatam, nullitates nullas. Submissum in puncto deuolutionis, desertionis, & admissionis grauaminum, vt Referens. Causam deuolutam, nõ desertam, ex iisdem, quæ à domino Referente adducta sunt. Actum, vt ex conclusione libelli apparet, petitione hereditatis, eam esse probatam, cum domino Referente.

An Elisa?

Quæstio principalis est, An Actor super falsitate transegerit sciens? Quod sciuerit, addit argumentis Referentis, quia Actor in libellis suis supplicibus, ante Transactionem de falsitate Episcopo Monasterienſi conquestus sit, dicit: Wirdt auß brechen/ ꝛc. Ideo non dubium, quin per subsequentem Transactionem, super falso etiam transactũ dicatur. Atq; per hanc causam omnino arbitratur, Iudicem à quo (scilicet, quod absq; omni dubio animaduertit, Actorem ante initã transactionem de falsitate satis informatum, cum aduersa parte super falso trãsegisse, vt in recessu Principis habetur, zu endlicher Hinlegũg/ ꝛc.) motum, per sententiam suam definitiuam Reos ab actione absoluisse, atq; Transactionem ratificasse, præsertim, cum Consiliariis Episcopi, postea prioris instantiæ Iudices, qui transactioni interfuerunt, & decretum suum transactioni interposuerũt, ipsis de meritis totius causæ in iudicio controuersis, tanto melius constet, vt tandem liti finis imponeretur. Generaliter enim † omnis trãsactio compre- 87
hendit quodcunque pactum, per quod à lite receditur. Dato etiam, quod non simus in causa dubia: cum alioquin materia, † super qua fit transa- 88
ctio, dubia esse debeat. *Alciat. c. cum contingat, de iureiur. n. 274. & 275.* Publice enim interest, † transactiones seruari, & ideo non rescindũtur, quamuis deceptus fuisset vltra dimidium iusti precii. 89
Alciat. in d. l. interpositas, C. de transact. n. 29. 30. Repetit, quæ per dominum Referentem plene, refutatis his, quæ pro negatiua opponi possent, sunt deducta: plane suo iudicio nihil desiderari posse, superflue putat plura dicere.

Concludit, actionem probatam, sed per exceptionem Transactionis elisam. Similiter consentit, grauaminibus non admissis, in causa pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum, cõpensatis expensis. Si vero dominis placuerit, ex supra à D. Referente adducta ratione, iuramentum ignorantiæ Actori deferre, non refragatur.

Aliud, in eadem causa.

D. L. Submissum in puncto grauaminum, An admittenda? Iuris, quod detur facultas, non deducta deducam; non probata probabo, vtrique parti. Sed Appellans in *23.* & seqq. articulis contra transactionem deducit, se non fuisse auditum, deliberandi spacium, & copias instrumentorum recusatum: Transactionem per Cõsiliarios Episcopi obtrusam, seque per eandem longe deceptam: quæ videntur noui articuli. Quapropter, siquidẽ contra pauperem Appellantem pronunciandum foret, certe imprimis isti articuli ad probandum essent admittendi, *d. l. per hanc.* Cum probationes non angustandæ, sed quia pro Appellato magis est resolutus, pro sua persona existimaret, non admittendos, tanquam superfluos.

Quoad principalem causam & punctum: cum Actor replicando adductam Transactionem, ex falsis instrumentis initam, ideoque ipso iure nullam aut saltem beneficio restitutionis in integrũ annullandam esse alleget, & instrumentorum falsitates per Reorum partes commissæ, multis modis probatæ, adeo vt si in viis essent, non solum ciuiliter, sed & criminaliter essent puniendi. Tota igitur decisio illius causæ in eo consistit: An super falsitatibus inter partes antea fuerit transactum? Et quidem Rei pro fundamento suæ intẽtionis in prima instantia duobus potissimum nituntur argumentis: Primum colligitur ex duplicis, primæ instantiæ, art. 4. 9. 10. Et ex reprobatoria scriptura art. 6. quibus in effectu deducunt, quod Actores, tempore Trãsactionis, hetten solcher Documenten litera C. D. G. notirt sich gebraucht/ vnd darauff Consiliarii die Mißverstand hingelegt. Et ideo

Actorem falsitatem sciuisse ante Trãsactionem.
90 Nam qui † in genere scit, vel scire debet, & paciscitur, de eo cogitasse censetur, *l. 1. ibi Alciat. n. 3. C. de pact.* Quandoquidem talis scientia ad validitatem
91 contractus sufficit, & supinæ ignorantiæ † non solet subueniri. Bald. *l. Celsus, part. 3. de vsucap.* Wesenbec. *cons. 52. num. 1.*

Secundum fundamentum deducitur in conclusione euentuali Reorum: vbi Rei allegant, Actores non solum *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* sonder auch jhrer Eltern Kauff vnd Vrkundbrieff argwöhnlich/ & falsitatis licet iniuste angemeldt. In quem finem exhibent supplicationem Actores, ipso die S. Ioannis, Anno 63. datam. Cum ergo falsitatem conquestus fuerit, & postea transegerit, satis inde
92 probatur Actorem super falso transegisse, † quod amplius non sit audiendus, *l. ipse significas, C. ad l. Corn. de falsi.* Tertio: Quod Actor generaliter trãsegisse videatur, quæ se extendit ad omnia, de quibus in genere cogitatum, *l. sub prætextu specierum. ibi Dd. C. de transact. l. qui iure, de testam. militari.* Quartum, quod Actor, vigore Transactionis, sua documenta, literis C. D. G. notata, aduersariis tradidit: Ergo omnem querelam remisisse videtur.

In contrarium vero, pro Actore, plurima faciunt argumenta, quod super falso transactum nõ sit. Præmittit, omne falsum esse prohibitum, & plura de crimine falsi allegat. Sed multas falsitates esse commissas hoc casu: Falsum esse crimẽ enorme & detestabile. Commissum autem hic circa
93 res ipsas, † & bona quasi ære alieno essent grauata. Item, circa personas matris & Actoris. Item, circa contractum ipsum. Item, circa inscriptionem libri Bergensis. Item, circa literas commendatitias ad Nicolaum Mum. præfectum Bucholdiensem, per quas emptores immissionem bonorum obtinuerunt. Item, circa tutorum personas. Item, circa consensum præfecti pupillorum. Ita quod variis modis, & diuersis temporibus d. emptores falsitates commiserint. Quæ omnia ex Reorum supplicatione, ante Transactionem Episcopo Monasterienſi, pro responsione porrecta seu transmissa, si cum instrumentis, nouiter ab Actoribus exhibitis conferatur, facile deprehenduntur.

His præmissis, quod super falso transactum nõ sit, omnino ipsum inducunt istæ rationes, per dominum Referentem pro negatiua parte summa diligentia adductæ. Ideoque ipse eas, cum difficile refutari possint, loco decisionis huius causæ amplectendas existimat Et vlterius mouetur.

Primo: Quia si tenor & verba supplicationum attenduntur, nusquam deprehenditur, Actorem contractus tempore documentorum falsitatem allegasse, aut vllo falsitatis modo vsum esse: Ergo ex proprietate verborum infertur, ipsum super falso non egisse. Quod vero in posteriore supplicatione Actor illis verbis vsus sit: Mit seiner Mutter hinderlistig gehandelt: Item, Seynd mit der Mutter gen Bergen gezogen/ vnd haben jhre Brieff taliter qualiter bekommen. Item, Da ich vngefährlich den Betrug vor einem halben Jahr gewahr worden: & si quæ similia verba sint, non videtur aliter intelligenda, quam de allegata deceptione precii. Et siquidem domini de dolo malo, & fraude illa intelligere velint: tamen de crimine falsi intelligi non possunt: cum aliud sit dolus malus, † aliud 94
fraus, aliud falsitas, sintque re ipsa & natura distincta: de quibus in refutationibus argumentorum latius. Deinde, actus agentis † vltra eius intentio- 95
nem operari & extendi non debet, *l. non omnis, si certum petat.* & hoc in omnib. actibus, qui ex mente procedunt, locum habet, *l. obligationum substantia, de action. & obligat. Bald. in d. l. non omnis.* Præterea etiam in libellis & querelis, quoad personales actiones, † ipsa causa, ex qua actio formatur attẽ- 96
ditur. *Bartol. in l. & an eadem, §. actiones, num. 2. cum sequent. de exception. rei ind. Bald. in l. si absentis, n. 11. C. si certum petatur.* Iam vero Actor in suis supplicationibus, ad impugnandum emptionis cõtractum, duo tantummodo fundamenta seu causas suę intentionis ponere videtur: scilicet deceptionem vltra dimidium iusti precii factam: deinde, daß sie kein beständige Vormünder gehabt. Ex quibus emptionis nullitatem probare intendit, & quidẽ tutoris inualiditatem, vt ita dicat. Et pro confirmatione horũ argumentorum, in ipsa narratione, totum negociũ, & quibus modis emptores matrem suam accersitam, domi detinuerint, ipsiq; hereditatem ære alieno grauatam persuaserint, & ad emptionem pro exigua summa 350. fl. induxerint, actum demum cum ipsa matre in Bergen profecti fuerint instrumenta sua taliter qualiter obtinuerint. Vnde sperant, quod dolosus ille contractus, nec non documenta & sigilla, emptorumq; possessio pro nullis & inualidis haberi debeant.

Itaque ex narratis nulla Actoris intentio deprehenditur, quam quod ob deceptionem vltra dimidium iusti precii, & quod tutores ordinatos non habuerint, emptionis nullitatem & inualiditatem deduxerit, ac probare voluerit. Nam ratione deceptionis, *ad l. 1. 2. & l. si dolo aduersarij, C. de rescind. vend.* respexisse cẽsetur. Et quia prædia † mino- 97
rum, per parentem, vel Tutores, sine decreto præsidis alienari non possunt, *l. cum emancipatis, cum l. seq. C. de præd. minorum sine decret. l. lex quæ tutores, C. de administr. tut.* Facile inde nullitas commissa conuincitur & probatur: Actorem intentionem suam ad nullitatem direxisse, & non ad falsitates commissas: Ergo ad falsum extendi non debet. Cum nullitas contractus, † & falsitas, sint diuersa 98
& separata. Nam qui testatum non † iure vel non 99
solenniter dicit, is non directe voluntatem testatoris impugnat, sed iuris solennitatem non obseruatam dicit. Qui vero falsum testamentum allegat, is directe testatoris iudicium ac voluntatem impugnat, *l. post legatum. ibi Bart. n. 3. & 4. de his quib. vt indign. Bald. in l. alia, n. 4. Castr. n. 3. C. quib. vt indign. capit. ex eo. & ibi Dec. de regulis iuris.* Sequitur igitur, allegatam deceptionem & nullitatem, ad causam falsi non facile extendi posse. Præterea certum est, † in libellis & querelis petitionẽ potissi- 100
mum

mum attendendam esse. *Guid. Pap. decis. 1003.* Ad ea enim, quæ in conclusione petuntur, sunt narrata restringenda. *Iaſ. in §. omnium, Instit. de action.* Nunc vero Actor in prima supplicatione, precio oblato, venditam hereditatem, seu bona sibi restitui petiit, oder aber die Zeugen zu verhören / vnnd in der Güte zu entscheiden: vel alias, quod iuris & æquitatis decerni. Quam petitionem Actor in secunda petitione repetiit, & ad eadem se retulit: Ergo talis petitio consideranda, quæ ad querelam falsi non est extendenda.

101 Secundò: Ipsa ratio dictat, neminem † posse instrumenta de falso impugnare, aut ipsorum falsitatem allegare, quæ non fuerunt exhibita; quia non Entis nullæ sunt qualitates.

102 Quapropter plerunque de cognitione † falsi loquentes leges, de instrumentis in iudicium prolatis loquitur, *l. 3. ibi. falsas & l. ipse significas: ibi instrumenta, l. damus, l. fin. Codic. ad legem Cornel. de falsi. Idem ex l. si ex falsis, Codic. de transact. ibi gloſ. 1.* colligitur ex productis instrumentis, Transactionem subsecutam esse, similiter *in l. final. Codic. de fid. instrum.* Instrumentum semel fuit prolatũ, & contra allegatam suspicionem approbatum, nihilominus tamen, cum de falso impugnaretur, Imperator documentum iterum proferri iubet, seruata solennitate, de qua ibi. Et in hunc finem plu-

103 res leges allegari possunt. Et propterea ei, † qui instrumentum impugnare intendit, debet fieri editio, *l. 1. §. editiones. Bart. n. 6. Castrenſ. n. 5. Iaſ. n. 9. de edend.* Hinc etiam nemo cogitur dicere, in qua parte instrumentum falsum allegare velit, donec ipsum videat. *Ita Bald. in d. l. fin. n. 2. Cyni authoritatem allegans, C. de fid. instrum.* Nunc autem tempore Transactionis, Reorum documenta ipsi Actori nunquam fuerunt exhibita, vt ex actis Transactionis, corã Consiliariis Episcopi Monasterienſis habitis, probatur. Nam Commissarii Monasterienses, virtute compulsorialium Cameræ attestantur, se omnia scrip[illegible] acta & decreta, vna cum Transactionis co[illegible]u transmittere, inter quæ nusquam instrumenta Reorum deprehenduntur: Ergo nunquam illa edita partibus probatur, vt ex tenore Transactionis colligitur: in quo Consiliarii supra exhibitis instrumentis concordiam feciſſe non videntur. Et Actori iniungunt, vt sua documẽta Reis tradat, nec Rei in actis hoc videntur diffiteri. Et siquidẽ Rei sua documenta Consiliariis ad partem exhibuissent, per hoc tamen non potuit Actori præiudicari, nec eo modo instrumenta quidquam contra Actorem probassent. *Castr. d. l. 1. §. editiones n. 8. & Iaſ. n. 9. C. de edend.* Ergo certum est, Reorum documenta Actori non fuisse exhibita: sequitur, ipsum haudquaquam illa de falso arguere potuisse.

Tertiò, etiam Actoris documenta, tempore transactionis exhibita, literis C. D. G. notata, falsitatem commissam non videntur probare. Primum enim documentum C. contractus emptionis, eundemque in librum ciuitatis inscriptum docet: quod ea ratione pro contractu ipso tanquam publico, semper iuris sit præsumptio, *l. cum precibus, C. de probat. l. optimam, C. de contrah stipul. §. si vero, auth. de his, qui ingred. ad appel. Specul. §. restat pro. de instr. edit.* Quod vero Consules fateantur, nomina Scabinorum non esse subscripta, in eo magis solennitatis defectũ, quã falsitatis arguunt. Nam diserte emptionem factam, & iudiciali libro inscriptam præsupponunt, saltem quod nomina Scabinorũ eorumque subscriptiones deficiant, & ob id emptio minus valida haberi soleat. Existimat ergo, hoc documentum ad deductionem vel probationem falsitatis nihil facere: cum inter emptionem, non iure vel solenniter factam, magna sit diuersitas, vt *supra dictum.* Documentum verò D. in quo tres præfecti pupillorum deponunt, se libros Scabinorum & præfectorum, ab An. 44. quando Actorum pater obiit, vsque ad Annum 48. (quo mater decessit, & duo tutores ordinati fuerunt) diligenter persoluisse: sed tamen, ꝙ aliquis tutor debitum iuramentũ coram præfectis præstiterit, aut iidem An. 47. in venditionẽ bonorum consenserint, se non reperisse. Similiter defectũ solennitatis inferre videtur documentũ D. ꝙ videlicet tutores iuramentũ non præstiterint, nec præfecti consenserint. Quem defectũ Actor ipsemet postea suppleuisse videtur, quando, restantem summam 50. aureorũ recipiendo, matris facta ratificauit, *l. 1. C. si maior fact. aliẽ. rat.* Ergo Actor nec per hoc documentum falsitatem probare potuit. Documentum vero G tam etsi in eo continetur, Cornelium Wilhelmũ Lanionem, tutorem, medio iuramento deposuisse, se nunq̃ Actorum tutorem fuisse, nec in venditionem, aut bonorũ alienationem consensisse, atq; ita siniſtra suspicio ex eo oriri possit: tamen ea suspicio quoad ipsius tutoris personam, est specialis. Nec ideo inferri potest, totã venditionem, traditionem & immissionem, cæteraq; quæ subsecuta sunt, falsa esse, maximè cum Actor ratã habuerit emptionẽ, & ille contractus in librũ sit inscriptus, & præfectus Bucholdienſis, iuxta literas cõmendatitias immissionẽ fecerit: q̃ omnia sine solẽnitate facta nõ p̃sumuntur. Deinde considerandum, ꝙ præter d. Corneliũ, etiam Sebastianus Valens, tinctor, primo loco tutor sit nominatus, penes quẽ forte fuit administratio, ꝙ alterius defectus non obsit. Namsi duorũ tutorũ † authoritas, 104
quorũ alter falsus dicitur, interuenit, nihilomin⁹ actus valet, *l. 1. in princ. ibi Bart. quod cum falso tut. neg.* Quoniã talis actus, † est actus administrationis, 105
qui per vnum expediri potest, *c. cum super. extra. de offic. deleg.* Quia vnus tutor sufficit *l. etsi pluribus. de auth. tut. & l. fi. C. eod.* Ita ꝙ contractus emptionis, Cornelio non existente Tutore, verus esse possit. Quæ enim aliquid † veritatis in se habent, nõ sta- 106
tim falsa censentur. Cum falsitas, quantũ fieri possit, sit vitanda. *Castrenſ. con. 120. part. 1.* Quippe contra hoc documentum opponi potuit, d. Cornelium esse testem vnicum & singularem: Ergo ipsũ plene non p̃bare: licet contractus fidẽ vacillare faciat. *Bald. in l. in exercẽdis n. 7. C. de fi. instrũ. & l. 1. §. si*

quis neget, n. 6. in fi. quem adm. teſt. aperiantur. Innoc. in c. cum Ioannes. n. 2. ibi Panorm. nu. 14. de fide inſtru. Eodem modo poſſet fortè contra d: Cornelium excipi, eum ſcilicet eſſe 75. Annorum, nec poſſe recordari fortè tam diu: *Alciat. dict. l. ſi ex falſis. n. 34.*

107 *Codic. de tranſact.* Licet alias † præſumatur perſeuerantia ſanæ mentis in ſene: *l. ſenium. ibi. Bald n. 1. Codic. qui teſtam. fac. poſſ.* Imò ſi duo illa documenta teſtimonialia D. G. attenduntur in iure nullam

108 fidem facere videtur; quia Rei † ad teſtium examina non fuerunt citati, vt fieri debuit, *l. ſi quando. ibi Bart. Auth. ſed et ſi quis ibi glo. vlt. & final. & Bart. n. 7. C. de teſtam.* prout etiam ad exemplationes inſtrumentorũ, Rei non fuerunt citati, quod tamen requiritur. *Bal. in auth ſi quis in aliquo, nu. 14. C. de eden.* Ex quibus omnibus probatur, Actorem, tempore tranſactionis, ex prætenſis tribus documentis, falſitatem legitimè probare non potuiſſe. Et conceſſo, quod illa documenta ſuſpicionẽ

109 quandam feciſſent: tamen Actorem ab † actione, vel exceptione falſi illa ſuſpicio nõ repellit, *l. fi. C. de fid. inſtr.* Nam quamuis ibi inſtrumentũ ſemel productum in dubium, tanquam ſuſpectũ reuocatur, & per producentem comprobatum fuiſſet, & non videbatur, propter ſuſpicionis cauſam illud amplius producendũ eſſe: nihilominus Im-

110 perator decidit, † illud propter falſitatis vitium, quotieſcunq; petitur, exhibendũ eſſe, *vt per Bal. in*

111 *d. l. ſi. n. 3. 4.* Et hoc, niſi ſuper † falſo plenè cognitũ, & ſuper principali rite definitiua ſententia lata eſſet *Bald. ibid.* Quod idẽ in hac cauſa dicendũ videtur.

Quartò: Ex modo agendi probatur, Actorem neq; criminaliter, per viam accuſationis, *l. querelã, C. de falſ.* nec ciuiliter, per actionem in factum, ad intereſſe, iuxta *l. damus, C. d. tit.* aut per viam exceptionis, ſuper falſo egiſſe: nec etiam per officium Iudicis, iuxta *l. ſciant de probat.* proceſſum fuiſſe: prout illos modos agendi, *gloſ. & Dd. in d. l. ſi ex falſis. & gloſ. in d. l. querelam. & Ang. in tractat. malefic. verb. falſario, n. 38. & alii tradunt:* Ergo non actum ſuper falſo.

Quintò, ex tenore ipſius Receſſus, ſeu tranſactionis, quam ipſi Rei exhibuerunt, & ſemper ad eandem ſe referunt, conuincitur, Actorẽ duo tantummodò, ſcilicet, deceptionem precii, & q Tutores non habuerint, conqueſtum fuiſſe: & Conſiliarios in ipſo receſſu ſaltẽ eadem conſideraſſe, vt patet initio tranſactionis, per verba: Aber Kläger darwider/als daß ſie im Kauff vervortheilt/ vnnd ſonſt keine beſtändige Verordnung jhrer Vormünder beſchehen ſeyn ſolt/ fürgeben. Quibus verbis expreſsè liquet, Actorem nullo modo ſuper falſitate egiſſe: nec etiam tranſactionem deſuper interpoſitam eſſe. Itaque denuo infertur, agentium actum vltra ipſorum intentionem non debere extendi, *d. l. non omnis, ſi cert. pet.* Nec etiã inſtrumen

112 tum † vel contractus vltra verborum proprietatem extendi debet. *Bald. in l. intereſt, n. 1. 2. C. de ſolut.*

113 Inſtrumentum enim † nihil aliud probat, niſi q in eo continetur: Nec præſumitur actum inter partes, q reperitur omiſſum, *l. ad probationem, C. de probat.* & q † inſtrumentum non cantat, nec nos 114 cantare debemus, *l. fi. C. de falſ. cauſ. adiect.* Nam limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris, de acquir. rer. domin. latè Weſemb. conſi. 52. nu. 24. part. 1.* Tranſactio enim † ſuper eo tantum facta 115 cenſetur, de quo lis aut querela fuit mota, nec ad alia extẽdẽda, *l. 1. l. qui cũ tutoribus, in princ. & §. 1. & 3. de tranſact. l. age cum Geminiano, C de tranſactionib.* Et ad hunc effectum Conſiliarii d. verba: Im Kauff vervortheilt/ vnd kein Vormund/ ꝛc. ſicut in ſupplicationibus illa poſita, ita in ſuo receſſu repetunt eadem, & inſerunt, vt ſignificent, ſeſe tantummodò illas duas cauſas, & nullas alias, mul ò minus commiſſas falſitates, in conſideratione habuiſſe. Eodem modo & illa Tranſactionis verba, quib⁹ Conſiliarii dicũt vulgariter, Hiemit † gãtzlichen von jhrer jetzigen Forderung abſtehen/ ꝛc. 116 ſunt conſideranda. Nam illa in plurali numero ſunt concepta, idoque certam actionem, ſcilicet ratione deceptionis vltra dimidium precii, de qua in principio Tranſactionis eſt dictũ, tantum reſpiciunt, & ſunt verba relatiua & reſtrictiua. Nam, Von jetziger Forderung abſtehen/ nihil aliud inferre videtur: quàm q Actores ab hac præſente lite deſiſtere debeant, & ita tranſactionẽ ad certam cauſam reſtringunt, & alias cauſas, ſuper quibus lis non fuit, excludunt, *d. l. ſi de certa, ibi Iaſ. n. 2. C. de tranſactio. & eſt tex. ſimilis in l. qui cum tutoribus in verb. ſola portione. ibi gloſ. in verb. non ſubmouebitur, in vltima ſolutione. & ibi Iaſ. in fin. n. 1. ff. de tranſaction.* Et hoc multò magis in cauſis odioſis. *Bart. in l. ſi conſtante, num. 42. ſolut. matrim. Iaſ. ibid n. 87. 93.* Præterea huc faciunt illa Tranſactionis verba: Sondern viel mehr der angezogene beſchehene Kauff hierdurch in aller beſter Form Rechtens ratificirt/ beſtättigt/ vnd Beklagten bey dem Beſitz gedachter Güter bleiben ſolten. Quæ verba emptionem factam præſupponunt, & ſpecialem litem, ratione contractus, deſignant, *d. l. ſi de certa re.* Et Conſiliarii hoc egiſſe videntur, quod d. emptio per Actores ratificaretur. Ideoque ad cauſas in illa expreſſas debent referri, & non extendi ad falſitates, *d. l. qui cum tutoribus, §. 1. ibi Iaſ. n. 1. idem Laſ. l. qui Romæ, §. duo fratres, de verb. obl. Caſtrenſ. l. tres fratres, n. 4. de pact.* Tametſi verò in d. tranſactione illa generalia verba habentur: Alle Gerechtigkeiten vnd Behülff an Siegeln vnd Brieffen/ ſo ſie à ſenatu der Statt Bergen / vnd ſonſt bekommen haben möchten / den Beklagten vbergeben/ noch deren vnd dergleichen hinfort nit gebrauchen ſolten: Tamen illa ſecundũ præcedentia & ſequentia eſſe limitanda & reſtringenda, *d. l. ſi de certa. & Dd. in l. ſub prætextu ſpecierum, C. de tranſact.* Nunc verò præcedentia & ſequentia verba loquuntur de allegata deceptione: Item de emptione, per Actores ratificanda, & de ſecuritate, ratione eiuſdem emptionis, facienda: prout ſtatim poſt generalem clauſulam ſubiicitur: Quod Actores pro ſe, & ſuis fratrib⁹ ſich verobligirt/ wo Rei deß Kauffs vnnd Vertrags halben einiger weitern Wehrſchafft vonnöhten/ daß ſie dieſelben vnweygerlich thun wölle. Et contractum emptionis, & eius ratihabitionem

nem & securitatem tantum respiciunt. Et hoc etiam in generali clausula Actoribus iniungitur, daß sie alle Brieff vnd Siegel Reis vbergeben sollen. Cum igitur ciusmodi documenta sint nudæ exemplationes & copiæ venditionis. Igitur generalis illa clausula videtur tantum de emptione intelligenda: vt per talem literarum traditionem, emptionis ratihabitio, approbatio, & possessionis confirmatio ab Actoribus fiat. Nam stipulatio
117 generaliter, † seu indefinitè, super aliquo actu interposita, intelligitur secundum naturam sui actus, *l. si stipulatus, in princip. de vsuris.* & generalis
118 clausula † ad sua specificata restringitur, & ad diuersam causam non extenditur, *dict. l. si de certa. ibi Bartol. & Ias. n. 8. in fin. Alciat. n. 3. & 4. idem Ias. dicto §. duo fratres. n. 27. Panor. c. 1. n. 6. de transact. Wesemb. d. cons. 52. n. 42.* Et illa verbis illius actus cognosci debet. *Alciat. in d. l. si de certa, n. 5.*

Ergò cum certæ causæ tam in principio, quam fine nostræ transactionis expressæ sint, videtur, dictam generalem clausulam ad falsitatis causam non esse extendendam, tanquam diuersam. Et est textus expressus *in l. si ita quis promiserit* 135. *§. fin. de verborum obligation.* vbi filia contra testamentū patris inofficiosum egit, & deinde transegit, & renunciauit, cum generali stipulatione, se non amplius acturam: nihilominus si patris testamentum falsum comperiatur falsum fuisse, non tamē impediri, de falso agere, &c. Qui textus in terminis ad hanc nostram facere potest. Et hæc de Transactione, quæ vel sola satis probat, super falso, nec actum, nec transactum.

Sextò, principaliter considerat, quod quando
119 exceptio rei iudicatæ † vel transactionis, ratione allegatæ falsitatis obstare debet, requiritur, quod desuper etiam fit cognitū, *l. 1. verb. quæsitum. ibi gl. & Bart. C. si ex fals. instr. Innoc. c. licet causam, n. 1. de probat.* Et q̄ Iudex nō perfunctoriè, sed plene super falso cognouerit, vt docent, *d. l. si ex in fin. verb. nisi forte, C. de transact. & Bald. in l. si. n. 4. vers. si autem super falso plene sit cognitum, C. de fide instrum. Et idem Bald. in d.*
120 *l. 1. n. 2. C. si ex falsis instrum.* Hinc transactio, † sine cognitione interposita, ipso iure est nulla, *l. cum hi, §. si prator, verb. nulli, de transaction. Felin. late cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, col. 7. versicul. sed in contrarium, extra de constit.* & huc facit *textus in l. ex stipulatione, ad fin. C. de sent. & interloc. ibi Bald. imò idem Bald. in c. 1. ad fi. tit. de inuestit. in marit.* dicit: Quod quidem arbitrator ex abrupto laudauit, parte non audita: ideo pronunciandum, laudum esse nullum. Et sequitur *Panorm. in c. Quintauallis colum. penultima, de iureiurand. Felin. in iam d. c. col. 8. versicul. 13.* vbi plures authoritates allegat. *Roman. consil. 454. num. 12. ibi additio, lit. S.* Nunc verò, quod Consiliarii super falsitatibus commissis non cognouerint, patet ex ipsa transactione, in qua saltem duæ causæ sunt expressæ, *vt dictum.* Deinde etiam, quod de causa debite non cognouerint, probatur: quia non solum partibus hinc inde instrumentorum copias non communicarunt: sed ne quidem ante transactionem, instrumenta Actoris ad se recepisse videntur, vt Actor in prima instantia conqueritur, & ex fine Transactionis colligitur, ita quod Rei per sua documenta, suamque supplicationem, & Actoris quietantiam, ipsis Consiliariis obrepserint, quod his attentis Actoris instrumenta ad se recipere voluerint, & perlegere. Et sic ex hoc fundamento transactio non consistit. *Bald. Bart. l. si quis obrepserit, ad l. Corn. de fals.*

Præterea cognitionem † non interueniisse, ex 121
breuitate temporis, & ipsa facti euidentia probatur. *Bart. in l. probata, n. 10. C. de sent. & Fel. d. c. Ecclesia, col. 5. 6. 7. Castr. cons. 198. part. 1.*

Nam eo ipso, quod Consiliarii instrumenta Actoris non receperint, nec legerint, nec ipsi etiam ad suam petitionem Reorum instrumentorum copias exhiberi mandauerint, iuxta *l. is apud quem, C. de edend. l. fin. ibi Bart. nu. 5. Bald. & Castr. n. 4. C. de fid. instrum.*

Nec etiam Actori petitam dilationem concesserint, sanè sine debita causæ cognitione eos processisse, euidentia facti demonstrat, quod ob id transactio nulliter facta videatur. *Felin. d. c. Ecclesia, columna 7. versicul. in contrarium, argum. l. prolatam. ibi Bald. C. de sent. & interloc.*

Septimò principaliter considerat, quod etiam Rei in prima instantia nusquam in suis articulis, ad elidendam Actorum intentionem, super falso transactum fuisse, articularunt, sed saltem petitam in integrum restitutionem, quadriennio elapso, locum non habere, Actoremque secundum consuetudinem loci, contra habitum Consiliariorum excessum, non audiendum, exceperint.

Octauò considerat, quod Rei apud acta in suis articulis & responsionibus, non solum falsitatem commissam negarint, & hoc modo exceptionis fundamentum constituere non possint, verum etiam Actor in refutatoriis suis articulis, *fol. 107. artic. 5.* posuerit. Daß er der Brieff Falschheit nit fürgewandt: Ipsi ad eundem articulum, *fol. 121.* respondendo, credunt, Daß Actor sich dero Zeit der Brieff vnd Siegel gebrauchet / aber nit / daß er der ehrnrührigen Wörter / von Falschheit oder andern / sich vernemmen lassen dörffen oder können. Quam responsionem in conclusione art. 16. *fol. 126. pag. 2.* pro iudiciali confessione acceptauit. Itaque ex propria Reorum confessione infertur, tempore transactionis, quæstionem falsitatis motam non esse. Quæ confessio † sola contra Reos 122
satis probare videtur, *l. generaliter. ibi Bart. C. de non num. pecun. c. fi. ibi Butrig. de confess.*

Et hoc eo magis, quod causam addunt, scilicet, quod Actores non ausi fuerint, nec potuerint. Nam illis verbis tacite metum, & defectum probationis necessario inducunt. Cum verbum, *potest*, necessitatem inferat, *gloss. cap. 1. de reg. iur. in 6. Alciat. l. nepos Proculo, de verb. sig.* Et hanc Reorum confessionem maximè hic attendendam existimat.

Nonò, ad d. documenta progrediendo Actor noster cū aliis documētis & literis, *A. B. C. E. F. H.* in

prima

prima instantia exhibitis, falsitatem probare intendit. Ac tametsi tria instrumenta, literis C.D.G. signatis, quæ Actor, tempore Transactionis penes se habuit, cum quibusdam instrumentis, iisdem literis notatis, post Transactionem exhibitis, videantur conuenire: tamen per omnia in verbis non conueniunt. Nam in exemplatione primi documenti, *lit.* C. habetur, quod documenta in libro *fol.25.* sint registrata. At verò in documento post exhibito, narratur, illa *fol.*20. registrata haberi. Item eodem documento, *lit.* C. tenor literarum venditionis, & transportus simul continetur. At in documento C. post exhibito, deficit transportus, sed est instrumentum separatum, vt apparet *lit. A.* dato 17. August. Anno 47. Deinde priora documenta, C. & G. notata, cum instrumentis nouiter exhibitis, in dato non conueniunt. Item in documento G. tempore transactionis habitæ, integræ quædam regulæ, id est, lineæ sunt omissæ, quæ in latina versione habentur. Et concesso, quod hi defectus non videantur considerandi: Tamen in eo potissimum videtur diuersitas, quod in tribus illis prioribus instrumentis, Consules & Senatus Bergensis, de falsitatibus commissis nihil dicant, quod ea ratione talis falsitas cognosci non potuerit. At vero econtra, d. Consules & Senatus, in postremis documentis, scilicet, litera C. disertissimis verbis declarant ac testantur, Commendatitias illas literat suo nomine, ad Nicolaum Mum, Iudicem Bucholdeæ transmissas, æstimari inefficaces, sine suo, suorumque prædecessorũ consensu, contra stylum & vsum, à famulis Secretarii d. Ciuitatis, dolose conquisitas esse. Ergo hoc postremum documentum, litera C. à priore diuersum censetur. Similiter d. Consules & Senatus in instrumento litera E. expresè testantur, nunquam Tutores & Prouisores Cameræ pupillorum ipsis Actoribus quamdiu mater vixit, ordinatos fuisse. Quæ attestatio in prioribus deest. Item in instrumento litera H. signato, iidem Consules & Senatus documẽta ordine recensent, & illa diuersis modis falsitatis arguunt, vt in eo patet. Ex quibus omnibus rationibus, supra adductis, existimat, inferri posse, super falso non esse actum, nec cognitum, nec transactum.

Ad contraria argumenta quod attinet, putat primum (quo dicitur, Actorem ante transactionem, tria illa documenta C. D. G. penes se habuisse, ipsumque iisdem vsum fuisse, ergo falsitatem sciuisse) non obstare: Quia vtrunq; negari posse
123 videtur. Nam aliud est, † habere & ostendere instrumenta, aliud verò, eis vti. *Bald. in l. eo quod à multis in fin. C. si cert. petat. arg. ca. contingat. ibi Felin. versic. item per illum textum. extra. de fide instrum.* Ita quod is dicatur vti instrumentis, qui ad probationem & defensionem sui iuris exhibet. At vero Actor sua documenta, tempore transactionis nõ exhibuit, vt patet ex Actis transactionis, & tenore Recessus, *vt supra dictum.* Ego. Et concesso, Actorem sua documenta Consiliariis exhibuisse: Tamen nec intuitu falsi commissi, nec etiam ad falsitatem probandam exhibuisse dicitur, vt *supra, in d. rationibus deductum.* Nec etiam Actor ex illis documentis falsitatem sciuisse videtur. Quia contractus emptionis, † Item, traditio & immissio, 124
concernunt factum alterius, cuius iusta est ignorantia *l. ignorantia facti. C. de iur. & facti ignor.* Et hæc ignorantia eo magis in Actore probatur, quod tempore venditionis in minore ætate existens, per emptores in Dantzig dolosè ablegatus, emptioni non interfuit, & quando biennio elapso rediit, mater obiit: Quod talis absentia etiam iustissimam ignorantiam inducat. Deinde ex prioribus instrumentis falsitates scire non potuit, propter eandem fortè ignorantiam. Nam tametsi quis documentum litera D. perlegat, non tamen inde contractus falsitatẽ scire poterit, cum facti † interpretatio etiam prudentissimos fallat 125
l. in omni. de iuris & facti ignor. Et ille dicitur † scire, 126
qui rem per causas cognoscit, vt ait Aristoteles. Scit enim, qui habet scientiam facti, cum omnibus suis qualitatibus. *Alexand. consil. 179. n. 1. lib. 2.* Talem autem scientiam facti cum omnibus suis qualitatibus non videtur Actorem nostrum habuisse, per causas *supra allegatas.* Et quamuis Actor etiam instrumenta legit: tamen ex sola † lectione 127
tanta instructio non præsumitur, sicut ex plena totius facti cognitione, seu examinatione, hinc qui vidit dicta testium, & plenè non fuit percunctatus, is à noua productione testium non repellitur. *cap. vltra tertiam. ibi glo. Panorm n. 1. Felin. in princip. de testib.* Et eo magis præsumitur, Actorem talem scientiam non habuisse: quia est homo indoctus, & illiteratus, qui iuris solennitates in instrumentis, bonorum traditionibus, in ordinatione tutorum, quis verus, quis falsus Tutor, quæve actionis falsæ natura sit. Quapropter *idem Ang. in d. §. duo fratres, versic. expeditis. ibi Lason. n.* 59. censuerunt, hac ratione hominis docti, † & ho 128
minis indocti, considerationẽ esse † habendam. 129
Et iura plerunq; rusticis & illiteratis hominibus, ob imperitiam & rusticitatem, subuenire solent. *l. si quis id quod. ibi glo. verb. imperitiam. de iurisd. omni. ind. l. cum de indebito. §. sin autẽ. ibi gl. de probat. l. regula. §. hac ratione. de iuris & facti ignorantia.* Et siquidem Actor aliquid scire potuisset, non tamen videtur attendendum: quia parum scire † aut nihil scire, 130
æquiparantur. *c. licet causam. §. quanquam. de probat. Vide glo. in §. pen. verb. inter quos Damhoud. in Enchirid. iur. verb. parum, & scire.* Et quanquam ex d. documento litera D. appareat, Actores post obitum patris, tutores non habuisse: Tamen per hoc non putat falsitatem directò ex eo probari: cum ille defectus Tutorum, ad contractus nullitatem possit referri. Quia falsitas, † quantum fieri po- 131
test, est vitanda: *Castrens. cons. 120. part. 1.* Nec etiam per hoc documentum directe venditio per matrem facta, quæ postea per Actorem fuit ratificata. *d. l. 1. C. si maior factus alienat. annullat.* Licet enim mater † non possit alienare, ratione dominii, 132
l. mater tua, vbi gl. 1. ibi. Bartol. C. de rei vend. l. Mancipia.

C. de

C. de reb. alien. non alienand. Tamen ratione obligationis, valet contractus: Et si filius ratificat, contractus subsistit, *supra d. ll.* Accedit, quod sæpe etiam venditionis † instrumentum falsum esse 133 possit: quod tamen negocium, seu contractus emptionis, in eodem conceptus, per se sit verus: *Bald. dict. l. alia. numero 2. C. de his quib. vt indign.* Et si in hac causa consideratur, quod hæreditas illa Arnoldi, ipsis Actoribus, tempore venditionis, non plane fuit acquisita, & emptores persuaserint, licet falso, plures reperiri cohæredes. Item: bona ære alieno grauata esse, quilibet statim crederet, hoc casu bona pupillorum nõdum acquisita, alienari posse, Iuris solennitate non obseruata *l. ob æs. C. de præd. minor. l. 1. C. quando decret. opus non.* Quod hisce consideratis, documenta D. G. quæstionem falsi, eiusque probationem directe non inducant. Et cum Actor venditionem ratã habuerit, defectũ Tutorum suppleuit, ex quibus infert, primum argumentum non obstare.

Ad alterum argumentũ, quod scilicet Actor in vltima supplicatione fuerit cõquestus, existimat, ex verbis & proprietate verborum falsitatẽ non facile induci posse: Et præmittit, quod ver- 134 bum † *falsitatis*, varie accipiatur: nimirum generalissime, generaliter, & proprie, secundum *Bartol. in l. quid sit falsum. ad l. Corn. de falsi.* Proprie dici- 135 tur, † quæ dolo malo commissa est, *Bartol. in d. iam lege. & l. nec exemplum. C. de tit. Alexand. consilio 77. lib. 1. Ang. in tract. malefic. verb. falsario. numero 2.* & talis falsitas non videtur in vltima supplicatione allegata, in quẽ finem quædã verba sunt examinãda Et in primis, q. Actor in narratis allegat: quod emptores, mit seiner Mutter hinderlistigt vnd verforthelt. Et cũ matre allein/one beyseyn der Vnderhendler/ vnd Besichtigung der Güter/ auff das der Betrug/ vnnd Geringigkeit des Gelts nicht an Tag 136 kãme. Quæ verba, † quod scilicet cum matre dolosè egerint, & minorennes deceperint, de dolo malo intelligenda videntur, *l. 1. l. si quis affirmauerit.* 137 *de dolo. l. 1. C. de rescind. vendition.* Nam quando † dolus bonæ fidei contractui dedit causam, censetur nullus, *l. & eleganter. de dolo malo.* Ideoque dolum malum, & exceptionem, vltra dimidium iusti precij Actor allegauit, vt nullitatem contractus 138 inferret. Et licet falsitas † sine dolo non committatur, *d. l. nec exemplum. ibi Bartol.* Tamen dolus malus, & falsitas, diuersa sunt delicta, & ex iis diuersæ competunt actiones. Ergo separatorum, separata est natura, *l. si de certa. numero 4. Castr. consilio 431. num. 7. lib. 1.* Et sic à dolo ad falsi crimen alia illatio est. Similiter & illa verba, Das der Betrug vnd Geringigkeit des Gelts an den Tag kãme/ &c. exiguitatem precii arguunt. Quia actor in tota narratione d. supplicationis, non negat, venditionẽ factã nec dicit, eã falsã, sed de deceptione, & vilitate precii, & quod matrẽ dolosè ad venditionẽ induxerint, quasi ære alieno hæreditas esset grauata, iuxta *d. l. si. quis affirmauerit. de dolo.* Ita quod totã suã intẽtionẽ ad *L. 2. C. de rescind. vend.* dirigat.

Non obstant verba *quod Emptores cum matre* gen Bergen gezogen/ vnd ihre Brieff *taliter qualiter* bekommen. Quia iisdem verbis in prima supplicatione est vsus: Et sic ad nullitatem tantum ea verba respexisse, ac idem significare videntur, quod *verba, taliter qualiter. per l. qui fundum. quemadm seruitut. amit. vbi Cels. & gl. in verb. habens,* illas dictiones pro *qualitercunque* exponit. Idem *in l. ãs qui hæres,* dicitur, qualis qualis sit conditio, id est. qualiscunque, *ibi gl. & Ias. n. 37. l. gerit. de acquir. poss. Ferrar. in libello rescind. sentent.* His attentis, putat illa verba *taliter qualiter.* pro qualitercunque intelligi posse: Cum Actor nullo falsitatis verbo sit vsus, & aliter verba, qualiter qualiter, & similia verba vniuersalia, quæ ad habilitatem contractus, vel extensiuè vel declaratiue accipi possunt, ita sunt interpretanda, vt vicio careant, neius commune, vel alterius lædatur, Bart. *L. 1. §. nunciatio. n. 25. & ibi Ias. n. 5.* Existimat, vt dictum. Quanquã etiam Actor post specificationem bonorum, in supplicatione quibus deceptionem & vilitatem precij docet subiungit. Daß nun solcher Kauff auffrichtig/ Coram Consulibus & Scabinis, vnd die Außgãng durch die Vormünder vnnd Consens der Wensen meister beschehen seyn solt/ werden sie nimmermehr gnugsamb beweisen/ &c. Vnd welcher Gestalt sie die vermessene Brieff bekomẽn/ wirdt zu seiner zeit herfürbrechen. Et vt hæc verba innuere videãtur, Actorẽ ipsum de validitate emptionis & instrumẽtorum, aliquatenus hæsitasse, tamen nihil certi in iis de falso exprimit, sed dubitatiuè per modũ interrogationis quærit, & onus probandi in aduersarios reiicit, quod scilicet nunquam sufficienter talem emptionem probare possint validã, coram Scabinis, cum consensu præfectorum factam. & eo ipso Reos aliquid probare posse, licet non sufficienter videtur concedere: Et quia Rei in sua supplicatione veriti non fuerint affirmare, sese d. bona à matre, & ipsomet Actore, cæterisque tutoribus emisse ipsumque Actorem primam schedulam emptionis, propria manu scripsisse. Certe siquidẽ Actor falsitatis plenam cognitionem habuisset, vel super falsitate suam intẽtionẽ fundare voluisset, citra vllã præmeditationem eam allegasset: cum ad hoc Rei in sua supplicatione occasionem dederint, & tamen falsitatis crimen ipsis non obiecit. Quod deinde habetur, das solcher dolosus contractus, in quo vltra dimidium iusti precii decepti sunt Actores, nunquam pro legitima emptione, etiam desuper ea documẽta obtenta valida haberi & decerni debeant, cum præfecti de negocio nihil sciunt & ipsi Tutores non habuerint, derhalben solcher Handel nichtig vnd die Brieff auch possessio emptorũ krafftlos seyn: In iis denuo deceptionem, & contractus nullitatem, instrumentorumque validitatem & cassationem allegat, nullibi autem, contractum aut instrumenta falsa, aut falso conscripta asseruit, aut alias falsi qualitates deduxit, nec etiam contractus, aut instrumentorum verba & mentem directe impugnat. Nam tum dicitur instrumẽtũ falsũ, † quãdo ab eo verba & mẽs 139

contrahentium remouentur: Si vero non verba, sed mens tantum remouetur, tunc dicitur simulatum, *Bald. in l. si ex cautione. n. 5. C. de nō nu. pec.* Nec sufficit falsitatem in genere allegare, sed in specie est exprimēda: *Bartol. consilio 65. n. 2. part. 1.* Quod
140 enim † pluribus modis fieri potest, hoc per allegantem declarari debet: non enim videtur sequi: Instrumentum falsum est: Ergo in totum falsum existit: *Bald. l ab Anastasio. n 6. C. Mandat. Castrens. cons 261. n 2. part. 2.* Et siquidem aliqua verba falsitatē, aut non falsitatem includerent: tamen ea coniectura facienda, quæ falsitatem non importat,
141 *Ang. d. §. falsario. nu. 1.* Nam in dubiis † semper benigniora sunt præferenda. *l. semper in obscuris de reg. iur.* Et benigniorem sequi interpretationem tutius est, *l benignius. de ll. l. si fuerit. in fin. de legat 3. ibi: hoc valere benignum est.* Quod non solum in cōtractibus. verum etiam in delictis procedit. *Dec. in dict. l. semper de reg iur.* Quibus accedit, quod in libellis non respiciatur, quid, quale, & quātum narretur, sed quid ex narratione concludatur:
142 quia modus agendi, † substantialiter consistit in conclusione: *Bald. l Titia numero 56. C. de edend. Et*
143 *leg 2. n. 6. C. de petit. hared.* Et verba generalissima, † quæ in narratione ponuntur, secundum conclusionem sunt intelligenda: *Bald. in l. domum. de rei vend. Iason in §. omnium. Institut. de Action numer. 130.* Et hōc tam in exceptionibus, quam actionibus procedit. *Panorm. in cap. parte. n. 3. de foro compet. Iason loco quo supra.* Nunc vero Actor in prioris supplicationis cōclusione, ad quam se in secūda supplicatione refert, in effectu petiit, oblato precio sibi bona restitui, alias per Consiliarios audiri causam, & definiri: Quod ea ratione Actor, secundū *l. 1. & 2. C de resc. vend.* & similes principaliter processisse & concluisse videatur.

Ad clausulam salutarem quod attinet, siue prima vel secunda illa supplicatio attendatur; illam putat tum habere effectum, vt actio, quæ ex narratis colligi possit, deducta censeatur, *Gabriel. in tract. de claus. concl. 4 n. 8.* Ideoque si ex prosecutis constat, Actorem se ad certum remedium restringere voluisse, tunc d. clausula in alio remedio non operatur. *Innoc. in c. cum Dilectus. vers. quid dicemus. de ord cog.*

Quapropter si ex libelli narratis plures actio-
144 nes competere possunt, † vt puta, l. Aquiliæ, ex damno, &c. & vi bonorum raptorum: Item furti, & vnde vi, &c. cum alia fiat condemnatio in vna quam in alia: Tum secundum illam actionem condemnatio fieri debet, quæ minorem condemnationem requirit. *Specul in §. iam nunc videndum. vers. iustitiam mihi fieri. tit. de libelli concept. Gabr. vt supra. Item vero, vt supra dictum*, ex narratis & petitionibus Actoris clare deprehenditur, Actorem ad remedium *d. l. 2. C. de rescind. vendit* se restrinxisse. Ergo etiam secundum illud remedium videtur intelligenda, & ad falsitatem, quam non allegauit, non extendenda. Nec etiam ea, quæ tacite cogitata sūt, fidē habēt, sicut id de quo
145 expresse fuit querelatum. Expressa enim † nocēt, non expressa non nocent. *c. expressa. de reg. iur. in 6.*

Quapropter tacita † iuramenti calumniæ remis- 146
sio valet *l. 2. C. de iuram. calum. c. caterum. extra. eod.*
Sic iuris error, † in sententia expressus, viciat, se- 147
cus si tacitè colligatur. *c. 1. de sent. & re iud. Dec. d. l. expressa. num. 3.*

Nec obstat *l. ipse significas: C. ad l. Cornel. de fals.* Quia ibi ante Transactionem quæstio falsi ex presse fuit mota, vt intelligit *gl. in d. l. si ex falsis. C. de Transact. in verb. præcipimus, ante fin. & Bart. ibid. 2. lect. num. 12. Bald. num. 8 in fin. Idem in d. l. ipse significas.* dicit: quod ibi super falso fuit Transactum, & sic concordare cum vltimo responso *d. l. si ex falsis.* Atque ita satis innuit, quod in d. l. *ipse significas*, primo inter partes super falso, controuersia & Transactio subsecuta, & hoc non extraiudicialiter, nulla habita cognitione, vt in causa nostra: sed in iudicio, vt verba textus probant. Secundo, per d. l. *Ipse significas.* probatur, instrumenta ab aduersariis fuisse adhibita, dum textus habet: *Ipse significas cum primo aduersarij instrumenta &c.* Sed Rei nostri nunquam sua documenta exhibuerunt: Ideo Actor, ob negatam editionem, falsi quæstionem mouere non potuit multo minus super falsitate transigere, & *Bald in d. l. ipse significas* notandum dicit, quod is, † qui per errorem non 148
transegit, ab accusatione repellitur. Ergo concedit, per errorem transigentem ab accusatione falsi non repelli. Et ille error, † cum prudentissi- 149
mum quemque fallat *d. l. in omni de iur. & fact. ignor*, & magis in homine illiterato præsumitur, quia is excusatur, *vt supra dictum. l. si quis id quod de iurisd. omn. iud. d. l. cum de indebito. § 1. de probat. Bald. l. 2. num. 8. C. de rescind. vendit. Alciat. dict. l. si ex falsis. numero 34. C de Transact.*

Tertio, ex *d. l. ipse significas*, notoriū, Reū aduersę partis documenta, in iudicio exhibita, diserte suspecta habuisse: vt probatur per illa verba: *Fidē eorū habuisse suspectam, &c.* Atq; ea ratione cōtta documenta de falsitate expresse exceptum fuisse. Atq; hoc modo *Bald.* argumentatur ad eandem *l. ipse significas*, † & intelligendum putat, vt loquatur de tali dubitante, qui ratione dubitationis, instrumentorum fidem suspectam allegauit, non autem in eo, qui tacuit, & nihil excepit. Nā is per errorem transegisse videtur, *vt Bald. in 2. notab. bene declarat.* Nesciens † & dubitans † qui 151
parantur. *l. fin. §. sin autem. C. de furt. Bald. in l. lege sacratissim. num. 2. C. de ll. aperte tenet ita: per d. §. sin autem.* Et sic diuersimode ignorantem accipi, ibi docet. accedit *Ias. l. quam diu. num. secundo C. qui admitti ad bonor. possessionem.* Et ideo, sicut ignorans, † ita quoque dubitans suo iuri renunciare non 152
dicitur, de quo dubitat. *l. mater. de inoffic. testam. d. l. fin. ibi Bartol. numero secundo.* Ex prædictis facile infertur, quod nostra hypothesis, à casu *d. l. ipse significas*: longe sit diuersa, cum in d. l. documenta in iudicio fuerint exhibita parti, suspicionis exceptio expresse allegata, & desuper tandem hinc inde inter partes transactum: quæ omnia in hac nostra causa nequaquam interuenerunt: Ergo per Reos d. loco male allegatum

legatum esse, & mirum, quod ita allegata. Ex eo, quod in prima instantia detrectarunt editionem Actorum, præsumitur non sine dolo malo ea documenta denegasse: Ergo. Tertiũ argumẽtum: quod scilicet Actor generaliter trãsegisse videa-
153 tur. Ideoque generalem † Transactionem, ad omnia illa, de quibus in genere cogitatũ fuit, extendendam esse, parum ipsum mouet. Quia ta-
154 le argumentum in generali actione, † vt, negociorum gestorũ, tutelæ, pro socio, &c. *per l. actione administrata. C. de Transact.* Vel quãdo Actoris petitio & transactio generalis est, *l. sub prætextu. ibi Dd. C. de transact.* recte procedit. Non autem in his tribus casibus, quando petitio & Transactio simul est specialis *l. si vnus. §. in summa. de pact.* Aut, quando petitio generalis est, & Transactio specialis. *d. l. age cum Geminiano. C. de Transact.* Aut quando petitio est specialis, & Transactio generalis *d. l. si de certa. C. de Transact.* locum habet. Quia in his casibus Transactio semper specialis censetur, specialemque effectum producit, non obstante, quod in iam d. casu vltimo, illa generalis clausula: nihil amplius petitum in Transactione fuit adiecta: quia illa, semper, secundum petitionem, est restringenda, vt *supra quoque, in quinta ratione principali, est deductum*, per *d. l. si de certa. ibi Dd. C. de*
155 *Transact.* Nam semper generalis Transactio, † secundum specialem petitionem & causam Actio-
156 nis restringitur. Hinc generalis † excommunicationis absolutio restringitur ad causam in petitione expressam tantum: Quia species præcedens, restringit genus sequens. *c. sedes. de rescript. & Clem. non potest. de procurat. Felin. in c. inter dilectos. co-*
157 *lum. 4. vers. notata. pro intellectu de priuil.* Et † quando de intellectu petitionis fit dubium, attenditur ipsius conclusio, non narratio. *Felin. in dict. loco. Roman. cons. 122.* Iam vero quod nostra specialis censeri debeat ex petitionibus, & causis iis expressis, itemque ex ipsius recessus tenore satis probatur: vt *supra in quinta ratione principali, ad quæ se remittit.*

Nec obstat generalis clausula: Das Actor alle seine Gerechtigkeit vnd Behülff, so er an die Sigel vnd Brieff von den Burgermeistern vnd Rath zu Bergen bekommen, vnd sonst bekommen worden, sollen vbergeben, vnd deren nicht gebrauchen, &c.
158 Transactioni inserta: Quia, vt dictum, † illa secundum verba præcedentia & sequentia est restringenda, ad causas expressas. Secundo quia ibi Actionum cessio non habetur, nec Actor omnibus iuris beneficiis renunciauit, *vt Dd. in d. l. sub prætextu. & Panorm. in d. cap. 1. de transact. tradunt.* Quod merito ad alias causas & actiones, à deductis diuersis, extendi non potest *dicta l. si de certa.* Tertio: Et siquidem transactio ipsa, vel etiam d. clausula, generalem Actionum renunciationem contineret: Tamen, quia generalis libera-
159 tio † per se odiosa est, & ad ea, ex quibus magna resultat læsio & inæqualitas, extendi non debet, *Alexand. consilio 46. lib. 1.* Quod adeo verum est, vt quamuis generaliter omnium remediorum ac petitionum renunciatio fiat: Tamen remedio *d. l. 2. C. de rescind. vend.* & exceptioni doli, quæ ob nimiam læsionem datur haud quaquam renunciatum intelligitur: *Bald. Castrens. in dict. l. 2. C. de rescind. vend. Bartol. in l. si quis cum aliter. in fin. ibi Ias. num. 21. de stipul. Wesenbec. consilio 42. num. 73. part. 1.*

Quarto, certum est, quod Transactio, † quan- 160
tumuis ratione vniuersalis actionis, vel clausulæ insertæ, fuerit generalis: Tamen nunquam dolus, etiam præteritus, in tali Transactione dicitur remitti, nisi super dolo specialiter fuerit trãsactum. *d. l. actione. in fin. per illa verba, nisi specialiter de dolo transactum sit, & ibi Ias. num. 8. & 11. Alciat. num. 36. C. de transact. per text. in l. si quis rationes. in fin. & l. Aurelio. §. Caius. de lib. legat.* At vero allegatæ falsitates sine dolo malo non sunt commissæ, *d. l. nec exemplum. C. ad l. Corn. de falsi. l. 1. in princip. eod.* Et tale falsitatis delictum, † ipsum dolum su- 161
perat, grauiusque delictum censetur: *l. pen. & fin. C. de falsi.* Ergo generalis illa Transactio vel clausula, ad falsum, dolo commissum, extendi nequit, nisi specialiter insuper sit transactum. *d. l. actione. C. de Transact.* Quod hic non putat esse factum. Et pro maiore confirmatione Iudicis facit, quia falsi crimen † propter enormitatem, præter 162
cætera delicta, illud speciale habet, quod in generali omnium delictorũ remissione nunquam crimen falsi comprehendatur, *Hippol. Marsil. in sing. 163. incip. crimen falsi. vbi plures authoritates allegat.* Hinc statutum, † loquens de incarceratis 163
relaxandis, non porrigitur ad eos, qui ob crimen falsi sunt incarcerati, nisi per statuentes hoc specialiter fuerit dictum: *Bartol. l. Lucius. in fine. ad Turpil. Hippol. vt supra.* Sic etiam licet † confirma- 164
tio defectum in confirmato existentem suppleat. *c. quoties. extra. de pact. c. 1. de Transact.* Tamen quando priuilegium, † quod confirmatum est, 165
reperitur falsum, tunc etiam confirmatio per Principem facta nihil operatur, etiamsi cũ clausula, ex certa scientia; & plenitudine potestatis, supplendo defectus, si qui sunt, confirmatio facta sit: Quia illa † clausula tantummodo circa so- 166
lennitatem, Iuris defectus supplet, non autem circa falsitatem commissam. Quia quando priuilegium, falsè fabricatum, consensus omnino deficit: ideo Princeps non intendit confirmare, *per Panor. in c. inter dilectos. num. 8. ibi additio litera B. Felin. ibid. colu. 5. de instrument. Hippol. d. loco.* Secus autem foret, † quando Princeps expresse diceret, 167
se confirmare, non obstante falsitate, etiamsi qualitatem falsitatis non specificaret. *Felin. d. loco. l. si docueris. d. l. Lucius. ad Turpil.* Inde putat nostram transactionem specialem esse, & siquidem generalis habenda sit, tamen ad actionem & exceptionem falsi non extendi eam posse, cum super falso specialiter non sit transactum, nec etiam in d. clausula, commissa falsitas specialiter sit remissa. Et sic tertium dubium non obstare.

Quartum argumentum: quo dicitur, Actorẽ tria documenta, literis C. D. G. virtute transactionis, ipsis Reis tradidisse: Ergo ipsum omnem actionem remisisse censeri: non videtur atten-

dendum. Nam semper Actor apud Acta negauit, se istiusmodi documenta ipsis Reis, vel ipsorum
168 parentibus tradidisse, & traditio † facti est *l. consilio. §. fin. de curat. furios. dand.* Ideoque probari debet: quod per Reos non est factum. Ac tametsi Rei præsumptionem pro se habeant, qua ab onere probandi releuentur: Tamen hæc aliis fortioribus præsumptionibus & argumentis elidi posse videtur. Primo namque satis notum est, Actorem tempore transactionis, hæc documenta non exhibuisse. Deinde etiam à Secretario, more solito, non fuisse subscripta, nec eadem actis d. recessus inserta reperiuntur, quasi ab Actore tradita essent. Imo ex recessus tenore probatur, Actorẽ post obtrusam Transactionis copiam, illa documenta penes se habuisse, quod ea ratione Reorũ parentes ab alio quodam potius, quam Actore d. documenta accepisse videantur: Cum Rei omnia non sine dolo & fraude fecisse dignoscantur.

Sed huic argumẽto non insistit, cum parum referat, à quo Rei d. Instrumẽta receperint, postquam Actor quinquaginta taleros acceptarit. Quod autem per consequens infertur, per traditionem instrumentorum omnem actionem remissam, locum non habere existimat. Quia d. clausula, vt supra dixit, nõ indefinite, de omnium actionum, & beneficiorum iuris cessione, ac remissione loquitur, sed saltem particulariter: Daß Actores alle Gerechtigkeit vnd Behülff an Sigeln vnd Brieffen/ so sie die Klägere/ von Burgermeistern vnd sonsten bekommen/ vbergeben sollen/ vnd deren nicht gebrauchen/ etc. disponit. Ergo vniuersaliter ad actiones, extra prętensa documenta cõpetentes, non dirigenda. Deinde, quia instru-
169 mentorum † traditio diuersos habet effectus: I-
170 deo semper intentio † partium inspicienda est: quę si expresse apparet, satis est: si vero non apparet, sed tacite præsumitur: tunc aut alia coniectura tacite subest, quam remissionis, & remissio
171 non præsumitur: quia † vna coniectura tollit alteram: Aut alia coniectura sumi non potest, & tunc remissio præsumitur: Ita *Bald. in l. Labeo. §. 1. circa med. de pact.* Iam vero quæ fuerit Actorum intentio, quæ Reorum exceptio, ac demum, super quibus Transactio inita, ex verbis Recessus probatur: Adeo q; nec Actor, nec Rei, nec etiã Consiliarij aliquam ad falsi querelam considerationem habuisse videantur. Cum alias, vel vnico verbo, rem vniuersam exprimere & præcauere potuissent. Ergo instrumentorum traditio, renunciationem falsitatum non videtur operari. Adhæc, tametsi verum sit, quod qui instrumen-
172 tum tradit, † rem ipsam tradere censeatur, *leg. 1. ibi Bartol. & Bald. C. de donat.* Et Chirographum legat Actionem in eo legatã dicitur, *l qui Chirographum de legat. 3. l. seruum filij. §. eum qui de legat.* 1. Tamen hoc in iis documentis tantummodo procedit in quibus ius Rei vel substantia debiti obligati continetur, non autem in documentis nudi contractus: *Bald. dict. l. prima, C. de donat. idem d. l. Labeo. §. 1. post princip. l. ab emptione. colum. 2. versic. secundo respondet gloss. ff. de pact. Et Iason in d. §. eum qui Chirographum.* At vero Actoris documenta, quæ tempore Transactionis habuit, & tradita sunt, ius Rei, vel actionis non continent. Nam documentum litera *C.* est nuda saltem copia allegatæ venditionis & Transportus: Cætera vero literis *D.* & *G.* sunt testimonialia documenta, quorundam testium, ad quorum examen pars non fuit citata: sicque in iure nullam fidem faciunt; nec quicquam probarunt, vt *supra in tertia ratione principali deductum*: Cum paria sint, † probatio 173
nulla, & non legitima. *l. quoties ibi. glossa de his, qui sati. sd. Damhoud. in Enchirid. parium Iuris. verb. nullum esse & verbis: probatio illegitima.* Ideoque illa d. documenta in iure nullum effectum habuisse videntur: aut si habuerunt, quoad actiones, plus iuris Reis attribuere non potuerunt, quam in iis continebatur, propter diuersum effectum: Cum a-
liud sit † instrumentum contractus: aliud vero, 174
ius Rei vel actionis continens *Bald. in d. vers. Sed aliter respondet glossa. Iason in d. §. eum qui Chirographum. n. 7.* Ac is, qui quandoq; renunciat instru-
mento, † in quo debitum habetur, non dicitur 175
debito renunciasse, sed tantum probationi istius documenti: *Bald. in d. l. Labeo. §. 1. circa med.* Ideo & nostri Actores eorum probationibus tantum renunciasse videntur. Et concesso, quod in illis documentis ius actionum continebatur: Tamen talis traditio non debet suum effectum ad alias actiones, non comprehensas in instrumento, extendere, vt *supra dictum.* Quia intuitu criminis falsi, talis traditio nullius momenti videtur. Imo cum ante transactionem in tribus documentis *C. D. G.* allegatæ falsitatis exceptiones expresse non constiterint, sed demum Consules & Senatus Bergenses, in postremis suis documentis, per Actorem in prima instantia exhibitis, diserte eas attestantur, etiamsi Actor per d. traditionem, dictam emptionem & traditionem ratam habuisset, & confirmasset, tamen illa omnia nullius viderentur momẽti: quia non potuit super falso instrumento confirmare, & ratum habere, per *supra dicta*: propter defectum
consensus: & falsa traditio † naturam traditio- 176
nis habere non possit: & nihil magis aduersum veritati, quam falsitas. Sic quoque instrumẽtum simulatum, † nomen instrumẽti non habet: quia 177
quod caret effectu, etiam nomine caret. *Bald. leg. cum precibus. in princip. C. de probat. l. 1. C. plus valere quod agitur.* Ideo etiam simulatus † contractus iu- 178
ramento non confirmatur. *glos. l. emptione. ibi Bald. C. de tr. plus valere quod agitur, &c.* Quia nec iuramentum super cõtractu simulato interpositum, valet nec obligat iurantem. *Ias. §. fuerat. num. 87. Inst. de Action.* Existimat igitur, ex traditione d. exemplatæ copiæ, allegatæ venditionis, & duorum testimonialium documentorum indefinitam omnium Actionum renunciationem inferri non posse: multo minus falsi quæstionem: Et hac ratione hoc argumentum vltimum non aduersari. Constat ergo, Actorem super falsitatibus non egisse, nec transegisse, quod non solum

ex

exactis, verum etiam ex confessionibus Reorum, & tenore transactionis, manifeste apparere videtur. Nec mouet, quod Actor d. instrumenta penes se habuerit: quia in illis, falsitatis nulla attestatio habetur, vt in postremis literis post transactionem, in prima instantia exhibitis, quorum sigilla per iudices priores pro recognitis sunt acceptata: Et Rei d. documenta non impugnasse, sed per comparationem eorundē, quia allegarūt, priora cū posterioribus cōuenire, aperte in iudicio approbare dignoscūtur. Quod allegatæ falsitates iam sint probatæ.

Similiter non mouet, quod dicitur: Actorem defectū tutorū allegasse, & inde falsum scire potuisse. Quia cū Actor vēditioni, traditioni, tutorū ordinationi, & reliquis, nō interfuerit, sintq; facta aliena, & actor homo indoctus & simplex, iura non intelligit, & ob egestatem doctiores consulere non potuerit, sane falsitatum scientiam ipsum habuisse, necessario non sequi, *supra dictum est*. Nec etiam ob defectum tutorum sequitur, totam vēditionem, traditionem, immissionem, ac literas commendatitias, quibus præfectus Bucholdiensis motus, emptoribus bona tradidit, falsas fuisse: nisi quod iam de istis falsitatibus constet, *vt dictum*. Quod merito Actor in cæteris falsitatis punctis sit audiendus, *d. l. si ex falsis. C. de transact.* Et siquidem sciuisset: nihilominus, quia super illis plane non est cognitum, adhuc audiendus est. *Ita tex. in l. fin. C. de fid. instr. ibid. Bald. num. 3.* 4. Proinde accedit, quod etiam
179 is, † qui ratione testamenti, legatum accepit, nihilominus postea testamentum falsum allegare potest: *Bartol. & Bald. in l. qui ignorans. ad l. Corn. de falsi.* Et quamuis glossa illum textum de ignorante intelligit, tamen *Bart. in l. post legatum. num. 2. quib. vt indign.* de sciente intelligit quibus accedit *Bal. in l. licet. C. ad l. Corn. de falsis. & idem. l. non dubium vers. 7. C. de testam.* Concludit, Reorum exceptionem, per Actoris Replicam plane elisam esse.

Postremo: quia Rei adhuc duo fundamenta allegant. Vnum, quod, elapso quadriennio, restitutio non habeat locum. Alterum, quod virtute consuetudinis Monasterienſis, nemini contra recessum Dn. Episc. aut Consiliariorum venire liceat: Ergo Actorem non audiendum.

180 Ad primum quod attinet: Si transactio † vicio nullitatis laborat, restitutione non est opus. Et sane nostro casu verum quidem est, quod Actor pro sua persona transigere potuerit. At pro Consortibus, nullum speciale habuisse mandatum ad transigendum videtur: Quia ex petitionibus colligitur, Actores, oblato precio, hæreditaria bona sibi restitui petijsse principaliter, licet in secunda supplicatione adiungant, & in euentum concordiam petant: Sed etiam speciale mādatum nunquam est exhibitum à Reis, nec etiam in actis transactionis, vel actis primæ instantiæ reperitur. Quamuis & consiliarij in ipsorum Recessu asserant, sibi de constitutionis mandato
181 sufficienti constitisse. Quia nec Iudici † creditur, nisi quatenus eius allegata in actis deprehēduntur: *Bart. in auth. si quis in aliquo. num. 13. Iason num. 11. C. de Edend. c. quoniam contra. de probat.* Et plerunque si generale † mandatum datum, non præsu- 182
mitur speciale datum, nisi probetur. Nemo enim præsumitur suum iactare: quod multo minus in paupere & ægro est præsumendum. Et qui alienandi † potestatem non habet, etiam super bo- 183
nis transigere nequit, *Iason l. vlt. num. 122. C. de iure Emphyt.* Nec etiam Procurator cum libera, donare aut in delicto transigere potest. *l. si Procurator. de condit. & demonstr.* Ergo, quoad consortes, ob defectum specialis mandati, transactio videtur nulla. Deinde, supra in quinta ratione principali deduxit, nimis præcipitanter nostrā transactionem esse interpositam, vt ex euidentia facti notorie probatur. Tum etiam, quod consiliarij Actoris instrumenta, neque ad se receperint & attenderint, nec etiam ad ipsius petitionem, Reorum instrumenta exhibuerint, aut exhiberi mandauerint, sicq; cum Reis collusisse videntur, cōtra iura alias allegata, † Transactio, 184
tanquā præcipitanter facta nulla cēsetur: *Menoch. de arb. lib. 1. q. 42. num. 3. qui citat Dec. cons. 479. n. 6. 7.*

Tertio, accedit quod actor tā in prima, quam in hac instantia conqueritur, tempore Transactionis tantum semel fuisse auditum, neque consiliarios ipsum amplius audire voluisse, allegando, ipsum nihil iuris habere, tempus deliberandi denegasse: Ad quæ allegata Rei nihil responderunt. Et in prima instantia dixerunt, Actorem Consiliarios calumniari, & summa iniuria eos afficere, quasi illū non audiuissent: quo magis iudices ad iracundiam incitarent. Itaque ex d. allegatis pro Actore resultat præsumptio. *Bald. l. si cert. annis. col. 3. C. de pact. Bart. in l. cum quid. si certum pet. Castr. cons. 174. n. 3. p. 1.* Maxime si consideratur, quod Actor in territorio Reorum solus coram consiliarijs, Aduocatorum præsidio destitutus, comparuerit, aliæque circumstantiæ, personarum, tēporis, totiusq; negocij attenduntur. Iam vero licet Iudex † quandoq; possit par- 185
tes ad concordiam reducere, *l. 1. §. & post operis. de noui operis nunc. l. æquissimum. de vsufr.* Tamen ad cōcordandum cogere non potest, quia Transactio esset nulla, *Ias. in auth. si vero contigerit. n. 7. C. de ind. Felin. late ad rubr. de Treuga & pace. in princ.* Nec etiā callidis † persuasionib' inducere debet: quia talis 186
persuasio est dolus. *l. 1. §. dolo. de dolo malo. Castr. d. consil. 147. num. 3.* Nam dolosa † persuasio plus est 187
quam violenta persuasio. *leg. tertia. §. si quis volentem. 2. respons. de lib. hom. exhib. l. 1. §. persuadere. de seruo corrupt. Din. c scienti. de reg. iur. n. 4.* Cum itaque Consiliarij cum Reis collusserint, & d. Actorem suis persuasionibus ad transigēdum induxerint, &, quasi nihil iuris haberet, compulerint, sane, hac ratione Transactio non videtur subsistere. Nec videtur obstare, quod Actor quinquaginta taleros acceperit, & volenti dolus non † fiat, 188
d. c. scienti. Quia hoc verum est, nisi ex vna parte interuenit voluntas, ex alia vero dolosa persuasio: Tunc enim d. regula non procedit.

Din. ibid. numero tertio. Nam eo casu etiam circa volentem & scientem, dolus committitur. *Castrens. d. consilio num.* 1. Quod autem quinquaginta taleros accepit: Id forte ratione paupertatis fa-
189 ctum. Personarum enim † contemplatio in diuite & paupere habenda est, ad hoc, vt aliquid bene vel male præsumatur, *l. cũ ij. §. sed & personarum, ibi Bald. & in §. si in singulos annos. ibi. gl. & Bart.*
190 *ff. de Transact.* Nam propter personæ † paupertatem sæpe à generali lege receditur, vt in materia collectarum, *l. illicitas. de offic præsid. ibi gl. l. omnes. ibi Bartol. C. de ann. & tribut. lib.* 10. *Gail. obseruat.* 142.
191 *num.* 1. *lib.* 1. Paupertas enim † necessitatem inducit: *Panorm. in c. quoniam. num.* 5. *de Simon.* & facit licitum, quod alias est illicitum, *c. quod non est licitum. de reg. iur. Ias. in l. si ex toto. numero* 18. *de legat.* 1. Et cum ex datis supplicationum, & recessus, sit notorium, quod Actor à festo S. Nicolai, vel circiter, vsque ad 24. Ianuar. in territorio Monasterienſi permanserit, & suo hospiti, cæterisque, obligatus fuerit, potest ob id, tam ratione paupertatis, quam etiam obligationis eo facilius d. summam acceptando, vt debitoribus suis solueret, seque in patriam reciperet, excusari. Quarto certum est, quod Rei per sua documenta ipsis Consiliariis obrepserint: qua ratione transactio similiter non videtur subsistere: *l. si quis obrepserit, ad l. Corn. de falsi.*

Postremo certum est, quod Transactio ex falsis documentis sit inita: quo casu plurimi tenent transactionem ipso iure nullam. Cum vero hoc ipsum pro hac vice decidere nolit, satis esse in hac causa putat, quod Actor per replicationem, d. transactionem elidat: quia eo casu restitutione non est opus, vt *Bart.* distinguit *in d. l. si ex falsis.* Et ita ex prioribus fundamentis censet, transactionem nullam censeri posse.

Quod vero ad Reorum allegatam consuetudinem attinet, illam non esse probatam, nec putat attendendam. Concludit per replicam exclusam exceptionem, vt *supra.*

Si tamẽ in hac causa ardua, Domini de scientia vel ignorantia Actoris adhuc hæserint, placet, vt secundum opinionem referentis, & correferentis, ipsi Actori iuramentum deferatur (scili-
192 cet ignorasse falsum) cum ea, † quæ dubia sunt, iuramento purgari possint, maxime cum certatur de damno vitando: Et si pro ipso pronunciatur, Rei recipiunt suum precium: si vero contra, maxime læditur Actor: quia in æternum bonis suis destituitur. Concludit, secundum principale suum votum, grauamina ad probandum, tanquam superflua, non admittenda, & pronunciandum, male Iudicatum & bene appellatum, vnd das Rei ad oblatum precium, die Erbschafft Arnoldi Büdings/ Actori zu restituieren schuldig. Expensis compensatis. Ad fructus quod attiner, illos putat à tempore litis contestationis cõputandos. Et hoc propter Actoris quietantiam, quia ipsam residuam precij summam recepisse, & ideo Reos eo intuitu, tanquam successores, bona in fide fuisse. Si vero Actori per Dominos fuerit delatum iuramentum inscitiæ, putat tunc fructuum adiudicationem ipsi denegandam. Addit: si prædictæ viæ dominis non placuerint, necessario, vt in principio sui voti significauit, articulata grauamina admittere cogitur. Et iniungeret parti, vt responderet ad 20. vsque 34. artic. inclusiue.

Aliud.

D. Q. Summa causæ consistit in eo, an super falso cognito sit transactum: refert se ad deducta Referentis, cum eo concludit, bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis. Si dominis per maiora placuerit, Appellanti posse iuramento consuli: facilis illis accedit, &c.

Aliud.

D. C. Verisimilius videtur pronunciari, bene iudicatum, male appellatum. Licet autem disputetur, An super falso transactum, & Appellans pro † se habeat præsumptionem ignorantiæ, do- 193
nec doceatur de scientia, *c. præsumitur. de reg. iur.* Quæ reijcit probationem contrarij in aduersarium. Tamen locum non habet, si est verisimilis ignorantia, & obstant fortiores præsumptiones *Gail. obseru.* 48. *num.* 15. *lib.* 2. Sed satis constare videtur ex supplicationibus, &c. vt Dn. Referens supra retulit. Vult tamen ex quibusdam causis, quas deduxit breuibus, iuramentum, si dominis placuerit, Appellanti deferre, super ignorantia.

Aliud.

Ego: huius causæ merita à Dominis ex omni quasi parte absolute examinata & discussa, iudico, adeo vt superfluum putem, cumulare plura, & impedire transgressum ad alia. Concludo itaque simpliciter cum dominis Referentibus. Collatis enim omnibus, quæ ex actis relata sunt, intelligo, omnia ea, quæ ante transactionem mota sunt, & de quibus partibus tunc satis constitit, postea in grauaminibus obiecta esse, & vnam eandemque causam ante Transactionem, & post in grauaminibus agitatam, ex eademque & super eadem causa, tam transactionem, quam sequentes processus peractos. Siue igitur hic vel illic, & è conuerso, nominetur vel læsio, vel falsum: Cum tamen, vt dictum, ex vna eademque causa vtrobique actum, hoc est, Transactum & processum, nec verbis, † sed rebus vis & effectus 194
tribuendus sit, cum vtrobique in eundem finem & effectum intenderit Actor, vt videlicet contractus alienationis bonorum retractetur & rescindatur, quæ causa & lis per transactionem semel finita est. Igitur alia via resuscitari nõ debet. non video, quomodo appellantem iuuare possit. Concludo itaque, vt *dictum*, si domini voluerint per maiora articulos admittere, non aduersabor, licet ægre admitti possint, vt per Dominum Referentem, &c.

Aliud.

D. L. Cum omnibus Dominis constituit Transſ-

Transactionem nostram subsistere, Ideo superfluum esse, pluribus disputare, an ea propter nullitatem, propter metum Actoris, vel absque sufficienti mandato inita, sit nulla; Quin & appellans ipsemet, nec ex illis capitibus, & si quæ sunt similia, dictam Transactionē infringere affectat. Nam licet appellans
195 dicat se metu inductum: Tamen quando † sit iustus metus, relinquitur Iudicis arbitrio, *l. interpositas. C. de Transaction.* Sed hic nullum talem metum intervenisse, qui initam transactionem viciare posset. Quin ad instantiam & petitionem Appellantis nostri, ipsa transactio est inita & cō-
196 cepta. Qualitatem etiam † transactionis non oportet disputare: quia sufficit, transactum esse, & id ex Actis constare: cum transactio sit litis finitæ *l. fratris tui C. d. tit.* Nec in ea habet locum pœnitentia. *d. l. fratris tui. ibi. Dd.* Nostro etiam casu ex capitibus in ea contentis, ea non vult impugnare. Ergo, &c. Vnde fit, quod causam principalem etiam, scilicet venditionem hæreditatis, non opus habeamus disputare, nisi in eum finem, vt appareat, super quo transactum. Et sane cum principalis, super quibus rebus transactum, hoc euidentius & aliunde haberi non potest, quam ex ipsis supplicationibus Appellantis, de Anno 63. ex verbis, *taliter qualiter:* allegat *l. qui fundum. si seruit. amit.* Hinc dicit, ex Actis non constare, an Appellans eiusmodi allegatis, vel vero probatis falsis instrumentis, ad venditionē & post transigendū inductus sit. De quib. rebus transactum sit, ostendit der Münsterisch Receß de 18. Ianuarij, Anno 64. vbi extat, quod non solū super læsione, sed & de falso tutore (vt verbum: Keine: demonstrat) controuersiam fuisse. Item verba, derohalben vnd zu entlicher Hinlegung angeregter Gebrechen, declarasse. Hinc satis constare colligit, de quibus rebus transactum, scilicet de læsione & autoritate tutorum præfectorum.

Nec refert quod dicit Actor, se tantum copias instrumentorum, nec ea ab Aduersario habuisse: quia sufficit, habuisse & sciuisse Transactionem & sententiam æquiparandam. Sed generali petitione proposita si sequatur, sententia ea generalem parit exceptionem, & refertur ad omnia petita. Nec refert, quod Actor vnam tantum forte
197 speciem sit prosecutus: quia sententia † debet esse conformis petitioni, vt *l. fundus commun. diuid.* Eo magis transactio subsistit: Quia tempore transactionis etiam dixit, quod Tutores & præfecti, consensum non adhibuerunt, prout falso Appellantem à Reo persuasum fuisse constat. Concludit cum *glossa & Dd. in l. age cum Geminiano C. de Transact.* Ex quo generalis petitio Actoris sit, quam secuta est generalis transactio. Petitioni Actoris exceptionem transactionis obstare: Adeoq; bene iudicatum, male appellatum. Expensas magis ex æquitate & benignitate, quam rigore iuris, compensabit.

D.S. cum dominis referentibus. Compensatis expensis.

D.C. purè sententiæ Referentis adhæsit.

Aliud.

D.X. per maiora dominorum constitui videtur quod scientia in nostro Actore, tempore Transactionis sufficienter sit probata, quod etiam initio sibi visum fuit: ideo mouetur, vt illi iuramentum ignorantiæ deferri iam non possit, cum huic † iuramento non aliter locus sit, quam 198
cum de animo iurantis plane non constat, nec per alias probationes constare potest, *c. præsertim, de testib. in 6 Zabarell. in clem 1. num. 8. de consangu. & affin. Menoch. de arbitr. cas. 182. num. 6. lib. 2.* Quin cum vel præsumptio est † in contrarium, allegās 199
ignorantiam, ad iuramentum non admittitur, *Bart. in l. inter omnes, §. recte, de furt. Socin. reg. 71. fallet. 3. Dec. c. cognoscētes. n. 18. de const.* Ratio est: † quia tātū 200
probabilis & præsumptiua ignorantia, iuramēto confirmari potest: quæ præsumptio, cum per aliam præsumptionem eliditur, cessante causa, merito cessat effectus. Plane etiam iuramento præstito, probatio † in contrarium adhuc fieri 201
potest: cum probatio per tale iuramentum facta, sit & priuilegiata, *Felin. d. c. cognoscentes. n. 20. de const. Menoch. d. loco.* Vnde fit, vt etiamsi nostro Actori iuramēti præstationē permittamus: tamen statim definitiue pronunciare non possimus, sed tempus ad agendum, videlicet ad probandum, si velit contrarium, indulgere debemus: id etiam superuacaneum esset, cum de eo iam ex actis constet.

Concludit, præstationem iuramenti nostro casu tolerari non posse, ne violetur ius, † & fe- 202
nestram periurio aperiamus, *l. 1. C si aduers. vend.* Imo *Felin. in c. Apostolicæ, num. 2. de except. ait*, Iudicē homicidam fore, † si deferat iuramentum veri- 203
similiter deieraturo.

VOTVM XVIII.

In causa S. contra C.

SVMMARIA.

1 *Interdictum Saluianum, Possessorium solum est adipiscendæ possessionis, & ad nudam possessionem auocandam, eaq; tantum probanda venit.*

2 *Interdictum Saluianum nullam probationem exigit, de iure debitoris, qui rem obligauit, sed sufficit si probet, ipsum possedisse.*

3 *Seruiana duriores exigit probationes. quam interdictum Saluianum.*

4 *Interdictum Saluianum datur quoque contra tertium possessorem, non quidem directum, sed vtilem tantum, quod tamen intelligendum de possessore titulum, siue onerosum, siue lucrosum, à debitore habentem.*

5 *Onus soluendi censum sequitur quemcunque possessorem.*

6 *In præteritum præsumitur de possessione.*

7 Ex

7 *Ex breuitate temporis facile arguitur possessio. Et sic talis præsumptio, licet habeatur pro insufficiente, tamen onus probandi transfert in contrarium.*

8 *Ex possessione quis præsumitur dominus.*

9 *Contractus sapiens naturam contractus vsurarij, non omnino vel totus nullus est, vel annullatur, tanquam vsurarius, sed solum in eo, quod excedit vltra precium receptum.*

10 *Contractus vsurarius, tanquam excessiuus, moderandus est ad legitimum modum.*

11 *Sententiæ, quæ etiam ipso iure nulla est, tanquam contra expressam constitutionem Imperij, non est acquiescendum.*

12 *Creditor specialem & generalem obligationem habens, agere debet, secundum ordinem præscriptum.*

D. B. Quia nõ solum grauamina, sed & probationes iam exhibitæ, & tam in exceptionibus ex parte Appellantis, quàm in Replicis, ex parte Appellati petitum est, vt causa pro conclusa acceptetur, & ad acta priora, & quæ antè hic producta & discussa sunt, pronuncietur, prout vbique petitum est, definitiue hanc causam referendam & decidendam putauit, præsertim cum priora articulata, vt in d. Replicis obiicitur, nisi quod iuxta constitutionem Imperii, contractus vsurarius nõ purgetur. Iurisdictio satis fundata, ex litigiosa annua pensione, 7. Goldgülden/ maxime quia ante recessum Anno 70. appellatum, licet non solum hoc de præteritis septem annis, sed de futuris quoque pensionibus intelligit. In processu non videt nullitatem; sunt etiam legitimationes & formalia iusta. Actum, mediante arresto, more Aquensi, actione quasi Seruiana: vel dici potest, actum, interdicto Saluiano, quo tutius est agere, quam Seruiana: quia
1 solum possessorium est, † adipiscendæ possessionis, & ad nudam possessionem auocandam, & ea tantum probanda venit, *l. 1. de Saluiano interdicto, Iaſ. & alii dicto §. Seruiana. Neguz. de pignorib. 1. membr. octauæ partis.* Neque exigit vllam † probationem de iure debitoris, qui rem obligauit, sed
2 sufficit, si probetur, ipsum possedisse, d. l. 1. & l. 1.
3 *ibi gloſ. verb. competit. de precar.* Et sic Seruiana † duriores exigit probationes, quam hoc interdictũ, *d. l. 1. §. cum prædium, & l. & quæ nondum, §. 1. de pignor.*
4 Datur autem hoc interdictum † similiter contra tertium possessorem, non quidem directum, sed vtilem tantum, *d. l. 1. in princ. de Saluian. interdict. gl. in l. 1. C. eod. tit.*

Quod tamen intelligitur de possessore, qui titulũ habet à debitore, siue oneroſum, siue lucratiuũ: quia tunc semper concurrit interdictũ Saluianum, & actio Seruiana, vel quasi. *Dd. in d. §. item Seruiana.*

Quod Actori nomine euictæ domus, à quõdam Adamo Bißmañ sibi venditæ & generalis & specialis omnium bonorum expresse facta sit oppignoratio, patet ex decreto scabinorum Aquensium litera B. & ex Kauffbrieff litera A. & quia d. Euictio facta est per Catharinam viduam quondam Stephani Puxengiesserß / vti filiam Gerhardi V. omnium primi emptoris & hypothecarii d. Brismanni, pro singulis annis septem florenos in auro, à septem annis debitis, mediante sententia, vt in literis Scabinorum, de dato 21. Ianuarii Anno 68. Meritò Actor, tanquam secundus emptor, & anteriorem habens hypothecam (videlicet de 10. Iunij, iuxta decretum, & 18. Iulij, Anno 51. iuxta Kauffbrieff,) tantum, quantum sibi per d. Euictionẽ ablatum est, siue quatenus res sua, ideſt. domus, à Brismanno empta, per hoc onerata est, à Reo nostro. Tertio emptore, ac posteriorem habente hypothecam (nimirum de 12 Septembris Anno 51.) Sicque bona affecta & hypothecata d. Actori, competenti actione auocare, ac ad totidem aureos, siue pensionem sibi euictam, recte agere vel repetere id videtur. Onus enim † soluendi censum, sequi- 5
tur quemcunque possessorem: *Follerius in prax. censuali, verb. huiusmodi census super rebus. numero 96.* etiam pro censibus præteritis: *ibid. numero 97.* Quod in proposito, merito non procedit: cum omnia d. Brismanni bona, Actori hypothecata sint, & agatur hic hypothecaria contra possessionem, non autem actione personali, *vt ibid. d. numero 97. & supra dictum.* Quod autem venditor Brismann, potestatem siue ius oppignorandi litigiosum, & arrestatum pratum per Reum emptum, habuerit, & sic quod iuxta interlocutoriam, 26. Nouemb. Anno 68. latam, tempore contractus, cum Appellato (quo nimirum domum eius emptam, & post euictam sibi vendidit, hoc est, 18. Iulij Anno 51.) Illud d. Brismanni fuerit, ipseq; hoc possederit, probatur per extractum, ex iudicum Copeybuch / per literas venditionis, vbi constat, quod Brißmann vendidit d. pratum 12. Septembris Anno 51. Heinrico Vaissen, Rei prædecessori & autori: Ita quod omnino præsumatur, & verisimile sit, illud pratum duobus mensibus, & sic paulo ante à Brismanno possessum fuisse, cum tanquam dominus, etiam vendiderit. Nec verisimile est, quod d. Baiß cum ipso contraxisset, nisi sciuisset, ipsum ad minus pratum possedisse, & eum pro domino habuisset. Imo nec etiam verisimile est, quod Brißmann post Actoris venditionem & alios contractus venditionis, per ipsum ante celebratos, primum emerit hoc pratum, vt quia obæratus, sua magis coactus fuit vendere, q̃ quod plura emere potuisset. Quo facit *Alciat. in reg. 2. de præsumpt. 21. n. 15.* videlicet quod in præteritum † de possessione præsu- 6
matur, propterea quod fuit dominus. & sic ex legitima causa: alias enim nec vendidisset, nec emptorem reperisset. Ex breuitate † itaque facile ar- 7
guitur d. possessio. Et si talis præsumptio & verisimilitudo nõ habenda pro certa & sufficiẽti probatione, tamen suo iudicio transfert onus probandi in aduersariũ. *arg. l. fin. in princip. quod met. cauſ. & l. siue possidetis. C. de probat.* Deinde facit etiam, quod † ex 8

possef-

possessione quis præsumatur Dominus, *Bart. con. 209. lib. 1. idem in l. 2. C. ne vxor pro marito.* Concludit Actionem probatam.

An elisa?

Primum Rei fundamentum est, euictionem d. Catharinæ non legitimè factam, ex quo appellationem suam contra Appellantem fundarit, super contractu vsurario: vt quia suam Gültverschreibung / plusquam sex cum dimidio florenos in auro, pro centum, continet. Quæ quidem exceptio, quatenus modus excessus est, contra constitutiones Imperii, von wucherlichen Contracten / de Anno 1530. An. 48. An. 70. releuans est: Con-
9 tractus tamen ob hoc, † non totus nullus est, vel annullatur, tanquam vsuratius: Sed solum in eo, quod excedit, hoc est, in ea parte, qua stipulatum & promissum est aliquid, vltra preciũ receptum. *Foller. d. loco. verb. nil vltra percipiatur. à nu. 4. vsque 23. vbi late pro & contra,* & sic tale pactum duntaxat vi-
10 tiatur, non autem viciat, & contractus, † tanquam excessiuus, moderandus est ad legitimum modum: *Molin. de contract. vsur. q. 10. n. 139. q. 52 nu. 377. q. 80. n. 614 l. eos. §. si quis autem. & l placuit. l. de iur. leg. pro mutua. si cert. pet.* Hinc imputandum Appellato, quod in d. causa euictionis non excepit contra obligationem Catharinæ, & vltra legitimum modum se grauari passus est. Non enim debuit
11 acquiescere sententiæ eius, † quæ etiam ipso iure nulla est, tanquam contra expressam Constitutionem Imperii. *Vant. de nullitate ex defectu proces. num. 118.*

Secundum fundamentum est, Actorem recursum habere contra aliam Brismanni domum, sitam in Banstraß, tanquam specialem suam hypothecam, qua etiam tunc temporis contentus fuerit, vt in d. Kauffbrieff litera *A.* de quo etiam *Neguz. de pign. 1. memb. 8. part. n. 20.* vbi *ex l. 2. C. de*
12 *pignor.* tradit: quod quando † creditor habet specialem & generalem obligationem, tunc debet agere secundum ordinem ibi præscriptum. Respondet: Quod illa ipsa domus (quantum coniicit ex Actoris Kauffbreiff *A* & Gerhardi Harckens Kauffbrieff / *n. 10.* Item ex 3. defensionali coniunctis simul exceptionibus & Replicis primæ instantiæ) etiam d. Ferck. specialiter hypothecata fuerit: nihilominus quia anterioribus pensionibus, ac centum floren. in auro, plusquam valuit, onerata est (vt in d. Replicis, & in 7. defensionali, & pro verificatione se refert ad besigelten Schöffenbrieff / de dato 21. Ianuarii, An. 68.)

D. G. Correferens: causam esse planam & expeditam, concludit cum Referente.

Ita & reliqui domini.

Sententia: Benè iudicatum, male appellatum, Doch daß gedachte Appellanten jhme dem Appellaten mehrers dann fünff von hundert Goldgülden zu bezahlen nicht schuldig. Compensatis expensis.

VOTVM XIX.

In causa Nobilium T. & Consorten von St. Appellanten / contra I. zu Hild.

SVMMARIA.

1 *Res iudicata pro veritate habetur, & facit de albo nigrum.*

2 *De sententiæ viribus, quæ rei iudicatæ authoritatem adepta est, amplius non est indagandum.*

3 *Mulier, sicut de iure communi alios contractus facere potest, ità & compromissum.*

4 *Fidei præstatio, id est,* etwas zu halten angeloben / *æquiparatur iuramento, & si fides non seruetur, conuenientes in periurium incidunt, suntq; infames.*

5 *Euentus causæ decisionis cum vtrinque par dubius, nullus potest dici per pactum aliquod in compromisso adiectum grauatus.*

6 *Arbiter potest esse, etiam nulla adiecta pœna, vel pignore.*

7 *Compromissum, si iuramentum est præstitum, nihilominus tenet.*

8 *Iuramentum præstitum est seruandum, & iuramentum illud, quod absque interitu salutis æternæ seruari potest, de iure Canonico valet.*

9 *Contrahentes iuramenti ratione, iuri Canonico, quod tale iuramentum valere vult, subijciuntur; quod, ratione iuramenti, in terris Imperii etiam obtinet.*

10 *Arbitrium, quando contra tenorem Authent.* decernimus, *est iuratum, licet non pariat actionem; de iure tamen Canonico, iurans ad obseruantiam illius compelli potest.*

11 *A sententia arbitri si infra dies decem appelletur, tunc appellans videtur approbare sententiam, tanquam latam.*

12 *Tutoribus autoribus, in negocio ipsorum omnium communi, pro indiuiso, quod geritur, per eosdem improbari non oportet.*

13 *Filius minorennis factum matris & tutorum suorum (ipsius minorennis nomine nimirum) tanquam factum, siue pactum alienum, quasi ipse tertius eo non obligetur, impugnare non potest.*

14 *Iurisdictionem Cameræ ipsæ partes prorogare possunt; imo & ipse quoque iudex.*

15 *Appellatio in Camera tanquam deserta, neutiquam recipienda censetur.*

16 *Præsumptio iuris, & de iure, pro ipsa veritate habetur.*

17 *Autoritas rei iudicatæ, ob non interpositam à confirmatoria sententia appellationem, primam arbitratorum sententiam adeo corroborat, vt sententiæ illius vigore, Actoribus facultas & ius retroemendi adimatur.*

18 *Verba contrahentium dant legem contractui, & contractus ex conuentione legem accipiunt.*

19 *Verbum,* Vns / *est collectiuum.*

20 *Verba,* Vnserm jeden / *sunt distributiua.*

21 *Verbum,* Solten / *est obligatorium & præceptiuum.*

22 *Verba,* Wollen vnnd mögen / *sunt meræ facultatis.*

23 *Iniquum est, in plures personas distringi eum, qui quasi cum vno tantum contraxit, vel certe contrahere voluit.*

24 *Verba in fauorem emptoris prolata, non in ipsius odi-*

um, sed potius contra venditorem eiusve heredes sunt interpretanda.

25 Verba in contractibus posita, non debent esse ociosa, & sine effectu operandi.

26 Particula copulativa, Nos Titius & Gaius, &c. obligationem in viriles partes diuidit.

27 Ex natura contractus retrouenditionis fundi, veniunt rei traditio & precij solutio. Suig, natura diuidua sunt ibi n. 28. Quod tamen ex voluntate contrahentium limitationem accipit, n. 29.

30 Promissio vbi simpliciter facta, & nihil de partibus est actum, iudiuiduum in obligatione esse, censendum est: non quidem natura, sed per accidens; nec pars rei tunc recte præstatur.

31 Res vnita, vnico precio vendita, particulari solutione scindi non debet. Nec partis solutio oblata ab vno, aliquem effectum habere potest. n. 32.

33 Venditio vbi vna, vnius precii, licet à tribus sit facta, non tamen per hoc, in casu dubio, deterior debet esse conditio emptoris, quam si esset facta ab vno tantum.

34 Vnitas precii vbi est, contractus non scinditur per partes.

35 Res corporeæ inanimatæ sunt indiuiduæ, si accidenti aliquo indiuiduentur.

36 Pignus non liberatur, nisi totum debitum sit persolutum.

37 Emptor eodem precio retrouendere promittens, non est cogendus ad partis diuidua venditionem. Ratio quæ.

38 Mora & factum iudicis non nocet parti, quoad desertionem interpositæ appellationis.

39 Iudex de causæ expeditione non semel tantum est requirendus, sed vtile & necessarium est, vt protestatio sepius fiat.

40 Requisitio vna regulariter non sufficit, ad constituendum quem in mora.

41 A sententia arbitri regulariter non appellatur. Contrarium. ibid.

42 Læsione enormi existente, non obstante facta renunciatione, reductio ad arbitrium boni viri, & recursus ad superiorem permittitur.

43 Appellatio, reductioni ad arbitrium boni viri & recursui ad superiorem, parificatur.

44 Læsio enormis quando existit, reductio nulla cautela effugi potest.

45 Iudex ordinarius de iure ciuili arbiter esse non potest: diuersum tamen, secundum æquitatem Canonicam, statutum reperitur. n. 46.

47 Processus, litis contestatione non facta, vitiatur.

48 Conditio siue facultas, quæ consistit in faciendo simpliciter, vel mixtim in dando vel faciendo, posita in persona duorum, non potest impleri per vnum eorum pro parte. Rationes huius quæ. n. 49. & 50.

51 Redemptioni partis in hoc casu, qui iuris expressi textus, obstare videntur.

52 Qui promisit duobus aut pluribus, separatim & cuilibet pro virili, promisisse videtur.

53 Socius potest cogere socium, qui totum redemit, vt ei partem suam reuendat.

54 In Camera magis attenditur veritas quam rigor.

55 Camera cum Imperatore concurrentem habet iurisdictionem.

56 Iudex in pronunciando merito veritatem sequi debet, nec vlla cautela id effugi potest.

57 Appellatio vnius prodest aliis non appellantibus.

58 Reuendendi, quare sit ius indiuiduum. Acquiritur q, cuilibet consociorum. num. 59. Ac vni tantum competit reuocatio, aliis etiam detrectantibus nu. 60.

61 Ab opinione communi in iudicando, non facilè est recedendum.

62 Iudex simul & semel propter contrarietatem, super exceptione incompetentiæ & causæ principalis, pronunciare non potest.

63 Sententia illa, quæ contra ius constitutionum fertur, ipso iure nulla est, illa vero, quæ contra ius litigatorum fertur, valet. (test.

64 Exceptio incompetentiæ, quando tacite reijci non po-

65 Pronunciatio tacita, quando sufficit.

66 Appellatio in hoc casu, non tantum operatur effectum suspensiuum, sed etiam rescissuum, quatenus de facto sententia processit.

67 Actus subsequentes contrarij præcedentibus, faciunt videri recessum à præcedentibus.

68 Verbum Sonderlich / siue præsertim, vtrumque casum comprehendit, tam quoad totum, quam quoad partem.

69 Libellus semper ad commodum libellantis est interpretandus.

70 Per posteriora à prioribus quando recedendum.

71 Pars toti non est contraria, sed in eo continetur.

72 Iura partium, per instantiarū varietatem non mutantur.

73 Mutatio petitionis, mutationem libelli inducit.

74 Petitio, super qua lis est contestata, cur attendi debet.

75 In appellationibus duabus ab vna sententia interpositis, quarum vna subsistit, altera non, quid considerandum.

76 Vtile & inutile, quoties in vno actu concurrunt, tunc actus valet, si vnum per se, ad tuendum actum, sufficit.

77 Oblatio vim solutionis habet.

78 Quilibet pro alio, etiam ignorante & inuito, cum effectu liberationis, soluere potest.

79 De iure alterius nemo excipere potest.

80 Depositio periculum transfert in creditorem, & debitorem in bonæ fidei iudicijs liberat.

81 Exceptio precii non reddsti, etiam post sententiam in executione opponi potest.

82 Sententiæ Commissariorum siue veris probationibus, & causæ cognitione latæ, per superiorem emendari potest.

83 Compromissum super rebus minoris immobilibus, per tutorem sine decreto factum, non subsistit.

84 Tutores neque transigere neque compromittere possunt. Quod extenditur n. 85.

86 Copia nuda, sine originali nihil probat.

87 Sine consensu fratris expresso, ceteri fratres alienationem in extraneum facere non possunt.

88 Renun-

88 *Renunciatio feudi per vnum facta, alteri agnato non nocet.*

89 *Agnatus proximior ad reuocationem feudi alienati admittitur.*

D.N. Referens: Schwan vnnd Curth von Steinberg/vnd Anna Wittib/petierunt von Henning/Jobst vnd Burckhardt/den Meyern/vt ipsorum Meyerhoff zu Bösum gelegen/gegen Empfahung deß Pfandschillings/ipsis retrouendant & restituant: Ipsorum namque maiores, Henning/Curth vnd Burckhardt von Steinberg(inquiunt,) d. Meyerhoff/ Anno 1478. Burckhardo Meyer/consentiente præposito Hildesheimensi, tanquam domino feudi, vendiderint quidē, sed cum pacto de retrouēdēdo. Ipsi verò, Henning/ Jobst/ꝛc. die Meyern/ ciues Hildesheimenses, restitutionem detrectantes, exceperunt. Quod vero d. Curth & Burckhard von Steinberg/ postmodum Anno 1481. d. Emptoti, vigore secundæ conuentionis subsecutæ, promiserint, daß sie jhme vnnd all sein Mannlichen Erbē (quales & ipsi sint) so ferrn deren einer im Leben were/ keine Losung thun noch verkünden sollen. Super hac igitur controuersia decidenda, An. 56. 18. Maii, vtrinque in d. præpositi Commissarios compromiserunt, tanquam arbitros: qui tandem, An. decimonono, Octobr. 13. ex consilio Iuridicæ facultatis Heidelbergensis, pro Reis pronunciarunt: Daß sie/die Beklagten/im Besitz deß articulirten Meyerhoffs/wie bißhero/bleibē sollen/auch den Widerkauff desselben noch zur Zeit den Klägern zu gestatten nit schuldig seyn. Expensis compensatis. Quare dicti Actores, Schwan vnd Curth/ Geuettern/ von Steinberg/für sich selbst/vnd Frauw Anna, Henning von Steinberg vidua, in natürlicher Vormundschafft Jobsten von Steinberg/ jhres vnmündigen Sohnes dicto Anno 59. Octobr. 21. coram Notario & testibus appellarunt ad præpositum, tanquam causæ huius ordinarium Iudicem: qui verò postmodum die Mercurii post Trinitatis, Anno 60. exhibitam sibi iustificationem appellationis, non nisi quatenus iure teneatur, & compromisso ac iuri Reorum non præiudicet, acceptauit. Ipsi quoque Rei contra dictam appellationem, vt quæ compromisso, insertæ clausulæ, factæ renunciationis beneficiis, esset contraria, protestati sunt, & ad dictam appellationis iustificationem, quantumuis vt agerent, ad octauum Iulii, citati, se intromittere tamen noluerunt. Postmodum tamen duo agnati Appellantes, Schwan vnd Curth/ appellationem non sunt prosecuti hactenus: sicque, quoad ipsos (quod notetur) primæ non tantum, sed & secundæ instantiæ, lata definitiua sententia, in rem transiuit iudicatam. Sola namque vidua, Episcopo Hildesheimensi conquesta est: Daß sie auff vielfältig Anhalten bey dem Thum Probst die Beförderung habē möcht/daß jhr Rechts verholffen werden könnte/hat derhalben Episcopum gebetten/daß er sich der Sachen vnternemmen wolte: qui verò semper respondit, Daß die Sach an jhne noch nit deuoluirt: sicque causæ audientiam suscipere noluit, donec tandem vidua 4. Februarii, Anno 64. contra dictum Episcopum, in Camera impetrauit promotoriales: quibus insinuatis, Episcopus statim citationem, compulsoriales, & inhibitionem quoque decreuit, & appellantis viduæ nullitatis, & in euentum appellationis libellum suscepit. Appellati verò in compromisso factæ renunciationis appellationis, adeoque rei semel iudicatæ exceptionem opposuerunt, seque ab instantia, cum expensis absolui petierunt. Et licet vidua, vt non obstante exceptione illa, litis contestatio iniungeretur, vrsit: Episcopus tamē, ex consilio Scabinorum deß Gerichts auff dem Berg/vor dem Roland/zu Hall/circa materialia appellationis, in causa principali 28. Augusti An. 67. definitiuè statim pronunciauit, benè iudicatum, malè appellatū. A qua sententia definitiua viduæ procurator viua voce statim appellauit ad Cameram, vbi reproductis 27. Februarii Anno 68. processibus, & ad exhibitum postmodum libellum summarium, lite hinc inde pure statim contestata, per vtriusque partis sufficienter legitimatos procuratores (quorum tamen alter, Appellatorum procurator, postea obiit, nec alius hactenus in eius locum successit) concluſum est in causa.

Ad cuius verò examinationem & decisionem priusquā descendamus, videtur prius circa punctum deuolutionis Reorum appellatorum, in compromisso factæ renunciationis appellationis, atque adeo semel latæ compromissi sententiæ, siue rei iudicatæ exceptio excutienda esse, qua subsistente, frustra & superfluè, circa appellationis merita, de iustitia vel iniustitia dictæ cōpromissariæ sententiæ laboraremus. Res † enim 1
iudicata habetur pro veritate, & facit de albo nigrum. *Manfred. de attentatis, lib. 1. part. 2. nu. 9. pagin.* 39. De eiusmodi sententiæ † viribus igitur, quæ 2
rei iudicatæ authoritatem adepta, ius inter partes fecisset, amplius non esset indagandum. *Panormit. consil. 29. vol. 2.* Quia verò ex nullitate compromissi ipsa quoque in compromisso facta renunciatio appellationis concidit: ante omnia de compromissi illius viribus vt videamus, operæ precium esse existimo. Quod sane ex causis sequentibus existere videtur. Primo, quia duo consortes, Actores, primitus interpositam appellationem, non tantum non sunt prosecuti, verum etiam in secunda instantia taciturnitate sua sententiā approbasse videntur: sicque approbato consequenti, necessarium quoque antecedens, id est; ipsum compromissum, vnde sententiæ latæ promanarunt, tanquam validum & legitimum approbarunt. Secundo, quia mulier, † sicut de iure com- 3
muni potest alios contractus facere, ita & compromissum, *Lanfr. de arbitr. part. 3. n. 8.* Tertiò, quia partes habent diß Compromiß/eidemque insertū pactū de non appellando, zu halten angelobt. Quæ fidei præstatio † æquiparatur iuramento, & si ii- 4
des non seruetur, conuenientes incidunt in per-

iurium, & sunt infames, *Lanfranc. dicto tractat. de arbitr. membr. 5. num. 44.* Quartò, quia viduæ filius minorennis, Iodocus à Steinberg/per pactum illud, de non appellando, † neutiquam fuit grauatus, cum vtrinque decisionis causæ par dubius fuerit euentus, *argum. l. si pater puellæ, C. de inoff. testā. Lanfr. d. tract. diuis. 7. nu. 32.* Quintò, quia potest esse arbiter, † etiam nulla adiecta pœna, vel pignore, *l. cum antea. in princ. de arbitr.* si tamen est præstitum iuramentum, † nihilominus compromissum tenet, nam *d. Auth.* non infringit compromissum, sed disponit, vt non detur actio. *Abb. c. 2. n. 8. de arbitr.* Quin etiam iuramentum † præstitum seruandum: nam de iure Canonico valet iuramentum illud, cum possit seruari absque interitu salutis æternæ, & contrahentes iuramenti ratione, † iuri Canonico, quod vult, tale iuramentum valere, subiiciuntur, *c. 2. c. cum tempore, de arbitr.* etiam in terris Imperii, ratione iuramenti, *c. licet, de iureiur. in 6. Anton de Butrio c. Quintauallis, de iureiur. Ioan. Baptist. de S. Blas. de arbitr. num. 70. part. 1.* Ideoque licet arbitrium, quando contra tenorem † *Authen. decernimus*, est iuratum, non parit actionem: tamen de iure Canonico iurans ad obseruantiā illius compelli potest. *Abb. in d. c. Quintauallis, n. 11. de iureiurand.* Septimò, quia Actores à sententia arbitrorū appellarunt, eo ipso compromissum approbasse censentur, licet sententiā improbarint, tanquā iniustam. Si enim à sententia arbitri † appellatur, infra decem dies, tunc Appellans videtur approbare sententiā, tanquā latam, licet nunc tanquā sic latam, quemadmodū in simili dicimus, in domino Appellante, à sententia lata contra eius falsum procuratorē, *in l. 3. §. falsus, ff. rem ratam hab. Ioan. Baptist. à S. Blasio. in dict. tractat. de arbitr. q. 16. n. 51.* Octauò, quia asserunt Rei Appellati, (nec ex aduerso negant Appellantes) Die samptlich gewesene Kläger / Schwan vnnd Curth/ beyde Gevettern von Steinberg / auch Anna, Hennmas von Steinberg Wittib/ (quorum nomine, consensu & authoritate compromissum erectum est) seyē minorennis Iodoci à Steinberg Vormün der gewesen. Quin etiā litigiosus curator & procurator Appellantium, expresè viduam filii Iodoci principalis fuisse tutricem, & legitimam administratricē nominat. Quod igitur tutoribus authoribus, † in negotio ipsorū omniū communi, pro indiuiso est gestum, præsertim per viduā, per eandem improbari non oportet: nec Iodocus factū matris, † & tutorū suorū, tanquam factum, siue pactum alienum, quasi ipse tertius, qui eo non obligetur, impugnare potest. Nono, nego, ꝙ compromissum sine Præpositi, tanquam Ordinarii decreto, sit erectum. Ex quo enim in Præpositi Commissarios est compromissum, tantò minus aliter præsumi potest, quin ipsius præscientia & authoritate sit factum, cum postmodum quoque interpositam appellationem admittere noluerit, nisi quatenus compromisso, & eorum iuri quæsito non præiudicaretur: Et sane decreto Iudicis tantò minus opus fuisset, cum non in arbitratores (quorū laxior est potestas) nec super re minoris alienanda, verum in arbitros sit compromissum, qui secundum ius & Iurisconsultorum consilium deciderent, num dictæ Curtis (quæ non Actorum, sed Reorum est & fuit propria) retroemptio, extantibus primi emptoris heredibus masculis, ipsis inuitis, locum haberet, vel non? Compromissum itaque non tantum, verum etiam eidem adiectum pactum de non appellando, subsistere existimo. Nec verò idcircò interlocutoriè, super non deuolutione, daß die Sachen an diß Keyserlich Cammergericht nicht erwachsen/ pronunciandum esse videtur. Iudex namque secundæ instantiæ, à quo ad Cameram est appellatum, licet Appellati factæ renunciationis appellationis exceptionē obiecerint, adeoque in causā principali se intromittere noluerūt, tamē pronūciauit ipse in causa principali, in priori nimirum instantia bene iudicatum esse. Nostrum autem est, proximi Iudicis modo dictam sententiam vt examinemus: Si iam in compromisso facta appellationis renunciatio obstiterit, quo minus causa ad ipsum deuolueretur, consequens erit, ipsum, ob defectum iurisdictionis nulliter pronunciasse, sicque definitiue potius super proximæ sententiæ nullitate pronunciandū fore videretur. Adde ꝙ secundæ instantiæ Iudex, prioribus iudicib⁹ inhibuit, & postea ad Camerā interpositæ appellationi detulit. Appellati quoque in Camera, citra vllam non deuolutionis exceptionem, litem statim pure sunt contestati, & in priori instantia bene iudicatum pronunciari petierunt: adeoque † partes ipsæmet Cameræ iurisdictionem prorogarunt, ꝙ sanè facere possunt. *Gail. lib. 1. obs. 140. nu. 8.* verum ipse quoque Iudex, quia per sententiam Doctori Reiffsteckio, vt ad litis factam contestationem procederet, sub comminatione conclusionis in causa iniunxit, eo ipso non obscure iurisdictionem suam iam fundatam esse, pronunciauit: quæ sanè sententia, si iam causam non deuolutam pronunciaremus, syndicaretur.

At, inquies, à prima compromissaria sententia appellatum est 21. Octobris Anno 59. Illius verò instantiæ Iudex in causa serius, quam debebat, pronunciauit tandem 28. Augusti Anno 67. Tempora igitur prosequendæ appellationis coram inferiore, non sunt seruata: adeoque appellatio in Camera, † tanquam deserta, neutiquam recipienda esse videtur, teste *Gail. lib. 1. obs. 140. n. 7.* Item, appellatum est ad Cameram 28. Aug. An. 67. Processus autem postmodum 27. Feb. Anno 68. adeoque totum triduum post lapsum fatale, serius sunt reproducti: sicque fatale introducendæ appellationis in Camera est neglectum, & causa denuò deserta pronuncianda? Respondet: In vtroque casu non per partem, sed per Iudicem stetit, quo minus processus citius reproducerentur, vel appellationis causa maturius absoluerētur. A quarto namque die Febr. vsque 27 eiusdē, quo processus in Camera sunt reproducti, D. Reiffsteck. ordo in nouis nō attigit, &ꝙ appellans

vidua

vidua, pro expeditione causæ, apud Præpositum & Episcopum Hildesheimensem sæpius institerit, & promotoriales tandem in Camera impetrauit, ex actis iam ante retulit. Quare nec super non deuolutione, nec super appellationis desertione, non quoque super nullitate secundæ instantiæ, ob assertum defectum Trãsactionis aliquem, pronunciandum esse existimat. Petit quidem D. Reiffsteck/appellantium Procurator pronunciari, in vtraque instantia nulliter iudicatum, non veto ob defectum iurisdictionis aliquem, sed quia sententiæ expressum errorem facti & iuris in se contineant. Vtriusque namque, tam secundæ, quam tertiæ instantiæ Iudicis iurisdictionẽ, partes nunquam impugnarunt, sed expresse vel approbarunt, vel prorogarunt, coram Præposito appellãtes, in fine iustificationis appellationis petierunt zu erkennen/daß die interponirte Appellation in jhren Formalien beständig/vnd daß die Sach ordentlicher Weiß an den Oberrichter erwachsen/daß auch der Materialien halben vbel gesprochen/wol dauon appellirt sey.

Item coram Episcopo quoq; Appellantes sententiam primam reformari, Appellati vero ab instantia vicissim absolui petierunt. Quæ certe reformationis siue absolutionis petitiones locum non habuissent, si non Iudicis iurisdictio prius fuisset vel fundata, vel certe absque omni dubio prorogata. Siquidem igitur Appellati circa litis contestationem in Camera factam, in prima instantia bene iudicatum esse pronunciari petunt, sicque iurisdictionem secundi Iudicis denuo approbant, vel certe prorogant, non videt, quomodo inuitis partibus eandem impugnare, & ex illo defectu iurisdictionis, extra vel præter petitionem partium (cum præsertim de meritis causæ nihil constet, etsi super iisdem grauaminibus partibus magis sit consultum) sententiam suam nulliter prolatam esse, pronunciare possimus.

Aggredior itaque appellationis materialia. Ex vendito instituta actio probatur, per productum Kauffbrieff/Actorum *folio* 206. de dato, Mercurii post Matthiæ, Anno 1478. cuius contenta, pactum præsertim de retrouendendo, Rei; Actorũ *fol.*150. in ipsorum primis sex elisiuis articulis fatentur quidem: verum in subsequentibus statim 6.7.8.9.10.& 11.articulis, exceperunt: daß aber hernach also bald/Anno 1481. duo venditores, Burckhard vnd Curth von Steinberg/emptori Bernhardo Meyer/vnd seinen Manns Erben/so lang deren im Leben weren/kein Loß oder Widerkauff zu thun/zugesagt vnd verschrieben haben. Hoc quod ex exhibita copia litera *A.* signata, elucere asserunt: qua visa, licet productam copiam & pactum de non reluendo, donec supersit heres masculus: quod item ipsi Rei à primo emptore descendant, Actores negarunt: citra tamen vlteriorem probationem Compromissarii, tanquam Iudices, statim pro Reis pronunciarunt. Quæ sane sententia, licet tum iniuste forsitan, vel certe præcipitanter lata dici potest, videtur tamen esse confirmanda.

Compromissi namque originale, in quo partes vtrinque appellationis beneficio renunciarunt, coram Episcopo Hildesheimensi, secundæ instantiæ Iudice, productum est, sigillaque sunt recognita.

Actoribus igitur, quo minus compromissariæ reformationem sententiæ petere possent, obstitisse, & adhuc obstare videtur, obiecta ipsis exceptio peremptoria litis notoria, pacti nimirum de non appellando. Neque releuat forsan Actores, si dicatur: Quod pactum de non appellando, ob iniquitatem sententiæ compromissariorum, non sit attendendum. Nec enim ipsa ideo statim euidenter & indubitanter iniqua est, licet secundæ conuentionis dicta copia, litera *A.* signata, per Actores fuit negata, nec per Reos originalis confirmata productione.

Quemadmodum enim Appellantium procurator, ipsum compromissum malitiose negauit, donec in originali exhibitum est: sic secundæ quoque conuentionis copiam, eadem malitia verisimiliter negasse videtur. Quis enim Reos, qui eiusdem cum emptore nominis sunt, & familiæ, & controuersam curtim possident, eiusmodi secundam conuentionem ante centum annos factam fingere credat, quæ esset mala sane impudentia, coram ipsomet Præposito, eiusue Commissariis, falso nominare prædecessorem Præpositum, qui in secundam illam conuentionem consenserit: quis credat autem, Episcopum ex tali secunda conuentione, pronunciatam pro Reis sententiam confirmaturum fuisse, si non probabile ipsi fuisset, vel ex præposituræ Lehens Registris constitisset, quod conuentio eiusmodi esset facta, & nominatus Episcopus dicto Anno 1481. in eadem consensisset, nec dubito: quin Rei in secunda instantia, conuentionem secundam in originali exhibere potuissent, si non renunciatæ appellationis exceptioni tantum inhærere maluissent, & vt in causa principali se intromitterent, superfluum, nec necessarium, aut certe periculosum ipsis esse credidissent. Accedit duorum Actorum, Schwan & Curthen (vt qui constantioris sunt sexus, quam appellans vidua) tacita confessio. Nisi enim secundam conuentionem, ex qua sola ipsi succubuerunt, ita factam esse vel scirent, vel omnino crederent, certe à confirmatoria sententia secundæ instantiæ, non minus, ac vidua ad Cameram appellassent: quod vero conscientiis propriis, mille testibus, procul dubio deterriti, facere omiserunt. Sicque, quoad ipsos, non tantum quoad semel renunciatum beneficium appellationis, verũ etiam ob omissam tandem appellationem, secunda conuentio, & virtute illius prius pronunciatæ priores sententiæ, non tantum hominis, verum etiam iuris præsumptionem, autoritatemque rei iudicatæ pro se habent: adeoque, quod maius est, præsumptio † iuris, & de iure, pro ipsa quoq; habetur veritate. Sicque de tanta compromissariæ sententiæ euidenti, vel notoria iniquitate, neutiquã constare putat, quæ loco iuramenti initum 16

pactum de non appellando tollere possit, & opus esset relaxatione, à præstito iuramento.

Secundo, pro confirmatione priorum sententiarum facit, quia Actores in responsione ad Reo rum decimumtertium articulum elisiuum, diserte negant, quod Rei, primi emptoris, cum quo pactum de retrouendendo initum est, vel sint filii vel heredes, vel ex ipso descendant. Ex qua sane negatione Actorum sequitur, quod ipsi pactũ illud de retrouendẽdo, male ad tertias personas, scilicet Reos, extenderint, ipsisque ex vendito, actio personalis, contra tertios etiam heredes, neutiquam competierit, adeoq; exceptione facti peremptoria, Tibi non competit actio, merito sunt remouendi.

Tertio facit, quia Appellans vidua in iure relui tionis d. Meyerhoffs/filio suo mediam partem cõpetere, nude saltem asserit: sicque de vera quota illius iuris, filio competentis ex actis certo nobis non constat. Adeoque sententia nostra, priorum reformatoria, foret incerta, nec vero idcirco Appellantibus competentis quotæ probationem, vel quoque Appellatis, originalem secundæ conuentionis exhibitionem iniungendam esse conset. Cum ex solo primo documento venditionis d. Curtis, & pacti de retrouendendo, quod vtrinque in confesso est, concludenter inferri posse videatur, sententias priores quandoquidem quoad Curth vnd Schwan von Steinberg/ob non interpositam appellationem, per ipsos in rem transierit iudicatam, etiam quoad viduam, eiusve filium Iodocum, omnino confirmandas esse. Au-
17 toritas enim rei iudicatæ, † ob non interpositam à confirmatoria sententia appellationem, primã arbitrorum sententiam adeo corroborat, vt sententiæ illius vigore, ipsis duobus agnatis, Curth & Schwan von Steinberg/ratione quotæ cuiusque ipsorum, prorsus adempta sit facultas & ius retrotmendæ Curtis, quousque Rei & omnis ipsorum proles masculina deficiant. Ex sequentibus igitur rationibus, ipsi quoque viduæ, eiusque filio, quantumuis appellarint, itidem quotæ suæ retroemẽdi ius & facultas tam diu præclusa esse debet.
18 Verba namq; † contrahentium, dant legem contractui, & contractus ex conuentione legem accipiunt. At in d. documento emptionis, sæpe d. Meyerhoffs/de dato 1478. inter alia sic habetur, Wir Henning/Burckhardt vnnd Curth von Steinberg haben vns (nota, loquitur per verbum collec-
19 tiuum, † Vns/tanquã vniuersis, collectiue, non
20 per verbum distributiuũ, † Vnser jedem pro quota sua) vnd vnsern Erben/die Macht vnd Gnad behalten/daß wir alle Jahr mögen wider kauffen/solche vier Morgen Landts vnnd Meyerhoff, verbenannt/für die vorbenannten 700. Goldgülden/vnnd wann wir das thun wolten/solten wir: notetur, loquitur
21 per verbum † obligatorium & præceptiuum Sol-
22 len/non per verbum meræ facultatis, Wöllen † vñ mögen wir/ꝛc. dem genannten Burckhart Meyer/seinen Erben/oder den Haltern dieses Brieffs/widergeben/vnd vnbetrawen entrichten/solche 700. Goldgülden in einem Hauffen/ꝛc. Ergo expresse cautum est, ne cuiusdam saltem quotæ retroemptio, aut precii solutio fiat particularis, vt quæ nõ minima interdum adfert incommoda, sed simul tota auff einen Hauffen fieri nec diuisionẽ recipere debeat, ne videlicet emptor in pacto & casu retrouenditionis in plures distingeretur personas. Licet enim plures sunt venditores: emptor tamen cum illis non, vt cum singulis diuisim, sed coniunctim ac si omnes vna saltem persona, vel vniuersitas quædam essent, cõtrahere voluit. Iniquum igitur esset, † in plures distringi eum, qui quasi cum v- 23
no tantum contraxit, vel certe cõtrahere voluit, *l. ne in plures, & l. si seruus, §. 1. de exercit. act. facit Ronchig. in l. 3. § vbi duo, numero 95. & 110. de duobus Reis.* Et quia dicta obligationis verba, Sollen wir in einem Hauffen/solche siebenhundert Goldgülden entrichten/ꝛc. quæ sunt clarissima, in fauorem emptoris, † quo ipsi in casum retroemptionis magis cau- 24
tum esset, sunt prolata. Certe non in odium ipsius emptoris eiusque heredum, quin potius contra venditores sunt interpretanda, *l. quod fauore, Codic. de legib. l. veteribus, de pact. l. Labeo, de contrahenda empt.* Alias enim verba illa, In einem Hauffen/essent ociosa, † & sine effectu operandi: quod 25
in contractibus esse non debet, *gloss. in c. solitæ. verb. tanquam. de maior. & obedient. & Bald. in rubr. C. de contrah. empt. q. 9.* Et si dicta verba, In einem Hauffen/essent omissa: tunc demum plurium venditorum simplex assertio, quod in casu retroemptionis emptori ad certam quantitatem tenerentur, facilius pro paribus viribus singulorum forte intelligeretur. *Ronchig. l. Reos, §. cum tabulis, n. 18. de duobus Reis, pagin. 751.* Particula namque † copulatiua, Wir Hen- 29
ning/Burckhardt vnd Curth von Steinberg/obligationem in viriles partes diuideret, *l. 3. § si quis ita, de eo quod certo loc. l. si mihi & Titio. de stipul.* Et intelligeretur quilq; viriles partes promisisse, nec forent Rei debendi, sed separatim suam vnusquisq; obligationẽ sustineret, *d. l. Reos, §. 1. ff. de duob. Reis.* Wesenb. *in parat. eod. tit. num. 5.* Dicta contractus verba, In einem Hauffen: obstant viduæ, eiusque filio, quo minus pro rata saltem portione sua retroemere possit: & obstat iam reliquis duobus, Schwan vnd Curth von Steinberg/authoritas Rei iudicatæ, ne Appellanti nostræ in retroemptione, contra arbitrorum sententiam, sese coniungere possint.

Quinto, pro confirmatione priorum sententiarum facit ipsa æquitas. Quia enim venditores ab emptore precium acceperunt, vnica, non diuersis temporibus, particulari solutione, æquum certe est, vt in retroemptione, eadem totius, non partis incommoda tantum, reluitio atque solutio obseruetur.

Sexto: quamuis ex natura † contractus retro- 27
uenditionis fundi, veniant rei traditio, & solutio precii, quæ per partes fieri possunt viriles, adeoque per factum diuiduum continere intelligun- 28
tur, & sui † natura diuidua sunt: Tamen hoc no- 29
stro casu sunt indiuidua, † ex voluntate co nra-
hentium,

hentium, vt quemadmodum retroemptæ Curtis traditio, sic quoque solutio precii sit vnverscheidenlich vnnd vnzertheilt. Quemadmodum quoque precium ab initio per emptorem totum statim est solutum: *Ronchig. in l. eandem. in princip. n. 68. pag.* 80 *482.* Vbi enim promissio simpliciter facta, † & nihil de partibus est actum, censendum est, indiuiduum esse in obligatione: nō quidem natura, sed per accidēs: adeo vt pars rei recte præstari nequeat. *l. non duiditur. in 2. respons. de verb. oblig.* alias enim fieret aduersus mentem contrahentis, qui de toto cogitauit, cuius existimationi, traditione, vel solutione partis, non satisfieret, *Ronchig. dict. l. eandem. num. 84. pag. 489.*

81 Septimo facit, quia res vnica, † vnico precio vendita, particulari solutione scindi non debet iuxta *l. plane famil. hercisc.* & Dd. *in l. quidam existimauerunt. si certum pet. l. tutor. §. Lucius. de vsur.* adeoque 82 partis † solutio oblata ab vno, aliquem habere non debet effectum: *Ronchig. in d. l. eandem. in princ. num. 73. pag. 484.*

Octauo facit: quia licet hic tres fuerint venditores Curtis, venditorum tamen pluralitas illa nihil potest vbi non id est actum, vt sint diuersæ vēditiones diuersarum partium. Vbi enim venditio 83 vna est, † vnius precii, licet sit à tribus facta, non tamen debet in casu dubio, per hoc deterior esse conditio emptoris, quam si esset facta ab vno tan- 84 tum: vbi namque vnitas est precii, † contractus non scinditur per partes: *Ronchig. d. l. eandem. in princip. num. 91. pag. 491.*

Nono facit: quia si pars tantum d. Meyerhoffs retrouenderetur, tunc casæ rusticæ pars aliqua, ratione illius partis, non præstaret tantam vtilitatem, quantam tota domus, respectu totius: Adeo que censeri debet res indiuidua, secundum *Zas.* 85 *in l. 4. §. Cato. numer. 4. de verb. oblig.* Res enim † corporeæ inanimatæ, sunt quoque indiuiduæ, si accidenti aliquo indiuiduentur, puta, si ex hoc redderentur incommodæ, & inutiles, *Zas. d. §. Cato. num. 7.*

Decimo: Si Appellanti viduæ d. Meyerhoffs particularis reuitio permitteretur: Tunc domino feudi, ratione vnius eiusdemque feudi, ipso inuito, plures ex diuersis familiis, diuersi vasalli obtruderentur, & feudi ius in partes scinderetur.

Vndecimo: quia si quis vult pignus liberare, 86 tunc † non liberatur, nisi totum debitum sit persolutum, *Zas. in l. in executione 85. numero 8. de verb. obligat.*

87 Duodecimo: quia quando emptor † eodem precio retrouendere promisit, prout hoc nostro casu est factum: Tunc non cogitur ad venditionem partis diuiduæ, quia esset in damno *Bart. in l. si quis aliam. 46 in princip. n. 4. de solut. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vend. 7. princip. q. 2. vol. 1.*

Ex quibus omnibus consequi putat, Appellantem viduam, eiusue filium sodocum à Steinberg, superstitibus Reis nostris, ipsorumque descendentibus masculis, ad d. Curtis, nec totam, nec particularem retroemptionem admitti posse: Ideoque priores sententias confirmat. Compensatis Expensis.

Aliud in eadem causa.

Procuratoria & formalia, vt inter referendum est demonstratum, satis videntur esse iusta. Quia non puto desertionem recte vel prætendi, vel colligi posse, ex mora introducendæ causæ, post sententiam primæ instantiæ, coram superiore Iudice, præposito videlicet, & Episcopo consequenter Hildesheimensi. Licet enim mora vel factum Iudicis † non noceat parti, quoad desertionem 88 interpositæ appellationis (quod præcipue nostro casu nobis occurrit) & receptior in iure sententia sit: Imo vtile & necessarium, † vt Iudex de cau 89 sæ expeditione, non semel tantum requiratur, sed sæpius protestatio fiat *c. statuimus. de suppl. neglig. prælat. Bald. in auth. item si per appellationem. Cod. de tempor. appell. Franch. in c. ex ratione. numero 46. de appellat.* Tamen adhuc prævalere puto rationes collectas à Domino Referente: Inter reliquas vero ipsam prorogationem subsecutam, casu, quo prætedēs desertio liquida esset. Regulariter enim † vna 90 sufficit requisitio, ad constituendum quem in mora, *Franch. dicto loco. numero 46.* Quod vero nostro casu plures factæ sint requisitiones Appellantium, certo patet ex actis, vt per *Franck. ibid. in fin.*

Circa punctum deuolutionis etiam nolo rem exaggerare: verum quidem est, in compromisso renunciatum appellationi, quodque regulariter à † sententia arbitri appellari non possit, secun- 91 dum opinionem communem Dd. vt refert *Alexand. in l. nemo potest. de leg. 1. & Bartol. in tractat. quæst. in materia arbitrorum numer. 17.* Licet diuersum sentiat *in l. 2. de arbitr.* Tamen supra allegata prorogatio, etiam hoc puncto deuolutionis, cum effectu attendi potest: cum & alias existente enormi læsione, † non obstante facta renunciatione, redu- 92 ctio ad arbitrium boni viri, & recursus ad superiorem permittitur, cui & † appellatio parificatur. *c. 2. de arbitr.* Sed reductio † nulla cautela ef- 93 fugi potest, quando existit enormis læsio, per multa allegata per *Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cent. 1. casu 73. & libr. 1. quæst. 70. numer. 21. 24. Gabr. lib. 2. concl. 3. per tot.* Omitto hic, quæ de nullitate compromissi dici possunt, & inter cætera, quod lege 94 ciuili in ordinarium Iudicem † compromittere haud permittitur, cum arbiter esse non possit, *l. prætor. de tutor. & Cur. dat. ab his. l. etsi seruum. §. si quis Iudex. de arbitr.* per multas rationes, collectas à *Lanfranco. Ioan. Baptist. præsertim Ant. Blanc. in suis tractatibus de compromiss. & arbitr. verb. Iudex ordinarius. 2. quæst. num. 41.* Tamen secundum æquitatem Cano 95 nicam, † diuersum statutum reperitur, *c. ex parte. de arbitr. Late Blanch. d. loco. num. 47.* Idque nostro casu tanto facilius tolerari potest, cum res controuersa sit feudum Ecclesiæ, & sic diiudicationem ex Iure Canonico rectius admittat: atq; ita fieri quotidie experimur.

Quod tamen attinet ad nullitatem processus, negari non potest, quod in secunda instantia nullita-

nullitates non exiguæ commissæ sint: Inter cætera vero præcipitando processum,& cognitionem causæ,dum non audita defensione Appellati, nec admisso Appellante ad deductionem & probationem vlteriorem, meritorum,siue materialium nec attento puncto submisso,deuolutionis videlicet,statim ex abrupto iuribus partium principaliter nondum iustificatis,nec liquidatis,imo fundandæ iurisdictionis puncto, præmissa iudiciali declaratione nondum expedita, Iudex præcipitanter pronunciauit. Prout nec in prima, nec in secunda instantia litis contestatio facta esse con-
47 stat,quo † ipso processus viciatur,*Mynsi.obser.1.cent. 1.Gail.obser.76.per tot.lib.*1.Hæc,inquam, licet ita existant,tamē Cameræ Iudicem in principali pronunciare posse,pariter existimo,cum de causæ veritate ex actis iam constare possit. Et receptum, satisque notum sit,quod hactenus ita obseruatū, præsertim vbi circa iurisdictionem nullitates nullæ apparent, referendo me ad ea, quæ ex iuris & constitutionis dispositione in simili, sæpius hoc loco vsueniunt,discussa sunt. *Hinc fundatam per omnia Iurisdictionem Camerae censeo.*

Materialia, siue merita causæ, ex vno dependent dubio:An videlicet vnus, plurium Reorum credendi,vel habentium ius reemendi, in totum, vel ad partem,inuito venditore, retrahere possit, &c. Vtq; hic approbem sententiam Domini Referentis,me mouent rationes per eum propositæ; Insuper etiam resolutio Doctorum, cui præcipui se subscripsere, quod videlicet vnus creditorum, tale ius habentium, non possit suam partem, vel, prout loquuntur,pro parte redimere. Nam quā-
48 do conditio siue facultas, † quæ consistit in faciendo, simpliciter vel mixtim, in dando vel faciendo ponitur in persona duorum,tunc non potest impleri per vnum eorum pro parte.*l. si ita fuerit,in princ.§.quæstio.de manumiss.testam.& notatur in l.si plures.C.de tit.refert Tiraq. de retract. post Bald. & alios in gloss.*1.§.23.*numero* 9. Assignat duas rationes,
49 prima: † quia si aliud diceretur,quis inuitus compelleretur ad communionem,quæ immensas cō-
50 tentiones parit. Altera ratio:† quia pluris valet, plurisque emitur totum in toto, quam pars, respectu rei:quam communem dicit *Alciat.& Socin.* claram eam esse conclusionem, inquit, contra quam non reperitur aliquis scribentium tenere, vt refert *Tiraq.d.loco,numero* 10.vbi annectit, se nullos reperisse, qui contrarium assererent: nisi se prorsus fallat memoria,præter *Obertum,Cremonem, Doctorem antiquum, & Firmium in repertorio. Verbo: Emptor retrouendens.* Et quidem è diuerso non nego,pro qualitate negocii & circumstantiis Actorum & deductorum,validas & vrgentes rationes afferri posse, tam quod luitio diuisim & pro rata siue quota,quam etiam in totum nostro casu fieri possit. Quod enim iam de partis redemptione dixi † ei obstare videntur expressi iuris textus, quos refert *Tiraq.de retract.*§.*1.glossa* 6.*num.*30.Qui
52 enim † promisit duobus aut pluribus, videtur promisisse separatim & cuilibet pro virili. Et licet incidat in communionem cum vno,ei tradendo partem,est tamen sibi imputandum, quod ita contraxit,& licet etiam reuendere sit factum, est tamen diuiduum per iura,vt *Tiraquel.ibid.* Imo prior opinio intelligi potest, quando ab initio non contractum est cum duobus aut pluribus, sed cū vno tantum,prout distinguit *l.cum fundus.de condit. & demonstrat.& refert Tiraq.iam d.loco,n.31.*

Idque tanto magis nostro casu, quo clam altera parte,eaque non consentiente,primus contractus,quoad luitionem,mutatus est,non sine fraudis suspicione,quæ in vtroque contrahente quodammodo deprehenditur,& quæ tertio non nocere, nec alius ex eo commodum capere debet, cui & ipsa æquitas non parum suffragari videtur. Quod vero in totum redemptio fieri possit ab vno venditorum, sunt diuersæ Doctorum sententiæ. Inter eas verisimilior putatur à *Tiraquel. d. loco num.37.* ea, qua existimatur, quod simpliciter cogatur emptor integram rem reuendere vni creditorum, vel hæredum offerenti integrum precium,siue alter repudiet,siue nō: nam si repudiet, integrum ius manet apud alterum,iure accrescendi. Si non repudiet, seruatur ei ius illæsum, quia
53 potest cogere socium,† qui totum redemit, vt ei partem suam reuēdat,restituto pro portione precio.Pro qua sententia consuluit *Paul. Castrens. consilio 221.lib.1.& consilio 74.libro 2.Socin.consilio 16.libr. 4.*refert & alia *Tiraq. d.loco. numero* 37.dicens, secūdum hanc opinionem iudicatum fuisse in Curia Parisiensi, Anno 40.Sed quod nostro casu tota summa sit obligata & deposita, ex actis satis constat, prout & altera pars suum ius reluendi, pro medietate repudiasse dicitur, per assertam secundam conuentionem,sicque locum habeat nostro casu d.sententia, vt per *Boer. decisio 251.num.* 2. Iniquum enim esset,repudiatione vnius vendentium,alteri in totum, vel saltem pro sua parte facto alterius, ius suum præripi, vt nunquam, vel difficulter,eo vnquam vti possit. Grauis itaque & dura mihi videtur esse primæ instantiæ sententia eiusque confirmatoria:ita,vt si pace dominorum fieri posset, potius prælibatam æquitatem iudicando sequerer, prioresque sententias reformarem, quoad quotam retrouenditionis petitæ, quam Henningo competiisse tempore venditionis,nullibi negatum aduerto, quam vt eam in totum confirmarem. Eumque pronunciandi modum potius eligerem,cum præsupponam, secundæ conuentionis,siue pacti probationem, per documentum in originali,parti esse exhibitam. Et ex actis liquidum sit,controuersam Curtim,eiusque prouentus & commoda, ante tempus primi contractus, & postmodum, semper à pluribus pro diuiso vsurpata & possessa fuisse: Ideoque in hac re controuersam eam qualitatem & naturam diuidui possessorum facile attendi posse, parumque referat, vnius vel diuersæ familiæ homines, fructus Curtis percipiant: Cum ea qualitas antiquitus ei rei controuersæ sic insita fuerit: Et
54 in hoc summo iudicio † magis attendatur veritas,

tas, quam rigor, adeo vt habita veritate, non quæratur de modo, quo peruentum ad eius cognitionem, nec eatur ibidem per ambages. Id quod de Imperatore certum est, cum quo & Camera in
55 hoc, † concurrentem habet iurisdictionem, pulchre *Gail. obseruatio. 42. num. 1. 2. 3.* Siue igitur recurrendo ad superiorem, siue reducendo ad arbitrium boni viri, siue etiam Appellando, Iudici rei
56 veritas suggeratur, eam † in pronunciando merito sequi debet, cum, vt supra dictum, nulla cautela id effugi possit: Sub tali forte sententiæ forma, cuius similia extant in Seylero 11. Iunii Anno 61. *fol. 526. 314.* vbi super nullitate & iniquitate fuit pronunciatum, videlicet: Ist erkennt / daß durch Richter nechst voriger Instantz nichtig vnd vbel procediert vnd gevrtheilt / Vberflüß vnd wol darvon appelliert / vnnd daß gedachte Appellaten / &c. reluitionem zugestatten schuldig / &c. mutatis mutandis, secundum petita. Si vero propter non productum originale secundæ conuentionis probationis defectus existeret, adeo vt de eo pacto nondum recte constaret, an non tunc corruerent omnia fundamenta, quæ retroemptioni opponi possunt, & sic omnes primarii venditores von Steinberg / ad restitutionem admittendi forent, iure communis appellationis, vt quia causa est communis, & vna eademque omnium defensio, vniusque appella-
57 tio † prosit aliis non appellantibus, *tot. tit. C. si vnus ex pluribus appellantibus. l. si qui separatim. §. fin. de appell. Franc. c. directe. num. 7. & c. vna sententia. num. 3. 4. de Appellat. Gail. obseruatio. 123. n. 3.* Id quod Dominis perpendēdum relinquo. In omnem tamen euentum puto compensandas expensas. Saluis votis Dominorum.

Votum aliud, in eadem causa.

D. Q. Formalia, vt Domini. Materialia diligenter discussa esse & iuribus deducta, vt potius velit dubitare, quam alterius sententiam amplecti. Et quamuis omnium interpretum, præterquā duorum, quos referens allegauit, sit sententia, quod vnius ex pluribus, offerendo precium, non possit pro parte retrouendere, per iura, vt Referentes: Tamen vt magis confirmetur in sententia correferentis, facit, quod hoc restringatur, si vnus offerat precium totum: Tunc enim quia emptor expositum recipit, quod loco alterius partis succedit, tenetur reuendere, vt per *Bertachin. vers. obligatus reuendere, vbi allegat Fulgos. in l. quod si nolit. §. idem Marcellus. de ædil. edict. l. fistulas. §. qui fundum. de contrah. empt. Chassan. in consuetud. Burgund. rub. quinta. §. primo, numero 38. vers. quartum fuit.* Inprimis cum de renunciatione consociorum, ex nostris actis, si non per assertam secundam conuentionem, saltem per omissionem prosecutionis aliquo modo constare videatur. Quibus in terminis iura in contrarium adducta, intelligenda, interpretes asserunt, *Bertachin. dict. loco. Castrens. consilio 221. num.*
58 *primo.* Quod reuendendi † est ius indiuiduum: quia continet rem tradi, quod est indiuiduum, *l.*
59 *stipulationes non diuiduntur.* Acquiritur † ergo cuilibet consociorum insolidum, *l. 2. de verb. oblig.* Vnde etiam in consequentiam, vni † tantum com- 60
petit reuocatio, reliquis etiam detrectantibus. Vult in totum permittere reemptionem, & pronunciare, iuxta petitionem primi libelli. *Compensatis expensis.*

Aliud.

D. C. Putat etiam ex partium prorogatione iurisdictionem fundatam. De nullitate sententiæ nihil pronunciandum. Materialia consistere solum in iure. Quare ex causis à Referente allegatis cum eodem concludit, & communi opinioni inhæret, † à qua in iudicando non facile recedendum. Nempe reluitionem à vidua ad partem fieri non posse. Quod autem tantum pro parte reluitionem petat, constat ex libello huius instantiæ, & eius petitione. Ergo non totum precium offert, cum dimidiam partem tantum petat: Quare illa particularis oblatio reliquis non prodest, qui plane à reluitione destiterunt, & non dubito, quin reliqui duo, suam partem iterum receperint. Quare plusquam verisimile, vti quoque verba petitionis inferunt, mentem viduæ fuisse, & adhuc esse, solummodo mediam precii offerre. Alius autem status causæ in prima instantia, & totum precium ab omnibus fuit oblatum: quare secundum petita huius instantiæ, putat pronunciandum, secundum communem, quod videlicet non cogatur retrouendere. Si vero ex actis constaret, quod vidua totum precium offerret, ac mens sua liquida esset, de toto precio offerendo. Etsi illa prosecutio appellationis viduæ quoque reliquis consociis prodesset, qui appellationem non sunt prosecuti, tunc accederet sententiæ correferentis limitatiue: nimirum, quod emtor cogatur integram rem reuendere vni creditorum vel hæredum, offerenti integrum preciū, & quidem in solidum, non pro parte. *Compensatis expensis.*

Aliud.

D. L. in cognitione meritorum nos non esse fundatos in iurisdictione, sententiam. n. compromissariorum abiisse in rem iudicatam, nec appellari potuisse: Et sic nulliter iudicasse secundum Iudicem *l. 1. vbi Dd. Quæ sent. sine appell. rescind.* Nullitatem descendere respectu iurisdictionis. Ergo. *Gail. obs. 127. lib. 1.*

Aliud.

D. X. Iudicem secundæ instantię nulliter pronunciasse: Primo, quia ex abrupto, in puncto non submisso pronunciauit. Quia simul & semel propter † contrarietatem, super exceptione incom- 62
petentiæ & causæ principalis, pronunciare non potest. *cap. exhibita. de Iudic. Felin in c. suborta. numero 5. de re iud.* Deinde cum contra Iudicem exceptio defectus iurisdictionis opponitur, reiici illa tacite per processum ad vlteriora non potest, sed requiritur pronunciatio expressa, *Roman. singul. 352. Felin. dicto loco numero 6.* Licet id aliter decisum videatur *in c. ex parte. la. 2. Panorm. in c. cum super de appell.* Verum his non obstantibus, nihilominus

sentio, dictam sententiam labe nullitatis carere. Præsuppono enim, Episcopo, tanquam proximo & ordinario, iurisdictionem ipso iure competiisse: quod autem Appellati eam declinare potuerunt, id ex facto litigantium, videlicet ex pacto de non appellando processit, eaque res non ius publicum, sed ius litigatorum continet. Licet igitur hanc pacti exceptionem Iudex proximus per definitiuam tacite simul reiecerit, tamen eo ipso nō ius publicum, siue constitutionem, sed tantum
63 ius partium læsit. Certum autem est, † eam tantum sententiam, quæ contra ius constitutionum fertur, ipso iure nullam esse, quæ contra ius litigatorum fertur, valere, *text. l. 1. §. Item si contra quæ sent. sine appell. rescind. Dd. in l. ait prætor. §. 1. & in l. præses. de re iudic. glossa & Dd. in l. prolatam. C. de sent.* Et ab illa appellare necesse non est: ab hac, ne Rei iudicatæ autoritatem fortiatur, omnino est appellandum, *d. l. 1. §. cum contra.* Capic. *decis. 1. n. 16.* Deinde tantum illo casu, quando ipso iure iurisdictio
64 non subsistit, per processum ad vlteriora, † incompetentiæ exceptio tacite reiici non potest: ac
65 cum per exceptionem elidibilis est, † tacita pronunciatio sufficit: *Felin. d. loco num. 5. vers. secundus casus.* Concurrit, quod etiam à sententia vere nulla appellari possit: quamuis vt id fiat, necessarium
66 non sit. Atque hoc casu appellatio † non tantum operatur effectum suspensiuum, sed etiam rescissiuum, quatenus de facto sententia processit, *Franc. c. dilecto numero 15. de appellat.*

Proinde nihil obstat, quo minus sententiam proximam valere, & appellationem ad Cameram deuolutam dicamus. Vt tamen super competentia proximi Iudicis hic pronunciemus, reclamagari videntur ipsi appellati, qui nec ab illius sententia, per quam exceptio incompetentiæ tacite reiecta grauatos conqueruntur, sed potius recte eā confirmari petunt, quo ipso exceptioni incompetentiæ renunciasse videntur: Actus enim subsequen-
67 tes contrarii præcedentibus, faciunt videri recessum à præcedentibus *l. 2. C. de his quæ vi metusque. l. si mulier. ibi glossa verb. ratum. eod.* Quoad merita causæ principalis, Appellanti viduæ ius retrotrahendi totum prædium feudale competere existimo, & subscribo sententiæ Domini Correferentis, in eo, quod vnus ex pluribus venditoribus, reliquis etiam repugnantibus, nedum conniuentibus, ex pacto reluere possit, quemadmodum & sententiam Domini Referentis, quod id pro parte fieri non possit, probo, & vtriusque argumentis acquiesco.

Nostro casu viduæ totum prædium merito adiudicatur: quia oblatio & depositio totius precii facta est, adeoque vidua totum prædium ex pacto reuenditioni adiecto, restitui postulat. Ad cuius postulationis demonstrationem pondero, verba conclusionis libelli, in secunda instātia producti, videlicet, daß Rei der angekündten Losung / sonderlich so viel die Helffte belangt / Statt zuthun schuldig. Quod dicit, der angekündten Losung / ea facta est
68 ratione totius prædii. Deinde verbum, † Sonderlich / siue præsertim, vtrumque casum comprehendit, tam quoad totum, quam quoad partem: *gl. in l. quod si minor. §. restitutio. de minorib. Zabarell. in c. grauis numero 9. ibi addit. de sent. excommun.* Adstipulatur, quod ex narratis petitio libelli intelligi debeat, in cuius libelli articulo 11. diserte est expressum daß Rei den von Steinberg / den gantzen Meyerhoff abzutretten schuldig. Præterea cum contenta libelli, ex natura actionis institutæ adiudicationem totius tantum inducant, si priora deficerent: vel per verba clausulæ salutaris, in hac instantia totum simul petitum recte diceremus. Non aduersatur, in hac instantia tantum dimidiam partem precii petitam: Respondet enim, petitionem postremam ex prioribus diiudicandam, vt releuetur huius instantiæ libellus, † qui semper ad commodum li- 69
bellantis est interpretandus, *l. qui intentionem. de iudic.* Deinde expendendum, tum demum per posteriora † à prioribus præsumptiue recedi, cum 70
posteriora prioribus sunt contraria, *d. l. 2. Cod. de his quæ vi metus.* Pars autem † toti contraria non 71
est, sed in eo continetur, sicut summa minor in maiore. Addatur, quod diuersitas instantiarum consideratur tantum, quoad diuersitatem processuum: Iura enim † par ium per instantiarum va- 72
rietatem non mutantur. Adhæc quia mutatio petitionis, † mutationem libelli inducit: Idcirco cū 73
in vna causa diuersæ sint petitiones, prior, si libello conueniat † super qualis etiam contestetur, at- 74
tendi debet: quia tantum valere potest: cum post litis contestationem, mutatio libelli fieri non possit. *l. edita. C. de edend.*

Quod plus est: quamuis in sequente appellationis instantia, non deducta deduci, non probata probari possint, tamen aliud peti non potest: *Iafred. Lanfranc. decision. 452. centur. 5. Hippolyt. de Marsil. singul. 240.* Itaque si huius instantiæ petitio, diuersa à prioribus censeri debet, quod tamen mihi non videtur, dubium non est, quin prorsus sit viciosa, quin & natura pacti de retrouendendo inspecta, nostro casu petitio nostri libelli, ipso iure nullius est momenti. E contra secundæ instantiæ libellus maxime huic pacto conuenit. Sic quoties ab vna sententia duæ appellationes interponuntur, † quarum vna subsistit, al- 75
tera non: non interpositionis ordo consideratur, sed attenditur saltem illa, quæ suum sortitur effectum: *Ferrar. c. sua nobis. de appell. Mynsing. obseruat. 7. centur. 1.*

Denique in vniuersum receptum: quoties in actu duo concurrunt, † quorum vnum vtile est, 76
alterum inutile, valet actus, si vnum per se, ad tuendum actum, sufficit. *l. 1. §. sed Pomponius. quod cum falso tutor. Bartol. l. 1. de Edend.*

In oblationis & depositionis excussione nihil impedit, pecuniam non à sola vidua, sed à tribus primis Actoribus coniunctim oblatam & depositam. Oblatio enim † vim solutionis habet, in qua 77
non consideratur, à quo facta sit: sed an tātum facta sit, cum quilibet pro alio † etiam ignorante & 78
inuito, cum effectu liberationis, soluere possit.

l. soluer.

l. soluer. 53. l. solutione. de solut. Accedit, quod Reorum plane non interſit, viduæ an ſit pecunia, vel
79 alterius. Quemadmodum igitur de iure † alterius excipere nequidem pars poteſt. Ita Iudex omnino non poteſt, *l. vnica. ibi Caſtr. num. 3. 4. C. vt quæ deſunt ad part. Weſemb. conſilio 14. numero 68.* Sed nec releuat coniectura, quod conſortes viduæ ſuam quotam, de prima depoſita ſorte receperun : hoc enim Reis tantum præiudicare poteſt, qui pecuniam accipere expreſſe recuſarunt. Quo caſu vel ſola realis oblatio ſufficeret, idemq e operatur, quod Realis, cum legitima depoſitione coniuncta. Eamque ſententiam magis communiter receptam oſtendit *Gab. lib. 3. tit. de ſolut. concluſ. 8. num. 1.* Et vt vtrique iam d. obiectioni plenius ſatisfiat,
80 accumuletur, quod depoſitio † periculum in creditorem transfert, & debitorem in bonæ fidei Iudiciis (ad quæ caſus noſter pertinet) etiam ipſo iure ſtatim liberat. *l. in bonæ. de pecul. l. huiuſmodi. §. qui hominem. de legat. 1.* Sed etiam exceptio precii non
81 redditi, † appellatis ſupereſt, eamque etiam poſt ſententiam in executione opponere poſſunt: *Gail. lib. 2. obſeru. 17. num. 8.* Amplius non obſtat ſecundæ conuentionis beneficium: quia, vt de illius virib. (quæ quo ad Appellantem noſtram ex iure feudali inanes ſunt) taceam, non eſt probata, quia ſaltem copia producta.

Non obſtat negatio Actorum ad *13.* Eliſiuum, quod videlicet Rei, primi emptores, nec filii, nec hæredes ſunt: Quamuis enim ſtricto iure verum ſit, in actu impugnato partem ſe fundare non poſſe: Tamen Iudex ex officio poteſt. *Bartol. in l. poſt legatum, de his quib. vt indign. Gabr. lib. 5. de reg. iur. concl. 5. numero 58.* Deinde nec impugnatio talis parti obeſt, cum ab ea deſiit *Bellam. deciſ. 357. in fin.* Actores autem noſtri paſſim, præſertim vero in libello, articul. 1. & 4. negant, Reos ex primo deſcendere emptore: nec etiam leuis authoritatis Iuriſconſulti reperiuntur, qui pactum de retrouendendo reale, non etiam perſonale exiſtimãt, *Socin. Senior conſilio 80. vol. 3. Didac. Couar. lib. variar. reſol. c. 8.* Idque etiam in genere non probet, tamen quoties hæredes primi emptoris deficiunt, vel facultatibus lapſi ſunt: pactum illud in ſubſidium, etiam contra poſſeſſorem tenet, & ex eo vtilis rei vendicatio competit, *Scephal. conſilio 41. num. 5. libr. 1. Grauet. conſil. 201.*

Poſtremo non aduerſatur: ſententiam Epiſcopi, quoad conſortes viduæ, tranſiiſſe in rem iudicatam. Etenim mihi videtur, viduæ appellationem, ſententiæ vim in totum ſuſpendiſſe, & effectum appellationis etiam ad correos, quoad eorum commodum, pertinere. Cum enim ex pluribus conſortibus vnus appellat, ſi modo reliqui taceant, nec ſententiam expreſſe approbent, ſententia in cauſa Appellationis pro Appellante lata, etiam illis prodeſt *l. 1. 2. C ſi vnus ex plurib. l. ſi qui ſeparatim. §. vlt. ibi Bart. num. 1. & Ang. numero 3. de appell. c vna ſententia, ibi Franc. eod.* Nec neceſſe eſt, conſortes poſtmodum appellationem proſequi, cum alioquin ſententiam etiam pro illis, propterea quod eſſent in lite ferre oporteret. Imo eo ipſo, quod Appellationi ab vno factæ, reliqui non contradicunt, ſimul appellaſſe, & in illius perſona appellationem proſequi cenſentur *Franc. d loco. verſ. octauo requiritur* Concludit cum Dn. Q. Sic: Daß durch Richter voriger Inſtantz vbel gevrtheilt/ wol davon appellirt/ vnd daß die Appellaten der angekündten Loſung ſtätt zuthun/ vnnd geklagten Meyerhoff/ gegen Erhebung der 700. Goldgülden, erſtes Kauffgelts/ wider abzutretten/ auch die davon auffgehabene Nutzung/ à tempore depoſiti precii, zu erſtatten ſchuld g ſein/ ꝛc. *Compenſatis Expenſis.*

Aliud, in eadem cauſa.

D. L. Vt Dominus Referens. Licet enim renũciatum ſub iuramento: Tamen conſiderat, quod in eodem, noſtri arbitri appellantur Commiſſarii D. Præpoſiti Hildesheimenſis: Ita quod à D. Præpoſito, qui ſuper litigioſis bonis iuriſdictionem habet, fuerint dati, aut potius delegati: non autem ſolum conſenſu litigationem, tanquam priuatorum, fuerunt aſſumpti: Ideo ab ipſorum ſentẽtia appellari potuit, *l. arbitro. qui ſatisd. cog. Iaſ. l. nemo poteſt. numer. 66. de legat 1.* Et quamuis dicitur, quod partes iurarint: Tamen non dicitur, quod reuera iurarint. Et ſi eſſet factum, tamen cum ſententia commiſſariorum, † ſine veris probationi- 82
bus, & ſine cauſæ cognitione ſit lata, ei ſtari non oportet, ſed ipſorum arbitrium per ſuperiorem emendari poteſt *c. 2. de re arbitr. l. ita demum. de arbitr.* Tacet interim, quod in compromiſſo non habetur, d. Annam viduam, de beneficio appellationis certioratam fuiſſe. Imo compromiſſum, † ſuper 83
rebus Minoris immobilibus, per tutorem factum ſine decreto non ſubſiſtit, *Bald in l. præſes prouinciæ. numero 9. C. de Tranſact. l. non ſolum. & ibid Bald. Cod. de præd minor. ſine decret. non alien. Iaſon. in l. 2. numero 3. 4. de offic. eius, cui mand. eſt iurisd.* Nam ſicut Tutores † tranſigere non poſſunt. Ita nec compromit- 84
tere: *Bald. in d. l. præſes.* Quod adeo verum eſt, † vt 85
hoc ipſum non ſolum in bonis procedat, vbi Minor habet verum dominium: ſed & in quib. quaſi dominium habet, *Iaſon. d. l. 2. num. 5. per l. magis puto. de reb. eor. &c.* vnde videtur, d. Compromiſſum ex parte viduæ non ſubſiſtere: quod dominus magis cogitandum relinquit. Licet, quoad cæteros litigãtes, compromiſſum ſubſiſtat.

Quod ad Principalem cauſam, ſentit, quoad Actionem, cum Referente. Et hanc probatam. Et tametſi Rei per ſecundum contractum probare volunt, reluitionem locum nõ habere, quamdiu maſculus ſupereſt: Tamen ille contractus apud acta non eſt probatus, cum nuda copia, † ſine ori- 86
ginali, nihil probet: *auth. ſi quis in aliquo. de edend.* Quippe ex tenore eiuſdem notorium, quondam Henning von Steinberg/ in ſecundum illam conuentionem nunquam conſenſiſſe. Vnde ipſi, eiusque heredibus, talis conuentio non præiudicat: Imo ſine expreſſo d. Henning conſenſu, † cæteri 87
fratres iſtam alienationem in extraneum facere nõ potuerunt, *c. vnico. §. Titius filios. ibi Affict. num 5.*

si de feud. defunct. controu. sit int. dom. quod merito Appellans vidua, eiusque filius, ad reluitionem sint admittendi: An autem in totum, vel medietatem, dubitatur. Et hoc casu, si attendit primam conuentionem, satis constare, solutionem d. pecuniæ indiuiduam esse, quod pro parte solui non possit, vt per Referentem. Si vero secundam conuentionem, quam Rei pro se allegant, attendit, liquet, Reorum parentes à priori conuentione resiliisse, & personarum seu diuisionem fecisse, seu separationem. Quod eo intuitu, respectu personarum, & diuersæ obligationis, per quam separatio facta est talis numeratio iam diuidua censeri possit: quod merito d. vidua pro medietate ad luitionē sit admittenda *l. cui fundus. ibi Bartol. de cond. & demonstr. Bald. in d. l. 2. in fin. C. de pact. inter empt. & vend. per l. cui vsusfructus de vsufr. l. quod autem. §. 1. de in diem adiect.* Alias enim secundo contractu existente, vidua nunquam posset suam partem reluere: quod
88 esset iniquum. Cum renunciatio feudi † per vnum facta alteri, non noceat agnato, *c. vnic. ibi Afflict. numer. 10. de eo qui fin. fac. agnat. de feud pater.* Et de eo videtur Correferens inniti. Cæterum cum
89 considero, quod proximior agnatus † ad reuocationem feudi alienati admittatur, d. iam *c. vnic. Afflict. d. §. Titius filios numero 5.* & pecunia in hoc casu nostro, in totum obligata sit vel fuerit, hinc censet cum D. X. Relictam viduam & filium in totum admittendam, vnnd daß Rei die Losung zugestatten schuldig seyn. Cum perceptis fructibus à die depositionis pecuniæ. Expensas compensat.

D. C. Cōcludit cum Q X & D. Quia videt nullitatem per Dominos saluari.

D. à E. Concludit cum D. L.

Sententia.

IN Sachē Annæ / weyland Henning vō St. Wittib / & Consortis, Appellantis, eins / wider Jobst Meyern / & consortes, in Actis benennt / Appellaten / anders Theils. Ist allem fürbringen nach zu Recht erkannt / daß durch Richter voriger Instantzien vbel gevrtheilt / wol dauon appelliert / vnd gedachte Appellaten der angekündten Losung statt zuthun / vnd geklagten Meyerhoff / geg n der Erhebung der 700. Goldgülden / ersten Kauffgelts den Appellanten wider abzutretten / auch die davon auffgehabene Nutzung / von Zeit an angebottenen vnnd hinterlegten Kauffschillings / zuerstatten schuldig seyn. Als wir sie zu solchem allem hiemit condemnieren vnnd verdammen. Compensatis Expensis.

VOTVM XX.

In Causa principis E L. M.

Contra E.

SVMMARIA.

1 *Litis pendentia, impedit litis ingressum.*
2 *Continentia causæ absurde & inique non est diuidenda.*

PRimi mandati, die Türckensteuer belangend de Anno 57. zu Regenspurg.

Vnica hic obiicitur exceptio, ad impediendum litis ingressum, † videlicet litis pendentia: 1
quod nimirum ante multos Annos lis sit instituta inter easdem partes, eadem de re, in prima conuentione, & 2. reconuentione: Igitur decisionem huius negocii ibi esse expectandam, ne continentia † causæ absurde & inique diuidatur, contra *l.* 2
nulli l. interdum Naut. Caupon. Et sane qui nouerit causam primæ & secundæ con-& reconuentionis, negare non potest, in iisdem non pauca esse deducta, quæ ad hoc negocium plurimum faciant. Verum quia nuper in d. conuentione & reconuentione definitiue pronunciatum, nec tamen ex sententiis latis colligi potest, hanc etiam litem, von den Schatzungen / determinatam esse, per eas sententias: facile intelligitur, eam exceptionem non esse probatam: quia lis ibi non pendit, vt ex euentu constat. Itaque non obstante ea exceptione, litis contestationem iniungendam esse Reis putat, prout Actoris procurator aliquoties petiit, & in eiusmodi causis mandatorum cum clausula, fieri consuetum esse, tradit Gail. *obseruat. 78. numero 6. lib. 1.* vult etiam compensare expensas.

Omnium vota accesserunt sententiam Referentis, & ex inquisitione aliorum Actorum inuenit B. similiter processum in paribus causis.

VOTVM XXI.

In causa Nobilium D.

Contra H.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus.*
2 *Exceptio spolij, cum sit dilatoria, ante litis contestationem opponitur. & num. 5. Estq; litis finitæ ibi. Limitatur, numer. 7. 8. & 9.*
3 *Inhibitio si vtrisque partibus fit, ab Actoribus non est commissum spolium: Nec spoliatis tunc competit restitutio. num. 4.*
10 *Appellantes in hoc casu, quare in pœnam temerè litigantium non sint condemnandi.*
11 *Exceptio non competentis iudicis perpetuò obstat.*
12 *Appellatio debet fieri gradatim, & si fit, omisso medio, ea est nulla. Et nisi iterum intra decendium ad idoneum iudicem appelletur, erit deserta numer. 13.*
14 *In omnibus casibus quibus proximior est inhabilis (in genere) appellari potest ad mediate superiorem.*

D. I Referens. Videndum, an grauamen tale, vt recte appellatum? Quod est, se esse spoliatos, † ergo restituendos ante omnia, *secundum iura* 1
vulgaria. Cum vero hæc sit dilatoria, † quæ ante lis 2
tis contestationem opponi potest, *Gail. obser. 75. num. 6. lib. 2.* Sitque litis finitæ, *Ludouic. ab Assisso. decis. 17. num. 3. part. 1.* Ideo merito dici posset iudices male iudicasse. Sed putat, de iure verius pronuncian-

nunciandum, malè appellatum, bene pronunciatum. Nam putat, Heimburgenſes remedio *ca. redintegranda. 3. q. 1. Gail. d obſ. n. 19.* Et licet Rei obiecerint ſpolium: Tamen quia à magiſtratu eſt
3 inhibitum vtriſq; † ideo ab Actoribus non commiſſum ſpolium. *Gabr. lib. 5. nu 27. de reſtit. ſpol.* Et notoria eſt ea inhibitio, ex confeſſione partium:
4 Ideo ſpoliatis † tunc reſtitutio non competit, *Socin. l rem quæ nobis. nu. 20. C. de acquir. poſſ. Grauet. conſ. 302. n. 6.* Nec probata ſpoliatio, cum non ſit ſpolium: Concludit, bene iudicatum. Cumq; iam Comites ſint habiles, & non amplius in banno, vult cauſam remittere ad ordinariũ, cum expenſis. Vult etiam condemnare in pœnam temeratiæ appellationis (quæ eſt 10. Marck Silbers) propter præiudicium alterius cauſæ.

Saluis.

D.B. putat, petitionem ratione commiſſionis, denegandam, cum ordinarie fieri poſſit, & iuxta comp. omiſſ. im ſummarius erit proceſſus. Quoad exceptiones contra appellationem: non præſumi Comitem ſuſpectum, videtur actũ ex *c. redintegranda:* Exceptũ de Syndico: *allegat Weſemb. conſi. 35. nu. 17. part. 1.* vbi de Syndico conſtituendo
5 agit Exceptio ſpolii † opponi debet ante litis conteſtationem, *l. exceptionem. Cod. de probat. l. fin. Cod.*
6 *de except.* Fallit: † ſi Reus iuſſus litem conteſtari, proteſtetur q̃ non velit recedere ab exceptionibus: *Abb. in c. ex conqueſtione. n 6. de reſtit ſpoliat.* Ex-
7 cipiendo, † eſſe obiectum ſpolium, quo caſu locum non habet. *Hartm. c. 7. tit. 1 de poſſeſſion* Item,
8 ſi † agitur de proprietate & petitoria. *Damaſ. regul.*
9 *28. in fin. c. dilectus. de poſſ propr.* Item, † *vt Porcius reg. 44. limit. 14.* Imo eo caſu potius turbatio dicitur. *Gaud. conſ. 62. num. 1. Hieron. de monte Prix quæſt. 23. num. 22.* Concludit, bene iudicatum, cum expenſis. In pœnam tamen temere litigantium
10 non poteſt condemnare, † quia ſe prætendunt bonæ fidei poſſeſſores.

D.L. putat cauſam non deuolutam, & ſic non competentem Iudicem Cameram: Quia potuerunt ad Cameram appellare. Inhibitionem non facere eum incompetentem. Deinde fuit Comes in banno: Sed non tempore ſententiæ, & ſic Co-
11 mes competens fuit. Cumque ea exceptio, † non competentis iudicis, (quæ eſt obiecta contra Cameram) perpetuo obſtet, ſitque idem, ſiue remittatur, ſiue non, malit retinere: Nec putat obſtare, quod de pœna mouetur: alias conſentiret cum Dominis.

12 D.S. Appellationem debere fieri gradatim † & ſi fiat, omiſſo medio, eam eſſe nullam, ſatis conſtat (*vide Marant. fol. 636. Franc. c. dilecti. n. 12. de ap-*
13 *pell.*) ideoque deſeram, † niſi intra decendium iterum appelletur ad idoneum Iudicem. *Franc. ibid. n. 13. circa med.* Cum verò hoc caſu Iudex delegans vel committens, præcipuum grauamen ipſe (aſſertum ſcilicet ſpolium) intulerit, ex quo ſe fundat Appellans, & à quo grauamine principaliter appellatum, non puto inconueniens, quod non ad ipſum grauantem, ſed proximè ſuperiorem appellatum, ne videatur prouocatio facta ab eodem ad eundem, per id, quod dicitur:
In omnibus caſibus, † quibus proximior eſt inha- 14
bilis (in genere) appellari poſſe ad mediatè ſuperiorem: *Abb. Franc. c. dilecti. la 2. de appell. Marant. de Appellat. n. 364.*

Deinde ad faciliorem cauſæ expeditionem facit: ſi præcedens ſententia confirmetur, quam ſi cauſa non deuoluta pronuncietur: Quia cauſa noſtra appellata, quæ eſt interlocutoria, remittenda eſſet ad mediatum, & ibi diſcuſſanda, à qua iterum poſſet appellari & tamen in principali interim nihil ageretur, per *l. Imperatores ff. de appell. Franc. dict. loco.* Cum itaque grauamina ſint irrelevantia, vt patet ex cauſis, ante me deductis, malim, eis reiectis, in principali pronũciare, vt alias.

D.Q. Reſpicit, q̃ præcipue per Appellantes allegatur ſpolium, quo non ſunt grauati. Et ex officio poſſet pronunciari v. Q. Licet non ſit petitum, damit man den Partheyen auß den Sachen helffe: Nec ſit tanti momenti, vt hic retineamus.

Sententia.

IN Sachen ꝛc. Iſt D. Rammingern ſein in der Supplication ꝛc. begehren abgeſchlagen/ vnnd von Amts wegen die am 18. Auguſti Anno 73. fürbrachte grauamina, als vnerheblich nicht/ſonder die Sach für beſchloſſen angenommen/ darauff allem fürbringen nach zu Recht erkannt/ wol gevrtheilt/vbel davon appelliert/ cum expenſis.

VOTVM XXII.

In cauſa K. contra X.

SVMMARIA.

1 *Actio ex condictione certi generali, ex omni cauſa & contractu competit.*

2 *Actio ex conſtituto, dicitur conſtitutoria, ad ſolutum non ſoluti. Et hoc inter mercatores frequens eſt.*

3 *Exceptiones omnes, principali competentes, etiam fideiuſſori & conſtituenti dantur.*

4 *Quod quis promittit pro alio, in dubio videtur promittere vt fideiuſſor.*

5 *Bartoli diſtinctio in l ſi ſtipulatus. §. poſſum vtiliter, in fin. de verb. oblig. inter fideiuſſorem & conſtituentem quæ.*

6 *Promiſſio conditionalis, non eſt fideiuſſio.*

7 *Ius idem ſtatuunt Dd. in quocunque conſtituente debitum alienum, quod in fideiuſſoribus qui ſe principales debitores conſtituunt.*

8 *Proteſtatio vel teſtatio fideiuſſori, per debitorem facta quod creditori non ſoluat, eum non releuat niſi veritas oſtendatur, & probetur.*

9 *Iudex ex officio in caſu, quo quis vltra dimidium læſus eſt, reſcindere debet contractum.*

10 *Executio non ſuſpenditur per exceptionem indaginem altiorem requirentem.*

11 *Diſcuſſio debitoris principalis in conſtituto non habet locum. Limitatur ibi n. 12. 13 14.*

15 *Denunciatio principalis, ne ſoluat fideiuſſor, ipſum non excuſat.*

16 *Præceptum in debitis liquidis sufficit.*
17 *Appellatum ex quibus tacite sententiam reformari noluisse, apparet, & n. 18.*
19 *Debitor, etiam per interpellationem extraiudicialem constituitur in mora.*
20 *Debitum vno loco constitui potest, vt vno loco soluatur, idem de tempore.*
21 *Ratione temporis non minus, quam loci interest contrahentium.*
22 *In constituto plus est, ratione temporis & loci.*
23 *A sententia quando simpliciter appellatur, in totum videtur appellatum, alias esset frustratoria.*
24 *Actiones duæ rectè accumulari possunt, maximè verò cum tertius interueniat.*
25 *Fideiussor tenetur etiam ad interesse, ex sua mora; si tamen ipse Reus etiam in mora fuerit.*
26 *Damnorum & interesse sæpe quoque fit condemnatio, sine reformatione.*
27 *Exceptio excussionis in hoc casu, quare nostrum Reum vt fideiussorem non releuet, & num. 28. 29. 30. & 31.*
32 *In iudiciis non facile habetur ratio interesse, lucri cessantis.*
33 *Lucrum vnum, & non duo peti possunt; nec est audiendus, qui petit interesse, ob rem sibi male traditam & solutam.*

REferens: Actum dici potest condictione
1 certi generali, † quæ ex omni causa & contractu competit, *l. certi condictio. si certum petat.* actionem probatam, non elisam: quia sine excussione potuit statim peti solutio; verum quia de solennibus stipulationibus, & earum ordine dubitari potest, & Reus super constituto se fundat, posset fortè secundum sententiam *Butrigarii*, quam *Iaf.* in puncto iuris dicit sustentabilem, *in §. personam, Instit. de action. n. 22.* actio dari ex constituto. Posito
2 igitur, actum ex constituto, † quæ dicitur constitutoria, ad residuum non soluti: tamen solummodo extraiudicialiter. quod inter mercatores frequens est, sed sufficere, debitum ex causa naturæ, vt *Rofred. de const. pecun.* in puncto requisito, quæ enumerat. Actio probata per literas, & confessionem partis, item partis solutione, *l. si fideiussum, de iud. ibi Dd.* vnde hoc, & cætera requisita probata concludit.

An elisa?

Primum fundamentum Rei, q tanquam fideiussor se obligarit, & conditionaliter, quodque
3 omnes exceptiones, † principali competentes, etiam fideiussori & constituenti dentur: quod posteriùs certi iuris est, *glo. in l. fideiussor oblig. §. fideiussor de fideiussor. l. ex persona. eod. l. defensiones, C. de except. Ferrar. in form libell. contra plures Reos debendi n. 4.* Et in specie, quod constituens habeat hoc beneficium, *text. gl. in auth. de fideiussor. in princ.* De priori autem, licet *Alex. notet. ex glo. in l. Titia, §. pen. de verb. obl.*
4 *verb. qua apud. Boer. decis. 314. n. 5. part. 2.* Quod † id. quod quis promittit pro alio, in dubio videat e
5 promittere, vt fideiussor; tamen *Bart.* † *in l. si stipulatus, § possum vtiliter, in fin. eod. tit.* facit differentiã An simpliciter, quod Titius debet, constituerit. Et quod talis non sit fideiussor, sed potius obligatus de per se, & conditionaliter, hoc est, si alius non soluerit, vel quanto minus, vt *l. decem. eod. tit.* eo quod non illius, sed suo nomine promittit indemnitatem pro alio, & ita conditionalis † pro- 6
missio, non fideiussio sit, *Aretin. in l. huiusmodi stipulationes, col. 1. eod. tit. post. Bart. ibid.* vtut autem sit, parũ refert suo iudicio, cum nõ apposita sint hic verba, als Selbsschuldner / & magis nomine Attweins / vt pro illo solutio promissa videatur. Imò volunt *Dd.* † quod in quocunq; constituente de- 7
bitum alienum, idem iuris sit, quod in fideiussoribus, qui constituunt se principales debitores. *Ferrar. d. loco, verb. beneficio nouarum, n. 3. Papa decis. 570. n. 6. Gail. obs. 28. lib. 2.*

Alterum fundamentum est, quod debitore protestante, & denunciante fideiussori, ne solueret creditori, quia tutus esset aliqua exceptione, teneri tunc fideiussorem obœdire, etiamsi tales exceptiones nondum liquidæ essent. Scripsisse autem principalem Reo appellanti, primo, quod tantũ 123. coronatos soluere teneatur. Secundo, quod Reus omnino nihil soluere debeat, ex quo ipsemet Zitvv. soluerit, vsque ad 35. coronatos. Tertio, vtriq; scripsisse, quod vltra dimidium fuerit deceptus. Ideoque scriniorum restitutionem in loco contractus, & si Actor illa recipere recusat, liti se obtulerit. Vnde debitum non natura liquidum, sed ante omnia liquidandum. Verum (secundum *Bart. in l. non solum. §. morte, n. 25. de oper. nou. nunc.*) licet protestatio ipsius principalis
8 prosit: tamen non releuat fideiussorem, † talis protestatio vel testatio, nisi veritas ostendatur, & probetur: quod non factum. Nec dubiũ, quin Reus fuisset absoluendus, si ea probasset, *Inst. quib. mod. toll. oblig. Inst.* præsertim si vltra dimidium sit
9 læsus: quia † iudex ex officio hoc casu rescindere debet. Et quamuis in causis summariis, admittatur illiquidi, quæ requirit altiorem indaginem, exceptio, si in continenti probari possit: tamen non factum, *Affl. decis. 91.* Ideoq; non attendenda, cum executio † non suspendatur per eam excep- 10
tionem. *Gail. obs. 113. n. 10. lib. 1.*

Ad tertium principale fundamentum excutiendum: Quod in constituto † non habeat lo- 11
cum discussio. *Porc. d. loco Zas. §. de constituto, n. 20. de action.* Sed & hic † principalis est absens, *Aufred. ad 12 decis. 166. Mynsi. obs. 15. cent 2.* Item, † non est princi- 13
palis conueniendus de facili, *Pap. sing. 716. decis Toloss. 96.* Item, † quia principalis verisimiliter verstor 14
ben vnd verdorben / & sic mors allegata per ipsum Appellantem obstat. *Petrus Duenn. reg. 335. lim. 12.*

Quartò, male opponitur, Actorẽ Antvverpiæ scrinia sua iterũ accepisse. Quia igitur Reus confessus est debitum, & suam obligationem, neq; solutio residui vllo modo probata: imò & denunciatio principalis, † ne soluat, ipsum nõ excusat, *l.* 15
vtrũ præsente, de constit. pecun. Minimẽ igitur elisam actionẽ. In debitis † liquidis præceptũ sufficere, 16
Bart. l. 1. ad fin. de confess. Zas. consil. 21. lib. 2. n. 4.

Con-

Concludit, quod ad summam capitalem, benè iudicatum, malè appellatum. Quoad expensas, damna & interesse, videtur primo intuitu in hærendũ d. sententiæ, vbi licet compensatæ sint, & nulla facta mentio damnorum: Actor tamen gratias agendo, acquieuit eidem: nec in Camera illam reformari petiit. Verum, quia per Reum est appellatum à d. sententia, & appellationem prosecutus, quæ communis est, *Marant. 6 part. de appellat. n. 271. Vest. lib. 7. c. 3. num. 29.* Et appellatus stat
17 tim in primo recessu petiit pronunciari, † vt in actis (quod etiam de petitione libelli intelligi potest) impugnando appellationem tam frustratoriam, & implorando officium Iudicis: imò postea in exceptionibus & vlterioribus responsioni-
18 bus † expensas, damna & interesse, præterea & in pœnam temerè litigantium condemnari petiit, videtur in eo tacitè sententiam reformari petiisse, & ius suum ex communi beneficio prosequi voluisse. Neque obstat petitio circa litis contestationem, quia sicut ab illa non recedit, ita nunc etiam vlterius expensas, damna & interesse sibi adiudicari petit. Quia ergo in obligatione tempus & locus solutionis expressa sunt, Reus pro-
19 pter moram, † in qua constituitur, etiam per interpellationẽ extraiudicialem, per *d. regul. Duenn.* 181. ad interesse merito videtur condemnandus: attento præsertim, quod asserit Actor, se tantundem mutuo ab aliis sumpsisse, vt fidem seruaret (quod tamen in executione liquidari poterit) *Ruin. cons. 104. vol. 4.* Certum enim est, quo † debi-
20 tum † vno loco possit constitui, vt alio loco soluatur, *leg. eum qui Ephesi. de constit. pecun.* Idẽ de tempore, *l. si duo, §. 1. eod. tit.* vbi de arbitrariis actionib.
21 quibus ita peti potest. Non enim minus, † ratione temporis, quam loci, interest alicuius, *l. minus, de*
22 *in lit. iur.* Et in constituto † potest plus esse, ratione temporis & loci. Et sic erit actio arbitraria, propter illas circumstantias, *per gloss. d. l. eum qui gloss. & Dd. in l. vnica, C. vbi conuent. qui cert. loc. dar. promiss.* Et est actio stricti iuris, non obstante, quod dicit *Marant. de arbitr. allegat Zas. §. præterea, de action. Fab. & Las. ibid.* Communem opinionem esse, quod Iudex teneatur condemnare, nec sit arbitrarium. Cum itaque hic Reus obligationi & promissioni suæ, nec tempore nec loco satisfecerit destinato, adeoque culpa vel mora sua Actori ansam præbuerit, conueniendum eum alibi, vel condictione certi, ex stipulatione, vel de constituta arbitraria, putat, ipsum ad interesse, siue damna condemnandum, cum moram nusquam purgant, *arg. d. l. vnic.* Quo forte etiam Comes respexit, admittendo interesse, cum Reum ad locum, vigore obligationis, condemnauit, quasi ita nihil Actoris amplius interfit. Quod suo tamen iudicio, ratione moræ, non sufficit, nec illa sic purgata dicatur: quia etiam Actor post moram iam contractam valuerit non amplius loco conuento pecuniam soluere: quod tamen expeditione eius adeo liquidum non est, sicque sileat arbitrium Iudicis: potuit tamen expediri ad id, quod sua interest, non solutum debito loco. *Menoch. lib. 1. q. 5. n. 5.* De expensis minus dubii esse. Reformandam itaque censet sententiam Comitis, quoad expensas & interesse: & pronunciandum, malè iudicatum: cum expensis.

D. Q. Correferens: De damnis, & interesse, vt proximè dicit. Procedunt, quatenus actio ratione loci & temporis arbitraria est, & sic, quatenus veniunt ex ipsa natura actionis, *per allegata iura.* At si præterea personam Actoris consideremus, qui suo artificio solitus est lucrari, sed diu litigando vacauit ab officio & labore suo: istius quoque damni ex persona sua habenda erit ratio, in condemnatione damnorum, cum illud repetere possit, vna cum expensis. *Bart. in l. si procurator, in fi. rem rat. hab. l. 1. n. 1. ff. de alien. iud. mut. caus. fact. Las. leg. propriandum, § siue autem alterutra, n. 14. Cod. de iud. Gail. obs. 151. n. 16. lib. 1.* Quare Appellantem etiam ad damna ea condemnat. A quo autem tempore illud fieri debeat, dubitari potest. Et tutius quidem videtur, quod in præsenti casu solummodò ad ea, quæ in prima instantia perpessa, condemnatio fieri debeat, sibique imputet, quod in hac instantia sententiam reformari non petierit.

His tamen non obstantibus, æquius, & iuri magis consentaneũ putat, q; indistincte adiudicentur à tempore moræ: sicque in eo sententia reformetur, vt per *Franc. in c. si. duobus in princ. n. 4. de appel. & Rot. decis. 365. in nouis.* Quia quando † simpliciter appellatur à sententia, in totũ videtur appellatum, alias esset frustratoria. 23

De expensis adhuc dubitat, prioris instantiæ, cum sint compensatæ: quia secus in alio puncto, cum Iudex nihil in eo pronunciarit: velit tamen etiam, quoad eas, damnare, vt æqualitas in vtroque seruetur.

Aliud.

D. Q. G. F. Correferens: Magis conueniens esse, actionem dari ex constituta pecunia, quam ex stipulatu certam: quia de ea non satis constat, nec intelligit, quomodo iam sint in vsu. Non putat nocere superfluam cautelam, q; nudo pacto in constituto requisito, adiecta sit & hypothecæ obligatio, & posse rectè † eas cumulari duas actio- 24
nes, maxime cũ tertius interueniat. *Las. & Gomez. in §. in personam. nu. 19. vers. mihi vero placet Butrigarii opinio, Instit de action.* Probata actio per obligationem & confessionem.

An elisa.

Præcipue excipitur, prius principalem debitorem esse excutiendum, *Auth. præsente. C. de fideiuss.* sed eam non habere locum, absente principali, ibidem probatur. Cui accedit, quod prior Iudex præstituit tempus, principalem præsentari, vt per eam *authent.* sed nihil præstitum. Reliquas in facto consistere: nec probatas. Concludit cum Referente, probatam actionem, non elisam: ideo priorem sententiam confirmandam, cum expensis. Quoad interesse, licet hic id non veniat, ex natura actionis, cum vtraq; sit stricti iuris: tamẽ quia per adiectionẽ loci vel temporis in obligatio-

gatione huiusmodi actionis fiunt arbitrariæ, *l.2. de eo quod certo loco. Dd. in d.§. præterea. vbi Ang. n.24. Inst. de act. Olden. class. 4. actio. 8. nu. 13.* Et interesse ab Actore tam in prima, quàm in secunda instantia petitum: putat, Reum ad illud quoq; præstandum, propter suam moram, condemnari posse, per *text. & glos. in l.2. C. fruct. & vsur gloßa & Dd. in c.* 25 *conquestus, extra eod. tit.* Quia † fideiussor etiam tenetur ad interesse, ex sua mora, vt per *Dd. in l. centum, de eo quod cert. loco. vbi Bart. n 5. Alberic. n 6. & in l. mora Rei, de verb. oblig.* si tamen ipse etiam Reus in mora fuerit, *l. testamento, § fin. de fideiuß. Vestal. d l. centum, vers. qua inspectione.* Quod si velint domini parcere Reo, qui alias damna sensit, & non velint in damna, sed solummodo ad interesse condemnare, sibi non displicebit: nec putat necessarium, vt sententia prior reformetur: sæpe enim fie-
26 ri, † vt damnorum & interesse fiat condemnatio, sine reformatione.

Aliud.

In formalibus processus acquiesco cum dominis Referentibus. Ad principale debitum & obligationem quod attinet, id liquidum puto, probatione & confessione: hocque rectè constitutæ pecuniæ actione petitum esse.

Præcipua pars exceptionum Rei, consistit in materia excussionis. Et licet ea exceptio, vt *Zasius* opinatur, etiam in constituto, sibi locum vindicet, hocque loco constituens parificetur fideiussori (quod mihi vix credibile est) tamen hoc i-
27 psum, † nostrum Reum, vt fideiussorem, non re-
28 leuabit, vt ante me relatum: Inter cætera † verò,
29 quia conuentus est principaliter obligatus: Itē, †
30 agitur de æquitate & bona fide: Item, † siqui-
31 dem certum, non esse soluendo: Item, † quando principalis non est in loco, nec de breui reuersurus, & sua substantia ignoratur: De quibus, & aliis, latè per *Hippolyt. de Marsil. in tract. de fideiussor. n.7. & n. 62. Wesemb. cons.10 & cons.14. in princip. late Gabr. lib. 3. conclus.1. verb. de fideiussor per totum.* Cum igitur hic nec persona principalis, nec eius bona, etiam post terminum ad hoc assignatum, conspiciantur, parum releuabit hæc exceptio Reum.

Accessoria debiti, & institutæ actionis, plus habent scrupuli. Ne tamen actum agam, sentio breuibus cum dominis, Reum siue Appellantem condemnando ad interesse: cum non simus in terminis nudi pacti, sed contractus hic confinis obligationi ex stipulatu, & chirographariæ condictioni, habeatque adiectionem temporis & loci: successerit etiam contractui bonæ fidei, emptionis videlicet & venditionis, vt nouatio indè elici possit, vt latè per dominos ante me dedu-
32 ctum. Quia tamē in iudiciis † non facile habetur ratio interesse, lucri cessantis, præsertim in hoc tribunali, prout *Gail.* multis præiudiciis confirmatū esse dicit, *obs. 6. li. 2. n. 2. per iura ibid. allegata.* & veniant in eo petēdo, & probādo plura attendenda. Ne itaque Reus & Appellans, duplici modo grauetur, & Actor geminam compensam, loco in-
33 teresse, recipiat: cum vnum lucrum, † & non duo, peti possint: nec sit audiendus, qui petit interesse, ob rem sibi malè traditam & solutam. Et iterum, quod si rem habuisset, vlterius lucratus fuisset *Strach. in tract. de contract. mercatur. nu. 4. mihi fol. 132. & Zas. l. si pluribus, § quod si rem, n.7. de legat. 1.* putarim: cum interesse æstimatio in arbitrio iudicis consistat, & ex æquo & bono, & non ex nimia rigorositate debeat considerari, *Mathesil. in l. vnica, n.6. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Nec adstringatur præcisè, vt intendit *Ias. in §. præterea. Instit. de act.* putarim, inquam sufficere, si Reus ad præstationē inte esse in genere condemnetur, eo taxato, ad vulgatam summam 5. pro 100. idque à tempore mo æ, ex literis obligationis computando. Sed expensas, non, nisi h ius instantiæ attenderem: cum expresè compensaræ sint à priori iudice, & pariter exp esse Appellatus ei acquieuerit & acceptarit sententiam. Indè nec ego opus existimarem reformationem prioris sententiæ.

Saluis.

D Ibs. Concludit simpliciter cum Referente, quod viderit Doctores allegatos: etiam quoad damna & interesse, vnnd wi dt zusammen gerchlagen/fünff per hundert/vnd also specificirt.

D. Ls. Causam principalem esse planam: concludit cum Referen ibus. Sed quoad interesse, putat teneri ad duplex interesse, precii non soluti, & lucri cessantis, debitorem fuisse morosum. Imò sumus hic in casu, vbi tertiꝰ se constituit, qui neque rem venditam, neque vsum rei venditæ (quem fructum esse putat) vnquam percepit. Vnde magis supra dicta iuris dispositio cessabit. Ex quo etiam principalis scripsit, se vltra dimidiū iusti precii esse deceptum, *Mynsing. obs. 56. cent. 4.* constituentem non teneri ad interesse. Reliquum, scilicet lucri cessantis, ad damna vult referre, & ad illa solum pronunciare. Concludit cum dominis: cum expensis & damnis in hac instantia.

Sententia.

IN Sachen /ꝛc. ist alle Vorbringen nach zu Recht erkannt. Daß durch Richter voriger Instantz wol gevrtheilt / vbel davon appellirt / cum expensis am Cammergericht auffgeloffen nach rechtlicher Mäßigung zuentrichten vnnd zubezahlen/auch daß Interesse fünff vom hundert / von Zeit an interponirter Appellation / ꝛc. Similis sententia legitur etiam in Saylero.

VOTVM XXIII.

In causa N. B. contra B. G.

SVMMARIA.

1 *Actio iniuriarum prætoria, cum actione L. Aquiliæ saltem vtili, ad consequenda damna, ex illata iniuria nata cumulari possunt.*

2 *In actione iniuriarum, etiam damna veniunt, & sub clausula illa, pro quanto nollet iniuriatus talem contumeliam pati, comprehenduntur.*

3 *Testis vnius sermo non auditur, nec Papa, nec Imperator contra statuere potest. Nec preces contrauenire possunt.*

4 *Mulieris testimonium vnius valet.*

5 Diffi-

5 *Difficultas probationis arguitur ex actibus, qui fiunt, remotis testibus, clandestine, & in domo.*

6 *In his quæ sunt difficilis probationis, leuiores etiam probationes sufficiunt.*

7 *Depositio vnius testis, qui non coniunctus partibus, nec commodum ex depositione sentit, vel cui nulla macula infigi potest, satis idoneus videtur.*

8 *Mulieres regulariter in omni causa, exceptis testamentis, testari possunt.*

9 *Mulier pro teste in criminalibus iure Canonico non admittitur, secus vero de iure ciuili, præsertim vbi veritas aliter haberi non potest.*

10 *Testem non remouet paupertas si alias est honestæ vitæ. Neque rei scilicet occasionem producenti dederit, si non est particeps litis, nec inde commodum sentit. n. 11.*

12 *Testi vni verisimilia deponenti, & imperfectæ probationi fides habetur.*

13 *Nemo suum iactare præsumitur.*

14 *Præsumitur filium habere eandem voluntatem & affectionem, vt pater, quia filii sunt propagationes parentum.*

15 *Inimicitia in tota familia vsq; ad quartum gradum præsumitur.*

16 *Præsumptiones persuadentes cum vno teste, de veritate concludunt, & iudici plenam probationem faciunt.* (bat.

17 *Testis vnus, cum adsunt plures præsumptiones, satis pro*

18 *Ex præsumptionibus pluribus quis potest damnari. Itemque plures imperfectæ præsumptiones possunt coniungi.*

19 *Testis vnus, cum præsumptione iungitur ad faciendam plenam probationem.*

20 *Probationis materia, in arbitrio iudicis (an plene probatum sit, nec ne) consistit.*

21 *Iniuriatus cum iurat, pro quanto mallet iniuriã non esse passus, sub ea clausula damnum quoque recte comprehenditur.*

22 *Iniuriarum æstimatio qualiter facienda.*

23 *Mulier vnica omni exceptione non maior & pauper, licet per se semiplenam probationem non faciat, inducit tamen quandam probationem.*

24 *Indicium, quod est minus semiplena probatione, licet non sufficiat, tamen accedentibus pluribus adminiculis, sufficit ad condemnandum.*

25 *Indicia plura collecta, & in vnam resonantiam tendentia inducunt probabiliter veritatem.*

26 *Appellans, proponendo exceptiones incompatibiles & contrarias, appellationi renunciare videtur.*

27 *Probationes semiplenæ & de per se insufficientes in criminalibus ad faciendum plenam probationem iunguntur.*

28 *Indicia plura ad condemnationem etiã corporalem, saltem extraordinariam iungi possunt, vbi causa decidenda est per Principem, vel suprema eius consilia.*

IVrisdictio fundata, in processu nullum vici-
1 lum, formalia iusta. Actum actione iniuriarũ † prætoria: cum qua videtur cumulata actio L. Aquiliæ, saltem vtilis, ad consequenda damna, ex illata iniuria nata, prout cumulari possunt. *l. sed et si quemcunque. §. iniuriam. ad l. Aquil. Mynsing. obser. 25. cent. 1. & respons. 51. n. 7. Respons. 83.* Verum cum hac in causa, tantum accessoriè, damna cum expensis, & sic ex officio Iudicis petita, dubitari potest, an hic etiam principaliter actio pro damnis datis instituta dici queat: Cum verò Actor in articul. 19 20. 57. damna & impedimenta in sua arte exercenda allegarit, & in conclusione primæ instantię dicat, daß er durch Rei Beschreihung / in zehen Jahr seines Handwercks / weil jhm kein Gesell zuziehen wöllen entraten müssen / dardurch in höhern Verlust / dann der begerten 2000. fl. geraten. Inde satis intelligi, d. 2000. flor. non tantum ad æstimationem contumeliæ, sed etiam damni petita esse. Et quidem † in actione iniuriarum, etiam damna venire, & sub clausula illa, *pro quanto nollet iniuriatus talem contumeliam pati* compræhendi sentit. *gl. in l. qui seruum. §. exercere. ff. de act. & oblig. Bartol. in l. item apud Labeonem §. si quis seru. de iniur. n* 1. vbi dicit, haberi per quandam consequentiam, considerationem domini. *Ang. in l. dominum, Codic. de iniur. & in dict. § si quis seruo, post med. Alberic. ibid.* Verum in nostro casu, actionem damni, etiam in d. sententia computasse, satis constare ex verbis conclusionis. Concludit, actione prætoria actum, in qua etiam damni dati ratio haberi debeat, per *supra d. iura.* Porro licet in libello videatur deesse tempus & dies, vt *Alex. cons. 212. lib. 2. Clar. lib. 5. §. iniuria.* tamen putat, eius omissione non vitiari libellum: cum ab aduersa parte de hoc non sit oppositum, nec petitum, *Gail. obs. 64. n. 5. 6. lib. 1. Clar. d. lib. 5. §. fin. q. 12. n. 13. vers. intellige tamen. Plat. de in lit. iur. §. 50. n. 46* Itẽ, cum Actor fuerit absens, vt *Boss. in tit. de inquisit. nu. 92.*

2

An actio probata?

Verba quidem esse iniuriosa, & animo iniuriandi prolata, patum dubitatur, sed tantum in eo laboramus, An Reus dixerit ea verba? Nam illa verba iniuriosa esse, & Actori iniuriosa ex testium dictis, satis apparet, & maximè vltimi, ad 32. articulum. Et nisi hæc verba ad infamiam Actoris pertraherentur, & ab omnibus ita intelligerẽtur, nunquam totum collegium consuluisset, vt puer auocaretur à magistro: nec tutor tam serió scripsisset puero: verum cum hoc non disputet Reus, sed simpliciter neget verba, & hic ad probandum dicta verba, nonnisi vnam testem habeamus, quæ se ipsam à Reo audiuisse deponat: & quidẽ fœminam, non masculum: videtur sane Actor in sua probatione deficere, & sic iure carere. *Bald. cons. 67. n. 3. vol. 3. Grauet. cons. 48. n.* 3
4. Quia † vnius testis sermo non auditur, *l. iurisiurandi, de testib. c. cum à nobis, de testib.* Quia nec Papa nec Imperator contra statuere possit, *l. si d. l. admonendi, n. 71. Crot. de testib. part. 6. n. 16.* Imò nec partes possunt contrauenire. *Viuius in commun. opin.* Accedit, quod testimonium † mulieris minus valet, *c.* 4
fœmina. vers. testis, de verb. signif. glos. in l. qui testamento, §. mulier. verb. non poterit, de test. Corn. cons. 309. n. 1. vers. domina, vol. 1. Verum cum qualitatem, euen-

tum & circumstantias considerat, in ea est opinione, vt non obstantib :s supra dictis, probationem Actoris, ad informandum Iudicem, & ad permouendum eius animum ad credendum, sufficientem esse existimet. Primo enim, cum nemo alius interfuerit eo tempore, quo Reus Actorem apud viduã Margaretham diffamarit: Eò fit, vt ex natura huius negocii difficilis dicatur probatio. Difficultas enim † arguitur ex actibus, qui fiunt remotis testibus, clandestinè, & in domo, vt *Grauet. de antiq. part. 1. §. 4. limitatur, n. 34.* At in † his, quæ sunt difficilis probationis, leuiores etiã probationes sufficiunt, argumento *leg. non omnis, §. à Barbaris, de re milit. cap. veniens. la 2. de testib.* quia est contenta his probationibus, quæ haberi possunt. *Alex. cons. 24. n. 6. lib. 1. Natt. cons. 235. n. 1. Iaf. in l. si quis ex argẽt. de edẽd. Alex. cons. 69. n. 1. 2. vol. 1. Alex. cons. 115. vol. 4. Grau. cons. 27. 1. part. con. 52. Idẽ cons. 24. vo. 2. Natta cons. 124. Grau. cons. 207. n. 9.* vbi dicit: *probationes, quæ in domo fiunt, & difficilioris probationis, &c.* Sed hic accedit coniecturis etiã depositio testis vnius, vt sibi † videtur, satis idonea, quæ non coniuncta partibus, nec commodum sentit ex depositione, vel cui nulla alia macula infigi potest, & sic omni exceptione maior, *Iaf. d. l. admonendi, n. 166.* Regulariter enim † mulieres in omni causa, exceptis testamentis, testantur *l. ex eo, de testib. d. l. qui testamento, §. qui mulieres, de testam.* Et licet in criminalibus mulier † de iure Canonico non admittatur: secus tamen de iure ciuili, præsertim quando veritas aliter haberi non potest. Nec obstat, quod pauper sit † si alias est honestæ vitæ *c. si qui ibi gloss. verb. paupertate, de testib. Alex. cons. 65. in fin. vol. 1. & cons. 140. vol. 5.* Nec obstat, quod dicitur, ipsam dedisse occasionem Actori: † nam non est particeps litis, nec inde commodum sentit. Porro verisimilia deponit, † quo casu creditur etiam singulari, & imperfectæ probationi fides habetur, *Grau. d. § quinto limitatur, n. 35. de antiq. Dec. cons. 596. n. 7. 8.* Verisimile esse patet, quia detrimentum & onus potius, quàm commodum, per auocationem filii sensit. Sed nemo † præsumitur iactare suum. Deinde accedit constantia mulieris, in p ęsentia Rei, fatentis, contra quod nihil a tentauit: Item das Handwerck ei credidit, vnd den Jungen befohlen abzuforde n.

Quoad personam Rei, præsumiter contra eum, propter capitalem inimicitiam inter patrem & fratrem Rei. Contra Actorem extitit capitalis, quia per iniuriosa verba id coniicitur. Sed præsumitur, † filium habere eandem voluntatẽ & affectionẽ, vt pater, *Bal. l. liberi. n. 4. in fi. C. de oper. libert.* quia filii sunt propagationes parentum. *Grau. cons. 13. n. 5. & 31. n. 4. in criminal. part. 1.* Item præsumitur in † tota familia inimicitia, vsq; ad quartum gradum, *Bal. in c. si vasallus, la 1. n. 3. de feud. contr. int. dom. & agn. Grau. cons. 12. nu. 3. in criminal.* Infert: præsumi odium & inimicitiam in Reo, non tamen, quod secutus odium patris, vlciscí se, & damnum Actori inferre voluerit. Cum itaq; Actoris probatio, non vnius tantum testis depositione, sed etiam deductis supra pluribus præsumptionibus nitatur: non videt, qua ratione in probationibus defecisse actorem, rectè dici possit. Persuadentes enim † præsumptiones cum vno teste, de veritate, concludunt Iudici, & plenam probationem faciunt. *Bart. in d. l. 1. §. idem Cornelio, de quæst. Bal. cons. 136. n. 5. lib. 2.* Et licet vnus sit testis, † cui sine adminiculis de iure non sit fides habenda: tamen, cum adsint plures præsumptiones, satis probat. *Cæpoll. cons. 38. nu. 9. vers. quartum est, in ciuil.* Et quod vnius testis dictum attendi debeat, si cum eo plures præsumptiones concurrant. *Socin. Iun. cons. 61. n. 8. & 62. n. 6. vol. 1. Castr. cons. 250. n. 5. part. 2.* Item, † ex pluribus præsumptionibus possit damnari: Item plures imperfectas posse coniungi: Et quod vnus testis † cum præsumptione iungatur ad faciendam plenam probationem, *Gabr. lib. 1. tit. de probat. concl. 1. n. 62. 64.* Quibus adiungi potest, quod materia probationis, † in arbitrio Iudicis (videlicet, an plenè probatum sit, nec ne?) consistit, *l. 3. §. 1. de test. Menoch. casu 90. nu. 1. & seqq. lib. 1. cent. 2. Gail. obs. 94. num. 11. lib. 2. Dec. cons. 650. in princ.* hoc confirmat *Menoch. d. loco. Gramm. cons. 78. nu. 8.* Atqui dato, quod hæc omnia ad probationem iniuriæ non sufficerent: q tamen non credit: tamen ex fundamento rei iudicatæ, Actorem in hoc puncto obtinere existimat. Sic enim habent acta. Quod visis omnibus actis, &c. daß M. auff bestimbte Zeit die Eynred thun soll / ꝛc. vnde appellatum ad Cameram, sed non prosecutus appellationẽ, donec fatalia elapsa sunt, videlicet Reminiscere: producendo exceptiones, non contra Bestummung / sed contra probationẽ Actoris in causa principali. At Re⁹ replicando negauit, huic locũ esse, quia pro se habeat sententiam, wird läßt sich das Eynstrewen / als zu spat beschehen / nit irren. Petendo, vti Reus excipiat statim, iuxta sententiam, vt secundũ suam Bestimmung pronuncietur. Inde iudex denuo interloquitur, (vt in protocollo, die Reminiscere) vetùm nec ab hac sententia appellatum, nec ipsi satis factum. Sed cum ad præfixum terminũ Reus denuo, causam principalem, & insufficientem probationẽ Actoris vrgeret, Iudex statim, nulla habita vlteriori deliberatione, definitiuè, cum expressione tali, pronunciauit. Inde satis patere, sententias priores fuisse præiudiciales, & non aliam fuisse expectandã, quã condemnatoriam: prout in simili fit, quando ratione æstimationis, iuramentum per præambulũ defertur, absolutio amplius non expectatur, sed condemnatoria certa est. Et sic obseruari in curia Rotvvilensi, ex actis verisimile esse. Accedit igitur superioribus argumentis pro Actore, etiam hæc rei iudicatæ exceptio, quã & procurator Actori expresse obiicit. *Bart. decis. 43.* Vnde accumulatis omnib⁹ supra deductis, probationibus, præsumptionibus & adminiculis, putat, actionem satis probatam, & ideo priores Iudices rectè pro Actore pronunciasse. Nec de damno vlteriorem probationẽ requirendã existimat: cum hoc plerunq; talẽ diffamationem necessario sequatur, vt

quoti-

quotidiana docet experientia. Estq; idem per §.7. testem aliquo modo in genere probatum: & si quid deest probationi in specie, id iuramento Actori, per sententiã præambulã deferendo, sup-
21 plebitur. Nam cum iniuriatus iurat, † pro quanto mallet iniuriam non esse passus: recte sub ea clausula damnum quoque comprehendi, *Bart. in d.l.item apud Labeonem.§.si quis seruo, de iniur. n.1.*

Quid pronunciandum?

22 Iniuriarum æstimatio debet fieri, † per iniuriatum, cum eius iuramento, contra iniuriantem, facta tamen prius taxatione per Iudicẽ, iuxta qualitatem & conditionem personæ iniuriatæ, & alias circumstantias. *Gail.obs.102.nu.6.7.8.lib.2. Pet. Iac.rub.158.nu.14. Blat. de in lit.iur.§.46.n.1.* Itaq; per præambulam putat Actori tale iuramentũ æstimatorium iniungendum: & quia Actor ob malitiosam diffamationem, iam pluris quam decem annos an seinem Handwerck mercklich gehindert/ & aliàs excellens sit architectus, vt sæpe vocatur der Keyserlichen Mayestat Bawmeister zu Enßheim/ non ꝙ grauiter sit læsus, non immoderatè taxatas iniurias per priores Iudices: & ideo super eadem summa iuramentũ iniungerem. Quod si verò aliquid mutandũ in ea domini censuerint, cũ ipsis conuenit: post præstitum verò iuramentum, non admissis grauaminib⁹, censet definitiuè pronunciandum, bene iudicatũ, & malè appellatum, cum expensis: nisi domini aliquid mutare velint in taxatione: tunc enim reformanda erit prior sententia, & expensæ compensandæ. Et vt appareat, Appellantis honori aliquam rationem habitam esse, sententia in procuratorẽ ferri posset, vt *Gail.obs.102.n.5.lib.2.& Mynsi.resp.704.nu.11.& 12.item respons.83.n.24.*

Aliud votum.

D. Corte ferens. Placet mihi domini Referen-
22 tis sententia per omnia: licet mulier, † vnica testis nostra, non sit omni exceptione maior: tum ꝙ mulier, tum ꝙ pauper, & ideo per se semiplenã probationem non faciat, *Beninten.cons.62.nu.14. Tiraq.in ll.connub.l.9.n.73.* Inducit tamen quandam probationem, & alia per dominum Referentem docte collecta, indicia simul iuncta, hic plenam probationem faciunt, *Bart.in l.2.§.ætas, de excus.*
23 *tut.* licet indicium, † ꝙ est minus semiplena probatione, minus sufficiat, tamen accedentib. pluri-
24 bus adminiculis, sufficit: quia plura collecta, † & in vnam resonantiã tendentia, inducunt probabiliter veritatem. *Bald in l.sciant, C. de probat:* verum ne Appellans infamis reddatur, in procuratorẽ sententiam conciperet. *Saluo.*

Aliud.

D. Ll. Potuisse expectare aliam sententiã post interlocutoriam: Et ideo post definitiuã sequentem rectè appellatum. Probatum quidem, ipsum dixisse ea verba ad mulierem, sed an animo iniuriandi, dubitat. *Aliud*

D. N. Sententiæ in priori instantia latæ, videntur distinguere punctum probatæ iniuriæ, siue principalis quæstionis, à puncto æstimatæ iniuriæ: vt prior punctus possit habere exceptionem rei iudicatæ: tum ꝙ apellatũ, & non secuta prosecutio: tum ꝙ Iudex, eo non attento, ad vlteriora processerit. Imò & ipse Appellans, † proponendo 25
exceptiones incompatibiles & contrarias appellationi, recesserit, & ei renunciauerit, quia videtur ad Iudicẽ à quo, rediisse. *Franc. c. cum teneamur, n.4.5. de appell. c. solicitudinem, n.9.13.* Et sunt eæ sententiæ præiudiciales causæ principali: Si enim alia, quam condemnatoria sententia, reliqua fuisset, Iudex malè declarasset cognitionẽ super iniuriæ taxam. Nulla itaq; ratione absolutoria expectanda fuit: argumento ab antecedente ad consequens, & econtra. Et à tacitis ad expressa. Facit in simili, præambula delationis iuramenti, quæ certum præiudiciũ continet; & est tex. *in l.si inter, §. dato iuramento, de iureiur.* vbi dicitur, aliud nõ quæri, quam an iuratum sit, remissa quæstione, An debeatur? His tamen obstat, ꝙ hoc casu vltima demum sententia expresè condemnatoria secuta est, vt ex forma eius patet: quo casu puto sufficere, si postmodum appelletur, licet ante sit omissa appellatio, prout in simili recipiuntur in Camera, non attento, quod à delatione, intra decem dies non fuerit appellatum. Præiudicia allegat *Mynsi. obs.39.* per ea, quæ notant *Dd. in l.generaliter, Cod. de reb.cred.& d.§.dato.* Concludo igitur, vtrunque punctum deuolutum esse ad Cameram, & insuper, iurisdictionem fundatam.

Actionem probatam hisce modis, vt latè deduxit dominus Referens, quod & ego approbo: Moueor insuper, ꝙ etiam in criminalibus semiplenè, † & de per se insufficientes probationes 26
iunguntur, ad faciendam plenam probationem, præsertim vbi agitur de pœna pecuniaria imponenda. Et vbi causa † est decidenda per Principẽ, 27
vel eius suprema consilia: tunc enim plura indicia iungi possunt ad condemnationem etiam corporalem, saltem extraordinariam: ita refert & sentit *Clar.lib.5.§.fi.q.63.num.9. post Grammat. decis.11. & 29.n.13.* Idq; tantò magis in hac nostra facti specie, per argumentum à minori ad maius: si id, ꝙ minus inesse videtur, inest & id, quod magis. Inde concludo cum dominis Referentibus, bene iudicatum, in puncto principali, iniuriæ illatæ: & si quo modo fieri potest, in procuratorem ferendã sententiam. Sed in puncto der Bestimmung/ siue taxæ, sententiam reformandam. Et quidem ad minorem summam, ex pluribus causis, passim in negocio considerandis, tam ex qualitate litigantium, quam verborum, ex quibus iniuria causata dicitur, vbi tanta grauitas & magnitudo non existit, vt recompensa in magnam, & Reo vix possibilem soluendo summam imponi debeat. Nec video satis liquidata damna asserta: quin potius præsumendũ, Actorem non adeo impeditum, quin potuerit exercere suum artificiũ, ideoq; ad tolerabiliorem summam taxam moderarem, in eoque sententiam reformarem. Expensas compensarem, si fieri posset. Sed cum dominis. Quoad summam cum domino Bqq. concludit.

D.Ll.Licet semper in dubio sit pronior in absoluendo: hoc tamen casu secutus sententiã domini Referentis, propter adminicula ab eodem deducta, Reum similiter condemnandũ putat: quia verò per adminicularem probationem Appellatus obtinet, parcet honori Appellantis. Reformando in eo priorem sententiam, eam in procuratorem concipiendo, adeoque etiam taxationi factæ per priores Iudices, vellet aliquid detrahere, facit 300. fl. suo voto taxam. D. Bqq. Saluo Dominorum iudicio, vult taxare dritthalbhundert Gülden/vna cum expensis vtriusque instantiæ.

Sententia præamb.

IN Sachen D. Johann Grünbergers/ als Anwalden vnd Herrn deß Kriegs/von wegen Matthes Bernharden/ genannt Weissenfelß/ Appellanten/wider/Antonium Frumman/ Appellaten/ ist zu Recht erkannt: schwere gedachter Appellat durch sich selbsten/ oder durch seinen vollmächtigen Anwalden/ in drey Monaten/so jhme von Amptswegen darzu angesetzt/ein Eyd zu Gott vnd auff das heylig Euangelium, daß er lieber 300. fl. Rheinisch von dem seinen verlieren/oder so viel entperen/ dann die in actis angezogene Schmach vnnd Schäden dulden oder leiden wolt/daß solches gehört werden/ vnd darauff ergehen soll/was recht ist.

Definitiua post præstitum iuramentum.

IN der Appellation Sachen D. Johann Grünbergers/als Anwaldẽ vnd Herrn deß Kriegs/ von wegen Matthes Bernharden/genannt Weissenfelß/ Appellanten/ eins wider Anthoni Frumman Appellaten/anders Theils/ seynd die den 5. Sept. An. &c. N. eynkommene grauamina nit/ sonder die Sach von Ampts wegen für beschlossen angenommen/ darauff vnd allem Fürbringen/ auch erstattem Eyd nach zu Recht erkannt/ daß die Vrtheil voriger Instantz zu reformiren sey/ als wir die hiemit reformiren/ nemlich der Gestalt/ daß gemeldter D. Grünberger gedachtem Appellaten zugefügter Schmach vnnd Schäden halben/300. fl. Rheinisch/ darzu die Gerichts Kosten/ in beyden Instantien auffgelauffen/ nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten vnnd zu bezahlen schuldig/als wir jhn auch darzu condemniren vnd verdammen.

VOTVM XXIIII.

In causa L. contra Episcopum L.

SVMMARIA.

1 *Mandata sub & obreptitie impetrata sunt nulla, neque tenent, neque in consideratione esse debent, etiam si iuri fuerint consentanea.*

2 *Mandata auocatoria, per quæ causæ à iudicibus ordinariis auocantur, sunt odiosa, & cum aliqua iudicis ordinarii à quo, ignominia coniuncta.*

3 *Mendacium nocet priuilegio.*

4 *Mandata vel rescripta per sub & obreptionem impetrata, non tantum nullius ponderis atque momenti sunt, sed & omnia, quæ inde consequuntur, etiamsi sententiæ fuerint.*

5 *Corrupto antecedente & fundamento, necessariò quoque corrumpitur consequens.*

6 *Mendacium vel falsa persuasio quando dat causam contractui, non vllo modo valet, quod inde secutum est.*

7 *In iudiciis mitius quàm in contractibus agitur.*

8 *Præceptum iudicis, cui per rerum naturam pareri non potest, nullius est momenti.*

9 *Iudex ignorans si aliquid impossibile præceperit, valet quidem præceptum mero iure, ope vero exceptionis, vel per restitutionem in integrum rescinditur.*

10 *Executio iudicati non tantum solet suspendi, sed soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumuenta esset religio iudicantis.*

11 *Instrumentis falsis si quis se conuictum probare poterit, ex integro, etiamsi non prouocauerit, de causa audiendus est, saltem per restitutionem in integrum.*

12 *Tempore intermedio à circumuentione si quid factum, non attenditur, sed in odium circumuenientis retrotrahitur iuris dispositio & effectus, ad initium, & tempus ipsius circumuentionis.*

13 *Mentiendi improbitas nemini prodesse debet, vtcunque aliquandiu celata fuerit.*

14 *Legatione pro ciuitate si quis functus est, æquissimum est, vt restituatur, siue procuratorem habuerit, siue non.*

15 *Aduocato carere, est carere magna parte defensionis debitæ.*

16 *Is qui præsidi obrepserit, nihil agit. & n. 28.*

17 *Is, qui veritatem precibus non adiecit, subscriptione vti non potest.*

18 *Ex initio falsi commissi, iusta possessio non paratur.*

19 *In iudiciis maximè initium spectandum est.*

20 *Res scelere quæsita, etiam heredi, qui tamen plerumque fraudis & doli, per defunctum commissi, nescius est, auferenda.*

21 *Mandata extra intentionem mandantis operari vel extendi non debent.*

22 *Procurator vtrum sit soluendo, nec ne, aliquando in iure & rei natura consistit, & aliquando in facto. n. 23. & 24.*

25 *Iudex non supplet ea, quæ sunt facti, nisi nota sint ipsi, tanquam iudici, vt puta, quia scripta.*

26 *Aduersus procuratorem si soluendo fuerit, quando dominus regressum habet.*

27 *Procurator quando in mala fide esse censeatur.*

29 *Dilationes & prorogationes omnes sunt abbreuiandæ, magisq; odiosæ, quam fauorabiles.*

30 *Dilationes & prorogationes nullæ, nisi cum causæ cognitione, concedi debent.*

31 *Mandatarius ex mandato semel suscepto non tantum de dolo & culpa leui, sed etiam leuissima tenetur.*

32 *Pœnæ condemnatio recte fit, etiamsi calumnioſe sit actum; Et sola contumacia attenditur in pœna. nu. 33.*

34 *Pœna pecuniaria dicitur mulcta, & non priuatum ius, sed magistratum respicit.*

35 *Mandatum continet duo, respectiue paritionem, aut causæ allegationem.*

36 *Rei grauiorem contumaciam committunt in non pa-*

rendo

rendo iudicis præcepto, quam in eo, quod non producant causam, vel prorogationem non petant.

37 *Sententiam vtramque iuste latam vnde appareat. & n.38. cum sex seq.*

38 *Legitime quod factum, non facile retractari debet.*

39 *Princeps non potest alicui auferre ius suum.*

40 *Consilium mutare in præiudicium alterius, nemini licet.*

41 *Restitutio causæ principalis licet regulariter omnia redintegret, etiam medio tempore facta, si dependentiam ab ea habeant: tamen non rescindit ea, quæ suum perfectum esse sunt adsecuta.*

42 *Per gratiam non debet vni concedi, quod alteri auferatur.*

44 *Remedium extraordinarium, præsertim in præiudicium alterius quæsitum, non habet locum, quando ordinarium competit.*

45 *Fides mala & supina negligentia dolo æquiparatur.*

46 *Negligentia arguitur in eo, qui cum remediis opportunis ad actum vti posset, & id non facit.*

47 *Ignorantia affectata non longe abest à dolo.*

48 *Negligens facere id, quod ratione officij tenetur, dicitur in dolo esse.*

49 *Procuratores regulariter tenentur de neglectis.*

50 *Negligentiam alicuius commendare, nihil aliud est in effectu, quam manifestam negligentiam & culpam approbare, & sic alterius negligentiam, suam propriam facere.*

51 *Causa proxima & immediata attendi debet.*

52 *Mora, in hoc casu, duplici causa purgari potuit, vt n. 53.54.55.58.59.60.61.62.& 63.*

56 *Contumacia præsupponit citationem.*

57 *Citatio in mandato corruit, quando stat in falso præsupposito iurisdictionis, ex causa detentatæ iustitiæ.*

59 *Exceptio sub & obreptionis non tantum principale, sed & arctius mandatum cassat, & subsecutas sententias.*

60 *Exceptio sub & obreptionis opponi potest ad impediendam executionem, ne quis lucretur ex mendacio.*

63 *Contumacia nunquam ita puniri potest, vt quis causa cadat, sed est arbitraria.*

64 *Contumacia purgari potest per distinctionem.*

65 *Causa est efficax occasio, qua deficiente, deficit quoque occasione natum.*

66 *Occasio denotat causam remotiorem, accessoriam & mediatam.*

69 *Læsio est proxima causa restitutionis. & non minorennis ætas.*

68 *Conditio siue causa, si tempore acquisito adsit, licet ea postea deesset sufficit. & num.69.*

70 *Hæredibus scriptis, etiam post mortem testatoris bonorum possessio semel nata competit.*

71 *Causa remota quando cessat & remanet proxima, tunc impedimentum non aufertur. & n.72.*

73 *Cessante contumacia, cessat pœna pro tempore futuro.*

OBseruandum, sententiam exequēdam duobus locis falsè translatam: quia addit verba (*de bonis d. Heinrici detenta*) Et hoc probat exemplar Gallicum: inde apparet, bene exceptum 19. Iunii Anno 76. artic. 26. Se descendisse in sententiam Dominorum 20. Decemb. Anno 75. latam, ob tardius productum scriptum, & quia nondum constabat de sub-& obreptione, sicut nunc, nec causæ allegatæ erant tardius producti scripti. Postmodum vero Wilhelm, produxit vlteriores exceptiones, cum actis sigillatis, quæ recognouit Actor: vbi deducitur impossibilitas, vsq; ad art. 63. Tarditatem vero in producendis causis excusant, eo quod tempestiue quidem illas transmiserint, sed nuncium impeditum fuisse. Quare allegata *Mynsingeri* decisione 62. *cent.* 2. petunt, se oblata etiam cautione de iudicio sisti, iudicato soluendo, & expensas retardati processus, aduersus declarationem pœnæ restitui, & iuri esse conforme: *c.1. de dolo & contum. l. sancimus. ibi Bald. C. de iud. ordin. tit. 46. part. 3. in articulis, 65. vsque 71.* Secundo: Idque tanto facilius permitendum, cum arctius mandatum contineat clausulam, adducendi causas, &c. vtroque puncto. Eis subnecti in petitione Reorum, artic. 69. declarari, mandatum sub-& obreptitie, nulliterque impetratum, male vexare Reos, & Actorem, ratione temeritatis & malitiæ punire. Quæ quidem petitio finalis & conclusiua est, in qua nulla fit restitutionis mentio, sed magis ad absolutionem & cassationem tendit: ita vt videri possit in artic 69. perfunctorie tantum restitutio petita esse. Atque in sola petitione absolutionis, propter sub-& obreptionem, tanquam posteriori, & postremo loco dictis exceptionib. annexæ Reos conquieuisse, & à priori illa in d. artic. 69. velut obiter facta, ipsos resiliisse, per *Dd. l. pacta nouissima. C. de pact. vbi Ias. n. 3. Heuning. God. consil. 109. de præscriptione pignoris primo.*

Atque inde est, quod ipse Dominus Referens in sentētia 14. Iunii lata, suo voto nullam volebat restitutionis expressam mentionem fieri, sed simplicissime inhærere sententiæ 20. Decemb. latæ. Neq; enim id solum, quod nuncium per negocia remoratum dicerēt citati, prout sufficienti causa restitutionis, ad pœnam iam declaratam cōputabat; Etiamsi maxime fuisset restitutio conclusiue & finaliter petita, quod factum non est. Neque enim, dum vllæ aliæ causæ, non obseruati præiudicialiter acceptati termini, adferebantur. Ita eius sententiæ, pro tunc propositis, ipsum nondū p geat. Vtrū tamen quia sententia aliter lata est, & Reis restitutio expresse denegata, tam ratione executionis, quam pœnæ iam declaratæ. Et tres menses ad parendum, in vtroq; puncto iniuncti, cum cōminatione solita, vel pœna, vt ibi. Wildhelm. 6. Septemb. dedit petitionem pro prorogatione termini: Brentz generalia contra. Cæterum ad hanc submissionē nunquam interlocutum est. Sed 28. Nouēb. Wildhelm dedit vlteriores exceptiones, cum annexa petitione vlteriore, pro restitutione in integrum, quatenus opus esset, vt in art. 86. Inquib. exceptionibus, art. 6.7. negat vsquam in rerū natura esse, id q̄ exequi petitur: & quinq; proxime sequentibus articulis asserunt, aliam quidē latam sententiam, sed illam transactione sopitam esse, atque insuper eidem, ex parte Rei, nimirum

Dionysii, satisfactum esse. Et vtra, ad 55. artic. exclusiue, deducit causæ principalis iniquitatem, & in exequendo possibilitatem. Moram vero & in causis producendis tarditatem, excusat in art. 56. cum duobus seqq. propter termini, 5. Septem. Anno 75. acceptati breuitatem, lociq; distantiam, multiplices occupationes Reipublicæ causa. Grauissimum morbum quoq; Aduocati, cui præsentis, & alias Germanicarum causarum cura & patrocinium commissa erat, in artic. 59. vsque ad 65. Allegant quoq; motus bellicos, & occupationem in componendo dissidio militari, exorto in ciuitate Traiectensi superiori, quam sibi dicit cum Rege Hispaniarum, pro indiuiso communem esse. Item art. 65 66. 68. Comitia prouincialia celebrata, ad conficiendam pecuniam pro exsolutione decreti subsidii pro cõseruatione limitum Imperii. Scabinos quoq; Leodienses, per id tempus occupatissimos fuisse, Reipublicæ causa, & publicæ municipalis functionis ergo: artic 69. 70. Et tamen offerũt, se velle probare, quod inter tot Reipublicæ causas, susceptas occupationes, ante 28. Octob. literas & exceptiones procuratori perferendas nuncio ordinario, vrbis Aquensis consignauerint, sperantes, quod ante terminum exhiberi poterant, sed mora nuncii factũ, quo minus in termino produci potuerunt. Et adducunt, Actorem falso instrumento vsum esse, & sententiã ab ipso, ad circumueniendum Iudicẽ, confictam esse. Item quod si præcise cogerentur, mandatis executis obtemperare. Tunc Actor idem bis consequeretur, nimirum & rem & precium: neque posse se tradere rem, de qua nulla vnquam sententia lata fuit, & ad officiũ Iudicis pertinere, ne prætextu styli, propter aliquot dierum lapsum, à iustis exceptionibus decidant. Et eadem fere, quantum ad causam principalem attinet, repetunt: in cõfutatione sua 9. Maii, Anno 78. producta sub n. 16. Sub cuius confutationis finem negant, quod ex aduerso obiectum erat, causas restitutionis, & nullitatis, nouissime productas, nequaquam easdem esse, cum causis prius exhibitis, sed tam in iure, quam in facto, longe diuersas: Et quod ad instantiam Actoris, inchoata coram inferiori iustitia, executio ad notitiam Reorum tunc demum peruenerit, cum Iohann. Schurff. Substitutus Episcopi Leodiensis Syndicus, Mense Nouembri, proxime præteriti Anni 77. eam promoueret, idque suo iuramento affirmare offerunt.

His ita præmissis, quamuis ex supplicationibus ab Actore in Camera exhibitis, atque illis, adiuncta ex Gallico in latinum translata sententia prætensa, accedentibus actis, per Citatos productis, quorum sigilla Procurator Actoris recognouit, satis mihi constare videatur, promotoriales, & mandata executorialia per Actorem sub- & obreptitie impetrata tacitis illis, quæ si expressisset, nullo modo dictos processus impetrasset. Neque enim vnquam illi iustitia vel executio eius sententiæ, quæ reuera lata non fuit à iudice competente, denegata fuit: ita vt dubium videri possit, vtrum in iurisdictione fundati: *ex tit. 26. part. 2. ordin.* Vbi ad hoc requiritur, quod iustitia debet esse notorie denegata, vel protracta: Attamen quãtum ad iurisdictionem attinet, hactenus putat satis sustineri posse decretos processus, vt per *Bart. & Dd. omnes, in l. ex quacunque. in 1. lectur. n. 6. vers. nota, quantum ad iurisd. si quis in ius voc. non ier. Mynsing. consilio 26. num. 5. Gail. lib. 1. obs. 14. in princip.* Nam nostro casu, si narrata vera essent, non dubium, quin ex d. tit. 26. in Iurisdictione fundati essemus, maxime si non subticuisset Iudicem loci, sub cuius iurisdictione bona, in quæ ipsi possessio vel immissio decreta fuit, sita sunt, se pro executione decretæ immissionis adiuisse, adeoque illa parua præcepta ab illo obtinuisse.

Ad mandata litigantium quod attinet, Actor contituit viua voce, coram Notariis Mohr & Winpffhelen/vt constat ex proto collo; & quãdoque etiam præsens, & absque dubio sciens prudẽs patitur procuratorem suum Brentzlin pro se agere: *Cassio. ad regul. Cancell. de procurat.* (est post decision. Bellam.) *decisio. 3. n. 5. col. 342.* Citatorum mandata duo sunt: quorum alterum, scilicet Scabinorum, sufficiens est, etiam ad petendam restitutionem. Cæterum de mãdato Episcopi dubitari possit, vtrum in iudicio restitutorio sufficiat? putat & hoc tamen sustineri posse, vt per *Schenck. notat. de procur. li. 1. progymnasmat. post Panorm. in c. coram. de restitut. in integr.* In quam sententiam eo procliuior est, quod restitutio non videtur principaliter, sed velut incidenter, & quatenus opus est, peti maxime cum inter Scabinos & Episcopum, tanta sit coniunctio & rationis paritas, vt quicquid tandem decernatur, diuerso iure censeri nõ possint, sed vnius victoria vel casus, alteri quoque in hac causa prodesse, vel non, debet.

His ita præmissis, ex actis & facto quæritur, Primo, an vlteriores illæ exceptiones 28. Nouembris, Anno 77. & additionales 27. Febr. Anno 78. vna cum confutatione 9. Maii eod. Anno productæ, ad probandum admitti debeant, nec ne. Secundo: vtrum tertius interueniens mandatam executionem impedire possit?

Ad primam quæstionem quod attinet, cum videam excipi de sub- & obreptione, tam promotorialium, quam executorialis mandati, quæ per obtrusionem cuiusdam chartæ, gallica lingua cõscriptæ, quæ id non continet, quod Actor in sua supplicatione asseuerauit, quodque in copia latina falso, aut peruerse saltem, redditum, atque etiam additum, siue subiectum est, in qua quoque omissum dicitur, quod ad impetrandos processus omnino, vel certe candidius translatũ esse oportuit. Putat, officii nostri esse, admissis dictis exhibitis, de veritate precum inquirere, vt si fraus interuenisse, & Actorem falso translata sententia, aut aliis falsis allegationibus, religionem iudicantis circumueniisse, manifestis probationibus fuerit ostensum, de omni negocio ostendamus, eisdemque circumstantiis omnibus mature ponderatis, tandem statuamus, vtrum Reos, aduersus emanata

manata mandata, atque eorum intuitu, latas sententias in integrum restituere velimus: An potius impetratos processus in irritum reuocare, & cassos, atque irritos pronunciare. Quod equidem, saluo aliorum iudicio, facere malit: Ex rationibus sequentibus.

1 Certum enim, quod mandata, † sub-& obreptitie impetrata, nulla sint, si non ipso iure, certe ope exceptionis, quæ hic opponitur. Quodque subreptitie impetrata, neq; teneant, neq; in consideratione esse debeant, etiamsi iuri fuerint consentanea, & sanctus sit ille, qui impetrauit, maxi-
2 me si fuerint auocatoria mandata, † per quæ causæ à iudicibus ordinariis auocantur, vt in nostra causa, ex tit. 26. ordin. propter allegatam denegationem iustitię factum est. Est enim talis auocatio odiosa, & cum aliqua Iudicis ordinarii à quo, ignominia coniuncta *l. et si ll. ibi Dd. C. si contra ius vel*
3 *vtil. publ.* vbi Bald. ait, mendacium, † nocere priuilegio, *& not. Ias. in l. præscriptione numer. 33. C. eod. Hippol. de Marsil. sing. 284. in princip. & singul. 431. numer. 1. Castiod. ad reg. Cancell. de appellat. decis. 2. numero 6. idem de rescript. decis. 1. per tot. colum. 324. Corn. consilio 227. numero 4. volum. 2.* Neque tantum ipsa scripta vel
4 mandata, † per sub-& obreptionem impetrata, nullius ponderis atque momenti sunt, sed & omnia, quæ inde consequuntur, etiamsi sententiæ fuerint: *c. constitutus. de rescript. & cap. fin. de præbend.* Quorum illud in specie, & verbis disertis, in literis executoriis, quæ quia obreptitie erant impetratæ, iubet Pontifex omnia irrita decerni, quæ tale mandatum & literas subsecuta fuerant. Cum quibus iuribus concordant *c. cum dilecta. c. ad audientiam. c. postulasti. c. super literis. eod. tit. de rescript. cum similibus Grauatius apud Vestrum, libr. 3. c. 9. numero 14. quæ refert & sequitur Soarez. in verb. Rescriptum, in commun. opin. numero* 58. Neque id absque ratione i-
5 ta constitutum: Quia † corrupto antecedenti, & fundamento necessario quoque corrumpitur consequens: *Mynsing. consilio 6. numero* 32. Et optime pro hac sententia mihi facere videtur textus *in l. fin. ff. de constit. pecun.* Inde probatur, quod quã-
6 do mendacium, † vel falsa persuasio dat causam contractui, non valet vllo modo, quod inde secutum est, vsque adeo, vt, quod eo nomine solutum sit, hoc repeti possit, vt patet ex fine iam *d. l. fin.* pro quo potest quoque induci *d. c. fin. de præbend. & l. cum Lex.* in simili ratione, cum dicit, *quia per hoc deuenitur ad illam, &c. ff. de fideiussor.* Quæ licet in contractibus loquuntur, non absurde tamen etiam ad iudicia extenditur, cum nec in illis, non subsistente principali obligatione, trans-
7 fusio fiat in pœnalem, adeoq; mitius † in iudiciis, quam contractibus agatur: *Bald. in l. si decesserit, col. 2. ff. qui satisd. cogant. per textum in leg. si post tres. si quis caution.* Id quod nostro casu tanto expeditius esse puto: nimirum mandata sub-& obreptitie impetrata, nulla esse, neque illis Actorem ad suum compendium vti posse: Quia citati asserunt in exceptionibus, eius tenoris & efficaciæ sententiam, qualem iussi sunt exequi, nullam latam fuisse, vel, in rerum natura non extitisse, neque etiam bona in quæ petiit Actor immissionem, sub immediata sua iurisdictione sita esse. Et propterea non tantum iuris ratione, sed etiam per ipsam rerum naturam fieri non potuisse, vt vel mandatis, vel sententiis nostris, in puncto principali, per quas ad mulctæ condemnationem deuentum est, parerent. Etenim notissimi iuris est, præceptum Iudicis, † cui per rerum naturam pareri non po- 8
test, nullius esse momenti: Et à tali sententia sine causa appellari, *l. fin. quæ sent. sine appell. rescind. vbi glos sa notat*, in hoc, iuris & naturæ impossibilitatem æquiparari: Et faciũt, quæ *notant Bald. & Ang. in d. l. si decesserit: Felin. in cap. 1. accipimus. num. 2. de test. & Castrens. in d. l si decesserit.* Vbi notat: Si Iudex ignorans, † aliquid præceperit, quod sit impossibile, 9
valere quidem præceptum mero iure: attamen ope exceptionis, vel per restitutionem in integrum, vt ipse ait, rescindi. Posita igitur, & stante nullitate processuum, ab Actore per omnes sub-& obreptionis species impetratorum, vt *supra deductum*, & ex actis apparet, nimirum tacendo vera, & falsa exprimendo: Item peruertendo: &c. volo, si probabuntur articuli, siue exceptiones, vniuersum processum cassum & irritum pronunciare, nec vlla ratione attendere vel considerare, quæ ad reproductionem sub-& obreptitie impetratorum promotorialium & mandatorum subsecuta sunt, per *d. l. falsam.* ibi: in irritum non deuocatur: ducto argumento per locum à contrario sensu, & *l. fin. C. si ex fals. instrum. iud. fides.* Neque ab hac sententia me deterret, quod authoritas sententiarum latarum prius per nos, quam de causa peracta & supposititia latina sententia, supplicationi adiuncta, plene satis informati essemus. Prius quoque, quam de falsitate, & suppositione falsæ sententiæ, aliisque sub-& obreptionis speciebus, tam prægnanter Rei excepissent: Quia non tantum iudicati executio † solet suspen- 10
di, sed soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumuentam esse religionem iudicantis (crimine postea falsi illato) manifestis probationibus fuerit ostensum. *per l. fin. Cod. si ex fals. instrum. iud. fuer.*

Non obstat, quod dicitur, saltem primam sententiam, quoad pœnam, siue mulctam, huic conclusioni obstare: eo quod videtur ea, in rem iudicatam abiisse: quia nulla reuisio contra illam, per Reos, intra legitimum tempus petitum est: Quia respondeo etiam illos, qui non † prouocauerunt, 11
si in instrumentis falsis conuictos se probare possunt, ex integro de causa audiẽdos esse, saltem per restitutionem in integrum, vt est textus rotũdus *in l. 2. ibi gl. Bald. & Salic. C. si ex falsis instrum.* Quibus iuribus etiam procuratorem se tueri posse putat: Cum quoad odium legale & quoad nimiam mẽtientis improbitatem, ita castigatur, vt penitus carere debeat impetratis, eadem illius atq; principaliter ratio sit, per quos ad illã deuenit, vt dicit tex. *in d. l. cum lex.* Et sane si quis aliter statuat, cõsequetur, quod Actori contra manifestas iuris scripti,

& æqui-

& æquitatis rationes, proderit circumueniſſe iudicis religionem: quod nullo modo admittendũ eſt, per expreſſam deciſionem textus, in ſui ratione, quæ generalis eſt, *in l.1.C.ſi tutor vel Curat ex falſ. excuſ.fuer.* Ex quo textu conſtat etiam non attendi,
12 ſi quid † intermedio tempore à circumuentione factum ſit, ſed in odium circumuenientis retrotrahi iuris diſpoſitionem & effectum, ad initium & tempus ipſius circumuentionis. Et merito ſane:
13 Neq; enim † cuiquam prodeſſe debet mentiendi improbitas, vtcunq; aliquandiu celata fuerit, argum. *l.in confirmando.ibi.vel antea celata de confirm.tut.vel curat.* His itaque expreſſis iuribus & rationibus, magis putat, proceſſum totum caſſandum, quam vlla reſtitutione opus eſſe. Attamen, ſi quis etiam velit illam ingredi viam, non grauabitur, ſe Comitem ei fore. Quia & illa de iure verius eſſe putat, vt reſtitui poſſint. Primo, per text: *in d.l.2.C.ſi ex falſ.inſtrum.iud.ibi. ex integro audiuntur. vbi gloſſa in verb.audiuntur: & in l.fin.verb. repetitio.eod. tit.* Secundo, per ea, quæ notat *Mynſing.obſeru.* 62. *cent.2.* de nuncio, tardius adferente proceſſus: Attento eo, quod Rei in poſtremis exceptionibus aſſerant, ſe iureiurando velle probare, quod ita tempeſtiue literas & exceptiones tradiderint (vel vt ipſi loquuntur, conſignauerint nuncio) vt ſi nulla fuiſſet ipſi remora iniecta, facile intra debitum tempus huc venire potuiſſet. Quod cum aſſerant ipſi Rei, non putat adeo anxie ponderandum: (quod tamen in puncto reſtitutionis, ſi forte quis propter tacitam clauſulam: ſi preces veritate nitantur: proceſſus aliquo modo valere putabit.) Quod de abſentia Reipub. cauſa propoſuerunt, id per vniuerſum Imperium notorium eſt quodammodo: ipſeque Imperator in literis ad nos datis eos excuſat. Quod ſi quis tamen & hæc conſiderare velit, non præter rationem, meo quidem iudicio fecerit, *per textum in l.1.l.4.l.8. qui & ex quib.cauſ.maior.* Conſiderata præcipue anguſtia temporis, quod præiudicialiter conceſſum fuit, ipſiusque loci diſtantia, per textum expreſſum *in l. non enim negligentia.in fine, ibi: ſed temporis anguſtia non potuerunt litem conteſtari: iam d.tit.* Et vt breuiter dicam: ſi quis † legatione pro ciuitate functus eſt, æquiſſimum eſt, eum reſtitui, & ſæpiſſime conſtitutum eſt, eum adiuuari debere, ſiue habuit procuratorem, ſiue non, per textum rotundum, *in l.26. §.quoties.verſ.& ſæpiſſime.eod.tit.* de cuius conciliatione cum *l.& Reipubl.& l.1. C.& ff. eod.* non putat huius loci, vel operæ precium eſſe, vt anxie diſputetur, cum ſupra dictum ſit, Reos etiam grauiſſimis occupationibus poſthabitis (vt ne quid de morbo Aduocati dicatur) debitam in expediendis & tranſmittendis exceptionibus adhibuiſſe diligentiam, & ante 25. Octobris exceptiones huc perferendas, ſe nuncio tradidiſſe, atque ita it. vel 12. diebus, antequam acceptata dies veniſſet, intra quos vtique nuncius ex Leodio huc peruenire potuiſſet, conſignauerit. Quod ſi non eſſet, ponderaret pro reſtitutione, & ſane concederet illam, ſaltem ad probandum, propter allegatum lethalem Aduocati morbum: Quia carere Aduocato, † eſt ca- 15
rere magna parte defenſionis debitæ: *Felin. c.1. numero 1.verſ.dubito.extra, vt lit. non conteſt.* Maxime cum probabile ſit, Leodii non eſſe adeo benignam Copiam Aduocatorum, qui proceſſus & ſtylum Cameræ perſpectum habent. Et proculdubio iſtius, aliorumque omnium per Imperium cauſarum patronus, de Weſterod, aliis omnibus, ſi qui forte ſunt alii, Leodii ſit melius inſtructus: Quare & hanc, ex clauſula generali: *Si qua mihi iuſta cauſa videbitur*, iuſtam reſtitutionis cauſam putat, ſi non eſſent exceptiones in tempore expeditæ: *Felin.verſ.ſecus dicas, in d.c.1.* Illud ſane, ſi quis forte putat, propter ſub: & obreptionem Actoris (quod equidem non exiſtimat) iura Reorum ipſo iure non omnino integra eſſe, ſed illis vulneratis, remedium reſtitutionis adhibendum eſſe: Etiam contra mulctam iam dictam omnino ponderandum eſt: Quod citati ab initio Iudici obtemperauerint, neque iuriſdictionem eius ſpreuerunt, ſed per procuratorem ſuum obedienter cõparuerunt, ac de impoſſibilitate petitionis, ſaltem generaliter, & vt dicunt Doctores, in ſpecie Dialectica exceperunt: Atque ita eatenus ſaltem mãdato Iudicis obſecuti fuerunt, præſtitutoque termino ſatisfecerunt: *Baldi.in l.1. §. huius ſtudij. in princip.2.col.de iuſt.& iur.* Ex quibus omnibus putat, reſtitutionem in integrum indulgeri poſſe, ſi opus eſſet. Veruntamen huic ſententiæ de reſtituendo, duo maxime videntur obſtare. Primo: quod ea ratione videtur Actori ius quæſitum auferri. Secundo: Quia videtur, quod reſtitutio, veluti extraordinarium remedium, non habeat locum, propter ordinarium, videlicet regreſſum aduerſus procuratorem, vt puta, qui ſoluendo eſt, *arg.l. ex hoc edicto.§.plane.de eo, per quem fact.erit l.properandum.in fin.C.de iudic.cum ſimilib.Hartman.Piſtor.quæſt. 36.per tot.*

Cæterum reſpondeo: ad primam obiectionem vel difficultatem, iã ſupra aliqua ex parte reſponſum eſſe, quando dixi, non debere cuiquam prodeſſe religionem iudicantis circumueniſſe: precatorem mẽdacem debere carere impetratis. Quod vtique non eſſet, ſi admitteremus in caſu præſenti. Actorem ex ſententiis, vigore reproductorum obreptitie impetratorum mandatorum latis, decem Marcas auri, præter litis expenſas, poſſe lucrari, Et addo ſuperioribus, aperti iuris eſſe, eũ † qui 16
præſidi obrepſerit, nil agere: Quæ verba Emphaſin habent. Item, eum, † qui veritatem precibus 17
nõ adiecit, ſubſcriptione vti nõ poſſe. Imo ſi quis eo nomine accuſatus fuerit, eum quoq; temeratoris, hoc eſt, vt *gloſſa* interpretatur, falſarii pœnã luere debere *l. ſi quis obrepſerit præſidi. ad l. Corn. de falſ.* Etli ex initio falſi † commiſſi, iuſta poſſeſſio 18
non paratur, vt eſt textus expreſſus, *in l. ex initio. vbi gloſ.in verb.initio.ibi: ſiue etiam Iudex. C. iam d. tit. de falſ.* Quis dixerit, ius, ſiue proprietatem decem marcarum auri, ex initio falſi commiſſi, ſiue ſub: & obreptionis, Actori quæri potuiſſe: In iudiciis † vero maxime initium ſpectandum 19
eſt, &

est, & considerandum, qua ratione Actor, præter communem iuris ordinem, limina huius iudicij adaperuerit, *Bellam. concl. 64. n. 3. tex. in l. 3. §. scio, de minorib.* Et faciunt huc communia iura, quibus
20 disponitur, rem scelere quæsitam, † etiam hæredi, qui tamen plerunque fraudis & doli, per defunctum commissi, nescius est, auferendam esse, *l. 4. l. 12. ad l. Corn. de falsi. l. 5. de. calumn. vbi est elegans text. cum similib.* Negat igitur, Actori ex iniquo sub & obreptionis vllum ius quæri potuisse. Neque quisquam dixerit, non fuisse intentionem iudicantis, vt scilicet, etiam si preces veritate non niterentur, nihilo tamen minus Reos arctari de-
21 berent: Extra vero intentionem mandantis † mandata non debent operari, vel extendi, *argum. d. c. fin. de præbend. & dignit.* Et sane mandata illa, sub & obreptitie impetrata, sunt subsecutarum sententiarum, adeoque iurisdictionis nostræ fundamenta, & causa, sine qua non.

Ad secundam, de regressu aduersus procuratorem, respondeo, vtrum videlicet regressum habeant, vel non? Id magna ex parte inde pendere, vtrum sit soluendo, nec ne? per iura supra allegata; quibus addo *Bal. in auth. hodie, col. 1. C. de appell. decis. Capell. Tholos. num. 101. fol. 491.* Hoc vero ni-
22 mirum, vtrum sit soluendo procurator, † nec ne? dico aliquando in iure, & rei natura consistere, & aliquando in facto. In iure, & rei natura con-
23 sistit, † si causa fuerit beneficialis, matrimonialis, status, infamiæ, aut alterius rei, quæ non recipit interesse, aut æstimationem pecuniariam. Quo casu restitutio statim, etiã absque vlteriore discussione concedi potest, *Salyc. in d. auth. hodie.*
24 Quando vero in facto mero consistit, † vt hic quantum ad pœnam siue mulctam pecuniariam; tunc per discussionem explorandum est, soluendo sit, nec ne, procurator, *Bald. in d. authent. hodie. vers. sed quomodo sciam, d column. 1. & sequitur apostillator ad d. decis. Tholos. 101.* Cum vero in nostro casu, vtrum procurator soluendo sit, vel non, in mero facto consistat, & citra discussionem id nobis, tanquam iudicibus, non liqueat, neque aduersa pars ea de re in actis quidquam opponat, putat, non esse nostrum, id in facto supplere, atque ita mendaci precatori quodammodo patro-
25 cinari, cum Iudex non suppleat ea, † quæ sunt facti, nisi nota sint ipsi, tanquam Iudici, vt puta, quia scripta in attestationibus, *per text. in c. bonæ memoriæ, ibi gloss. la 1. & Ioh. And. in addit. de postul. prælat.* Præterea hoc non est perpetuum, quod quandocunque, procurator, qui dũtaxat in omittendo eo, quod neq; lex, neque Iudex iubet, veluti est appellare, aut prorogationem petere, negli-
26 gens est, dominus aduersus eum, † si soluendo fuerit, regressum habeat: sed ita demum, si mala fide hoc fecerit, vt apparet ex illis, quæ notat *Bal. in d. auth. hodie, in 1. col. vers. subdistingue, de appellat.* Sed hoc, bona vel mala fide ne omiserit prorogationem petere? rursus in facto consistit, & absque discussione nobis liquere non potest. Et sane mihi magis esse videtur, vt nostro casu, bona quã mala fide omissum esse præsumamus, cum nemo malus præsumatur, tũc Rei cõmendant diligentiam ipsius, in denunciando terminum ipsi præstitutum. Et quis scit, num ipsi certa spes, tempestiue transmittendarum exceptionum, facta fuerit: facit, quod *not. Bal. in d. auth. hodie*, procuratorem † ita demum in mala fide esse censeri, si, cum 27
potuit denunciare domino, vt appellaret, & non denunciauit, vnde, ducto argumento per loeum à contrario sensu, non male arguetur, Doctorem Wildhelmum, qui tẽpestiue suis principalibus, vt ipse profitetur, acceptatũ terminum denunciauit, non esse in mala, sed bona fide. Non male quadrat huc, quod scripsit *Pet. de Beninten. concl. 26 n. 6. fol. 668.* Sed dixerit hic aliquis, solutiones istas non subsistere, & separatam esse causam pœnę, à causa principali. Quod equidem nõ diffitetur, attamen respondet, ad iuris effectum quod attinet, eandem esse rationem. Quandoquidem interrogatus, quid in prætensa contumacia procuratorem (de principalibus enim res est expedita) constituerit: respondebit procul dubio, ob emanata mandata. Quæ, si qua ratione impetrata sint, rursus interrogabis. Respondebitur procul dubio ex his, quæ relata sunt, quod sub & obreptitie. Vnde succedit infallibilis conclusio, ex
iure scripto, † eũ qui præsidi obrepsit, nil egisse, 28
l. si quis obrepsi. ad l. Cor. de falsi. Quoad nimirũ, ipsum nil egisse, nemo sane dixerit, si propter vigorem mandatorum, receptum terminum, & elapsum, decem marcæ auri ipsi adiudicabuntur. Sed statuamus, absq; præiudicio veritatis, præcepta emanata non per circumuentionem iudicantis impetrata (ipse tamen multum ambigit) vtrum procurator præcise, sub præiudicio non tantum conclusionis, in puncto paritionis, sed tam grauis mulctæ, quę non est de natura intrinseca causę sed plane extrinsecum quoddam, vt *l. 1. si quis ius dic. non obtemp.* prorogationẽ petere debuerit. Illud enim appositi iuris est, quod † omnes 29
dilationes & prorogationes sint accidendæ, seu abbreuiãdę, & magis odiosę, q̃ fauorabiles, vnde nulla, † nisi cum causę cognitione, cõcedi debet. 30
Causa vero nõ poterit cognosci, nisi fuerit allegata: allegari vero non potest, aut certe non debet, nisi à principali, q̃ fuerit subministrata. At dicat aliquis, quotidie contrariũ, & procuratores cõministi causas, etiam à principalib. non allegatas. Respõdet: Id verũ potius esse in pulchro corpore huius iudicii, q̃ virtute: & multa tolerari facta, quę fieri non debebant: Et statuamus, telã illam admitti & tolerari potius quam commendari, inde tamen non consequi, qui omittit, quod pręcise facere tenebatur, in dolo, vel in culpa esse. Vnde cõcidant allegationes illæ, quæ possent in
eam sententiam adduci: quod mandatarius, † ex 31
mandato semel suscepto, non tantum de dolo, & de culpa, eaq; non leui saltem sed etiam leuissima teneatur. Nam, vt iam dixi, non est in culpa procurator, qui non cõministitur & affingit à principali suo sibi non submistratam prorogationis causam. Nec ab hac sententia eum dimouet generalis illa clausula *faciendi omnia, quæ posit principalis;*

cipalis, si præsto esset. Respond. enim, quod nec ipse principalis, vlla de causa probabili prorogationem petere posset. Cõcluſiue igitur putat, Actori, ad tam prægnãtes exceptiones iuiungendũ esse, vt agat in ſpecie. Et ſi nihil contra ſub & obreptionem, & allegatam falſitatem, ſiue peruerſitatem ſententiæ adduxerit, illico pronunciandũ esse, proceſſum caſſum & irritum esse, vel, ſi cui magis arriſerit, rem reuocandam in integrum, & admittẽdas esse illas exceptiones ad probandum, & poſtea eas examinandas. Et ita iuſtum & æquũ putat, nulla potẽtia, vel paupertate partium motus. Saluo dominorum iudicio, quia aliter non intelligat cauſam.

Aliud.

D. Gf. Cum domino Referente, vult audire Actorem, cum præfixione certi termini: Wil die beide Puncten zuſammen nemen/ ſub commination conclusionis: & deinde vult caſſare proceſſus & omnia ſubſecuta, quando nihil releuanter opponitur. *Cum expenſis.*

Aliud.

D. N. Quoad principalem cauſam cum Referente: ſed quoad pœnam commiſſam, aliter, & inhæret ſententiis prioribus. Diſtinguit inter cauſam ipſam, & punctum pœnæ. Pœnæ cõdemnatio † recte ſit, etiamſi calumnioſe ſit actũ, *Duar. lib. 1. anniuerſ. diſp. th. 50. verſ. datur autẽ vt exiſtimo. ibi. niſi forte, per l. 11. §. in eum. circa fin. ne quis eum, qui in ius vocat. &c.* Cũ ſola † contumacia attẽdatur in pœna, *d. l. 1.* Nõ obſtat, quod pœna diuidatur inter magiſtratum, & partem, tamẽ mulcta eſt, † & non priuatũ ius, ſed magiſtratum reſpicit *Oldend. d. loc. ſi quis ius dicẽt. in claſſib.* Nec obſtat, Camerã non fuiſſe fundatã, propter ſub & obreptionẽ. Reſpondet: Continet Mãdatũ duo, † reſpectiue, paritionem, aut cauſæ allegationem. Dato, non potuiſſe pareri, cauſæ tamẽ allegari potuiſſent: At hoc omiſſum, merito declaratio facienda, *l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. Marant. part. 6. de citat. nu. 39.* Et hoc loco etiam locũ habet lex, quia ius quæſitum parti, non ex cauſa eius, ſed ex contumacia Rei, *Oldend claſſ. 1. act. 2.* Inde colligit, grauiorẽ cõmiſiſſe contumaciã Reos, † in non parẽdo Iudicis præcepto, in executione quã vel ſaltẽ in eo, quod non produxerũt cauſas, vel prorogationẽ non petierunt.

Vtramq; ſententiam, tanquam iuſte latam, vbique defendi poſſe putat. Ideo nõ caſſandum. nec reſtituendum. Primo, † quia ius parti quæſitum. Nec obſtat mendacium, quia reſpõdet, hoc verum eſſe in ipſa cauſa, ſecus, quoad pœnã commiſſam. cuius cauſa eſt immediata, contumacia (non obreptio) vel Reorũ, vel procuratoris. Inde videtur diuerſam eſſe ibi rationẽ. Secundo, † quod legitime factũ. non facile retractari, *c. quod ſemel de reg iur. l. in ambiguis. ibi Dec. de reg. iur. n. 2. Bellamer. concl. 742. n. 10. prope finem.* Tertio Princeps † nõ poteſt alicui auferre ius ſuũ: Ergo nec per indirectum, & via reſtitutionis. Quarto: † Nemini licet conſilium mutare, in præiudiciũ alterius, *l. poſt mortem, de adopt.* maxime hoc in Principe, *l. 12. ne fiſc. rem, quam vendit. euinc. lib. 11.* Quinto: † Licet reſtitutio cauſæ principalis regulariter redintẽgret omnia, etiã medio tempore facta, ſi dependentiam ab ea habeant; tamen non reſcindit ea, quæ iam ſuum perfectum eſſe ſunt adſecuta. Vnde contractus interim facti, rati ac firmi manent, vt eſt *text. in l. fin. vbi Bald. & Salyc. C. de ſent. paſſ. quem allegat Bellam. concluſ. 742. numero 9. verſicul. 7. & concluſion. 743. n. 6.* At punctus pœnæ commiſſæ, nedum dependentiam à cauſa mandati executionis nullam habet, ſed de per ſe habet robur & effectum, & per ſententias eſt conſecutus: Ergo per reſtitutionem etiam cauſæ principalis, reſcindi non poteſt. Sexto: † Quia non debet vni concedi per gratiam, quod alteri auferatur, *l fin. Cod. de ſtat. & imagin. argum. l. aßidue, C. de pignorib.* Septimo: † Quia reſtitutio iam per ſententiam denegata, *t. 52. ord. l. 3.* Vnde nõ videt, qua ratione poſſimus ſine ſuſpicione cõtra ſentẽtias & ordinationem iam pronunciare, *c. final. de reſtitutione in integrum.* Cum itaq; alia ratio nõ ſit in procuratore, quam prius allegatum, non poteſt locum dare reſtitutioni. Octauo: † Quod extraordinariũ remedium, præſertim in præiudiciũ alterius quæſitum, locum non habet, quando ordinarium competit. *Fran. c. ex ratione, de appell.* Sed poteſt cõſequi à procuratore, quæ quidẽ actio cõpetit domino, quãdo etiã leuiſſima culpa exiſtit, *Dd. in l. à procuratore C. mandati. ibi gl.* Ergo reſtitutio recte denegata.

Non obſtat, quod dicitur, procuratorem non ſoluendo, quia iam dudum à dominis diſcuſſum hoc dubium: Ergo nõ bene iam reuocamus, cum Rei aliquid oppoſuerunt.

Nec obſtat, ꝙ dicitur, non habuiſſe malam fidem: Ergo &c. Reſpondet, nullum iuris fundamentum eſſe, propter quod præſumere liceat, petitionẽ prorogationis à D. Wildhelm bona fide omiſſam: cũ iudicio ſuo & ius commune, & ordinatio, & iuramentum, & mandatum procuratorium, adeoque officium ipſius, talem præſumptionem excludant: quæ omnia ipſi iniunguntur, vt fideliter agat pro partibus. Quis igitur, quæſo, dubitare poteſt, culpa vel negligentia potius, q̃ bona fide, omiſſam prorogationis petitionẽ: cũ nulla præſumptio eſſe poſſit, Doctorem Wildhelmũ, vti praxeos & ſtyli peritum, ignoraſſe, ex purificatione termini maximum damnum partis, niſi petat prorogationem, ſecuturum fore, quod præcauere debuiſſet, & potuiſſet? Mala † igitur fides, & ſupina negligentia, quæ dolo æquiparatur. *Spec. de reſt. in integr §. quis autem verſ. vt autem, n. 29. circa medium,* potius quam fides bona, aut iuris, quod profitetur, ignorantia, in procuratore præſumi poteſt. Negligentia † enim arguitur in eo, qui cum remediis oportunis ad actum vti potuiſſet, id non fecit. *Socin Sen. conſ. 273. lib. 2.* Niſi forte affectatã † ignorantiã quandã, quę non longe abeſt à dolo, concedamus *gloſſa in c. eos verb. affectata de tẽp. ord. in 6. Gail. l. 2. obſ. 48.* Facit, ꝙ negligens † facere id, quod ratione officii tenebatur, dicatur in dolo eſſe. *Anchor. conſ. 58. n. 18. Socin. ſen. conſ. 2. n. 10, 11. vol. 1. Grauet. conſil 32. numer. 4.* Adeo, vt ſi nõ dolo vel mala fide id factum dicat,

proba-

40 41 42 43 44 45 46 47 48

probatio eius rei ipsi incumbat, gl. *c. quamuis de reg. iur.* Gail. *d. loco numero 18.* præsertim si negligentia in omittendo, habeat factum aliquod adiunctum puta, contemptum Indicis. *Grauet. dict. consil.* Et concludunt Doctores in genere: quod
49 teneantur † procuratores tam de neglectis, quã &c. *l. si tibi Cod. de testam. tut. Soc. in d. con. 2 numero 4.5. volumin.* 1. In huiusmodi enim dicitur culpa versari. Putat, bonam fidem non præsumi posse, nec excusari posse procuratorem, in nõ petendo prorogationem, ex tam nociua omissione. Nihil ad rem facit, quod commendarunt Rei eius diligentiam: Respondet enim ei locum dari non posse, cum nihil aliud sit hoc, † in effe-
50 ctu, quam manifestam negligentiam & culpam approbare, & sic alterius negligẽtiam, suam propriam facere, per text. *in. c. 1. in fin. vt lit. non contest. vbi elegans glossa in verb. procuratores. Grauet. d. cons. 132. nu. 131.* Concludit petitam restitutionem in puncto pœnæ denegandam, & prioribus sententiis inhærendum. Addit: Etiam cassato mandato posse consistere punctum pœnæ, quia separata sint, vt innuunt verba: allegat *Bart. & Dec. in l. cum principalis. de reg iur.*

Præterea etiam negari potest, punctum pœnæ esse accessorium puncto mandati: nam pœna, vt æque principalis, per se, à seipsa subsistere potest, nec cessat eius validitas. *Dec. in l. cum principalis, de regulis iuris.* cum habeat causam ex contumacia & contemptu Iudicis, *l. quæcunque, de action. & oblig. Bellam. d. decis. 742. num. 7.* Causa enim
51 † proxima attendi debet, & immediata, *l penult. ff. de condict. ob turp. caus. Iacob. de Belui. c. domino guerram. Hic finit. lex in vsib feud. Bellam. d. concl. num. 7. & concluſ. 743. vers. item, quia res non est amplius integra.* Concludit finaliter in puncto pœnæ, *vt supra.* In puncto vero principali, Handlung dem Actori in specie iniungendam. Quod si nihil attulerit, denuo se declarabit.

Aliud.

D.C. Vult cassare mandatum, quia Dn. Referens tam aperta iura & fundamenta deduxit, & probauit, vt sibi acquiescendum eis conueniat. Sed tamen pauca quædam, pro confirmanda sua sententia vult dicere, & omittere dicta ab aliis. Concludit: Si actor nihil, quod releuat, ageret, vult cassare totum processum, cum expensis.

Aliud.

D. Xb. Quæstio est vtrum cassatio, vel restitutio, processus & sententias complectatur declaratorias & denegatorias? pro parte negatiua facit doctrina d. *Bellamera vt supra*, quæ fundata *in l. final. Cod. de sent. pass.* Fatetur negligentiam per procuratorem commissam, quæ separata Iudicis animaduersione veniat corrigenda: Inde vero non sequi, pœnam ipsam, obreptitio mãdato insertam, inuiolabiliter tenere: Primo, propter æquitatem, *l. & post edictum, de iud. Bellam. decision.*
52 745. Et poterat mora † purgari duplici causa, *l. etsi post tres, si quis post caut. ibi Alex. Iaſ. Bart. in l. si in-*
53 *sulam, de verb oblig.* Quia † ius partis non fuerit læsum. Secũdo: Et habuit mandatum tacitam conditionem: *Si preces veritate nitantur. Gail. lib 1 obs. 14. nu. 2. 3.* donec constet de veritate. Tertio: † Præiu- 54
diciale tẽpus quod habuit Wildhelm, innixum esse falsæ causæ, ideo non subsistit, & pœna erat in suspẽso, ordinationis, vel arbitraria. † Quarto: 55
Contumaciam procuratoris pœna mandati non 56
potuisse puniri: Quia † contumacia præsupponit citationem, *num. 1. 6.* Sed nostro casu, citatio in
† mãdato corruit, quia stat in falso præsuppositio 57
iurisdictionis, ex causa denegatæ iustitiæ. Non obstat d. l. *si quis ex aliena.* quia non competit hoc casu iurisdictio generaliter sed ex speciali causa, quæ si falsa est, corruunt omnia subsecuta. Nam sic post tres conformes sententias opponi potest *Gabr. libro 2. conclusion. de execution. rei iudicat. conclusione prima limitat. 5.* Repetit huc vt referens attigit de mandatis, auocantibus causas ab ordinario. Quinto: † Terminus obtentus non erat perem- 58
ptorius, nec arctatorius, tanquam deficiente fundamento iurisdictionis: ideo postquam fuit oppositum non de lapso termino curandum erat sed de viribus mandati, vnde dependet vis termini. Sexto: † Exceptio sub, & obreptionis, non 59
tantum principale, sed & arctius mandatum cassat, & subsecutas sententias, & quicquid factum est, occasione mandati, *c. constitutus. de rescript in c. fin. de præbend.* Septimo: † Ea exceptio opponi po- 60
test, ad impediendam executionem, ne quis lucretur ex mendacio, & alteri iniquam conditionem inferat: *Gabr. d. loco limitat. 9. n. 17.* prout notoria nullitas. *Gabr. n* 8. Octauo: † Condemnato- 61
ria, quando actio non competit, est nulla *Gabr. de sentent. lib. 2. concluſ.* 8. Nono: † item quando 62
sententia se expresse fundat super nullo, vt hic *Vant. de nullit. ex processu. à numero* 18. *vsque* 31. Decimo: † Contumacia nunquam ita puniri potest, 63
vt quis causa cadat. Sed est in arbitrio iudicis. *Menoch. de arbitr. iud. quæst. 280. Gail lib. 1. obseru. 60. numero 6. Zaſ. l. contumacia. de re iudic.* Plurimum interest, vtrum pœna contumacis sumatur ex meritis causæ principalis: An vero alioquin ex ordinatione vel arbitrio Iudicis infligatur: Potest enim † purgari contumacia per distinctionem, 64
vt *c. 1. 4. de dolo & contu.*

Ad cõtraria respondet: Doctrinam Bellameræ loqui de actibus, iure subsistentibus. Item, loqui de contractibus & actibus extraiudicialibus: Secus in iudicialibus, vbi fundamentum impugnatur. Negat, hoc casu pœnam commissam separatim & seorsim subsistentem. Sed iudicem præsumpsisse ex narratis grandem pœnam. Causa itaque ob & subreptionis iustificata non posse pœnam ex iustitia causæ Principalis, & protractę iustitiæ locum habere: sed solum in mora proponendæ defensionis, vel prorogationis.

Aliud in eadem causa.

Per rationes à Domino Referente iam ex actis & in puncto exceptionum deductas, eius sententiam amplector: ita, vt actori specialiter ad eas agẽdi, terminus præfigatur: An vero simul

comprahendi & includi debeat, vel possit, & sic exceptiones sub & obreptionis, postmodum obiectæ etiam quoad pœnam contumaciæ, effectum habeât? Quo loco præcipue negocij difficultas iam consistit. Breuibus aperiendo meam sententiam, puto, negatiuam partem iure magis fundatam, nobis magis conuenientem & tutiorem (quantum ego intelligo, quia non difficeor me posse errare) Et pro confirmatione horum, præsuppono ex his, quæ latè per D.N. allegata & deducta sunt, priores sentêtias, vt puta tam euentualem, quam declaratoriam, nec non proximã, restitutionis denegatoriam, rite latas & validas esse. Hinc infero: causas, quæ prius pro excusanda contumacia allegatæ sunt, & quibus non attentis, eum causæ cognitione denegata est restitutio, neq; nunc locum habere posse. Rationes ante me sunt assignatæ: quibus acquiesco: In primis vero propter expressum ius, quo prohibetur, ex iisdem causis iterum peti restitutio. *l. 1. l fi. C. si sapius in integr. rest. pet. accedit ord. Cam. tit. 52. lib. 3.* Et no; nulliter sententia feratur cõtra sentêtiam: Idq; siue fiat directe, siue p obliquũ, tacite, vel expresse, ita vt cassato mãdato arctiori, eius effectus trahi non possit ad declarationẽ pœnæ iam commissæ. Alia enim, & diuersa est causa propria, siue proxima vtriusque, & quælibet causarum, suum peculiare habet causatum, licet originalis, & prima, siue ipsa occasio, ex mandato videlicet executoriali, sit vna & eadem. Quod vero sublata occasione, non extinguatur omnis effectus inde secutus, tenet *Bald. in c. solita, in fin. de maior. & obed.* vbi vult per textum *in l. finali, de rescindenda*
65 *venditione.* causam † esse efficacem occasionem, qua deficiente, non deficere occasionatum. Hinc
66 dicitur quod occasio † denotat causam remotiorem, accessoriam & mediatam. Spec. *Bart. Ias. Alex. vt refert Tiraq. tract. cessante causa fol. 25.*

Secundo: Cumque hoc accessorium, punctus scilicet pœnæ commissæ, aliam & quidem per se subsistentem habeat causam, videlicet cõtumaciam specificam: iterum sequitur, licet principalis, vel originaria causa tollatur, tamẽ quæ inde secuta sunt, non extingui, propter rationis (vt dictum) diuersitatem. *Bal. in l. non dubium, num. 23. C. de ll per text. in l. ita stipulatus, de ver. obligat. in princ. Alex. conf. 4. n. 8 & 9. l. 1 & conf. 32. n. 7. l. 2. Dd in c. cum principalis causa. n. 3. & seq. de regiur. Don. à Fina in conclus. & regul. verb. principale. ponit quinque limitationes relatiue.*

Tertia: Sed & remota siue mediata causa, talis non est, vt ea sublata, etiam effectus extinguatur *gl. in l. si cum mulier, §. 1. verb. vtilis, de act. rer. amotar. & gl. in l. 1. verb. te filio, C. de pact. Dyn. c. priuilegiũ, n. 4. de reg. iur. in 6.* ponit exemplum in minore, qui in integrũ restitui petit, qui licet probet se minorem, non restituitur, nisi probet de læsione:
67 quia læsio † est proxima causa restitutionis, sicut hic est Contumacia, non Mandatum.

Quarto: Cui accedit, quod eo tẽpore, quo cõmissa est cõtumacia, Iudicis præceptũ vigebat, efficax & validum erat, & sic causa, quæ Reos arctabat ad obtemperandum existebat. Quo casu effectus etiã durat, licet causa, siue occasio postmodum desierit, *l. si quis hæredem. C. de inst. & substit.* vbi sufficit, † conditionem momento temporis 68
adfuisse quo adesse debuit, *Bald. in l. generaliter. n. 5. C. de Episc. & Cler.* ibi sufficit, si tempore requisito causa adsit, licet post ea cesset.

Quinto: † causæ existentia, si per eam alicui 69
ius quæratur, efficit vt ius quæsitum retineatur, licet causa ipsa postea deficiat, siue desinat per textum *in l. non putauit Prætor. § sed si post mortem. de bon poss. cont. tab.* vbi post mortem † etiam testato- 70
ris, hæredibus scriptis bonorũ possessionem semel natam competere, textus dicit. *Idem in l. si post mortem eod. tit. & Bald. in l. filiam. ff. de senator.* vbi dicit: Quando † causa remota cessat, & remanet 71
proxima, tunc non auferri impedimentum.

Sexto: † Præsertim quando effectus iam est 72
consummatus, perfectus, & in esse productus, *l. fin. C. vnde liberi.* vbi repudians hæreditatem paternam, postea nec aui, delatam patri, consequi potest. *Ias. in l. inter stipulantem. §. Sacram. n. 9. de verb. obligatione.*

Septimo: Et quando contumacia transit in specificum & peculiare delictum: Quia tunc pœna pro ea semel imposita nõ cessat, etiamsi postea contumacia desinat: *Felin. in c. ex literis. n. 10.* dicit: Si contumacia transit in specificum delictum, tunc pœnam pro ipso impositam intelligi perpetuam, *ibid. & Panorm. extra. de constit.*

Octauo: Præsertim vbi contumacia fuisset momentanea, hoc est, vt solet dici, quæ momentaneo & vno tempore committitur, vt *in l. placet. ff. de acquir. hæred. §. fin. inst. de hæred. qual. & diff.* Vbi agnatio quæritur eo tempore quo quis nascitur: Secus, vbi est tempus successiuum, vt in tutela, quæ consistit in successione temporis, & requirit totum tempus pubertatis. Primo enim casu momentaneæ contumaciæ, & eius mulctæ, non cessat eius effectus: *Panorm. in d. c. ex literis. n. 10. ibi:* Si autem pœna erat momentanea, quia cõdemnauit in pœna, seu mulctauit, tunc est perpetua. & *ibidem Felin* in specie idque maxime, quando impletus est effectus, vt volunt iura, & supra attigi.

Nono: Denique cum pœna contumaciæ respiciat tempus præteritum, & nõ futurum, ideo eius effectus tanto minus cessat, *Bald. in addit l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* circa finem, ibi: cessante † contumacia, cessat pœna, pro tempore 73
futuro: & *Iason ibid. num. 61.* Idque præsertim, concurrentibus, & simul existentibus iam dictis: alias enim hoc fundamentum non satis firmum esse posset, si forte de expensis solummodo intelligatur, sine quibus nõ auditur pars, purgata cõtumacia vt scilicet præteritæ refundantur. Sed tamen adhuc obstant duæ proximę rationes, quę concludunt sufficienter. Possent plura ad propositum in argumentum adduci, ex materia restitutionis in integrũ, & materia attentatorum, vt quando attentata reuocantur, bonitate causę nõ atenta, Pan. *inc. bonæ memoriæ. ibi & alij: de appell.*

Deci-

Decimo: Tandem ex his, quæ antea allegata sunt aliisq; nonnullis rationibus & iuribus, etiam vsu receptum in hoc iudicio arbitror: quod commissa, & declarata iam pœna contumaciæ, ob non factam, nec doctam paritionem, in termino ad hoc destinato, licet postmodum simul, cum causalibus (vt solet fieri) obijciatur exceptio sub & obreptionis: Imo, licet, tales exceptiones, vt puta subiectionis, & similes, demum ita probentur, vt mandatum cassandum veniat: per hoc tamen ipsa pœna contumaciæ, iam commissa & declarata, fiscoque & parti soluta, non reuocatur. Ita vt vix auditum, fiscum, vel partem, tali casu cassati mandati, restituisse Reo pœnam cõtumaciæ, aut ab eis vnquam id exactum: Et per consequens, cassato mandato, simul cassata fuisse ea, quæ eius occasione, & per contumaciam, specificum effectum sortita sunt. His (inquam) ad partem negatiuam, vt dixi, inuitus trahor.

Inde concludo: Quoad punctum pœnæ simplicis mandati, prioribus sententiis inhærendum: Sed in puncto arctioris mandati præfigẽdum ex officio terminum Actori, vt in specie agat ad exceptiones sub & obreptionis, sub comminatione cõclusionis, in eo pũcto. Et tunc oportunius dabitur occasio deliberandi, de modo pronunciandi, an videlicet cassandum Mandatum, vel petita restitutio facienda, vel paritio, ad emanatas arctiores executoriales, pro sufficienti acceptanda. Quia & ego vnũ ex his fieri debere puto. Postremum tamen accommodatius erit si modo ex actis constiterit, executionem factam, quatenus per possibilitatem fieri potuit. Et sic in pũcto arctiorum, Restitutio erit superflua, per ea quæ in priori meo voto dixi. Nec cessatione opus, cum mandato satisfactum sit, & paritum mandato, quantum fieri potuit. Saluis dominorum votis.

Aliud.

In puncto declarationis vere dubitari posse, Vtramque enim sententiam, absque metu reuisionis, defendi posse: Malit tamẽ æquiorem, veriorem & benigniorem illã amplecti, vt processus & pœna cassentur. Nullũ enim ius parti quæri potuit: Nisi contra iuris regulas dicamus, ob mendacium, aliquem lucrum sentire debere. Omnia ergo q̃ ex dolo veniũt, cassanda, *l. 1. de act. tut. l. 2. verb. coactus. de iudi.* Et hac exceptione ipse Procurator se iuuare potest, cum contumacia hęc ficta, & negligẽtia Procuratoris, oriatur ex mendacio, & doloso præsuppositio. Quoad iudicem, pœnam ex contumacia & dolo, saluam manere, non quoad partem, propter mendacium. Cum vero Imperator remiserit, non esse de hoc dubitandum. Tamen D. Wildhelmum, ratione negligentiæ, vult punire in quinquaginta aureos, ex officio, vel nach Ermessigung mulctandum.

Sententia.

IN Sachen/ &c. Ist D. Wildhelmen der Vrthel den 4. Iunij &c. ergangen/ in puncto deß declarierten Peenfals/ fürgewanter Einred vnuerhindert/ nachmal ein Gnügen zu thun/ zu allem Vberfluß. Vnd dañ in puncto arctiorum executorialium D. Brentzlin/ Was sich auff vlteriores exceptiones den 28. Nouemb. An. 77. einkommen/ in specie zu handlen gebürt/ allenthalben Zeit drey Monat/ von Amptswegen angesetzt/ mit dem Anhang wo sie solchem also respectiue nicht nachkommen werden/ das es als dann bey der ermelten Vrtheil endlich bleiben vnd die Sach gedachts Puncten halben/ für beschlossen angenommen seyn soll.

VOTVM XXV.

In causa DD. contra Cœnobium D.

SVMMARIA.

1 *Libellus seu grauamina quãdo causam appellationis parũ concernunt, vel illã iustificant, statim sunt reijciẽda: licet in principali iustã causam habeat. n. 2.*
3 *Litigantiũ animus & intẽtio expetitione & litis cõtestatione rectissime colligitur.*
4 *Litigantium ius, etiam appellationis causa decisa, adhuc in incerto versatur.*
5 *Appellationis causæ limites, cum appellatorum interfit sine eorum expresso consensu & prorogatione egredi minime licet, & quare.*
6 *Actus agentiũ vltra eorum intentionẽ non operãtur.*
7 *Nullitas si partium iura sunt clara, non attenditur.*
8 *Constitutio fractæ pacis quando competat.*
9 *Pœna non debet esse maior delicto.*
10 *Actionis genus in hoc casu, quare difficile appareat.*
11 *Ius piscandi in hoc nostro casu controuertitur quoad numerum. item locum n. 12. & excessum. 15. Sed quoad locum dupliciter. Scilicet iuxta Vertrãg vnnd Anweisung n. 13. Vel secundum Augenschein/ num 14.*
16 *Rei vendicatio non competit super re incorporali.*
17 *Iura piscandi sunt seruitutes reales.*
18 *Præscriptio temporis immemorialis non solum exceptionem tribuit, sed & actionem.*
Habetque locum contra Ecclesiam, num. 19. Et huius requisita quæ nu 20. & 24.
21 *Ius vel seruitus piscandi discontinuam habet causam, cui tempore immemoriali, licet præscribens non habeat titulum, præscribitur. & numero 68.*
22 *Ius piscandi in hoc nostro casu dupliciter in Cramoue consideratur.*
23 *Ius negatiuum quando possit præscribi.*
24 *Testes affirmantes præualent negantibus.*
25 *Testibus deponentibus extare memoriam facilius creditur.*
Item q3 deponentibus de propria scientia, quam auditu. nume. 26. Item potius creditur his qui de dissensu & dispatientia deponunt. num. 27.
28 *Probationes in specie, præualent probationibus in genere.*
29 *Testi in specie deponenti, magis creditur, quam qui in genere deponit.*
30 *Libelli mutatio non permittitur post litem contestatam.*
31 *Longi temporis requisita, vt bona fides articulari & probari debet.*
32 *Temporis cursus solus absque titulo vero vel putatiuo, ad præscribendum non sufficit.*

33 Consuetudo vel præscriptio, nisi suos debitos habeat Comites, non inducitur. Nec titulum pro suo, in genere allegatum sufficere putatur. numero 34.

35 Præscriptio longissimi temporis contra Ecclesiam allegatur, & proponitur in illam non in modum exceptionis vel defensionis, sed actionis.

36 In præscriptione 40. Annorum, contra Ecclesiam, requiritur etiam bona fides, nisi quis habeat præsumptionem cum titulo.

37 In præscriptione contra Ecclesiam quando procedit, quod dicitur, titulum requiri.

38 In præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, bona fides & longissimum tempus non sufficerent, nisi allegetur & probetur talis præscriptio.

39 De præscriptionis effectu, an scilicet actio ex ea competat, vt constet, videndum erit de bona fide.

40 Præscriptioni bonæ fidei vt locus sit, oportet allegare titulum.

41 Bona fides ex titulo aliquo elici vel præsumi non potest, sed debet allegari & probari.

42 Mala fides, si constat de antiquiore possessione præsumitur in possidente.

43 Præsumptio iuris qualibet ex facto insurgens allegari debet, prout & bona fides, & maximè si contra Ecclesiam tendat.

44 Bona fides vbi desideratur, etiamsi præscriptio subsistat, tamen nullam tribuit actionem, sed exceptionem.

45 Iurisdictio etiam propter causæ continentiam fundatur.

46 In actis quod non inuenitur non interuenisse dicitur.

47 Acta tota nisi describantur, non præsumitur pro rectitudine processus & eius iustitia.

48 Iudex propter non conscripta acta, in causa tam grauis in expensas litis, & interesse parti, vel mulctã fisco applicandam, condemnandus venit.

49 Contra Contumaciter emanentem triplici via procedit.

50 Citatus, si ob breuitatem termini comparere non posset, excusatur.

51 Lis in prima instantia non contestata, neque in contumaciam pro contestata acceptata, tunc de causa ista nec cognitio fieri, nec probatio instituj, nec sententia ferri potest. Sin secus fieret, processus redderetur nullus. nu. 52.

53 Sententia contra ordinem iudiciarium lata, nulla dicenda erit: Et dicitur causa sine cognitione prolata. num. 54.

55 Iudex super nullitate, & ipsis meritis causæ principalis pronunciare, id est, sententiam nullam, & partem non fouentem iustitiam, condemnare potest.

56 In appellationis puncto & causa principali, litem fuisse contestatam sufficit, licet super articulis dependentibus & emergentibus quibusdam non contestetur.

57 Articuli si dependent à principali, & non sunt separandi, sufficit litis contestationem coram iudice, qui de principali cognouit, fieri.

58 Iurisdictio inde prorogari videtur, si aduersa pars non contradicit, sed simpliciter respondet, & patitur insuper testes examinari.

59 Conclusio est postremus actus iudicij.

60 Litis contestatio inducitur per responsiones.

61 Actor est is, qui prius prouocauit.

62 Libellus ineptus quibus modis sustinendus est.

63 Possessio vbi non, ibi nec & alia existere possunt.

64 Principis assertioni non creditur, in præiudicium

66 Præscriptionis requisita ad centum annos. (tertij.

67 Bona fides de iure Canonico requiritur & non titulus.

68 Præscriptio 100 annorum contra Romanam Ecclesiam requiritur, alias 40. anni sufficiunt.

69 Probatio & allegatio tituli in hoc casu necessaria est, vel oportet tempus immemoriale probari.

70 Bona fides in dubio præsumitur, nisi contrarium probetur.

71 Æquitas & ratio suadet, interpretationem faciendam, vt appellatio teneat ne hoc beneficium appellanti auferatur.

72 Circa iurisdictionem in hoc casu fundandam, triplex iudicandi via consideranda venit. & numero 73. 74. & 75.

76 Iudex causæ appellationis regulariter non cognoscit, nisi de eo, de quo cognouit Iudex causæ principalis.

77 Appellatio non deuoluit nisi id quod deductum in iudicio pendere reperitur.

78 Iudicis officium in appellatione est, tantum pronunciare bene, vel male iudicatum.

79 Appellatio naturam litis non mutat.

80 Libellus qualis est in causa principali, talis est in causa appellationis.

81 Iudex pronunciando, bene vel male appellatum, simul etiã condemnare potest nõ condemnatum, si natura litis & causæ hoc ipsum exoscat.

82 Iudex appellationis succedit iudici primo, ita vt omnia, quæ primus iudex facere potuit. & debuit, ipse potest & debet.

83 Iudex in his, quæ sibi, vt iudici manifeste constant, propriam sententiam id est ius litigantibus reddere potest.

84 Actio finium regundorum inter arbitrarias connumeratur,

85 Iudici vt supplere possit quando dicatur notum esse.

86 Appellatio à definitiua tripli em operatur effectum, & deuoluit totam causam principalem, n. 87. & 88.

89 Medium in hac appellationis causa, per quod peruenitur ad eum finem, non est curandum.

90 Iudex in dubio debet pronunciare, quod appellatio causam deuoluat.

91 Iudicium finium regundorum cur duplex.

92 In actione hac huius casus duæ extremitates terminorum siue finium inuestigandæ, & q̃. n. 93. & 94.

95 De confessione appellatorum in hoc casu dupliciter constat & num. 96.

97 Sanctitas quorum est æqualis, eorum celebratur æqualis festiuitas.

98 Alterum latus versus Dobertin habet aliquid difficultatis, & hoc loco duo occurrunt. vt numero 97. & 98.

99 *Præsumptio libertatis, quæ iuris est, dicitur liquida probatio, & sufficiens.*

100 *Asserens seruitutem ex præscriptione, eam probare debet.*

101 *Seruitus vsus, vel vsus fructus, cum sit mixta, & causam habeat discontinuam, non minori, quam immemoriali tempore præscribi potest: ad quod quasi possessio requiritur.*

102 *Ad præscriptionem seruitutis vsus vel vsusfructus, requiritur quasi possessio, quæ consistit in scientia & patientia domini, contra quem præscribitur.*

103 *In præscriptione vsus vel vsusfr. discontinuam habentis causam, prospiciendum est de qualitate actus, an iure seruitutis, vel alio modo contigerit.*

104 *Iudex debet esse discretus, vt vel ex varijs circumstantijs, iure approbatis, præsumat, possessionem tanquam ex iure suo existere, vel coget probari, quod dominus patiebatur eum vti iure suo sciens.*

105 *Quæ iure familiaritatis, vel facultatis fiunt quasi possessionem nunquam inducunt sic neque præscriptionem efficiunt.*

106 *Mala fides præsumitur per solum vsum in rebus alienis, nisi aliquid, ex quo bona fides colligi possit, probetur.*

107 *Ex permissione simplici, vel actu meræ facultatis. quantocunque tempore, non oritur aliquod ius, vel præscriptio, contra permittentes.*

108 *Præsumitur in dubio vsus familiaritatis, & non possessionis.*

109 *Iudex circa modum in iudicando primo videat, quis possideat, & quantum: deinde videat circa proprietatem, & vnicuique adsignet, quod suum est, & terminos figat.*

110 *Possessionis vetustas est attendenda, dum de iure alterius non constat.*

111 *Sententia limites libelli, & quæ in iudicium deducta sunt excedere non debet.*

112 *Nullitas & iniustitia euidens & perspicua, sententiam nullam reddit.*

113 *Finis negocij alterius causæ exordium fieri non debet.*

114 *Litem ex litis primæ materia surgere nefas est.*

115 *Lites ex litibus non sunt serendæ, nec modus litium est multiplicandus: Imo earum materia & fomes rescindenda, num. 116. Bonique officio iudicis incumbit, vt lites minuat & pro virili dirimat. numero 117. atque subditos laboribus, molestijsq; expensarum leuet. num. 118.*

119 *Litium finem esse conuenit.*

120 *Prator, quos iurisdictione sua componere potest, ad arma & rixas procedere non patitur.*

121 *Iurisdictionis defectus sententiam nullam solet efficere.*

122 *Iudicatum non potest dici ab eo, qui iudicandi ius non habet.*

123 *Clausularum salutarium (ius & iustitiam administrari. Item omni meliori modo.) vis, virtus & effectus quis. & num. 124.*

125 *Iudici quoties ex actis Rei veritas eliquet, illi permittitur, vt tam in iure, quam in facto suppleat.*

126 *Libellus quacunque tantum ratione interpretari potest, vt sustineatur, est elaborandum, etiamsi verba prorsus forent improprianda & maxime quoties de causæ iustitia apparet. numero 127.*

128 *Actum quemlibet interpretatione iuuare conuenit.*

129 *Libelli tota vis, licet in conclusione vel petitione, tanquam in cardine versetur, & ex iis actio regulariter sit metienda, tamen clausularum salutarium subnixi adminiculis, potius ius partis ex actis resultans, præoculis habere quam libelli petitionem superstitiosam alligari debemus.*

130 *Camera est summi Principis consistorium: Et potius rem ipsam introspicere, quam iuris scripti solennibus adhærescere debet. num. 131.*

132 *Reconuentio in secunda instantia non habet locum: Quod tamen limitatione temperatur, nisi scilicet iurisdictionem partes prorogarint, numero 133.*

134 *Iudex appellationis ex quo succedit iudici à quo, cum omnibus pertinentiis & qualitatibus debet succedere, vt sic subrogatum naturâ subrogati redoleat.*

135 *Consensus tacitus in iudicijs idem, quod expressus, operari solet.*

136 *Respondendo nude quasi excipitur, nihil excipi videtur vbi nihil de ipso docetur.*

137 *Iuris solennitatibus sublatis, solæ probationes solent respici.*

138 *Litis contestatio potest omitti, & actus, qui mediate eam sequitur, litis contestationis vim obtinet.*

D. Referens T. Formalia iusta: Appellatum à die scientiæ. Idque liquidum esse ex actis. Superfluũ esse disputare, an causa sit appellabilis, quia constat, ex *l. si quis in tantam.* actum, quod Iudicium mixtum est, & petitoriũ habet: *Rofred. in rub. de constitut, nu. 71.*

De iurisdictione, an & quatenus fũdata: Monẽt, quod in prima instantia, merita causæ non tractata, nec actio instituta intuitu eorum sed ex *l. si quis in tantam.* actũ. Quod Doberti in defensionalibus expresse fatetur, & sententia satis declarat. Sed iuxta intentatam actionem d *l. si quis.* formata est: à qua huc appellatum fuit. Eoque D. non solum in libelli sui petitione, sed & circa litis contestationem respexit. Id quod ab aduersa parte quoque factum est: Vt forte recte dici queat, libellum, † seu grauamina, statim reiicienda fuisse: quod illa causam appellationis parum concernerent vel illam iustificarent. refert se ad *l. per hanc. C. de tempor. appell. Et ibi Dd. & Salic. numero 3. Gail. obseru. 118. nu. 78* Bene enim fieri potest, † vt appellans in principali iustam causam habeat, & nihilominus in processu d. *l. si quis* recte fuerit condemnatus.

Aut igitur in terminis causæ appellationis nos continebimus, & dubium non est, nos fundatos: Aut circa causæ principalis merita pronunciabimus, & tunc aut solum, aut vna cum causa appellationis. Illud vix licebit, vt solum pronũciemus, quoniam causæ appellationis renunciatum esse non reperitur: de hoc vero dubium est: quia de nulla constat prorogatione. In quo me ad petitiones

tiones,& litis cõteſtationes refero.Hæc vero circa iurisdictionis prorogationem principaliter in
3 conſideratione haberi debent: Cum inde † animus & intentio litigantium rectiſſime colligatur,indeque dicatur,vltra petita non pronunciandum:cum nil vltrà quoque in iudicium deductum cenſeatur: Idque etiam, quia partes in ſuis articulis,acta prioris inſtantiæ,& proceſſum eius deducunt præcipue: & D. nullitatem illius inſtantiæ, admodum vrget, quod factum non fuiſſet, ſi recedere ab illa voluiſſent. Et licet merita quoq; ibi principalia tangantur, adde inſuper probationes inſtitutæ ſint, & ſtyli ſit, vt deſuper in Camera pronuncietur, quando de illis conſtat. Idque hic maxime fieri debeat, vt ſcilicet ius partiũ definiatur, ne fruſtra diutius ſumptibus,
4 vexentur. Præcipue vero, quod deciſa † etiam cauſa appellationis, partiũ ius adhuc in incerto verſetur, non tam quod factum, quam quid in hiſce terminis recte fieri debeat, videdum eſt. Cum non obſcure appareat, Appellantem, qui in prima inſtantia fuit Reus, eundem etiam hic haberi, qui in prima inſtantia.Et,quæ de meritis cauſæ principalis propoſuit, ad hũc finem referre voluiſſe, vt eluderet intẽtionem aduerſarii,& ſic potius defendere voluiſſe: cum nullibi conſtet, quod in principali cauſa pronunciari petitum. Illud etiam ſi appareret,tamen quoniam
5 appellatorum maxime intereſt, † limites cauſæ appellationis non egredi, certe ſine illorum expreſſo conſenſu, & prorogatione illud minime licere, vt ſic locum habere non putem, quod *ſupra dictum.* ne ſcrupuloſius illa aſſumantur. Prout & nullitates non attendendæ: Quia hoc in ſuis terminis locum habet. Ac circa iuriſdictionem, & ſi quid ſimile, nullitatem hic committere forte conſultum non erit. Et poſſunt Domini reçordari, quam illud ſedulo, in multo minoribus terminis,in cauſa Falckenſtein cõtra Walſtein / fuerit attentum. Ex quibus facilis etiam reſponſio patet, ad id, quod de clauſula ſalutari dici poteſt, de cuius virtute *Gail. obſeru.* 108. *libro* 1.*n.*7.Et ſic à fortiori,ſi licet ſupplere,magis circa ea, quæ deducta ſunt, in pronunciando ſequendum. Etſi aliud quoque vrgere videatur: Quia illud verum exiſtimat, circa illa,quæ in iudicium deducta ſunt,aut illis cohærent,& vbi iuriſdictionem fundatam habemus, vt maxime circa ea, quæ in ſeruãdæ ac decidendæ cauſæ meritis neceſſaria ſunt, officiũ ſuum exercere latius queat, ſicque aliquo ſubſiſtente: alias dicendum, Actus
6 agentium, † vltra intentionẽ non operari & non entis,nullas eſſe qualitates.Aliter enim hoc quoque abſurdum ſequetur, quod cumulatio permittatur actionum, in vno eodemque libello, quarum vna ad aliam, non ſolum eſt præiudicialis,ſed & per diuerſa merita, ad diuerſos inſuper tendunt fines. Exiſtimat igitur, in cauſa Principali, pronunciari vix poſſe: prout illa quoque nullas, vt dictum, habet petitiones, vt actio aliqua formari, vel quid in iudicium deductum ſit,aut ſuper quo pronũciandum intelligi poſſit. Cui accedere poteſt, quod de Werder & Breſſinger *infra dicetur.* Quia vero Domini tunc temporis non obſtare hoc putarunt, & rati, procedendum in referendo. Ideo in hoc etiam vult ſuam ſententiam aperire.

Et quidem, quoad acta primæ inſtantiæ,vnde ſententia à qua confirmanda vel infirmanda venit, putat, ſtatim apparere, illa mutila & manca, &nullũ proceſſum habitum,nec vllã actionẽ inſtitutã: vt nimirũ ſit, quod Camera pro completione Actorum nihil decreuerit, cum Kaden fecerit mentionem. De nullitate igitur proceſſus illius notorie ſtatim,citra controuerſiam conſtare putat: nec deſuper immorandum,& licet nullitas in hoc iudicio maxime obſtare non ſoleat, quo minus in cauſa pronuncietur,& dato,omne illud diſſimulandum ſit,quod *Vant.de nullit ex defect.proceſſ.numero* 5.6.7.tradit:Et attento inſuper, quod nihil illorum in hac inſtantia emendatum ſit:Tamen hoc fieri ſolet,quoties de meritis conſtat:modo apparet ex appellatorum confeſſione, *ex l. ſi quis in tantam* actum,cuius requiſita,& quid in illo probandũ, ex d.l. & *Rofred. dict.loco.* At vero de illis, vt nec aliqua Appellantis, vel Rei defenſione, nihil habetur. Et licet ibi etlich Verträg ſint: Tamen cauſam non inſtruunt: nec ſententiam, quæ lata eſt, concludenter inferunt: Dato etiam, quod de validitate ipſorum conſtaret. Nullitatem non attendo, † ſi iura partium 7
clara ſint: *Mynſing. cent.*1.Et licet in hac inſtantia, cauſa,vel ius piſcationis,latius deductum ſit:Tamen illud omne,cauſam Principalẽ magis,quam appellationem informat, vt *ſupra quoque dictum.*

Conſtat vero, cauſam appellationis longe aliam eſſe,à cauſa Principali: cum illa in exceſſu cõſiſtat:hæc vero ius piſcationis concernat, & conſtet,inter alia ad d.*l.ſi quis* requiri, vt de poſſeſſione doceatur: & conſtat, dictam actionem, ratione exceſſus, qui intuitu deß Schmaljugs factus eſt, inſtitutam: At vero, quod in poſſeſſione deß Schmaljugs fuerit, in prima inſtantia nil docẽt. Sed nec de inuaſione, aut debitis ſuis circũſtantiis & qualitatibus doctum, vel hic, vel alibi. Nec etiam concludenter illud aſſertũ, maxime, quod de N N. ponitur. Dato etiam, quod de d.actibus recte conſtaret, tamen dubitari poſſet, an inuaſio recte inferri poſſet, quo verbo d. l. vtitur: Et non requiri dolum, vult *gloſſa:* Tamen putat, requiri latam culpam. Sed dici poſſet,quod de violentia conſtet,ex Vertrag ſententiis vnd Anweiſung: Item ex ſcripto ad Cramon:Ita vt princeps merito,veritatẽ facti,ſit ſecutus. Sed non putat, eam cauſam pro ſummaria haberi poſſe, ſed requirere indaginem altiorẽ·Tranſactionem non receptam ſed contradictam,ideo per eam poſſeſſionem non datam. Die vbrigen Schreiben ſein in effectum nicht kommen: quia in propria cauſa factæ. Et conſtat,d. conſtitutionem † non ha- 8
bere locum, quando quis habet iuſtam, defendendi poſſeſſionem, cauſam, ſed quando habet

ani-

animum, alienam rem inuadendi. *Bartol. d. loc. num. 17. & Ang. §. fin. institut. vi bon. rapt.* Et habet iniquitatem sententia, etiam ratione deß Schmalzugs/
9 estque pœna † maior delicto, in priuatione totali: quod nõ fieri debet. Et cum Cramon partium met confessione, illius partis deß Sees/ & Appellatorum fundos coniungit, dominium non habeat, in æstimationem Rei, vel possessionis, non amissionem, debuit condemnari, *d. l. si quis.*

Quantum igitur ad causam appellationis, id-est, *l. si quis*, attinet: putat, nulliter pronunciandum esse. Si tamen Domini illam causam, ex hic deductis, quoad merita, rectius informatam putabunt. Atque ideo circa illa, non obstante nullitate, pronunciare volunt, non refragabitur, vt dicatur, male iudicatum. Quemadmodum causa Appellationis, ad Principalem, fuit præiudicialis. Et quidem multo vberius illa, pro parte Appellatorum, fuit decisa, si Iudex à quo, bene pronunciasset, & sententia hic confirmaretur. Eodem modo, cum dicitur, male iudicatum, illa causa Principalis in liberis terminis consistit. Et quia vero vt ex actis constat illa inter partes controuertitur, & ius vtriusque partis in hac instantia, vtcunque deductum est, ita vt definiri illa aliquo modo queat. Siquidem illa igitur, quæ supra de nostra iurisdictione, quoad causam Principalẽ, annotata sunt, Dominis non obstabunt, quo minus in hac quoque pronuncient, sic se resoluũt: Primo de actione videndum; eo casu difficile erit videre de ge-
10 nere actionis: Cum petitiones, † quæ articulis annexæ sunt, respiciãt causam Appellationis, & nulla expresse reperiatur, quæ causam Principalem, id est, ius piscationis concernat. Vix etiam appareat, quis Actor vel Reus cum Cramon illic Rei partes sustinuerit, & quæ ab illo hic proponuntur: pro defensione magis, respectu causæ appellationis, quam in modum agendi, deducta videri possunt. In quo tamen, vt certius aliquid dici queat, videndum prius, quid maxime versetur in controuersia, ac super quibus pronunciari possit. Præcipua vero sunt, Watenzug Schmalzug/ Werder/ & Breßing. De prioribus duobus citra scrupulum pronunciari potest. De posterioribus, scrupulus est, vt *infra dicetur*. Et quantum ad Wadten/ ius quidem illud piscandi non controuertitur, in se quidem: Nam partium confessione, So haben Cramon vnnd Dobertin auff der See mit dem Wadten zu Fischen. Et Cramon, vt ex 22. 23. defensionali patet, nihil vltra, quoad hoc ius piscandi, affectat, dann so weit sein Land gehet. Idque quod ex aduerso simpliciter non negatur, vt in defensionali 4. apparet. Qui etiam ex responsione ad 8. 9. 10. positionalem, amplius etiam confiteri, scilicet, daß Cramõ auch eins Theils auff Holtz See zuziehen hab. *Controuertitur vero hoc ius, numero, loco, & excessu.*

11 Quoad numerum, † licet illud ex documentis primi Rotuli dubium esse queat, an sint 12. vel 24. quia tamen obscurum, nec contrarium doctũ est: quin etiam quod sint 24. Watenzug/ extat confessio ad 8. 9. & 10. positionalem, quæ & postea ex aduerso fuit accepta: & appellatorum articuli, quibus contrarium probare conati, sunt reiecti. Et parum etiam videtur referre, quot fuerint, cum constet, non controuerti, daß Cramon an seinem Land nicht solt mit Wadten zuziehen haben. 12

Quoad locum, † duplex respectus haberi potest, scilicet, vel iuxta Vertrag: vt ex responsione ad 22. defensionalem, & Anweisung/ vel secundum 13
Augenschein. Quod ad Vertrag attinet. † fit ibi mentio, qualiter d. See in tres partes diuidi debeat, prout etiam distinctis nominibus notatur: Et qualiter in præiudicium Cramons/ illæ partes sint ampliatæ. Quæ vero de dictis, Vertrag vnnd Anweisung sic sententia sua, *supra dixit.* Deinde ex dictis testium nihil inferri potest certi, quo vel diuersitas nominum, vel eiusmodi limites, quales quidem appellati designant, probentur. Et dato, quod de distinctis nominibus constaret, tamen ex illis eiusmodi diuisio d. Sees/ necessario non infertur. 14

Quoad Augenschein/ † vel locum nihil habet controuersiæ: quia vtrinque datus Augenschein/ in hoc concordant. Ex quibus idcirco hoc ipsum diffiniendum erit; In quo etiam hoc notandum, (non attentis testium dictis, qui nihil certi depo- 15
nunt) quod etiam vtrinque constet, † eiusmodi terminos, proprietatem quoque dicti Sees/ & ius piscationis, partiummet consensu & confessione inferant. Videantur ad hoc, responsio Cramons ad primum defensionalem. Item, articuli contradefensionales 3. 4. 5. 7. 23. 24. Cui etiam concordant testium quorundam dicta, vt quarti, ad 24. contradefens. item, ad primum defens. Et patet ex interrogatorio 2. ad 1. defensionalem, & pulchre ex instrumento 1. secundi articuli. Et quod Cramon non vltra affectat eygenthumblich/ quam, So viel an seinem Feld stehet/ est interrogatorium generale 32. *in secundo Rotulo.*

Concluderet igitur, iuxta Augenschein/ in hoc pronunciandum scilicet, daß Cramon auff seiner Seitten deß Sees/ oder so weit der See sich an sein Land strecket (aber nicht mit der Breßing) Vermög Augenscheins/ wie breuchlich/ vnnd von Alters herkommen/ vnd weiters nicht/ auff deß Klosters Antheil/ mit den Wadten zuziehen. Quoad Schmalzug/ constat, illud præcipuum esse, quod in tota causa controuertitur. Quo casu rursus difficile, genus actionis constituere. Et quidem si eam partem dicti Sees respiciamus, so ans Wisserunsch Feld stöst. Quia Cramon ibi turbatus non est, & in suo illud libere vsurpare potest: nec ex aduerso, quoad hãc partem, aliquid controuertitur, (nisi forte per expressum, *de quo supra*) idcirco non videt, qualis in hisce terminis actio dari possit? Sed dicendum, hoc extra controuersiam esse.

Si vero alteram partem, quæ ad monasterium pertinet, in consideratione habeamus: Tum, quia Craman turbationem nullam narrat, quin imo ipse hoc nomine accusatus fuerit: ideo nullum interdictum ei dari potest. Deinde, quia su-

per iure piſcandi, ſicque de re incorporali, contro-
16 uerſia eſt. Ideo nec † rei vendicatio quadrabit. Quia vero ibi proprietas ad appellatos pertinet, hicque ius, ſiue ſeruitus aſſeritur, confeſſoria dari poterit.

Non obſtat, quod de turbatione nihil allegatur, & quod imo Cramon in poſſeſſione eius iuris ſit. Nam per appellatorum contradictionem, qui ſibi etiam hoc expreſſe dicunt competere, quodque ibi piſcati ſint, ſatis Cramon turbari videtur. *l. ſicuti. §. ſciendum. ſi ſeruit. vendic. Zaſ. ſingul. in-*
17 *tell. lib. 1. capitul. 11.* Huiuſmodi iura, † quale etiam eſt piſcandi, ſeruitutes eſſe, & quidem reales, aſſerit, quo ſe remittit. Ad hanc probandam, Craman
18 præſcriptione † temporis immemorialis nititur. Cæterum, ea præſcriptio non ſolum exceptionem tribuit, ſed & actionem *leg. ſi quis emptiones. Cod. de præſcript. 30. annor. Mynſ. obſeruat. 30. centur. 1.*
19 Et locum † habet etiam contra Eccleſiam. Re-
20 quiſita † huius præſcriptionis ſunt apud *Mynſ. obſ. 53 cent. 4.*

21 Verſamur vero in iure, † vel ſeruitute, cauſam diſcontinuam habente, cui tempore immemoriali præſcribitur, *Fab. C. de pact. num. 16.* Licet præſcribens non haberet titulum, *Dd. in c. peruenit. de cenſ. c. ſi diligenti. de præſcript.* Et quidem in tali iure, quod exerceri non poteſt, niſi ab habente ius, vel qui per eiuſmodi actum illud ſibi acquirere ve-
22 lit. Cæterum hoc ius † dupliciter à Cramone conſideratur. Primo, quod ſcilicet in parte deß Kloſters Sehe den Schmaltzug ſine impedimento habeat. Deinde quod excluſiue, ſcilicet ſolus, & quod das Kloſter illud exercere non poſſit. Quoad prius, ſatis conſter, quod Craman non de ſua tantum parte, ſed de toto Sehe loquatur: vt ex 3. poſitionali, & 17. contradefenſionali, ſatis poteſt cõſtare. *Et in hoc militatur.*

Quoad poſterius, quia ius negatiuum concer-
23 nit, & illud † non præſcribitur, nec etiam conſuetudine acquiritur, nec etiam tempore immemoriali, niſi præceſſerit prohibitio, & patientia aduerſarii: *Chaſſ. tit. de foreſt. §. 2. numero 16.* Ita quod prohibitioni quis acquieſcat: & tunc poterit per longiſſimum tempus præſcribi. *Videndum de priore.*

24 Sunt autem requiſita † immemorialis præſcriptionis, illa, quæ habentur apud *Mynſing. d. loco.* Et videtur etiam *Faber ſupra allegato loco* exigere bonam fidem, de iure Canonico. Sed quia non obiectum hoc, ideo non inhæret. Ponit vero Cramon in artic. 3. 4. poſit. Quod den Schmaltzug/ vltramemorialiter, ſuper toto lacu exercuerit, & quod ab habitantibus nunquam aliter auditum. Ita fere in 19. & 20. contra defenſ. Et quod ſcientibus & tacentibus, nec contradicentibus, illud factum ſit, eſt addit. artic. 6. Cæterum hoſce articulos plærique Actoris teſtes, ad eoſdem, & deſuper formata interrogatoria, veros dicunt, vt ex protocollo patet. Vnde ſimul etiam patet, quod Cramon, & maiores, non ſolum ipſi dictum Sehe mit dem Schmaltzug gebraucht ſondern auch den andern alſo verheyrat. Et licet non omnes teſtes de 40. Annis deponant, nec Annos habeant 54. tamen fere concordant, quod à Maioribus ſuis ita audiuerint, & quod Cramans Vetter den Sehe gefiſchet/ vnnd auch andern verheyratet, nonnulli expreſſe dicunt. Quorum quidam ſunt 80. Annorum. De toto autem Sehe/ videntur ſatis conſtanter & concludenter deponere. Et licet quidam confundant vſum piſcandi, mit dem Maden vnnd Schmaltzug: Tamen maioris partis depoſitio, de Schmaltzug/ in terminis, & expreſſe ſonat. Et etſi de communi opinione in ſpecie nihil interrogati ſint, nec depoſuerint: putat tamen æquiualens, ex ipſorum dictis concorditer quaſi elucere, & vel inde patere, quod nunquam à monaſterio reclamatum fuerit. Vnde etiam putat, quartum requiſitum conſtare, quod ſcilicet contrarium non obſeruatum fuerit, in quo ſe refert ad *gloſſam fin. c. 1. de præſc. in 6. & Balb. de præſc. 2. part. 3. part. pr. num. 24.* vbi communis dicitur. Vbi nihil refert, quod teſtes quidam dicunt, daß deßhalben Streit geweſt: Quia quod Cramon quiete exercuerit hoc ius, omnes concordant quaſi. Putat igitur, Actionem hactenus probatam eſſe.

An eliſa?

Hoc loco primo in genere attẽdit, acta, primæ inſtantiæ, hucque cum ipſorum meritis, ea eſſe referenda: vbi ſunt, Vertrãg/ ſententia de Anno 51. Befelch vnd Anweiſung. Quoad Vertrag/ non putat eſſe trãſactionem, nec ſubſiſtere. Et dato quod ſubſiſtat etiam, tamen ad effectum non fuit deducta. Id quod ex actis illius inſtantiæ, & tenore ſententiæ, Anno 51. ſatis apparet.

Quoad ſententiam, de Anno 51. vt de nullitate taceatur, & detur, firmam eſſe, & æquam, tamen nihil decidi, ſed decidendum, præcipio. Quoad Befelch: quia prædictis innituntur, illaque vel nõ tenent, vel nihil diſponunt; idcirco nullum habent effectum.

Quoad Anweiſung/ deducta eſt illa quidem ad effectum, ita quod Cõmiſſarii diuiſerint den Sehe: Sed Cramon non acquieuit, quin expreſſe contra proteſtatus eſt. Et hoc ipſum ex litera *D.* deß Kloſters ſelbs Schreiben/ ſatis liquet, vt ex poſterioribus, quod proinde cauſam nouæ liti & ſ. nẽtiæ à qua, dedit. Putat igitur, hoc nihil obſtare. Huc etiam repetit, quæ de temporis immemorialis probatione alibi (in cauſa Drechſels contra Elwangen per D. N.) annotata fuerũt: quæ ſi hic obſeruentur, dicendum, Actionem non probatam. Specialiter vero circa eliſionem attendendo, ſpectat tenorẽ articulorum, ſeu fundamentum quibus Cramõ d. Schmaltzug ſibi aſſeruit. Vbi quatuor verſantur. Primo, ꝙ piſcatus ſit auff dem Wüſſerſee. Secundo: ꝙ quiete. Tertio, immemorialiter. Quarto, auff deß Kloſters Seiten. Primũ ſine dubio affirmatiue ſonat: Secundum vero negatiue, ſcilicet, turbatum non eſſe: quod ipſemet in generali interrogatorio ponit. Tertium ſimiliter negatiue ſonat. Nam oportet, quod teſtes deponentes dicant, extare memoriam. Quartum, habet

in ſe

in se speciem, auff deß Klosters Seitten: dicit mo-
24 do testes † affirmantes, præualere negãtibus. De-
25 inde facilius probari † & credi testibus, deponen-
26 tibus extare memoriam: Item, † facilius credi te-
stibus, qui de propria scientia, quam auditu, depo-
27 nunt. Creditur etiam potius † his qui de dissen-
su & dispatientia deponunt. Deinde, probatio-
28 nes † in specie, præualere probationibus in gene-
29 re. Et testi † in specie deponenti, magis credi, quã
qui in genere deponit. Huc etiam repetit, q̃ con-
ster, d. See / tria diuersa habuisse nomina. Item,
quod testes Actoris plerique de hac diuersitate
nominum nihil sciuerint. Item, quod plerique de
tempore tantum Cramonis deposuerint. Si mo-
do rotulum Reorum intueamur, apparebit, testes
deponere, extare memoriam: & hoc ex certa sci-
entia. Apparebit etiam de turbatione, dissensa &
dispatientia in specie, ac certis locis deponere, al-
legata simul turbatione in specie. Et illi iuuantur
etiam per Vertrag / quem ipsemet Actor allegat.
Vnde colligi potest, quod Anno trigesimo, etiam
ratione Schmalzugs / controuersia fuerit: & vel ex
eo solo dispatientia probari posset Nam omnino
putat, d. Vertrag / non solum ius mit dem Waden
zu ziehen / sed & Schmalzugs / causam dedisse. Hic
etiam attendi illud potest, quod in literis primi
Rotuli habetur, Daß dem Kloster nicht allein die
Wadenzug / sed etiam alle andere Fischerey / nihil si-
bi seruando, nisi quod precario permitteretur,
quod vel solum dicta testium Actoris eneruat.
Nam si precario, vel Cramon, vel illi quibus Ver-
heyrat / piscati sunt, nihil illis ad præscribendam
sufficit. Accedit, quod dicta testium Actoris, non
sunt concludentia, & idcirco propter prædicta, &
ad vitandam contrarietatem, iuxta Reorum te-
stium dicta interpretanda: qui quoad Wusserin /
siue Dorffpaß / nihil contradicunt, vt sic ad illam
tantum sint restringenda. Et licet vnus atque al-
ter Actoris testes non in specie de Klosterholtz de-
ponant, tamen numero ab aliis vincuntur, & for-
te pronunciari poterit. Quoad illam partem deß
Wüsserischen Felds / quæ versus Klosterholtz spectat
Cramoni ius piscationis esse in seinem Land: quod
& *supra quoque dictum*, Rei ipsimet confessi sunt, in
responsione, ad 8. 9. 10. position. scilicet, daß Cra-
mon auch eins Theils auff dem Holtz See zuziehen
hab. Concludit, Actionem esse elisam, & Reos ab-
soluendos. Illam tamen partem, qua dicta See / &
altera parte, doch bey der Breßnitz daß Wüsserinisch
Feld berürt / daselbst mit dem Schmalzug / zufischen /
Cramoni adimere non posset: & hoc sit etiam in
sententia exprimendum. Et putat, non simpliter
absoluendos Reos, sed simul etiam ius piscandi
mit dem Schmalzug / vt in posterum lites euiten-
tur; distincte describendum.

Quod ad ius negatiuum attinet, non proba-
tum, & sic nulla elisione esse opus: quia testes lo-
quantur tãtum de tempore Cramonis, & de prio-
ri tempore nil doctum, sed potius, quod tum das
Kloster gefischt / nec acquieuerunt prohibitioni
Cramonis.

Quoad Werder & Preßnitz: dato etiam, quod
non obstet, quod *supra dictum*: Tamẽ hic aliud es-
se: Quia additionales post litis contestationem,
datæ in modum defensionis: Nec priora acta eius
vllam faciant mentionem: Ideo non potuit de-
uolui. Sed mutatio † libelli non permittitur post 30
litem contestatam: Ergo minus, noui aliquid in-
ducere. Non obstat, quod responsum, quia non
habet effectum litis contestationis. Maxime,
quod ad Werder / iurisdictionem minime funda-
tam, eo, quod in libello appellationis, vt nec actis
primæ instantiæ, aut sententia aliqua facta non
fuerit mentio. Licet postea in articulis contrade-
fensionalibus, ius dicti Werders deduxerit: Ta-
men illud etiam post litis contestationem, & in
modum potius defendendi, seu elidendi defen-
siones Reorum, factum est. Si tamen Domini pro
nunciare quoque super hoc velint, putat breui-
ter, Rei vendicatione, illaque vtili, actum esse: re-
ferendo se ad 11. 12. 13. 14. contradefension. articul.
& generalia interrogatoria *21. 22. 23.* 24. Et ad ad-
ditionales, vbi verbum, eigenthumblich zusten-
dig / vt sic dominium, non possessio controuertatur.
Et hoc Actorem intendere, vt dominium habe-
at, & Reos elidat, & vt nec ipse possessione deiicia
tur: Et sic non ad ius, sed & ad rem agat. Duplicẽ
considerationem deß Werders haberi posse, in to-
tum, & ad partem: vt Cramoni ea pars cedat, quæ
ex suo latere est, & econtra.

Si itaque ad partem Werders respiciamus, pu-
tat, habere fundatam intentionem in suo latere.
Quoad alterum, non videt, quod Cramon ali-
quo titulo tutetur: non simpliciter sibi pertinere
ait, & in præscriptione se fundat, quod scilicet illo
sic vsus sit, & quidem immemorialiter (quo ipso
probatur dominium) putat tamen, si illam etiam
non probet, causa non cadere, sed alia præscri-
ptionum genera sibi prodesse posse. Requisita
immemorialis temporis non probata, nec articu-
lata. Et vt aliquid probatum foret, tamẽ per Reo-
rum testes elisum. Quoad longum † tempus, de- 31
sunt requisita, vt bona fides. *Balb. de præscript. 1. part.*
3. part. princip num. 4. Quæ articulari, & probari de-
bet. De titulo, nihil docetur, sed contrarium po-
tius, ex Rotulo, & supra dictis apparet. Ideo hæc
præscriptio non probata. Et de præsumptione titu-
li hic non multum disputandum, quia nullus
allegatus, & solus cursus temporis, † absque titu- 32
lo vero, vel putatiuo, non sufficit. Nec etiam con-
suetudo, vel † præscriptio inducitur, nisi habeat 33
suos debitos comites. *Balb. 2. part. 3. part. princip. ver-*
sicul. decimo quæro. Nec putat, † hic titulum pro suo, 34
in genere sufficere, *l. finali, pro suo.*

Quoad longissimi temporis probationem, hic
recordari † oportet, contra Ecclesiarum præscri- 35
ptionem allegari; proponi item illam, in modum
non exceptionis, vel defensionis, sed actionis. Et
quidem in tali, † 40. annorum, contra Ecclesiam, 36
requiri etiam bonam fidem, est *Balb. in 1. part. ver-*
sicul. quarto principaliter quæro, numero 6 atem 2. part. 3.
part. princip. versicul. sexto quæro. vbi etiam dicit, illud

verum, nisi quis habeat præsumptionem: sed tum etiam titulum requiri. Et obseruato discrimine, an per modum actionis, vel exceptionis, proposita præscriptio, scilicet pro tituli dominio: quia illic titulus requiritur, hic vero non. Et quod dicitur, † in præscriptione contra Ecclesiam, titulum 37
requiri, verum est, dummodo ius commune non resistat, seu, præsumptio iuris non sit contra præscribentem: tunc enim bona fides, † & longissimum tempus, non sufficerent, nisi allegetur, & 38
probetur præscriptio tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium. *Balb. 2. part. 3. part. princip. versicul. sexto quæro, numer. 11.* Vt igitur de effectu præscriptionis, † an scilicet actio ex ea 39
competat? constet, videndum erit de bona fide, & dictum supra, illam hic nullo titulo fundatam. Allegare tamen † oportet titulum, vt præscriptioni 40
bonæ fidei locus sit, alioquin cadit causa. *Balb. in repet. l. Celsus, de vsur. num. 4.*

Sed non allegatum, nec probatum: vix enim putat, titulum pro suo, generaliter hic sufficere. Quanquam nec illud quoque expresse dicat, sed simpliciter allegat Actor, quod d. Werder jm zuständig: Et postea dicit de possessione, vt idem sit, ac si dicat, hoc meum est, quia ego & maiores tãto tempore possedimus & vsurpauimus. Id vero non est titulum allegare, sed causam præscribendi. Bona vero † fides ex aliquo titulo elici vel præ- 41
sumi non potest. Nec de scientia & patientia dictum, sed contrarium ex testium dictis apparet. Et ex transactione, & partiummet confessione, & sic similiter confessum, & constat, quod d. Werder mitten in Wüserinischer See lig. Imo plures testes dicunt, daß er mehrertheils im Mülen vnd Holtz See lig. Accedunt etiam testes, qui dimidiam partem d. Werders/ad Kloster spectare dicunt. Nonnulli etiam totum tribuunt. Ex quibus constat, etiam Reos d. Werder vsos esse: & simul quod dimidia pars d. Werders/deß Klosters fuerit, nec simpliciter illud asseritur, sed cum suis circumstantiis, & testis vnus atque alter recordatur, & vidit, & ipsemet Holtz davon geführt. Cui accedũt testes, deponentes, daß das Kloster mit dem Cramon deß Holtz halben streittig geweſt. Sed modo dici solet, 42
quod præsumatur mala fides, † si constat de antiquiore possessione. *Balb. d. loc. n. 10.* maxime is antiquior possessor suæ possessionis iustum habet titulum, vt *supra dictum*. Et quod antiquiores fuerint Rei, ex testibus, corumque dictis apparet. Quin etiam debuit bona fides allegari: prout & 43
quælibet præsumptio iuris, insurgens † ex facto. *Balb. d. loco, num. 8.* maxime, si contra Ecclesiam tendat. Nec implicite etiam, sed expresse, vide *Balb. num. 4.* hoc requisitum sua sententia desinit. Dato etiam, quod de tempore requisito constaret: tamen hac ratione naturaliter interrupta est, *Balb. 3. parte 6. part. princ. num. 3.*

Quoniam igitur, vt putat, bona † fides desideratur, dato etiam, quod præscriptio nihilominus subsisteret, tamẽ hoc nullam tribueret actionem, sed exceptionem. Hinc itaque, & quia Rei, contra 44
quos præscribendum est, titulum ipsi habent; vt *supra dictum*, & fuerunt in antiquiore possessione, & agatur de re Ecclesię, vbi Rei insuper pro se præsumptionem habent, quæ Cramoni aduersatur, & is nec titulum, nec bonam fidem allegarit, nec probarit, Reos, quoad dimidam partem d. Werders/absoluendos. Quoad Breßnitz/ repetit actionem, vt supra de Schmalzug: scilicet confessoriam probatam, sed non elisam: *Expensas vult compensare.*

Sequitur votum Dn. Correferentis, D. S. in eadem causa.

Mandata sufficiunt: Formalia iusta: appellatum à die notitiæ. Non obstat, quod Notarius fuerit Pontificius, & sic illegalis: qua de re vide *Rolandin. Rudolph. Bonon. in summa artis notariat. tit. de causa efficient. fol. 1030.*

Iurisdictio an fundata? Tria controuertuntur, nempe ius piscandi, quod comprehendit den Schmal vnd Madenzug/das Werder vnd Bressing.

Quoad Schmalzug vnd Madenzug/ putat, satis fundatam, cum per interpositam appellationem sint deuoluta. Quoad reliqua duo, res dubio non caret, cum illa in prima instantia non deducta, nec probata, & vtrinque hic, post litis contestationem mota demum. Ratione der Bressing/ quia ad 6. contra defensionalem articulum respondetur, quod lis pendeat, putat supersedendum: si vero domini etiam desuper pronunciandum putarint, in eum euentum etiam suam aperit sententiam. Ratione deß Werders/ iurisdictio † ma- 45
xime fundata erit, propter causæ continentiam, *l. nulli, de iud. Iaſ. in l. si duo, de iureiur. Alex. conſ. 65. num. 8.* etiamsi partes diuersos Iudices habeant. *Aluar. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid.* Accedit, quod Rei responderint ad articulos, sine protestatione, & tacite admiserint ad probandum, sic prorogarunt iurisdictionem, *c. cordi, de appellat. in 6.* Præterea etiam Iudex prior per immissionem in Werder/Cramon maxime grauarit, idque eo magis, quod ante in cognitionem non venit; tamen in eo executio facta. Facit etiam clausula salutaris, *Guid. consilio 4. num. 3. 29.* Deinde videmus fieri in possessorio inducto, & insuper lite contestata, tamen pronunciari in petitorio, quando causa deinde super hoc instruitur; vt factum in causa Drechsel contra Elwangen. Hinc putat (licet prædicta tantum locum in causis simplicis querelæ habere videantur, tamen quia hæc causa talis, quod vix appellationis, sed simplicis querelæ est) iurisdictionem, casu, quo non super nullitate, sed meritis causæ pronunciandum foret, satis fundatam.

Nullitates plures apparent: Prima, quod id ℣ non † inuenitur in actis, non interueniſſe dici- 46
tur. *Gail. lib. 1. obſ. 134. num. 15.* Nec enim præsumitur pro † rectitudine processus, & eius iustitia, nisi a- 47
cta tota describantur, *Mynſ. reſp. 28. num. 33. Idem obſ. 11. centur. 1.* Et iudex, propter non conscripta acta, in † causa tam graui, in expensas litis, & in- 48
parti,

parti, vel mulctam, fisco applicandam, condemnandus venit, *cap. quoniam contra, in fin. de transact. Gail. d. obs. 134.* vbi dicit, ita in Camera obseruari, *nu. 14. Mynsi. d. obs. 11. cent. 1.* Citatio aut ad totam causam facta, vel non. Si non, processus vlterius factus, nullus est. *Vant. de nullit. sent. ex defect. processus, n. 27.* Si autem legitimè citatus, illa citatio Cramonem ad totam causam arctauit, & sic fuit peremptoria. (ideo apponitur verbum, *peremptorie*, alias non valet citatio. *Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 102.*) An vero Cramon contumax extiterit, vel non? de hoc non præsumitur, *Vant. d. tit. n. 12.* Id quod nec ex actis constet, nec de contrario doceri potest. *Vant. d. loco.* Si verò emansisset contumaciter, † triplici via contra ipsum procedi potuisset, vt *in ordinatione Cameræ.* Et quia forsan tertiam elegerunt viam (scilicet principalis causæ) meritò Iudex à quo, distinctionem *l. properandum, §. si vero Reus, glo. ibid. ordin.* Cameræ seruare debuisset, *Menoch. de arbitrar. iud. quæst. lib. 2. cent. 3 cas. 280. n. 8. Grauet. cons. 103. n. 8.* Et posito, Iudex aliquo dictorum modorum Cramonem citasset, tamen non in contumaciam ita procedere potuit, quia comparuit Cramon, neminem inuenit: Iterum † citatus, ob breuitatem termini non potuit comparere, ex causis allegatis per eum, *Menoch. de arb. iud. quæst. lib. 2. cent. 2. casu. 153. n. 1. & casu 154. nu. 1.* Deinde in prima instantia lis † non contestata, neque in contumaciam pro contestata acceptata: Ideo de causa ista nec cognitio fieri, nec probatio institui, nec sententia ferri potuit. *Panorm. c. dilectus, n. 26. de ord. cognit.* alias reditur † processus nullus, *Mynsi. obs. 74. cent. 3.* Nam in secunda omitti potest, *Mynsi. obser. 1. cent. 1. Wesemb. cons. 6. part. 1. d. c. 1. de litis contestat.* Nec probatio præcessit. *Alex. cons. 139. circa fin. lib. 6. Vant. de nullit. ex defect. proces. n. 38.* Quia ergo hæc sententia † contra ordinem iudiciarium lata, ideo nulla dicenda erit, *Bald. in l. prolatum, n. 5. de sentent.* Et dicitur † causa sine cognitione prolata, vt habet *Vant d. tit. n. 30. Bart. l. prolatum. Marant. 4. part. dist. 16. n. 12. vide ibid.* Iudicem autem suspectum, probat missiua, vbi dicit: Vnser Kloster / ꝛc. *Vant. de nullit. ex defectu iurisdict. n. 94.*

Hinc sequitur, sententiam, & alia, esse nulla. *Bald. l. non dubium, de ll.* Inde putat, super nullitate posse pronunciari, etiam si non opponatur. *Pan. cap. 1. de litis contest. n. 4.* licet Appellans non deduxerit, vt *hic* CC. *in cap. dilecti, de appel. Schurff cons. 90. nu. 9. cent. 1. Mynsi. respons. 8. nu. 19.* Putat tamen, his non obstantibus, Iudicem † posse super nullitate, & ipsis meritis causæ principalis, pronunciare, id est, sententiam nullam, & partem non fouentem iustitiam, condemnare. *Vant. quib. modis sent. nullitas repar. n. 133.* licet sola fuisset proposita & disputata. *Mynsi. respons. 7. n. 64. & obs. 72. cent. 3. Gail. obs. 32. lib. 1.* Non obstat, quod in hac secunda instantia non possit habere locum, quia post litis contestationem articuli dati. Et sufficit, † in puncto appellationis, & causa principali, litem fuisse contestatam, licet super articulis, dependentibus & emergentibus quibusdam, non sit contestata. *Panor. in c. quoniam frequenter, num. 3. vt lit. non contest. Marian. Socin. ibid. Specul. in tit. de test. §. 4.* Quia autem articuli, comprehendentes den Werder / (ex quo executio etiam huius intuitu facta est, licet ante non fuit in iudicium deductum) hinc dependeant à principali, † & sic non sint separandi, sufficit, litis contestationem corã Iudice, qui de principali cognouit, esse factam. *Rota, decis. 1. de lit. contest. in nou. ibi. addit. n. 4.* Deinde pars aduersa nõ contradixit, † sed simpliciter respondit, & passa est insuper testes examinari. Videtur inde prorogatam iurisdictionem etiam, quoad Werder / procedendo vsq; ad sententiam definitiuam, & quia conclusio † est postremus actus iudicii, *Mynsi. obs. 17. cent. 3.* Sed inducitur litis † contestatio per responsiones, *l. rem non nouam. §. patroni, C. de iudic. ibi. Dd. Wes. cons. 6. nu. 18. Rota decis. 6. de litis contest. in nouis, per tot. Marant. in 6. de litis contest. n. 4. membr. 8. Wes. d. cons. 6. n. 19.* Concludit, super Werder etiam posse pronunciari.

Quæ actio?

Certum est, eum esse Actorem, † qui prius prouocauit: Et quia Dobertin primò coram Principe egit: Ergo in prima instantia fuit Actor, & in confesso est. Cui actioni primæuæ Actores, nostri Appellati, in hac etiam instantia inhæserunt, & partes adhuc inhærere videntur, vt ex libello appellationis, & eius publicatione intelligitur, vt puta, bene appellatum, & Appellantem à petitione Appellatorum absolui, licet generalis libellus reiiciendus, *Gail. obs. 66. lib. 1.* Quia tamen nihil oppositum, sustineri debet, † *Vant. de nullit. ex defectu processus, n. 26.* Nec attenditur ineptitudo, *Mynsi. obs. 5. cent. 4.* & præsumptiuè concludit, *God. cons. 1. vol. 9. & cons. 4. de iure ciuit. vol. 3. l. si quis intentionem. ibi. Dd.* Et potest talis libellus suppleri, & purgari, probationibus, & actis aptis. *God. vt supra. Landsfranc. tit. de petit. c. 5. n. 20.*

Accedit clausula salutaris, *Vant. d. tit. ex defect. process. Capit. decis. 10. nu. 22. Corn. cons. 86.* vbi dicit: sufficere, quando de intentione constat, *Mynsi. resp. 18. n. 13.* tamen inhæret primæ actioni, scilicet *ex l. si quis in tantam.* & non negatoriæ, vel ex stipulatu, &c. Sed Iudex appellationis cognoscit, non nisi de eo, de quo prior, causæ principalis Iudex. *Marant. de ordin. iudic. act. 2. part. 6. n. 51.*

Imò eandem causam alia actione coram Iudice appellationis, quàm quæ coram Iudice, à quo, intentata est, prosequi non possunt. *Marant. d. loco, & n. seq.* præsertim Appellans, *c. cordi, de appell. in 6.* Iam vero, quoad actionem, vtili, & non directa condictione, *l. si quis in tantam.* actum esse putat. Quia partes ipsæmet in libellis inhærere videntur. *Bart. ibid. num. 19. glosa ibid in verb. earundem. §. super rebus. Menoch. remed. 9. recuperandæ, numero 268.*

Quoad ius piscandi, der Watten vnd Schmalzug / refert requisita eius actionis ex *Rofred. Bellamer. Menoch. Mynsi.* sed nullum horum in prima instantia esse probatum. Quod Dobertin etiam,

in contumaciã Rei, iam noſtri Appellantis, procedens, per d. etiam probare tenebatur. Nam ad
63 poſſeſſionem quod attinet: vbi non † poſſeſſio, ibi nec & alia exiſtunt. Cumque tranſactio non probata, quia deficit vtriuſque conſenſus, non
64 præſumitur. Nec creditur † Principis aſſertioni, in præiudicium tertii. *Grauet. conſ. 135. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 65. n. 7. lib. 1. Alex. conſ. 15. n. 5. Ruin conſ. 227. lib. 1.* nec vllum actum ſeu poſſeſſionem probauit, ſic etiam ſententia lit. B. nullius effectus eſt. Quia igitur nullius titulus validus, nulla poſſeſſionis cauſa probata, vel allegata, ſequi, nullam poſſeſſionem eſſe probatam, & per conſequens, non commiſſam violentiam. Cum autem poſſeſſio ſit probanda, videndum eſt, an in vna vel altera ſpecie piſcationis, in hac inſtantia, poſſeſſio probata ſit.

Quoad Watenzug/præmittit primò, lacum habere tria nomina diſtincta, licet teſtes Cramonis, vno nomine vocent, den Watenzug. Recenſet dicta teſtium in hoc puncto, ex vtroque Rotulo. Quia igitur teſtes Rotuli ſecundi, ætate & aliàs, ſuperant alios teſtes, ideo putat, diſtinctos eſſe tres locos. Secundò præmittit, illum eſſe Wüſſ. lacum, qui ad Cramons Grund vnnd Boden ſtoſſen/ vt primis artic. Appellat. quem Dobertin credit, & omnes teſtes vtriuſque Rotuli verum dicunt. Tertio præmittit, Cramons Gut pertingere biß zu der Scheid der Gartenmühl. Enumerat teſtes ad interrogat. 32. primum 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11 12. 13. 14. & 15. Appellatorũ 4. 18. Concludit, hunc Dorff See Cramonis eygenthümblich allein ſeyn/ vt fatetur pars aduerſa, & teſtes d. interrog. 32. Quartò præmittit, quod d. See auch bey der Scheide ſich ende/ & ibi incipere der Mühl See. Quinto præmittit, der Mühlen vnnd Holtz See Dobertin eygenthümblich zugehören/ vt primus defenſionalis eſt in confeſſo.

His ſic præmiſſis, putat quoad Watenzug/ im Dorff See planã eſſe rem. Nam inter partes non controuertitur hoc, ibique eſſe totum Cramonis ius piſcandi.

Quoad Mühlen vnd Holtz See/ videndum, an Actores probarint poſſeſſionẽ: Examinat dicta teſtium. Inde infert: Quod Dobertin poſſeſſionem auff jrem Grund vnd Boden probarint, licet ad hoc non tenebantur.

An Eliſa?

Ex teſtium dictis non obſcurè conſtare, Cramonem etiam vſum eſſe hac piſcationis ſpecie, auff dem Mülen vnd Holtz See. Recenſet teſtes, qui deponunt auff dem gantzen See/ den Watenzug vſum fuiſſe.

An Cramon præſcripſerit ius piſcandi? Hoc
65 ius † habere cauſam diſcontinuam, certum eſſe, *Bellon. conſ. 49. n. 6.* ſic etiam ius lignandi. Quæ cum omnibus ſuis requiſitis probanda, & vna deficiente, etiã præſumptio deficit. *Franc. in d. c. 1. de præſ. r. n. 6. Weſ. conſ. 11. n. 21. part. 1.* Quod ad centum annos, *Fel. c. ad audientiam, de præſcript. Couar. c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. Gab. concl. 1. nu. 78. de præſcript. Menoch. de arb. iud. q. lib. 2. cent. 1. n. 7. caſu 3.* prout N. in cauſa Drechſel contra Elwangen latiſſimè deduxit. Primo: † Teſtes ſint 54. annorũ, *Myns. cent. 1. obſ.* 66
30. *Grauet. de antiq. temp. part. 4. Couar. d. loco, n. 84.* Secundò: Communis fama & opinio, contraria nõ memoria, non viſum contrariũ, *Myns. d. cent. 30. Goden conſ. 2. de iuriſdict.* per articulũ principalẽ, non generalem, in fine, *Gabr. d. loco, n. 78. 81.* Tertiò: ſi teſtes ita audierint, viderint toto tempore vitæ ita eſſe, nec vnquam aliter actum. *Gabr. d. loco Myns. Couarru. dd. locis.* Quarto: ſemper audierint à ſuis maioribus, *Gabr. d. loco. Myns. d. loco. Chaſſan. de iuſtit. §. 2. n. 8. idẽ tit. de foreſt., §. 3. rubr. 13. n. 1. Gabr. d. nu. 81. Grau. part. 4. n. 38. verſ. materia iſta. Couar. d. loco, §. 3. nu. 7. 8.* Non requiri titulum *Weſemb. conſ. 2. num. 92. part. 1.* Nec admittit titulum in contrarium *Balb. 2. part. 3. part. princip. q. 6. n. 19. Weſ. d. loco, n 92. Gabr. d. loco, n. 45. & n. 50.* Eſtque communis opinio, *ſecundum eundem n. 51.* Nec ſcientia illius, contra quem præſcriptio requiritur, *gloſ. dict. l hoc iure, §. ductus, verb. memoriam. Myns. d. loco. Gabr. d. loco, num. 63. Myns. reſponſ. 48. n. 10.* De iure Canonico, † bo- 67
na fides, non titulus requiritur. Contra † Roma- 68
nam Eccleſiam 100. annorum præſcriptionem requiri, alias 40. annos ſufficere; tamen tituli allegatio † & probatio neceſſaria eſt, vel, oportet 69
hoc tempus immemoriale probari, *dict. c. 1. de præſcript. in 6. Couar. d. §. 5. & d n. 2.* Deinde etiam bona fides, *Weſ. d. conſ. 38. Abb. c. fin. de præſcript. & omnes ibid. Grau. d. part. 4. num. 20. Balb. 2. part. 4 part. princip. Grauet. d. loco Pariſ. conſ. 112. part. 1. Couarru. d. 2. part. §. 8. n. 4.* Iam igitur ſi dicatur, priora requiſita non exactè (quia non articulata) probata eſſe, prout teſtes, quos partim recenſet, non tantæ ætatis, tamen Cramon aduerſus Eccleſiam illam, non tantum 40. annis, ſed fere vltramemorialiter probaſſe, ſciente & patiente aduerſario, vt teſtis ſeptimus Appellantis ad 13. artic. & alii, ſemper hoc vidiſſe aſſerunt. Habere titulum pro herede (vt opinatur) tanquam agnatus. *Couar. d. §. 5. n. 4.* latè oſtendit. Si itaque non plene, tamen præſumptiuè, adeo probauit, vt onus probandi in Dobertin translatum ſit, quoad diſpatientiã. Nec enim eſt phibitus, & ſic pro iure ſuo vſus, idque credidit, quia, er hab jhn alſo ererbt. *Balb. 2. part. 4. part. princip. Couar. d. loco, §. 7. n. 1. §. 8. n. 1. & ſeqq.* Et bona † fides 70
præſumitur in dubio, niſi contrarium probetur; communem dicit. *Myns. reſp. 41. nu. 17.* Concludit, Cramoni auff dem Mülen vnd Holtz See/ etiam ius compiſcandi, & in ſpecie, Dorff See/ ſibi competere, doch daß ein jeder auff ſeim Land auffzuziehen ſchuldig ſey.

Quoad Schmalzug Dobertin non deduxit in ſpecie den Schmalzug/ ſed in genere, zu fiſchen. Nec ex ſua parte probauit de Schmalzug/ ſed tantum, mit dem Wadten. Niſi quod quidam teſtes Appellantis dicant de eo, ad interrog. 2. vt 1. 2. 6. 7. 8. 9. 12. nominis ad primum interrog. art. Appellantis. Quia autem horum iurium poſſeſſio non probata per Dobertin: Et licet probata, tamen eliſa per Cramonem. Nam teſtis 1. ad 3. art. appellat.

pellat. probat contra turbatorem, *Menoch. remed. retin. Gabr. lib. 3. de locat.* Quia autem testes deponunt, quod Cramon, & eius maiores, nit allein auff dem Wüsinischen See / vt appellat. art. 4. omnes verum dicunt testes. Sic etiam de prohibitione, cum scientia deß Klosters / vt ad 7. appellationis, & 5. interrog. tertii articuli appellationis. Et testes, hoc deponentes, valde senes, nec vnquam contrarium à suis parentibus audierint, vt ad 27. contradefensionalem, & ad 4. appellationis. De bona fide satis constare, quia contrarium non probatum: Ideo tantum præscriptum, quantum possessum. Idcirco hanc compiscationis seruitutem in vniuerso lacu, oder Seen / præscriptam Cramoni: Dobertin verò in beyden jhren / vnnd nit auff dem Dorff See / competere.

Quoad Werder / licet possessio in 4. 5. additionalibus articulis articulatur; tamen de violentia, & animo inuadendi nihil inductum, nec probatum. Indè putat, ius & possessionem conlignandi, sonderlichen deß weichen Holtzs / satis probatam à parte Dobertin.

An elisa?

Actorum testes, videlicet primus, Dobertinisch / 2. 3. 4. 5. &c. refert omnes testes, qui deponunt de vsu & possessione Cramonum. Deinde & Cramonis testes examinat. Ex his dictis sufficienter probatum, vel etiam per effectum puta per fructuum perceptionem, videlicet elocando die Maß / possessio immemorialis, & præsumptio proprietatis eius, cui soluuntur merces: Item per vsum lignandi. Concludit, cum supra dicta omnia requisita temporis immemorialis hic concurrant, & sic probata existant, Werder soli Cramoni competere: Quod Dobertinenses, tanquam in alterius fundo seruitutem lignandi tenebantur, quod non fecerunt: *Expensis compensatis. Saluo.* De Bressing *non vult pronunciare.*

Votum aliud in eadem causa.

Non video, quid obstet cognitioni Cameræ: Est enim causa deuoluta. Nec alia deficiunt. Et licet Cæsarei vel Pontificii Notarii non, nisi consentientibus partibus, possint vbique locorum conficere instrumenta: cum isti actus sint voluntariæ iurisdictionis, & sic illorum, Notariorum, potestas est prorogabilis, cum agatur solummodò de præiudicio rogantium, vt *in §. 1. auth. de tabellion.* Sicque limitetur id, quod dicitur de eiusmodi Notariis Pontificiis & Cæsareis, secundum plures, quos refert *Felin. post Abb. in c. cum P. tabellio, de fid. instrũ. n. 17. & Gabr. li. 1. de fid. instrum. concl. 1. n. 5.*

Quia tamen in confesso est, appellationem coram Notario & testibus esse interpositam (siquidem solummodò illegalitas Notarii obiicitur, quæ è diuerso rursus negatur) sicque dubia est obiecta qualitas Notarii: Et posito, quod ea satis sit liquida, tamen supra dicta limitatio Abbatis, & aliorum, videtur intelligenda in casu, quo vtriusque partis consensus requiritur, & vbi consensus partium, actui dat esse. Sed interpositio appellationis, talis non est, quia ex vnius arbitrio dependet: Ergo, &c. argum. eorum, quæ dicit *Bart. in l. Gallus, §. & quid si, de liberis & posthumis. Felin. dicto loco.* vbi de legitimatione agitur, quæ fit interdum sine consensu eorum, quos tangit. Cui accedit, quod æquitas † & ratio suadet, interpre- 71
tationem faciendam, vt appellatio teneat, nec hoc beneficium Appellanti auferatur: sicque militat fauor appellationis. *Dec. cons. 356. n. 1. Wes. cons. 43. n. 162. Marant. 6. part. verb appellatio. n. 397.* Nec verò in hoc iudicio diuersum, vsu receptum est. Hinc puto, obiectionem illegalitatis Notarii non attendendam.

Circa iurisdictionem fundandam, † triplex iu- 72
dicandi via consideranda venit, vt vel super nullitate, cum reseruatione causæ principalis, vel nudè, & solummodò super iniquitate prioris sententiæ, malè videlicet iudicatum, benè appellatum. Vel, & tertio, super iniquitate (aut etiam fortè super nullitate) & simul ipsius causæ principalis meritis pronunciatur. Prima † est satis expedita, 73
cum de nullitate processus euidenter constet, & appellationis medio ea deuoluta sit. Secunda, † 74
etiam nihil habet dubii, & sic vtrobique fundati sumus in iurisdictione. Prior tamen, & partibus, & causæ erit expeditior: ideoque magis pronunciando ei inhærerem. Sed tertia † omnium vtilis- 75
sima foret partibus: nobis verò grauior, & minus secura. Si tamen dominis placuerit, iurisdictionis fimbrias eatenus extendere, tunc & ego in eum euentum non refragabor. Licet enim regulariter Iudex causæ appellationis, † non cognoscat, nisi 76
de eo, de quo cognouit Iudex causæ principalis. *Bart. in l. 1. C. si aduers. libert.* Nec appellatio † deuol 77
uat, nisi id, quod deductum & in iudicio pendere reperitur: sitque Iudicis † officium in appellatio- 78
ne, tantum pronunciare, benè vel malè iudicatũ, *l. eos, C. de appellat. Rot. decis. 365. in nouis.* Quia appellatio † naturam litis non mutat, *Clem. sæpe, de verb. sig.* & *Clem. dispendiosum, de iud.* 79

Et qualis † est libellus in causa principali, talis 80
est in causa appellationis: tamen per ea, quæ copiosè ante me relata sunt, negari nõ potest, quia Iudex pronunciando, † bene vel male appella- 81
tum, simul etiam condemnare possit non condemnatum, si natura litis, & causæ, hoc ipsum exposcat, atque eadem ratione addere primæ sententiæ, ea, quæ à Iudice omissa fuere, *c. Ioannes. ibi Canonist. de fid. instrum.* præsertim in consistorio summi Principis & Imperii, vbi non raro id ipsũ obseruatum. Cum & aliàs Iudex † appellationis 82
succedit Iudici primo, ita vt omnia, quæ primus Iudex facere potuit & debuit, ipse potest & debet, argumento *dict. cap. cum Iohannes cap. Raynutius, & cap. Rainaldus, de testam. Rota decisione 365. in nouis.* In his enim, † quæ sibi, vt Iudici, manifestè 83
constant, propriam sententiam dicere, id est, ius reddere litigantibus potest. *Abb. in d. c. cum Ioannes, n. 16. in fi. eleganter Couarruu. in d. c. Raynutius, §. 11. n. 1.* per plures authoritates, præsertim cum iudicio finium regundorum originaliter actũ sit, vt patet ex sententiis primis. Quæ actio † inter arbitrarias 84

con-

connumeratur, *l. 2. ſi. reg. Zaſ. §. præterea, n. 10. Inſt. de act. Menoch. de arbitr. act. lib. 1. q. 5. n. 24.* Sed dicitur
85 eſſe notum, † vt Iudici, vt ſupplere poſſit, quando ex dictis teſtiũ, & atteſtationibus, vel inſtrumentis productis, coram eo, de facto ſibi conſtat. *Innoc. in c. 1. de poſtul. prælat. n. 7. Rota d. deciſ. 365. ante ſi. in nouis, per iura, vt ibid.* Idque tanto magis hoc caſu, cum appellationis medio cauſa huc peruenerit: Et punctus appellatus dependeat à cauſa principali, ex eaque emerſerit. Nec partes in hac inſtantia, in nudis terminis puncti appellati permanſerint, ſed, cauſam principalem induxerint, probauerint, & plenariè diſputauerint, cũ clauſula ſalutari, & (vt videtur) petitione, ſiue concluſione libelli generali in effectum prorogandæ iurisdict.

Operatur inſuper appellatio à † definitiua, tri-
86 plicem effectum, & inter cætera † deuolutionem
87 totius cauſæ principalis. *Rota deciſ. 361. in nouis. Innoc. in c. dilecto, de appell. poſt n. 2.* dicit, Appellantem poſt ſententiam, poſſe excipiendo & agendo impugnare ſententiã, & quibuſcunque modis defendere ſuam appellationem. Et hunc eſſe vnum effectum appellationis, ſcilicet cauſam ad ſuperiorem transferre, & eius cognitionem, *per c. ſolicitudinem. eod.* De hoc appellationis effectu eleganter *Phil. Fran. in d. c. dilecto, n. 18. 19. 20.* concludit, per au-
88 thoritates, vt *ibidem*: quod appellatio † deuoluat tam cauſam & articulũ appellationis, quàm etiam deciſionem totius negotii principalis, & ſic deuoluat articulum appellationis, articulum nullitatis, & deciſionem eius: Item & negocium principale, ita q̃ de his omnibus, ad ipſum Iudicem appellationis deferatur iuriſdictio, & ipſe cognoſcere & decidere habeat. Idq; etiam locum ſibi vendicare, quando appellatur à ſententia nulla: ſub diſtinctione tamen (de qua etiam *Veſtrius lib. 8. n. 16.*) an nullitas exiſtat vitio proceſſus, vel ſententiæ ad hoc, vt vel ex prioribus actis pronuncietur, vel de nouo agatur. Quæ tamen diſtinctio hoc loco anxiè attendi non debet: cum in præcipuis punctis cauſæ principalis, per nouas partium probationes & confeſſiones, huius inſtantiæ, Iudex nunc ſatis informatus ſit, expediatque, cauſam decidi potius, quàm differri, vt per *G. ail. obſ. 42. per tot.* & ipſe finis, in quem nouus intendit, ſiue inſtituitur proceſſus, iam exiſtat. Sicque medi-
89 um, † per quod peruenitur ad eum finem, non curandum, *arg. l. cum ſeruus, de verb. oblig. l. ſi ſui natura, quemadm. teſtament. aperiant.* Et ſupra dicta poſſunt confirmare, quæ refert *Vant. c. ex defect. iuriſd. ord. n. 79.* vbi tradit, non tantum negocium principale deuolui, verum & reliqua illius acceſſoria.
90 Et Iudicẽ in † dubio debere pronunciare, quod appellatio cauſam deuoluat.

Et his forte hoc caſu non obſtabit textus, in ſupra *d. l. eos, C. de appell.* quia dictio (*tantum*) ibi poſita, non excludit ea, quæ ſunt propria ipſius actus, per relata *Couarruu. ſupra dicto loco, n. 1.* Similiter nec obſtat *d. c. Rainutius, & d. c. Rainaldus, de teſtam.* (vbi ad hoc, vt Iudex addat & ſuppleat, ſententiæ prioris Iudicis, requiritur, quod per vtram que partem fuerit appellatum) quia ibi opus erat ſupplicatione & additione, de facto, nec Iudici factum controuerſum notũ erat, vt Iudici vt per *Rotam. d. deciſ. 365. circa fin. Hæc præcipua, quæ rationem dubitandi præbent.*

In euentum itaque prædictum (determinandæ videlicet cauſæ principalis) cum, vt ego opinor quoad Waden & Schmalzug / ex deductis & probatis huius proceſſus, cauſa ſatis inſtructa & liquida ſit, nec præſumptiuè partes aliquid vel reticuerint, vel reliqui habeant, quo ipſorũ aſſertiones vlterius iuuari poſſint: præſertim verò ex teſtium dictis, quibuſdã documentis, & ipſiſmet partium confeſſionibus, exiſtimarim, limites der Wadenzug / qui in hoc puncto ſolummodò controuertuntur (reliqua enim in confeſſo ſunt) videantur reſponſiones ad 15. 6. defenſ. & 18. 22. 24. contradefenſ. bene conſtitui poſſe, ſi dicta teſtium, tranſactio, confeſſio partium, & Augenſchein / inuicem conferantur, iuxta naturam actionis, primariè & principaliter inſtitutæ, videlicet, finium regundorum, *l. ſi interruptione fluminis, fin. regund.* Nec aliam actionem hic principaliter dare poſſum: alias non in cauſa principali, & ſuper finibus, pronunciari poſſet, ſed ſolummodò benè appellatum. Eſtque hoc iudicium duplex, † ſingulæ 91
enim perſonæ, tam ius agentis, quam conuenti habent, *l. iudicium. fin. regund.* Cenſeo tamen & ego, hunc dicendum Actorem, qui primus ad iudicium prouocauit, *l. in tribus, de iudic.* Sunt verò † duæ 92
extremitates terminorũ, ſiue finium inueſtigandæ: vnus eſt † verſus Gardermühl / quo loco ſentio 93
cum domino Referente, & puto, ibi terminũ eſſe die Feldſcheid / iuxta dictam Gardermühl. Sed ex altera parte, † iuxta Riuuer Breß / non poſſum rece- 94
dere à dictis teſtium, præſertim pro Appellante productorum, qui ad tertium articulum grauaminum, & 17. contradefenſionalem, ferè omnes concorditer alteram extremitatem faciunt, die Breſsing. His purè concordant nonnulli Appellatorum, ad 25. interrogatorium generale, vt puta ſextus & ſeptimus, qui ſimpliciter id affirmant: Quidam vero per æquipollens, dimidiam partem eius amnis Cramoni attribuunt, vt puta 2. 3. 5. 14. 16. Ei nonnihil adminiculatur antiquiſſima donatio in ſecundo Rotulo producta, vbi patiter dimidia pars amnis applicatur monaſterio. Inſuper maximè confirmat confeſſio Appellatorum, de qua dupliciter conſtat, vt puta, † ex reſponſio- 95
ne ad 10. articulum grauaminum, vbi aſſeritur, daß die 24. Wadenzüg / eins Theils in dem Holtz See verkaufft geweſt. Deinde ex † tranſactione 96
litera *A.* quæ approbatur ex parte Appellatorum, dum in vim probationis producitur: quam confeſſionem non, niſi contraria allegantes, impugnare poterunt. Inde puto ſatis liquidum, limites deß Wadenzugs / eſſe die Breßing / ex vno latere, ex altero verò die Feldſcheid. Ad Schmalzug quod attinet, is duplici reſpectu conſideratur, primò, quoad latus verſus Wüſterin / vbi pariter nó, niſi ratione terminorum lis eſt. Non enim negatur,

tur, quin ex isto latere, der Schmalzug/ pertineat Cramoni. Cum verò hic punct⁹ plenè connexus sit priori: simul enim in iudicium deducti, eodem genere actionis, ac processu prosecuti, probationes vtrinque eædem, nullaque ratione separandi: ideo decidendo, idem ius vtrobique statuendum
95 esse puto. Quorũ enim † æqualis est sanctitas, eorũ celebratur festiuitas æqualis, *c. scire debet, 76. dist.*

96 Alterum latus, † versus Dobertin, habet aliquid difficultatis, indeque controuersia hæc præcipuè orta est. Quo loco iterum duo occurrunt; vt per dominum Referentem: cui etiam, quoad a-
97 ctionem, consentio. Prout & primum, † (quod scilicet non liceat Appellatis, in sua parte lacus, sicque in suo fundo, vti iure piscandi, mit dem Schmalzug/) tanquam ius negatiuũ, præscriptione acquisitum non esse censeo. Deficiunt enim requisita præcipua, vt *per Dd. in l. 1. Codic. de seruit. & aqu. gl. Bart. & alii in l. qui luminibus, de seruit. vrb. præd.* Imprimis verò, cum prohibitionem vsus, patientia aduersarii secuta non sit, vt acta satis hinc inde ostendunt. Indeque quasi possessio iuris, siue seruitutis, non existat, vt per *Cæpoll. de seruit. vrb. præd.*
98 *cap. 20. n. 7.* Secundum verò ius, † affirmatiuum scilicet, similiter asseritur ex præscriptione. Quo loco principio attendendum putò, quod ea pars stagni, siue lacus, quo ius hoc piscãdi deß Schmalzugs/ controuertitur, sine contradictione est in dominio appellatorũ, quo ipso, libertas, & nõ seruitus, præsumitur, *l. aquam, l. per agrũ l. altius, C. de ser-*
99 *uit. & aqu.* Quæ iuris præsumptio, † dicitur liquida probatio, & sufficiens. *Bart. in l. licet Imperator, n. 1. de legat. 1. Abb. c. dilecti. in 1. not. ab. de donat.* Asserens i-
100 gitur seruitutem † ex præscriptione, eam probare debet: nec releuat eum ab onere probandi proprietatem seruitutis, possessio eius iuris, vel quasi, *glossa & ibi Dd. in l. sicuti, §. sed si quæratur, vers. sustinet verò si seruit. vend. fac. c. ad decimas, de restit. spoliat. in 6.* Cum verò hæc (in effectu) seruitus,
101 vsus, † vel vsusfructus, sicque mixta (personæ scilicet, debita à re) causam habeat discontinuam, non minori, quam immemoriali tempore præ-
102 scribi potest: ad quod requiritur quasi † possessio, *l. sine possessione, de vsucap. c. sine possessione, de reg. iur. in 6.* quæ consistit in scientia & patientia domini, contra quem præscribitur. Prospiciendum est et-
103 iam † de qualitate actus, an iure seruitutis, vel alio
104 modo contigerint. Discretus enim † debet esse Iudex, vt vel ex variis circumstantiis, iure approbatis, præsumat, eam possessionẽ tanquã ex iure suo existere, vel coget probari cp domin⁹ patiebatur eũ vti iure suo sciens. *Innoc. in c. cũm Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr. Bald. d. l. 1. n. 9. C. de seruit. & aq.*
105 Quę enim vel iure familiaritatis, † vel facultatis fiũt, quasi possessionẽ nũquã inducũt, sicque nec præscriptionem efficiunt, *iurib. vulgatis.* Si itaque præsentis causæ circũstantias confero cũ regulis immemorialis præscriptionis, à sententia domini Referentis (saluis tamẽ limitibus, vt *supra*, in puncto deß Watenzugs attigi, quos & hic statuerem) non recessero, idque per argumenta, ante me deducta. Imprimis etiam moueor, quod hinc inde ex actis probatoriis constat quod Claus Cramõ, post diuisionem cum fratribus, inceperit eam controuersiam: id quod & ex 11. testium depositionibus (2. 3. 4. 9. 10. 14. 16. 17. 19. 20. Appellatorum, & 6. Appellantis) apertè colligitur. Cum verò ea diuisio facta sit circa annum 14. Deinde transactio subsecuta, Anno 30. qua dispatientia (domininorum scilicet deß Dobertinischen Sees/) notoria sit. In confesso enim est transactio, & simul causa impulsiua, licet eius effectus ex vna parte negetur. Suntque verba transactionis generalia, non restricta ad vnam speciem piscationis. Sequitur: nõ act⁹ quasi possessionis, sed turbatiuos potius, multoque minus, temp⁹ sufficiens ad prę scribendum interuenisse. Quibus accedit, cp per solum vsum, in † rebus alienis, præsumitur 106
mala fides, nisi aliquid probetur, ex quo bona fides colligi possit, vt per *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, n. 12. de itin. & act. priuat.*

Quod de iure Canonico attendendum foret, vt notum est. Et posito, tempus ad præscribendum sufficiens hoc casu extaret: perpensa tamen tota materia probationis, eiusque circumstantiis, dubii adhuc sumus, an non actus isti piscationis mit dem Schmalzug/ potius iure familiaritatis, & amicitiæ vicinalis, quàm seruitutis, & facti & tolerati fuerint. Licet enim ex quorundam testium dictis, locatio deß Schmalzugs liqueat, & inde præsumi possit actus seruitutis: tamen nondum satis probatum puto, conductores in latere cœnobii id ius libere, quamuis quidam Cramonum subditi, hoc dicant, exercuisse. Iterum enim obstat, quod dicit *Bart. in d. §. hoc interdicto. num. 12.* Quod videlicet debeat aliquid probari, propter quod is motus fuerit ad credendum, sibi deberi seruitutem. Solus enim vsus, quasi possessionem non inducit, *vt dictum.* Nec ex simplici promissione, † vel actu meræ facultatis, quantocunque 107
tempore, oritur aliquod ius, vel præscriptio, contra permittentes, *c. possessiones, 16. q. 1. glos. in l solent, in fin. de offic procons. Dd. in d. l. 1. C. de seruit. & aqua. Ias. in l. quamuis, n. 28. de flum. l. qui iure familiaritatis, de acq. poss.* Sed & in dubio † præsumitur vsus fami- 108
liaritatis, & non possessionis, vt probat *Cæpoll. de seruit rust. præd. c. 1. n. 26. circa fin.* Quam præsumptionem adiuuant quorundam testium dicta: qui partim dicunt, Das Kloster hab durch die Finger gesehen/ seyen gefreundt gewest: partim, an deß Klosters Seiten habe gefischt/ wer gewolt: partim, vor Clausen sey es friedsam zugangen. Et sic ex simplici permissione, non verò iure seruitutis, id toleratum: aliàs solus Cramon non præscripsisset seruitutem deß Schmalzugs / contra cœnobium. Accedit, quod conductio rusticorum (& quidem solummodò Cramonensium) aut est facta tempore Hermanni, aut post eius mortem, & facta diuisione; si ante, tunc non potuit, quia fuit precarius possessor. Si post: iterum obstat dispatientia, sicq; deficit possessio iuris, siue actus seruitutis. Indę in euentum præmissum, paribus, siue

iisdem terminis & limitibus, vtrunque ius piscandi, der Waden vnd Schmaltzugs/absolutè & liberè definirem, quia satis processum puto, secundum modum, vt per *Abb. in c. quia indicante, nu. 9. de præscript.* quem communiter sequuntur *Dd.* vt refert *Marant c. 30. n. 6.* vt videlicet Iudex primo videat,
109 quis † possideat, & quantum. Deinde videat circa proprietatem, & vnicuique adsignet, q̃ suum est, & terminos figat: sicq; pronunciet, illos in futurum obseruando. De Breßnitz & Werder/ quoad iurisdictionem Cameræ, vt dominus Referens. Non enim sumus fundati, ratione Breßnitz. Inter cætera verò maximè, quia de eo tiuo, inter partes consistit litis pendentia. Sed quoad Werder/ obstant ante me latè deducta, & inprimis, quod à partibus iura hinc inde asserta, non sufficienter discussa, nec Iudici satis notificata videri possunt; si tamen domini vellent etiam hoc loco extendere iurisdictionem, tunc, insistendo d. terminis, & actioni principaliter institutæ, cui hic punctus videtur connexus, tanquam, non posse ex hisce actis & probatis Cramoni adimere ius deß gantzen Werders / præcipue motus per dicta testium. Qui pro Cramone videntur multò validiora & verisimiliora deponere, quàm pro Dobertin: licet nonnulli magis affectatè, & quidem subditi, quàm bonis rationibus, in fauorem Dobertin / sua dicta accommodent: refero me ad depositiones, quæ planæ sunt, præsertim omnium testium Appellantis, excepto quinto. Quibus accedunt octo vel plures testes Rotuli Appellatorum (2.3.8.9.10.14.18.19.) Deinde attenderem, quod nullus testium recordatur tempus, quo Cramones non possederint den Werder/ vnd daß sie jhn allein nit beschützt hetten / vt ipsi loquuntur, *per l. fin. de aq. pluu. arc. ibi quibus vetustas authoritatem daret, quamuis non probaretur. & d. l. qui luminibus, de seru. vrb. præd. Ias. in d. l. quo minus. n. 4.* vbi dicit, se solitum *d. l. fi.* consulendo sæpè formaliter
110 allegare: sicq; vetustatem † possessionis attenderem, dum de iure alterius non constet. Deinceps ex oculari inspectione (si termini ponantur) vel secundum transactionem. lit. *A.* quam fatentur Appellati, vel ad Breßnitz, in vno latere, & in altero an der Feldscheid/ liquebit, Cramonem melius fundatum argumento eorum, quæ notantur per *gloss. & Dd. in l. adeo, §. insulam, de acq. rer. dom. & in §. insulam, Inst. de rer. diuis. Bart. in tr. de insula, §. commu-nis sit eorum. n. 7.*

Sed in hoc fortè exquisitiore dimensione & inspectione opus foret, si causa strictè & rigorosè examinanda & determinanda esset. Nec forte timendum, partes sententiæ declarationem petituras; & licet fieret, tamen posset interloqui: Laß man es bey der angefangenen Rechtsöffnung / ꝛc. da aber die Parthey einander deß Werders nit erlassen wolten/ vt hic fiat. Expensas in omnem euentum compensarem, nisi in casu, quando solummodò super nullitate, cum reseruatione causæ principalis, pronunciaretur.

Aliud votum D. E. in eadem causa.

Constat, processum in priori instantia habitum, multis, quæ non sustineri queunt, laborare, vt per dominos Referentes ad longum est edoctum, quod non vult repetere. Ad quorum confirmationem illud quoque nota dignum putat, quod sententia à qua, notoriam & manifestam iniquitatem redoleat. Nam cum sententia † li- 111
mites libelli, & quæ in iudicium deducta sunt, non excedere debet, *c. licet Heli. de simon. c. cum super, de causa poss. ibi Dd c. qualiter, la. 2. de accus. l. vt fundus, commun. diuid. l. fi. C. de fideicom. libert. Anch. cons. 396. Dd. §. curare, Instit. de action. Affl. decis. 364.* Quippe quod sententia se habet ad libellum, vt responsio ad interrogationem. Cum itaque quis extra interrogata, *l. 1. §. si quis simpliciter, de verb. oblig.* Ita si sententia non respondeat libello, nihil actũ censetur, *Vant. quom. & quib. modis nullitas proponi possit, num. 108.*

At cum Dux Megapolitanus, ratione vis, qua monasterium in piscatione deß Sees / sibi illatæ conquerebatur, à Cramone, tantummodò esset aditus, omni tamen iure im See competente, & sic etiam eo von dem Dorff See/ q̃ ipsi rei tribuũt, & im Werder sibi Cramon arrogat, Ducis senten
tia videtur exutum. Euidentem porro, † & per- 112
spicuam iniquitatem & iniustitiam, sententiam nullam reddere, non leues sunt authores, *l. si pars post glos. ibi. verb. inique, de inoffic. testament. ca. cum Berthold. Innocent. ibi. de re iudicat. Felin. c. si quando, de offic. deleg. c. nouit. n. 5. de iudic. Felin. in c. inter cætera, columna pœnultima, versicul amplius, in fin. de re iud. Vant. tit. de nullit. sent. ex def. sent. n. 127.* vt, acta prioris instantiæ nulla extare, eaque, quæ hic p̃ducuntur, manca & imperfecta, omittamus. Quantũ igitur ad causam appellationis, nullũ videt diuerticulum, quo elabamur, quam super nullitate: nulliter scilicet processum & superflue appellatũ. Et quo partibus, quantum fieri possit, gratificemur & consulamus, ex integro in Camera causam principalem aggrediendam: actis probatoriis in eum euentum illibatis reseruatis, pronunciemus Qua formula etiam Cameram vti solitam, in *Saylero* aduertendum, *p. 242. ad fin. & 448. ad fin. & 485.* vbi tales describuntur. *Mynsing. obs. 93. cent. 5. Gail. li. 1 pract. obse. 42. n. 7.*

Eruntne tam graues expensæ quasi frustra effusæ (tanquam Danaidum dolium) adeo multi anni, veluti in ocio transacti: tanti denique labores, verè absq; fructu exantlati? (quod quidem perquam durum: sed ita lex scripta est. vt loquitur *Vlp. in l. prospexit, qui & à quibus*) verum tamen cum finis † negotii alterius causæ fieri exordium 113
non debeat, *l. cum quis, in fin. C. de reb. cred.* Imo nefas sit, † litem surgere ex litis primæ materia, *l. ter-* 114
minato. C. de fruct. & lit. expens.

Deinde non † sint lites ex litibus seren- 115
dæ, nec modus litium multiplcandus, *leg. singulis, de except. rei iudic.* Imò earum materia † & 116
fomes rescindenda, *§. item verborum, Instit. de inutil. stip.* Bonique † officio Iudicis incumbat, 117
vt eas minuat, *l. in summa, de aqua pluu. arc. ca. 1. de ap-*

peli.

pell. in 6. ac pro virili dirimat, *l. quidam existimauerunt. si certum petat. d. §. item verborum.* Item subdi-
118 tos laboribus, † molestiis expensarum leuet, *cap. finem litibus, de dolo, c. vt litigantes, de off. ord. in 6. ca. de*
119 *apell. in 6.* Quippe cum litium † esse finem conueniat *l. fin. pro suo l. 2. C. de re iudic.* Eo omnes ingenii neruos merito intendemus: vt quandoquidem de meritis causæ, piscationem mit dem Waden vnd Schmaltzug. Item die Breßnitz vnnd Werder concernentis (quæ absque appellationis puncto hic nunc in iudiciũ deducuntur, ex actis affatim & cumulatim possimus instrui, sententia nostra
120 decidamus) Cur enim † ad arma & rixas procedere patiatur prætor, quos potest iurisdictione sua componere *l. æquissimum. de vsufr.* Et quidem præcipuum facessit negocium iurisdictio, vt pu-
121 ta, † cuius defectus sententiam nullam solet efficere *l. 1. §. hæc autem verba. quod quisque iur. l. 1. ibi Bart. de ped. iud. Vant. tit. de nullitate ex defectu iurisd. n. 1. & seq. Schurf. cons. 79. n. 4. cent. 2. Wesemb. consil. 6. n.* 203.
122 Cum iudicatũ † dici non possit ab eo, qui iudicandi ius non habuit *l. 1. §. si. cum glos.* verb. *ius fuerit. ad SC. Tertul. l. 1. §. hæc verba l. 2. §. fin. de pœn.* Quem obicem vt amoueamus, & Cameræ iurisdictionem stabiliamus, Cramoni, in præcedenti instantia Reo, hic vero, in causa appellationis Actori, per modum & subsidium quodammodo reconuentionis, ad allegatum ius piscationis, vnd den Werder, hic agere constituemus. In quam nos sententiam, putem, posse inducere, quæ de clausularum salutarium. *Ius & iustitiam administrari:* Item *omni meliori modo, &c.* quæ Appellantis Actoris, Cramonis, libello insertæ reperiuntur, passim tradun
123 tur. Adeo enim clausulæ illæ latè patent, † vt earum virtute & beneficio, omne ius, omnis actio, omneq; remedium, ex narratis profluens (posito etiam, quod ineptè sint proposita) in specie intentatæ videntur. *Anton. Capit. decis. 10. n. 22. Gabr. lib. 6. tit. de claus. concl. 4. n. 8. Mynsing. cons. 59. nu. 15. & con. 17. n. 12. consi. 11. n. 39. Wes. consi. 3. n. 18. consil. 2. n. 2.*
124 *Gail. lib. 1. c. 61. n. 8.* Adeo vt ius agendi † vel implicitè ex narratis posse colligi, ac in probationibus explicitè deinde declarari (quod Cramonẽ egregie præstitisse, est aduertere) sufficiat. *Anchar. con. 148. n. 6.* Et posito, vt prædictis clausulis Cramonis libellus non foret munitus: illa nobis Theo-
125 rica hic suffragaretur: Qua, † quoties ex actis Rei veritas eliqueat (vt hic planè videmus) Iudici, vt tam in iure, quam in facto suppleat, permittitur. *c. dilecti. de iudic. glo. in l. 1. §. & pro. ibi Bald. vt quæ aduoc. part. Afflict. in c. 1. verb. sana mente. nu. 6. 7. de consuetud. rect. feud.* Quibus accedat, quod quacunque tan-
126 tum ratione † interpretari potest libellus, vt procedat, vt sustineatur, esse elaborandum: *Bald. in l. Stella. n. 7. de his quib. vt indign. Gail. l. 1. c. 61.* Etiamsi verba forent prorsus improprianda: *Innoc. in cap. conquerente. de offi. deleg. c. examinata. vbi Abb. nu. 6. de*
127 *iudic.* Maximè, † quoties de causæ iustitia appareat; *Mynsing. obseru. 5. cent. 4.* vbi Cameram ita obseruare testatur. Cum alioqui quemlibet A-
128 ctum † interpretatione iuuare conueniat: *leg. quoties. de rebus dubiis. Matthesil sing. 64.* nota pulchrum.

Non obstabit, petitionem seu conclusionem libello subiectam appellationis ad solam causam pertinere, nec ad reconuentionem posse accommodari. Nam quanquam tota libelli vis † in con- 129
clusione vel petitione versetur, tanquam in cardine, & ex iis actio sit regulariter metienda: *Lanfranc. c. quoniam contra c. 5. de probat. n. 6. Zas. §. omniũ. n. 2. cum seqq. instit. de action. Nicol. Euerh. consi. 126. Menoch. in prælud. de recup. possess. n. 10.* vt in causa Straßburg contra Straßburg / pluribus astruxit. Superiorum tamen clausularum salutarium subnixi adminiculis, potius ius partis ex actis resultans præ oculis habere, quam ad libelli petitionem superstitiosam alligari debemus *Innoc. d. c. examinata. Guid. Pap. consi. 49. n. 6.* Quibus omnibus, coronidis loco adiiciuntur, Cameram † summi Princi- 130
pis consistorium esse, *Gail. li. 1. c. 42. n. 3.* Atq; idcirco rem † potius ipsam introspicere, quã iuris scri- 131
pti solennibus morose debere adhærescere, vt per *Vant. tit. an quælibet sententia. nu. 8. & tit. quib. mod sent. nulla reparetur. num. 22. Arius Pinell. Mynsi. & alii, vt supra.*

Porro occlamabit hic aliquis, nos hic in secunda instantia, in appellationis nimirũ causa versari, in qua † reconuentioni locum non esse rece- 132
ptum, *Specul. tit. de reconuen. §. nunc dicemus Bartol. in auth. & consequenter. ibi Salic. de sentent. & interlocut. omni. iud Guid Pap. decis. 436. n. 102. & tract. de appell. n. 55. ad fi.* Verum hoc dogma limitatione est temperandum, † nisi scilicet iurisdictionem partes 133
prorogarint. Quo casu reconueniendi faculras Appellanti, originario Reo, qualis hic Cramon est, nõ denegabitur: *Abb. c. ex literis. n. 3. vers. sed hoc non puto bene dictum. de mut. petit. Iason. Lanfranc. Balb. concluſ. 115. cent. 2.* Ex quo enim Iudex appellationis † succedit Iudici à quo, cum omnibus perti- 134
nentiis & qualitatibus: (Atque ita, sicut coram hoc, ita illo quoque, reconuentio similiter queat proponi) debet succedere, vt sic nimirum subrogatum, naturam subrogati redoleat. *Abb. d. num 3. Nicol. Euerh. in loco, à vi subrogationis. nu. 12. Matth. Afflict. decis. 155. n. 6.* At iurisdictionem prorogatam, vel pro prorogata accipiendam, mihi planè persuaserim. Quippe cum tantum absit, quod Cœnobium ad proposita longe lateque per Cramonem in libello, aliisque iudicialibus actis hic deducta, super prædicto iure piscationis, in N. vnnd deß Werders / vnquam reclamauerit, vt in defensionalibus, aliisque in processum deductis, ad ea responderit suumq; ratione huiusce piscationis & Werders / ipse ius asserere præterea conetur. Admisso deinde Cramone ad testium productionẽ, suæque intentionis probationem, in quo suis quoque partibus monasteriũ vicissim nõ defuit. Atq; publicatis attestationibus, vtrinque pro more exceptum: & tandem in causa conclusum. Nulla vllibi per Monasterium alieni à Cameræ iurisdictione animi prodita significatione, *Mynsing. cent. 1. c. 67. sub fin. vers. procedet etiam.* An non igitur

igitur hisce, & tam solennibus, adeoq; sæpe repetitis actib. iurisdictionem, hic vel tacite prorogatam saltem rectè iudicabimus, *c. cum olim. per ibi not. cum glo. Abbas ibi n. 3. Felin. n. 1. cum additione marginali. de offi. delegat. l. sed etsi susceperit. de iud. Bartol. in l. si conuenerit. n. 2. vers. si vero alias exceptiones: vbi Alexand. Iaso. Ripa & alii de iurisd. omni iudic. Marant. part. 4. dist. 12. n. 11. glo. in l. 2. verb. sciatur. ibi Bartol. si quis in ius vocat. Notant Canonist. in c. dilecti & c. significasti. de foro comp. late Bened. de Capra. in tract. de prorog. nu. 73.* præsertim cum tacitus consensus in Iudiciis idē, quod expressus solet, operetur. *Dd. in l. quæ dotis. vbi Iason. n. 77. in fin. solut. matr.*

Nec obstat, de Ducis Megapolitani hic consensu non apparere: quippe cum ille in hoc genere prorogationis, non desideretur, *d. c. significasti. ibi Felin. l. 1. 2. de iud. l. 1. §. & post operis. de oper. noui nunc. Bart. ibi col. fin. & Iaso. n. 1. Capicius decis. 19. n. 1. cum seqq. Gail. c. 40. nu. 1.*

Et in hanc sententiam in causa Bülaw contra Bilaw / Referente N. fuit per Dominos discessum. Cameræ itaque iurisdictionem ex reconuentione per Cramonem, Reum originarium, aduersus monasterium ea, quæ superius deduxit, ratione instituta, putat fundatam. Antequam vero vlterius progreditur, admonitum cupit, se ius der Breßnitz / eodem, quo alias controuersas piscationis species, deß Schmal vnd Wadenzugs scilicet, loco constituerat censere. Nec momentum habet, quod monasterium ad 6. Cramonis Appellantis contra defensionalem articulum, quod de Breßnitz agitur, in responsionibus *n. 34.* litem ratione der Breßnitz / coram Landsfürsten
136 pendere, nude respondendo, † quasi excipiat, cum nihil de ipso doceatur: Quod tamen absque magno negocio fieri potuisset. Adhoc non minus in puncto der Breßnitz / quam aliis, in controuersiam hic vocatis articulis monasterium deinde processit, testibus etiam, instrumentisque, quibus ius in eo sibi asserit, productis, dissimulata planè in posterum, iam allegatæ litis pendentiæ, exceptione: *Gail. lib. 1. c. 73. n. 4. vers. sed quid si Reus. & n. 5. 6.* non absimili planè ratione, si Actor in causa possessorii, aduersus libellum Rei petitorium excipiat, protestetur, eiusque admissioni refragetur: His tamen neglectis, ad vlteriora Iudex nihilominus progrediatur, processum etiā, quoad petitorium pro iusto & valido placuit habendum: *Franc. Aretin. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 9. de acquir. possess. Felin. in c. inter Monasterium. n. 23. de re iud. Grauet. consil. 302. n. 6. & consil. 1. n. 236.*

Ex eo autem, quod d. responsioni, & litis pendentiæ exceptioni, diserte Cramon non reclamauit, eius tacitam confessionem, vtpote in re, in qua tam magnum inde præiudicium ad eum possit redire, non rectè inferemus: *Dyn. Cagnol. in l. qui tacet. de reg iur.*

Cæterum, an lis in reconuentione hic contestata? Et quanquam illa exacte, & iuxta præscriptam *in ordinat. p. 3. c. 13. §. 4. & tit. 25. §. 5.* formam hic minimè subsecuta: ad ea tamen, quæ per reconuentionis viam, Cramon, Actor, proposuerat (quibus petitionis defectum suppleri, *supra notatum*) per Monasterium fuit responsum. Quo litis contestatio, ex communi traditione conciliatur *Dd. l. via ibi Bartol. n. 3. 5. C. de litis contest. Marant. p. 6. de possid. & distinct. 10. nu. 5. ead. parte. de litis contest.* Præterea monasterium transactionibus, & sententiæ, seu rei iudicatæ atq; ita exceptionū peremptorialium obiectione, se tueri, conatum est: quo ipso lis pro contestata, ex recepto passim dogmate, est habenda: *gloss. fin. in l. fin. Bal. n. 3.* communem asserit. *C. de litis contest.*

Alienum quoque hoc locó non videtur, quod *Marant.* in Regno, vbi sublatis † iuris solennita- 137
tibus, solæ probationes solent respici (vt & in Camera, supremo quodammodo iudicio) receptū, superius perstrinximus litis contestationem † pos 138
se omitti, & actum, qui mediate eam sequitur, litis contestationis vicem obtinere, scriptum reliquit, *part. 4. dist. 9. nu. 20. & part. 6. distinct. 10. nu. 2.* Quo etiam fit, vt controuersia, ratione deß Werders & Breßnitz / post factam in causa appellationis litis contestationem (quæ alioquin, cum puncto litigioso, nil habet commune, suo iudicio, nec ad eum queat porrigi) in additionalib. & contra defensionalibus, à Cramone demū mota, ipsum magnopere sollicitum non habeat, quippe cum ad ea, quæ controuersiæ illius intuitu, à Cramone deferuntur, per Monasterium etiam sit responsum. Eorumq; præterea respectu, ad actus, qui statim à litis contestatione solent explicari processum. Litem itaque pro contestata posse haberi. Id quod superioribus Dominorum votis, cæteris punctis per omnia subscribens, superaddere volui.

Salue.

VOTVM XXVI.

In causa Q. H. contra D. O.

SVMMARIA.

1 *Circa causam hanc, quinque capita examinanda videntur.*

2 *Iuramenti remissio in testibus quare valeat.*

3 *Maritus rectè agit nomine vxoris, quoad bona dotalia & paraphernalia, etiam sine mandato vxoris, & sine cautione de rato.*

4 *Actio in hoc casu qualis intentata. & numero 5.*

6 *Mulier, quo iure potest recipere datum, & propter nuptias donationem exigere, & quando.*

7 *Maritus propriam vxorem flagellis aut fustibus cædens, pro huiusmodi iniuria, cogitur vxori tantum dare, quantum tertia pars antenuptialis largitatis facit.*

8 *Actio dotis, soluto matrimonio, vxori datur.*
9 *Actionis cumulatio, in hoc casu, ex petitione libelli patet.*
10 *Mulier iure Iustinianeo, lucrum donationis propter nuptias obtinet.*
11 *Actio singularis quæ olim facit de moribus, hodie per Iustinianum est correcta.*
12 *Differentia inter mores hodie quæ.*
13 *Repudij causæ vbi recensentur.*
14 *Mulier etiam propter verbera olim viro mittebat repudium, quod tamen mutatum reperitur n. 15.*
16 *Condictio Nouellæ 117. vt liceat matri cur hoc casu non competat. & num. 17. & 18.*
17 *In pœnalibus non est extensio.*
18 *Morum correctio, hæredibus hodie non competit.*
19 *Actio ad restitutionem dotis & aliorum bonorum occisæ vxoris, competit hæredibus vxoris.*
20 *Circa Cardinem negocij, huius casus, quid attendendum. vt num. 21. & 22.*
22 *Ad occisionem non sufficiunt verbera, quia pœnalia non extenduntur.*
23 *Dotis lucrum non succedit, quando incepit eam bene tractare, licet hoc coacte sit factum. num. 24.*
25 *Causæ cumulatæ, cum non probant hoc esse, quod contingit abesse, dubiam faciunt probationem.*
26 *Probatio omnis, ratione incertitudinis, viciatur, & nullum effectum iuris producit.*
27 *Paria sunt, non esse delictum, vel non probatum.*
28 *Præsumptio piæ affectionis erga vxores militat pro maritis.*
29 *Maritus etiam excusatur, quando eius consanguinei vxori benefecerunt.*
30 *Iniuria tollitur nudo pacto, & remissione tacita & expressa, quæ colligitur ex colloquio, conuictu, manus coniunctione.*
31 *Morbus præsumitur causatus, ex mala tractatione.*
32 *Maritus vxori ægrotanti medicum non adhibens, amittit lucrum dotis, idem præstat expulsio ex domo, quia æquiparatur malæ tractationi. n. 33 Item, quando ægrotam verberat 34.*
35 *Maritus quando negat eam esse vxorem suam, amittit ius suum.*
36 *Maritus putatiuus non luceratur dotem, vel partem eius, quam alias ex pacto vel statuto haberet.*
37 *Pœna corporalis, licet iam in hoc casu non habeat locum, tamen contra hæredes, pro arbitrio iudicis, in pœnam pecuniariam conuerti potest.*
38 *Pœnæ mutatio etiam contra hæredes locum habet, & quare.*
39 *L. Senatus censuit. 14. de accusat. cõmuniter non limitatur, nisi vna pars ciuiliter, alia criminaliter agat, quod fieri potest.*
40 *Pœna ex delicto fisco applicata, facit causam criminalem. Ratio, quia accusatio ciuilis, nihil præiudicat pœnæ criminali.*
41 *Dispositio loquens de vxore, locum habet & de viro.*
42 *Iniuriam filiæ illatam, quare pater eius non potuit remittere & n. 43.*
44 *Maritum, si postea bene tractat vxorem, nõ amittere dotem, qui intelligendum.*
45 *Occidere, vel causam mortis præbere, paria sunt.*
46 *Probatio sufficiens in ciuilibus surgit, ex duabus præsumptionibus, vel pluribus adminiculis.*
47 *In vxoricidio quales probationes sufficiant.*
48 *Dotis amissio non extenditur ad paraphernalia. Ratio quæ. Contrarium n. 49.*
50 *Extensio conceditur in pœnalibus, quando subest eadem ratio, de casu expresso, ad non expressum.*
51 *Hæreditas scelere acquisita aufertur: licet culpa debentis lucrari; non sit solutum matrimonium. n. 52.*
53 *Pœnam & præmium quis non debet consequi ex eadem causa.*
54 *Appellans, propter multos testes, pro ipso deponentes, iustam videtur habere causam.*
55 *Appellans videtur iustam habere causam, quod omnes probationes Actorum, tãtum præsumptiue, non necessario concludentes. & n. 56.*
57 *Litigandi iustam causam habere dicitur, plus re, vel qualitate conuentus.*
58 *Appellantes quoque iustam habere videntur litigandi causam, quoties contra eos actio instituitur, ob quam existimationis, & famæ suæ periculum veritur, latius vide. n. 59 & 60.*
61 *Causa causæ, censetur causa causati.*
62 *Maritus licet sine mandato possit agere, non tamen sine speciali mandato, de praxi Cameræ substituere potest.*

63 *Maritus de paraphernalibus cum dote non traditis (quæ receptitia vocantur) sine mandato vxoris non potest agere.*

64 *De mandato vxoris constare & præsumi vn de liqueat. & n. 65. 66. & 67.*

67 *Maritus dicitur coniuncta persona cum vxore.*

1 DN. Ref. C. Circa hanc causam † videntur quinque capita examinanda. Primo, de processu. II. quæ actio instituta. III. An ea hæredibus competat, & an probata, num vero per exceptiones Rei elisa? Quarto quid pronunciandum: Quinto: de Expensis.

Quoad primum, non videt nullitates, nec defectum in formalibus. Hoc saltem moueri posset, quod quidam testes non iurarunt. Sed remissum à partibus, vt constat ex actis. *c. in his. extra. de testib.*

2 Et valet † iuramenti remissio, quia respicit fauorem partis, contra quam producitur, notatur *in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Gail. obseru. 101. num. 2. 3. libr. 1.*

Præterea & hoc circa processum in dubium reuocari posset, quod ex actis fere nullibi constet, quod Actores, nomine vxorum agant, & etiam in procuratoriis, nulla facta mentione vxorum, (ex quarum tamen persona hoc actionis ius mouetur) contra Reum constituunt. Quod tamen

3 non obstat. Cum maritus recte agat, † quoad bona dotalia & paraphernalia, etiam sine mandato vxoris, & sine cautione de rato, *Bartol. Bald. l. maritus. Cod. de procur. l. fin. Cod. de pact. conuent. Gail. pract. obseruat. 133. libro 1. numero 5. 6. Mynsing. obseruat. 53. centur. 3.*

In hoc autem casu dubium non est, quin actio ad bona Mariæ defunctæ, dotalia & paraphernalia consequēda, instituta sit. Adhæc, in ipsa partitione summaria, Actores se nominant generos Antonii Leonhardi. Ex quo apparet, quod nomine vxorum suarum agant. Similiter in der Probationschrifft primæ instantię, aperte dicunt, quod agant nomine vxorum, tanquam hæredum Mariæ.

4 Quoad secundum, videtur intentata † condictio ex iure nouellarum, ad ea consequenda, quæ deferuntur mulieri ex *auth. vt liceat matri & auiæ. colum. 8. §. causas autem. & §. si quis autem propriam.* aut

5 actio dotis, † vel, quod verius vtraque simul, tam ipsa condictio ex ipsa Nouella Iustiniani, quam actio dotis cumulata videtur. Id quod satis liquet ex primo & tertio capite libelli summarii, & petitione eius; vtuntur enim iisdem verbis, partim in prima parte libelli, quæ referuntur *in l. qui ab hostibus. §. si vir. solut. matrimon.*

Præterea ius authenticæ statuit, quod mulier

6 possit † recipere datum, & propter nuptias donationem exigere, si probatum fuerit, virum quolibet modo vitæ mulieris insidiatum. *d. §. cau-*

7 *sas autem.* Porro si maritus † propriam vxorem flagellis aut fustibus cæciderit, cogitur maritus tantum, pro huiusmodi iniuria, ex alia sua substātia, dare vxori, quantum tertia pars facit antenuptialis largitatis. *§. si quis autem propriam. d. auth. vt liceat matri, &c. & notatur in auth. sed nouo iure. C. de repud. & in tertio capite d. petitionis summariæ,* allegant verba textus *in l. vnica. §. ille proculdubio. C. de rei vxor. action.*

Ex quibus infertur, quod hęc actio, dotis † so- 8
luto matrimonio, vxori detur, *§. maneat. d. §. illud proculdubio. Cod. de rei vxor. action.* Et quod tam condictio ex *d. nouella 117. vt liceat matri, &c.* quam actio dotis cumulata fuerit, † patet quoque ex pe- 9
titione libelli: petunt enim declarari, daß der Beklagt / von wegen seiner hohen Mißhandlung / nicht allein der verstorbenen Heimstewer (vt habet petitio) Sonder auch die Widerlag / vigore dictorum iurium, verwirckt habe. Vnd daß der Widerlag halben Actores petiren / videtur in eo cumulatam actionem dotis, & condictione donationis propter nuptias, † cuius lucrum mulier iure 10
Iustinianeo obtinet, ex causis, vt *in d. §. causas autem.* Concludit vtramque actionem simul intentatam.

Tertio quæritur: num ea actio hæredibus competat? &, an sit probata? vel per defensiones Rei elisa? Et primo, quod competat, probatur, *per d. §. maneat. & d. §. ille proculdubio in l. vnica. Cod. de rei vxor. act. Costanus in tract. de dotib. c. 6 num. 12. Mynsing. respons. 65. num. 4.* Sed cum iure Statutario. Constat, olim † fuisse actionem singularem de moribus, *l.* 11
moribus C. Theodosiano, de incest. nupt. Quæ hodie per Iustinianum sublata *l fin. in fin. C. de repud. §. Taceat. C. de rei vxor. action.*

Et tamen pœnæ certe sunt statutæ hodie. Estque hodie † inter mores differentia vt per *Cuiacium, in nouell. 22.* vbi tractat de repud. Causæ repu- 12
dii † recensentur in auth. *vt lic. matri vel auiæ. §* 13
sas autem. Quin & propter verbera † mulier viro 14
mittebat repudium *l. consensum.* ibi. *scise verberibus. & versic. super plagis.* Quod tamen † postea mutatur *in* 15
nouell. 117. §. si quis autem propriam: Vt videlicet vir præstet vxori tertiam partem donationis propter nuptias. Concordat *auth. sed nouo iure. C. de repud. vbi glossa.*

Et licet de mala tractatione satis sit probatum: quia tamen non ipsa mulier hoc casu agit, non putat, hanc condictionem competere, Primo, † 16
propter claros textus, qui dicunt de ipsa muliere. Secundo: quod † in pœnalibus non est exten- 17
sio *c. odia. c. in pœnis. de reg. iur. in 6. Mynsing. responso 43. num. 1.*

Tertio: † quod & hodie morum correctio, hæ- 18
redibus non competat, *l. rei iudicatæ 15. §. hærede. Solut. matrim. vbi & Duaren. Et constat. C. Theodosiano, lib. 3. tit. 12 in l. vlt. de incest. nupt.* facit *dict. l. rei iudicatæ. §. hæredi.* In simili adducitur textus *in l. 1. de priuat. delict. per l. iniuriarum §. 1. de perp. & temp. action.* Facit & in simili, in materia feudali, vt *in glossa d. l omnimodo. verb. non licebit. C. de inoffi. testam. notatur in d. leg. fin Cod. de reuoc. donation. Campeg. de dot. part. 3. quæst. 226. numer. 2. Castrens. d. leg. rei iudicatæ. §. hæredi, numero 5.*

mero 5. solut. matrim. Guid. Pap. quæstion. 214. numero 4. vbi concludunt pro parte negatiua, in casu non dissimili: Quia nemo præsumitur, ius repudiare, quod sibi competere ignorat. *l. mater. Cod. de inoffic. testam. Duaren. in d. §. hæredi. ibid. Bartol. Bald. Imol. Castrens. per d. leg. 1. de priuat. delict. Canonistæ in c. quia plerunque de donatione inter virum & vxor.* Ex hoc saluanda est sententia prior, vbi super donatione propter nuptias, & lucro, *d. §. si quis autem.* nihil pronunciauerunt, licet petitum fuerit.

Restat nunc videre, An Actoribus contra Reum Actio competat, ad restitutionem dotis, & aliorum bonorum, Mariæ defunctæ? Et num hæc probata, vel elisa?

19 Et quod hæredibus vxoris † competat talis actio, ob occisam vxorem, probatur *per d. leg. si ab hostibus. §. si vir. & ibi Dd. soluto matrimon.* qui textus non est alibi: *dicit Bald. in leg. vnica. §. tacent. de rei vxor. action. Campeg. in tractat. de dotib. 5. part. q. 2. num. 2. Boer. decis. 244. num. 12. Cod. de reuocand. donat. Ruin. consil. 8. numero 3. lib. 2. Bald. in tract. de dote. Port. §. privilegio. 31. Phanut. de Phanut. tractat. de lucro dot. glossa 14. vers. nunc videndum.*

Cardo itaque est negocii: An maritus hoc casu vxorem occiderit, vel causam dederit morti ipsius? vbi attendendum, † an lucrum tale veniat ex pacto, Statuto, &c. vel non? Et an statutum Bodense deferat hoc lucrum, ex delicto mariti, num vero Actores plus tempore petant? vt vult Reus: & sic inciderit in pœnam §. *hodie autem, institut. de except. & §. Reus autem. & §. sed hæc quidem instit. de action. l. pecuniam 36. ibi glossa de reb. cred.*

21 Quoad dictum † statutum, vel consuetudinem Bodensem, satis liquet de eo, nec partes contradicunt. Quoad occasionem, † non sufficiunt
22 verbera, *Ias. post Zas. in d. §. vir. numero 7. vers. quarto colligo.* Quia non extenduntur pœnalia: *Mynsing. obseruat. 40. centur. 1. Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 4. casu 364. Alexand. consilio 15. numero 2. lib. 4. Hartm. Hartm. pract. lib. 1. obser. 21. Schurff. consil. 42. centur. 1. Damhoud. in pra. Crimin. c. 64. numero 3. & c. 141. numero 5. Grammat. consil. 154. num. 12. Tiraq. de ll. connub. l. 1. numer. 8. & 12. Neuisan. in sylua. §. non est nubendum. num. 36.*

Sed ex probatis constat, quod vxor Reo causam dederit: nec conquesta de mala tractatione.
23 Et iuris, † quod lucrum dotis non procedit: quando incepit eam bene tractare, *Roland. à Valle. in tractat. de dote. quæstion. 70. Imol. l. si cum dotem. §. sin autem vers. vlt. solut. matrimon. Campeg. de dotib. part. 5. quæstion. 4. in fin, Ruin. consilio 131. colum. 1.*
24 *in fin. volumine 4.* Licet hoc † coacte sit factum: *Roland. quæstion. 70. numero secundo,* (Iam deduxit dicta testium, & deinde dixit) Quare ex prædicta iam depositione testium, magis confirmatur in sua sententia, vt dicta condictio non competat hæredibus. Nec videtur obstare; quod notat *Alexand. in d. leg. rei iudicatæ. numero quinto, vers. limita tamen solut. matrimon. glossa magna & Bartol. in d. leg rei iudicatæ.* Ad hoc facit confessio Mariæ, daß jhr Mann sie wol hält/wer anders red/ der liege.

Quod vero ad morbum Caducum attinet, colligit, Reum non fuisse causam, ex dictis testium (quæ deducit) Illæ causæ cumulatæ, † dubiam 25
faciunt probationem Actorum, quod Reus causam dederit morbo, quia non probat hoc esse, quod contingit abesse. Accedit maledictio Dei, propter clandestinitatem matrimonii, & quodammodo periurium Mariæ. Sicque dubia sit probatio, ad absoluendum, vel condemnandum. Sed omnis probatio, † ratione incertitudinis vi- 26
ciatur, & nullum effectum iuris producit, *c. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde cognat. Baptist. Zillet. consilio 47. numero 30.* Et paria sunt, † non esse de- 27
lictum, vel non probatum. *l. si duo. de testam. tut. Zillet. consil. 51. num. 24.*

Præterea, licet *Dd. post glossam in dict. §. si vir.* extendant, in casum, quo vir medicum vxori non adhibuit, vel malum medicum adhibuit: *Roland. à Valle in tractat. de lucro dotis. quæstion. 64. Phanut. de Phanut. in tractat. dot. gloss. 14. numer. 8.* Tamen ea negatiua probanda est, *leg. ex hoc iure. & l. ita stipulatus. in princip. de verb. obligation. Alexand. d. consilio 123. in 2. volum. Zas. in d. l. si ab hostibus, solut. matrim.*

At multis etiam testibus conuinci posse videtur, Reum in ea re omni culpa vacare. Accedit præsumptio † affectionis piæ erga vxores, vt 28
Signor. de Homod. consilio 63. numero nono, 10. 11. 12. Phanut. de Phanut. de dot. gloss. 14. numer. nono, Alexand. consilio 123. numero quarto, versicul. tertio respondeo. volum. 7. Roland. à Valle. de dot. quæst. 66. numero 8. Videtur & vna tantum pœna, vnum delictum esse puniendum. *Zillet. consilio 13. numer. 2.* Excusatur † & 29
maritus, quando eius consanguinei, vxori benefecerunt, vt hoc casu factum, *Alex. consilio 123. num. 14. volum. 7. Phanut. gloss. 14. num. 9. Roland. quæst. 62. 8. & quæst. 67.*

Vltimo videtur remissa iniuria à parte Actricum, vt testes quidam deponunt. Sed dissimulatione tollitur iniuria. *§. iniuria. instit. de iniur. Marant. p. 6. numero 58.* nudo quoq; † pacto *leg. si tibi. §.* 30
quædam. de pact. Wesembec. in titul. de iniur. Et remissione tacita & expressa: *Boss. in pract. crimin. de iniur. numero vigesimo tertio,* quæ colligitur ex colloquio, conuictu, manus coniunctione, &c. *§. fin. Ang. instit. de iniur. Boss. in d. pract. Crimin. Codic. de iniur. numero decimoquinto, Damhoud. cap. 136. num. 20. 21.*

His tamen non obstantibus, plura videntur in contrarium facere. Quia d. *§. si vir.* extenditur ad casum, quando maritus causam mortis dederit, aut eius culpa vxor perii. Sed probatū, quod Maria fuerit sana, formosa, &c. Item, quod vero amore prosecuta maritum. Sed contrarium feciſſe Reum statim & post, per multa facta, quæ hic recensenda non sunt. Inde verisimiliter colligi, morbum † Epilepticū causatum, ex mala tractatione: 31
Tiraq. de ll. connub. in l. 15. à numero 73. ad 82. præcipue, num. 73. 74. Cum igitur causam morbi non auertit, cum

tit, cum potuit, locum habet, quod dicitur: qui propositum suum non prætexit, cum potuit, in causa pari cum factore habendus est *l. omne delictum.6.§.quo præpositum. de re milit. l.1. §. occisorum. §. tibi. ad SC. Syllan. c. facientes distinct. 86.* Id confirmant quædam testium dicta. Nec vllibi constat ex actis,
32 quod medicum adhibuerit, † hoc casu lucrum dotis amittitur: Omnes post *gloss. in d.§. si vir. Bald. Ias. & alij ibid. Phanut. gl.14. numero 9. Ludou. Carer. in pract. crimin. §. homicidium. numer. 23. vers.11.* Accedit,
33 quod expulsio † ex domo, facit amitti lucrum dotis, quia æquiparatur malæ tractationi, *Phanut. d. loco numero 5. vers. quintus, quando. Ias. in d. §. tenet contrarium.* Item, † quod ægrotam verberauit. Item,
34 concio funebris, & fama communis testatur. Item,
35 † negauit, eam esse vxorem suam. Per hoc enim amittitur ius mariti, *Phanut. de inuentario hared. part.6. numero 123. vbi allegat Bart. Alexand. Castr. in l. etiam. solut. matr. Campeg. de dot. part.3. q.265. Hippol. de*
36 *Marsil. in rub. de fideiuss. numero 379.* Item, † vir putatiuus non lucratur dotem, vel partem eius, quam alias ex pacto vel statuto haberet, *l.1. C. de condict. ob caus. Bald. de dot. pari.31. num.29. & 49.*

Accedit, quod Maria vmb ein Kind gebracht worden: quod affirmant quidam testes. & fama: Item, hat sie in die Seiten gestossen / daß sie geklagt / &c. Ideoque pœnæ iuris locum habent. Et putat, li-
37 cet pœna † corporalis non habeat iam locum: Tamen contra hæredes, pro arbitrio Iudicis, in pœnam pecuniariam conuerti posse, & ob probatum delictum, Iudicem hæredes in restitutionem fructuum dotis condemnari. *arg. quod not. Mynsing. resp. 7. numero 32. ad fin. Grillard. de relaxat. carcerat. capit. 1. Sexto non omittam. Mynsing. obseruat. 30. centur.*
38 2. Quæ pœnæ † mutatio etiam contra hæredes locum habet, *Mynsing. d. respons. 7.* Quia ciuiliter hic agitur ad pœnam, *Bartol. in l. prætor. in princip. de sepulchr. viol. glossa in l. si qua. in princip. in verb. audi. C. de Episcop. & Cleric. Mynsing. d. responso 7. numero 9.* Non
39 obstat, *d. l. senatus censuit. 14. de accusat.* quia † communiter non limitatur, nisi vna pars ciuiliter, alia criminaliter agat: Licet enim cumulari non possit: Tamen ab vna parte ciuiliter, ab alia criminaliter agi potest *l. vnica. C. quando ciuilis actio crimin. præiud. Dd. in d. l. Senatus. facit l. cum ex vno delicto. de obligat. & action. leg. qui de crimine. C. de accusat. Mynsing.*
40 *consilio 7. numero 3.* dicit, pœnam † ex delicto, fisco applicatam, facere causam criminalem *Bartol. d. l. Senatus. numero 1.* Nihil enim præiudicat accusatio ciuilis pœnæ criminali, *l. ita vulneratus. i. respons. in*
41 *fin. ad l. Aquil.* Facit, quod dispositio, † loquens de vxore, locum habeat de viro. *Gabr. commun. conclus. lib. 6. de ll conclus. 3. num. 1. 2. quem vide.*

Vltimo, non obstat, quod Maria non sit conquesta in vita: quia falsum est, vt deducitur ex testibus cum dictis.

Nec obstat, quod iniuria sit remissa à patre Ma-
42 riæ: † quia non potest, in casu, vt per *Bartol. & alios, in l. Lucius. 38. num. 3. solut. matrim. Mariant. in part. 6. titul. de inquisit. numero 71.* Deinde respondetur,
43 quod non agatur nomine proprio, † sed nomine vxorum, quibus inuitis non remittitur ius actionis: Imo, tanquam hæredes, coactæ sunt, hanc iniuriam persequi, ne fiscus succedat, *leg. cum fisco 9. l. sequens. 15. ad SC. Syllan. leg. si ea. leg. cum fratrem. Cod. de his quib. vt indign. leg. cum mortem. 27. de iure fisci.*

Nec releuat, quod dicitur: Si maritus † postea 44
bene tractet vxorem, non amittere dotem: Quia hoc intelligitur, re integra: *communem dicit Roland. à Vall. quæstion. 70. Phanut. in tract. de dot. glossa 14. numero 5.* Et in delictis, principium est spectandum *l. illud. §. fin. ad l. Aquil. Zillet. consilio 17. numer. 10.* Hinc adhuc infert, causam mortis esse penes maritum, & probationes Actorum prævalere: nec elisos: Cum nihil interfit, † occidere, vel causam 45
præbere. *l. nihil interest. 15. ad leg. Corn. de Sicar. leg. 3. ff. eod l. qui occidit. 30. §. nam qui occasionem ad leg. Aquil. Wesembec. ad d. tit. ad l. Cornel. num. 12. Damhoud. cap. 72. num. 4.*

His accedit, quod ex duabus præsumptionibus vel † pluribus adminiculis, in ciuilibus, surgit suf- 46
ficiens probatio: *c. cum causam. de probat. ibi Felin. glossa 3. §. ideo. verb. speciem. de testam. Bartol. l. 1. §. idem Cornelio. de quæst. Bald. Angel. leg. non est verisimile. quod met. caus. Zillet. consilio 95. numero 1. Mynsing. obseruat. 100. centur. 2. obseruation. 33. centur. 5. Gabr. conclus. 1. lib. 1. numero 20. 24. 30. 70. Grammat. consilio ciuili 45. numero 9. Felin. cap. causam de probat. 4. colum. Bald. consilio 254. Grammat. decis. 42. numero 12.* Et sufficiunt tales † probationes in vxoricidio. *Phanut. glossa 14.* 47
numero sexto, Menoch. de arbitr. iud. libro secundo, cent. 2. casu 116. num. 16. Grauet. consil. 220. num. 15.

Superest videre, num appellans vsufructu bonorum paraphernalium sit priuandus. Dubium mouet *text. in d. l. si ab hostibus. §. si vir. ibi Dd.* Item, † 48
quod dotis amissio non extendatur ad paraphernа *Bald. l. 1. Cod. de iure dot. Mynsing. resp. 1. num. 42. & 43.* Cum pœnalia sint restringenda, *vt supra dictum.* Putat tamen † extendendam ad parapherna, *vt* 49
Costan. de dot. c. 6. numero 25. per ibi alleg. Deinde d. §. *si vir.* loquitur de dote: sed eadem actio datur etiam pro paraphernis *l. vbi adhuc. 29. Cod. de iure dot. Schneidewin. §. fuerat. num. 106.* Tertio: illud colligit ex ratione legis, ibi *non enim æquum.* Et conceditur extensio † in pœnalibus, quando subest eadem ra 50
tio, de casu expresso ad non expressum. *cap. 1. §. porro quæ fuit prima caus. benef. Bald. in l. si quis id quod. de iurisd. omn. iud. Dec. in l. factum. 198. numero 15. 16. de reg. iur. l. si vnquam. versic. reuertatur. numero 248. de reuocand. donat.* Facit & naturalis ratio, quod hæreditas † scelere acquisita, auferatur. Ergo magis in v 51
xoricidio *l. Lucius. 9. glossa circa med. de iure fisci. leg. in hæredem. 5. de Calumniat. l. quod diximus. 16. quod met. caus. Bald. consilio 254. vol. 2.* Etsi culpa † debentis lu 52
erari, non sit solutum matrimonium *l. consensu. C. de repud. Campeg. de dotib. part. 5. q. 2. Phanut. de dot. gl. 14. num. 4.*

Ex eadem causa † non debet quis consequi 53
pœnam & præmium. *l. siue hæreditaria. de negot. gest. leg. 3. de his quibus vt indign.* Et verisimiliter non fuisset concessura lucrum, in casu ingratitudinis

Phanut.

Phanut. gloſſa 14. num. 5. verſ. item ſi vir fuit ingratus. Saluandam igitur eſſe priorum Iudicum ſententiam, non ſolum in vſufructu dotis, ſed & paraphernalium.

Poſſet circa finem dubitari, ex verbis prioris ſentẽtiæ: **Sampt auffgehobener Nutzung**: de fructibus dotis: & de vſufructu dotis, debito tẽpore non reſtitutæ: Item, de culpa, dolo aut negligentia, ſi quam in rebus dotalibus commiſit Reus. *l ẽt. 18. §. 1. ſolut. matrimon. l. in reb. de iur. dot.* Item, de reſtitutionis differentia, inter res mobiles, aut incorporales, & res immobiles *l. vnica. §. exacte. C. de rei vxor. act.* & eas res, q̃ pondere, numero, aut menſura conſtant *l. res in dotem data. de iur. do.* Item de fructibus vltimi anni, pro rata temporis reſtituendis. Item de controuerſa computatione, de qua Vlpian. *in l. fructus. §. Papinianus. alias, diuortio. ſolut. matrim. & l. de diuiſione. 5. eod. gloſſa l. vnica. §. cũ qua ex ſtipulatu. verb. temporis portione. C. de rei vxor. act. Hartman. de dot. circa fin. Coſtan. in miſcellan. c. 6. & 7. li. 5.* Sed his non putat inſiſtendum, cum ex actis non conſtet de qualitate dotis: & hæc melius in puncto executionis controuertantur.

Concludit, antea bene iudicatum, male appellatum.

Quoad expẽſas, eas vbique compenſandas: Præ-
54 cipue vero, † quod Appellans iuſtam cauſam videtur habuiſſe, propter multos teſtes pro ipſo deponentes. *Mynſ. reſponſ. 42. nu. 5. 16. & reſponſ. 59. numero 57. 58. notatur. in l. qui ſolutum. §. etiam. de legat. 2. §. oportet. auth. de iudicib. Iaſ. l. properandum. §. ſi autem alterutra. verſ. 5. concluſ. qui probauit per teſt. C. de iud. Bald. in auth. generaliter. 5. & 6. colum. C. de reb. cred. & l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud.* Prout plura argumenta pro eo adducta ſunt: quæ repetit. Inter cætera,
55 quod † omnes probationes Actorum, ſunt tantum præſumptiue, non neceſſario, concludentes quod vxorem ſuã occidit, iuxta *§. ſi vir* Deinde,
56 quod Actores, † quoad donationem ante nuptias, ſuccumbant, & partim etiam plus repetant. *§. plus autem. inſtit. de action.* Et ſic Reus in prima inſtantia iuſtam cauſam litigandi habuerit. *Quibus caſibus Reus excuſatur ab expenſis. Gabriel commun. concl. lib. 2. de expenſ. cõcluſ. 2. n. 10. 13. Bart. in l. qui ſolidum. de legat. 2. Boer. deciſ. 74. Bertran. conſ. 231. col. 1. verſ. inde autem volu. 3. in nouis Hippol. Marſil. de fideiuſſ. num. 339.* vbi ait, communem *per gl. c. 2. de confeſſ. in 6.*
57 Et plus re, † vel qualitate conuentus, dicitur habere iuſtam cauſam litigandi, *Iaſon d. l. properandum. §. ſin autem. verſ. quinto quæro: pone, quod actor plus*
58 *debiti, &c.* Accedit, quod contra Reum † huiuſmodi actio inſtituta fuit, ob quam exiſtimationis etiam, & famæ ſuæ periculum vertitur, facit *Bart in d. §. ſin autem alterutra. verſ. octaua concluſio.*
59 Addi quoque poteſt, quod vtrinque † præſtitum eſt iuramentum Calumniæ, quod ab expenſis aliquo modo excuſat, *Roman. l. 3. in prin. not. ab. de iureiur. Bald l. non ignorat. C. de fruct. & lit expenſ.*
60 *Iaſiam d. loco.* Mouet etiam, † quod iam miſeri pupilli ſunt in lite, quorum vel maxime commiſeratio habenda: ne iniquitas patris ipſis imputetur.

Aliud in eadem cauſa.

D. Ql. Correferens. Cum Referente. Quia intelligit d. §. *ſi vir.* etiam de mala tractatione, & nulla curatione, cauſante mortem vxoris allegat *Wilhelm. Benedict. c. Rainutius Sectione, mortuo tanquam teſtatore. numero 34. de teſtamen. Oldendorp. claſſ. 7. art. 12.*

Quoad expẽſas, quamuis ex æquitate, & non rigore iuris, compenſatio fieri poſſet: quia tamen in prioribus duabus inſtantiis cõdemnatio facta, non videt, cur iam fieri aliter debeat, præſertim cum in grauaminibus nihil noui probarit. Sed victus ex prioribus actis in expenſis cõdemnandus, licet in Principali victor fuerit: *Baptiſt. Aſin. in ſua praxi. §. 32. ampl. Lanfr. de expenſ. n. 9. Gail. obſeru. 152. lib. 1. num. 4.*

Saluo.

D C. Per omnia cum Correferente.

D X. Cum Referentibus: Reum omni lucro priuandũ: Idq; arbitrio Iudicis relinquendum: *Menoch. lib. 2. cent. 2. caſu 139. in ſpecie de ſæuitia mariti. Tiraquel. l. ſi vnquam. verb. omnia. numero 30. verſic. quæ ſæuitia viri. C. de reuocãd. donat.* Item quod † cau- 62
ſa cauſæ, cenſetur cauſa cauſati. *Bartol. in l. etſi amici. C. ad leg. Iul. de adult.*

Quoad expenſas, & ſic in totum, cum Referente: quia Actores plus debito petierunt in prima inſtantia: Ideo quo ad hoc male iudicatum, & ibi ſententiam reformandam: *Expenſis in hac inſtantia compenſatis.*

D. S. Cum referente.

Aliud.

D. à Ex. In principali cum Referentibus. Sed quoad procuratoria, dubitat. Quãuis enim maritus † ſine mandato agat. *l. maritus. C. de procurat.* 62
An tamen alium ſubſtituere poſſit: videtur ſibi ſpeciali mandato ad hoc opus eſſe, & ſic eſſe de praxi Cameræ, vt in ſimili, in cauſa Müllet cõtra Ortenburg, ſe Referente, 7. Iulij. Anno 78. Ideo præambula opus eſſe. Maxime vero hic: attento, quod non de bonis dotalibus hic agatur, vbi ſine mãdato maritus agit *l. doce ancillam. C. de rei vendic.* Nec etiam de paraphernalibus, † cum dote 63
non traditis, quæ receptitia vocantur, pro quibus maritus ſine mandato non agit, *l. maritus. C. de procurat.* Quia vero pro appellatis pronunciandum, poſſumus pronunciare argumento Viſitation Abſchieds. *Bart. Bald. Salic. d. l. maritus. Myuſing. cent. 3. obſeru. 53. Gail. lib. 1. obſ. 133.*

Quoad expenſas, cũ Correferente: Quia Appellans bis ad eundem lapidem pedem offendit, & bis condemnatus, ſententiis non acquieuit, præſertim nulla grauaminis, expenſarũ reſpectu, facta mentione, ita vt potius differendi animo, Appellatio videatur interpoſita.

D D. Cum Correferente: allegat, quoad expẽſas, *Specul. in tit. de expenſ. in cauſa appellationis factis.*

Saluo.

D. R ferens, ſuo voto addit. Quæ tradũtur de tripli bus bonis vxorũ (de quibus *Dec conſilio 521. Schneidew. in §. fuerat. n 39. inſtit. de act. Mynſ. obſ.*

53 *cent.3.Hotoma de dot.col.3.per Nouel.97.Geil lib.17. c.16.*) Concludit breuiter, hic agi tantum de paraphernalib. & non de receptitiis, id est, quæ mulier ex tradita dote sibi reseruabat, iuxta *Geil. vt supra*, quibus addit, quod hic constet de mandato
64 vxorum. Primo,† ex diuturnitate temporis, *Dec. consilio 638.col.2.Iaſ.l.2.C. qui admitti, &c.* At hic viginti annis acquieuerunt: Ergo &c. vt per *Vant. tit. qualiter sententiæ & processus ex diuturnitate. num. 92.* Præsertim, cum mandatum in aliqua parte processus enunciatur, vt hic factum, in der Pro-
65 bationschrifft *in princip.* Secundo:† quia non contradictum à scientibus, *l. semper. de reg.iur.l.qui patitur. Mandati. c.fin.de iureiur.in 6.l.2.§.fin.matrim.c. cum olim.de offic.deleg.Inno.c.ex parte datam ibi Dd.in c. nonnulli, de rescript. c.cum in iure.de offic.deleg. Rot.decis.454.Felin.in c.cum olim.colum.2.in fin. de offic.deleg*
66 *Alexand. in l. sæpe. 1.colum. de re iud.* Tertio, †ex eo præsumitur mandatum, quod in vtilitatē mandantis gestum, vbi verisimiter mandasset, *Dd.in l. si quis nec propositum. si cert.pet. Alex. consilio 106.lib.2.*
67 *Afflict.340.circa fin.* Accedit,† quod maritus dicitur persona coniuncta. *glossa l.1 C. quib.res iud. non noc. l.fin. Cod. res inter alios act. Rota decis.777.Vantius: quib. mod. sent.nullit.repar.num.99.* Concludit, præambula non esse opus.

Saluo.

Aliud eiusdem causæ.

Ponderatis actis, & probatis omnium instantiarum, necnon visis & intellectis Dominorum votis, comperi satis abūde, partium iura discussa & enucleata. Cumque Domini in diiudicatione causæ principalis conueniāt, nec mihi reliquum esse superflua mouere. Quia vero in puncto expensarum in diuersum est itum, videtur & meo calculo, Domini Referentis sententiam, iuris & æquitatis rationi consentaneā esse, eamque sic defendi posse: prout & in hoc priorem sententiam reformandam censeo. Reliqua, ob legitimationem insufficiētem mota, nec mea opinione impedient, quo minus, præsertim pro Appellatis, pronunciari valide possit.

VOTVM XXVII.

In causa D.C. contra B. vnd R. Ciuitatis F.

SVMMARIA.

1 *Probanda duo sunt Bromio hoc loco. & num.2.*
3 *Delegatio loco solutionis habetur.*
4 *Executio cōtra debitorem Principalem, semel facta delegatione, quando fieri possit.*
5 *Nouatio tollit priores obligationes.*
6 *Nouatio inest delegationi.*
7 *Obiecta Bromij duo & quæ. & num.10.*
8 *Coram principe narrare factum, & petere iustitiam, sufficit.*
9 *Clausula omni meliori via. &c. Virtus quæ & quāta.*
11 *Negligentiæ & culpæ ratione alleganti incumbit probatio.*
12 *Culpa non præsumitur, nisi probetur.*
13 *Rationes quæ & quot, cur Bromio in hoc casu iniuncta sit probatio, & sub nume. 14. 15.18.31.41.42. 43.45.46.52.53.54.55.57.58.59.60.62.66. cum 7.subseq.*
16 *Consilium qui dat ratione officij, vt Assessor, officialis, decurio vel senator, & administrator Reipublicæ, is tenetur ex malo consilio, etiam nō doloso, si in damnum Reipublicæ tendit.*
17 *Imperitia adscribitur culpæ.*
19 *Liber rationum qualiter debeat esse compositus vt valeat. & num.20.*
21 *Rationum redditio duo continet, vt ibidem & numero 22.*
23 *Rationes vt redditæ dicantur, vnum sine altero non sufficit.*
24 *In culpa lata quis est non indagando, quæ specialius & accuratius perquirenda sunt.*
25 *Culpa lata est, non facere ea, quæ quilibet homo fecisset præsertim mandatarius, &c.*
26 *Mandatarius de omni culpa, etiā leuissima tenetur.*
27 *Culpa leuis quando consideratur in rebus alienis, nihil aliud est nisi deuiatio ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes, eius conditionis & professionis.*
28 *Administrator, si vnicus tenetur tantummmodo de dolo & lata culpa, & de culpali negligentia, de leui autem & ciuili inaduertentia non tenetur. n.29.*
30 *Negligens in rebus alienis quis esse nō debet nec potest.*
31 *Responsiones Bromij quæ. & nu. 32.33.34.35.36.37. & 38.*
39 *Scire, vel scire debere vel potuisse, facta diligenti inquisitione & animaduersione, æquiparantur. Lata, culpa imputari potest. nu.30.*
44 *Culpæ latæ adscribitur, assueuerare, imo pertinaciter inculcare ea, quæ postea contortis quibusdam exceptionibus, se ignorasse quis dicit.*
47 *Ignorantia in facto alieno, generaliter non excusat; imo taliter ignorans dicitur in culpa. numero 48.*
49 *Ignorantia, quando quis tenetur inuestigare, dicitur habere maximam negligentiam, non inuestigando; talemq; ignorantiam alleganti, tanquam negligenti, iura nō subueniunt. numero 50.101. Et damnum resarcire tenetur. numero 102.*
51 *Culpa tum officit, cum casus propter illam euenit, qui alias non euenisset.*
56 *Causam qui dat, damnum dat.*
61 *Socij plures administrātes, singuli pro rata ad rationes tenentur.*
63 *In conuentione prima huius casus tria probanda veniunt, vt numer. 64. & 65.*
74 *Debita contracta per vnum sociorum, extra causam societatis, ante & post eam finitam, in diuisionem non veniunt.*
75 *Responsiones siue resolutiones ad Bromij in specie prætēsas probationes quæ, vt n. 76.77.78.79.81.83. 84. & 85.*
80 *Tutor confundēs suos & pupilli reditus, dicitur esse in culpa.*
82 *Annotatio generalis & breuis vsus pecuniæ summaria non sufficit.*
87 *Iuramentum præstitum licet à dolo, non tamen à culpa & negligentia quoque excusat.*

88 Culpa

88 Culpa leuissima ab emendatione damni nō excusat.
89 Culpam abesse, non excluditur per iuramentum; Et aliud est conueniri ex culpa, vel ex dolo. nu. 90.
91 Dolus præponderat culpæ, nec debet remanere impunitus.
92 De dolo cōuentus, tenetur insolidum, etiam ad damna & interesse, quæ solo partium iuramēto probantur. Si autem ob leuem culpam tātum conuenitur; tunc ad periculum sortis tantum tenetur. numero 93.
94 In dolo vel culpa est is, qui turbat scienter.
95 Dolus & lata culpa, imo & leuis & leuissima culpa, plectitur pecuniariter, extra ordinem. Culpa qualiter insit dolo. n. 56.
97 In societate quilibet pro parte, quā habet, sunt obligati, & quisquam in solidum conuenire potest.
98 Veritas plus valet quam opinio.
99 Confessio errore facta, reuocari potest.
100 Electione vnius ex obligatis in solidum, alij mero iure non liberantur.
102 Paria sunt, quem esse certum, vel certificari posse.
104 Culpa cum culpa cōpensatur, si pares sunt in culpa.
105 Qui non facit id, quod scit, vel facere debet, tenetur ratione officij, & qua re. ibi numero 106.
107 Socij se inuicem præposuisse intelliguntur, vel illum, qui communi nomine negociatur.
108 Solutionem factam esse qui dicit, ei incumbit probatio; Et appellatione probationis venit etiam nominatio. numero 109.
110 Socius non tenetur ex contractu socij, nisi probetur, pecuniam versam esse in communem arcam; Et vnus sociorum, alium non obligat. num. 111.
112 Definitiue qualiter in hoc casu pronunciandum, & numero 114. Quæq; in hasce actiones veniant. nu. 113.
115 Culpa nulla est societas.
116 Similitudo tutorum non omnino conuenit Reipublicæ administratorum.
117 Administratores ex leui culpa & ignauia, tantum ad periculum sortis tenentur.
118 Iuramentum ad non cogitata non extenditur.
119 De natura cōtractus societatis, tantum propria, non aliena, vel prius contracta debita veniunt.
181 Probationes pro Bromio, & responsiones siue relationes contra Bromium, vt num. 119. 122. cum seqq. vsque ad numer. 152. item 153. 154. 157. 158. 160. cum 4. subseq.
120 Iuramentum ad non cogitata non extenditur.
121 De natura contractus societatis, tantum propria, non aliena, vel prius contracta debita veniunt.
151 In re mandata, in negociis gerendis & societate sufficit, illam adhibere diligentiam, quam in rebus propriis quis præstare solet.
152 Socius tenetur probare, quod socius in rebus communibus non adhibuerit eam diligentiam, quam tempore contractæ societatis solitus erat adhibere in propriis.
155 Vnus à pluribus facilius, quam plures ab vno decipi potest.
156 Duo vel plures oculi plus vident quam vnus.
159 Socius contrahens secundum mandata & conuentiones factas in societate, obligat socios alios solummodo, pro quantitate, quam alij habent in corpore societatis, & non vltra.
165 In reconuentione prima in hoc casu, ex dolo, ad tria actum est, & ad quæ.
166 Ad absoluendum debemus esse proniores, quam ad condemnandum.
167 Dubitationes quæ, cur Bromio per sententiam Camerę vlterior probatio & liquidatio, & quidem grauis iniuncta, in hoc casu, fuerit & nu. 168. 170. cum 5. subseqq.
169 Debitum idem bis à duobus in solidum, contra bonam fidem exigitur, & nu. 183. Limitatur. n. seq.
176 Culpa non caret nimia commendatio.
177 Responsiones ad obiecta Bromij quæ, vt num. 180. 181 182. 184. 187. 188. 189. 194. & 195.
177 Dolus sub se comprahēdit culpam, separatiue tamen.
178 Dolosus est etiam culposus, sed non e contra.
179 Ad dolum qui agit, is & ad culpam agere dicitur, nec alteram tollit, vel consumit alteram, cum facile & commode ad inuicem separari possint.
183 Duo insolidum quando sunt obligati, quandiu quis à primo non recepit, vel habere non potuit id, quod sibi debetur, licet etiam à secundo vel tertio idem exigere, ita tamen, vt solutione vna liberentur reliqui.
186 Facere quid qui suscipit, is idem explicare debet, alius tenetur.
190 Actiones plures, quādo ex narratione facti elici possunt, quarum vna apta, & altera inepta, etiamsi conclusio fiat super inepta, probatio tamen & sententia super apta fieri potest.
191 Actio de dolo quum sit instituta, & biennio continuo finita, in eius locum succedit actio in factum, quæ in locum actionis est inducta, & perpetua est.
192 Iudex ex virtute clausulæ salutaris, impartiri potest suum officium, etiam non petitum.
193 Iudex secundum Felin. officium suum impartiri potest etiamsi clausula salutaris non adsit.
194 Ex consilio quando quis non teneatur, & quando teneatur.
196 Causa vna ex altera profluit.
197 Pro defensione & confirmatione interlocutoriæ dominorum in hoc casu quæ, vt num. 198. 199. vbi tamen distinguitur.
200 Ex persuasione quando quis obligetur.
201 Societas, & rerum communio, & dolum & culpam recipit, nisi socius fuisset negligens in rebus suis tempore cōtractæ societatis, tunc enim sufficit, eam adhibere diligentiam, quam in rebus suis. numer. 202.
203 Socius faciens alium socium expendere res suas in malos vsus, vtili actione ad illas resarciendum tenetur.
204 Sociorum vnus si ponat factorem, pro socio, si is male gessit, tenetur pro socio.
205 Culposus non solum est, qui fecit, quod non debuit; sed & qui omisit, quod facere debuit.
206 Negligentia magna, culpæ & dolo æquiparatur.
207 Administrans nomine ciuitatis, si in administrando

sit negligens, & quid omittit, tenetur etiam ad interesse.

208 *Culpa est id asserere, se scire quod non scit, vel ignorat, & sic alterum in damnum inducit.*

209 *Argumenta, quibus Brom. contra sententiã latam vtitur quæ; Itidem responsiones aduersus eius argumenta quæ, vt numero 210. 212. cum 25. subseq.*

211 *Consilium qualiter & quando obliget mandantem.*

238 *Ad condemnandum in hac causa quæ sufficiant.*

239 *Actio in factum, duo habet potissimum capita n. 240.*

241 *Probanda fuerunt Bromio in hoc casu duo, & quæ.*

242 *Res iudicata pro veritate habetur.*

243 *Terminis submissionis cur in sistendum.*

244 *Iudicatio huius præsentis causæ consistit in eo, an ei interlocutoriæ in totum vel aliqua ex parte sit satisfactum. numero 146.*

245 *Dolus & lata culpa non æquiparantur.*

247 *Præceptum impossibilem conditionem continens, ipso iure nullum est.*

248 *A sententia & præcepto continente quid impossibile non est opus appellare, nec ob nullitatis existentiam meretur executionem numero 249.*

250 *Distinctio in hoc casu adhibenda, vt nu. 251. 252. Distinctio alia, nu. 253. 254. 255. 256.*

254 *Iudex si est ignorans impossibilitatis, valet eius præceptum & sententia, saluo tamen restitutionis beneficio.*

257 *Æquipollentia sunt, aliquid facere posse, vel stare per se, quo minus fieri possit.*

258 *Fortuitum casum allegans, duo probare debet, casus scilicet emergentiam, & quod sine sua culpa interuenerit casus.*

VOTVM D. B. Referentis. Submissum principaliter in puncto liquidationis, ad interlocutoriam 26. Iunii, Anno 72. hic latam, iuxta quam duo probãda sunt Bromio. Primo, † quod 1
summa trium diuersarum postarum, videlicet 20000. fl. 80000. taleri, & 30000. fl. de quib. in 58. articulo primæ recõuentionis, ipsius senatus, in vtilitatẽ der Schadloß Verschreibung conuersa, hoc est, æs alienũ der 171000. fl. ibi specificatum, inde exolutum sit. Deinde, † ad quantum senatus 2
pro summa sua capitali, & sic proportionabiliter, siue pro rata, vt loquuntur, in eo teneatur. Quod ipsum tamen ex obligatione societatis (si reliqui socii in eo consistere, ac senatum vlterius grauare non vellent) satis clarum & indubitatum videtur, vt quia ibi veteres socii 230000. fl. pro sua summa capitali prætenderunt: senatus vero, in vniuersum, tantum 100000. fl. tanquam sortẽ, in negociationes habuit, prout est in confesso. Et sic rata ipsius nõ deberet excedere summã 51818. fl. 2 Batzen 12. Pfenning. Hoc non obstante, vel attento, nihilominus conqueritur Brom. quod senatus cum dictis tribus postis, siue mutuis, nõdum præstiterit ex sua parte, quod debet, idque male cum eo conuenit. Quod impossibilitatem rationum, & ratæ allegat, nisi veterum sociorum damna & æs alienum iam olim, & ante nouam societatem cum senatu initam, contractum ipsi à multis retro annis indebite obtrudere moliretur.

Cum autem, quoad vtrunque inter deducta & allegata per Bromium, nil admodum noui appareat, quod in prioribus actis, id est, ante interlocutoriam, non fuerit in medium allatum, senatus ijsdem quoque rationibus & fundamentis, quibus antea, contendit, Bromium ad vlteriora de iure teneri. Cumque tempus præfixum, quatuor mensium, ante plures iam annos elapsum sit, sperat Senatus (prout sæpius etiam hactenus institit) ad dicta priora, & vigore clausulæ salutaris, petitioni libelli annexæ, pronũciatum iri, quod iuris est. Nempe, & inspecie: Quod Bromio non licuerit, siue per dolum, siue temerariam assertionem, atque continuam instigationem & pollicitationem, Senatum, qui alias nunquam fuisset cum antiquis socijs contracturus, nec vnum denarium in illam societatem vel negociationem collaturus, articulato modo inducere: sicque ad emendationem omnium damnorum & interesse, imo & ad pœnam aliquam extraordinariam, condemnandus, vel ob id ad Senatum remittẽdus veniat, vt habetur in dicta petitione libelli. Vbi tamen notandum. Quod extraordinaria illa pœna concernat etiam illud caput actionis, quod Brom contra datam fidem vnd Handgelübd/ ex Francofurdia recesserit, vt in 99. vsque ad 108. articulũ huius reconuentionis. Sed quia in secunda conuentione, vbi actio, quod metus causa, ad liberationẽ eius instituta, idem pertractatum, nihil opus est rursus illa repetere: nec quicquam amplius desuper pronunciandum, cum sufficiat, semel ibi esse absolutum. Sicut & secundo, ratione summæ capitalis, ipsius Senatus videlicet 100000. fl. & 10000 fl. quos idem Senatus Bromio mutuo dederat, priori suo voto inhæret, vbi ob delegationem & nouationem, ex interuentu nouarũ personarum, id est, der Mannlichen zu Augspurg factã (quæ delegatio † loco solutionis habetur, *Castrens. consilio 181. n. 1. part. 1. Bart. Socin. in l. 2. num. 3. solut. matrimon. & l. singularia, n. 20. si certum petatur.* Et hic saltem ope exceptionis factæ, datur tacite nouatio. *Rõchigall. de duob. Reis, in princ. l. 3. n. 18. fol. 140.* vbi multa allegat, & Referens circa 2. conuent. late tractauit) Bromium absoluendum duxit. Postquam enim semel facta est delegatio, † vt hic, non potuit postea fieri executio contra debitorem principalem, sed contra delegatum, si obligatus fuerit denuo, instrumẽto sigillato, vt hic, per Mantich. *Petrus Rebuff. in tract. de liter. oblig. articul. 1. gl 9. n. 21.* Quia nouatio, († quæ tollit priores obligationes, *§. præterea, Inst. quib. mod. toll. oblig.*) semper inest † delegationi. *Wesemb. 31. n. 37. part. 1.* Quod & aliis dominis tunc temporis visum fuit, quantũ ex illorum votis intelligo, & satis ex ipsa absolutoria, penes dictam secundam reconuentionem colligitur, vt quæ ad defendẽdum & indemnem seruandum Senatum, ratione dictorum 10000. fl. propter litigiosam factam solutionẽ totalis summæ,

3 *n. 1. part. 1. Bart. Socin. in l. 2. num. 3. solut. matrimon. & l. singularia, n. 20. si certum petatur.*

4

5

6

mæ, dz 151000. fl. inter dictos Manlich/ & veteres socios, vt qui illam cõmunem esse contendunt, ex vna, & senatum ex altera parte, instituta fuit. Quia vero hactenus super dicta summa capitali pronunciatum nõ est, sed vna cum aliis punctis, ad definitiuam vsque processum, merito reseruari debuit, omnia per ipsum allegata iura, & rationes, ad hoc caput der Hauptgüter pertinentia, hucrepetit, & conclusiue Bromium à petitione libelli absoluendum censet.

Restat igitur solum dispiciendum, quid de istis tribus postis controuersis, iuxta & post interlocutoriam nostram, plus probatum sit, vel non, quam antea. Et quid desuper pronunciandum.

Prius tamen ad duo Bromii obiecta necessario respondendum erit. Primo, † quod dicit, 7 non ad instantiam senatus, sed ex nobili officio ita Iudicem interlocutum esse, quasi velit dicere, modum in eo excessum: cum penitus non fuerit petitum: verum si attendatur clausula salutaris, cuius supra facta mentio, & quam etiam vrget senatus in probationibus, *n.78.* vna cum vbique expositis, ac toties per eundem repetitis, maxime vero & quinta ipsius Bromii conuentione satis vtique ista etiã per dictos Actores petita videntur, & sic iure quoque, vt ex infra dicendis patebit; pronunciatum opinatur. Quoniam sufficit, 8 † coram Principe narrare factum, & petere iustitiam: quia intelligitur, omni meliori via, &c. *Asflict decisione 95 num. 7.* Cuius virtus est, † vt Iudex 9 possit cognoscere & iudicare super omnib. quæ ex narratis & probatis colligi possunt, etiamsi specialiter & expresse hoc per libellantẽ non fuerit petitũ, *Berous cons. 165. n. 21. vol. 1.* Deinde quia 10 † imprimis conqueritur de iniquitate dictæ interlocutoriæ (cui tamen per omnia acquieuit, & ea iam pridem transiuit in rem iudicatam) proinde ac si non ipse, sed quondam Christophorus Moschauer & Philippus Läberger, tanquam administratores & factores Salariati, ad ibidem contenta, soli ex omnibus sociis teneantur, eique præ cæteris, ac contra ius societatis, aliquid grauius & impossibile iniũctum fuerit. Ideoque ad diluendum hoc, & vt Domini, qui priori relationi non interfuerunt, merita causæ tanto melius intelligant, ac sciant, super quibus fundamentis Actorum petitiones innitantur, hoc est, cur Brom, vel saltem ratione culpæ & negligen- 11 tiæ, † quæ alleganti probandæ sunt, *Benedic. Capra,* 12 *reg. 78. num. 56.* cum culpa † non præsumatur, nisi probetur, *Bart. & Dd. in l. quod Neruam, depos.* ad omnium damnorum & interesse emendationem, pœnamque extraordinariam condemnari debeat, ex pluribus ac variis coniecturis, rationibus & circumstantiis, ex qualitate personarum, rerum & factorum desumptis, quæ (singulis tamen coniecturis) se & alios dominos, dum hanc causam Anno 71. & 72. referret, tam ad sic interloquendum, quam ad præambulam sententiam, de se purgando, & iurando, quod nihil dolose egerit, (cuiusmodi argumenta, occasiones, perseuerantia, atque obstinatio consequenter, imo multo magis, culpã & negligentiam ipsius arguunt) mouerunt, nonnullas breuiter nunc attingendas, & ordine præmittendas, remque altius (quia omnis vis huius reconuẽtionis in eo consistit) repetendam statuit. Prolixius autem ista in suo voto, eiusque emendatione, cum singulorum probationibus, deducta inueniũtur. Idemque iam senatus in exceptionibus suis, *pag. 5. §.* ob auch wol in dem/ 58 ꝛc. *& pag. 10. §.* aber es möchte/ ꝛc. Referendo se ad articulos libelli non nihil digito quasi demonstret.

Sequuntur tam rationes, cur Bromio iniuncta probatio, eiq; fere in omnibus culpæ & negligẽtiæ imputanda sit.

Primo: † Quod Brom non tantum per ali- 13 quot annos, veterum sociorum deß Steinachen Saiger Handels / quo ad Kupffer vnd Bley / institor Franc. fuit. vt ipsemet fatetur in exceptionibus *num. 97. fol. 98.* sed etiam postea, & adhuc ante senatum 30000. fl. in eadem negociatione habuit, ita vt per cõsequens, etiã vnus ex numero illorum fuerit, qui cum senatu societatem contraxerunt: vnde de dolo latiori, & lata culpa, *l. cum duobus, §. venit. ibi Bartol. pro socio.* Item de leui quoque culpa tenetur, *glossa ibid. textus in l. socius socio, eodem tit. §. fin. eod. inst. l. contractus, de reg. iur. l. si vt certo, §. nunc videndum, vers. sed vbi commod.* De pluribus speciebus culpæ vide *Bened. Capram in d. regul. 78. à n. 7. vsque ad 30. & Marant. in d. l. cõtractus.*

Secundo: † Quia de suo primatu Bromius, 14 quod propter dictam summam 30000. fl. rationibus assidere sibi liceat; ac reliqui socii acquiescere teneãtur, ijs, quibus ipse cũ alijs tribus deputatis concluderet, diu multũque gloriatus est.

Tertio: † Quia cõtractæ nouæ societatis cum 15 senatu actor, instigator, exhortator, persuasor & promotor vnicus, vel certe præcipuus, tam priuatim, quam publice, in senatu fuisse dicitur, & conuincitur: Idque multis ac variis rerum argumentis, postulando etiam: vt senatus præstiti istius beneficii mentionem faceret, ab initio libri sui, quem super lucro huius negociationis confecturus esset, atque illud in sui, ac familiæ suæ honorẽ, aureis literis, ad perpetuam rei memoriam annotaret. Quod senatus in secundis Replicis, *nu. 164 fol. 9.* tantum ad ostentationem & spem illam refert. Es solte länger verhelet bleiben/ das der Handel also vbel stünde/ oder die Schäden möchten mit der Zeit auch gebüßt werden: vtut autem sit, ad minus culpæ adscribi posse; cum ipsi eo magis, tanquam conciui & senatori, imo & Consuli, sicque duplici iuramento obstricto: imo homini, alias prudenti, perito & exercitato, in rebus etiam suis diligenti & studioso. Deinde & consocio, mandatario & deputato, senatus in omnibus semper fidem habuit, prout idem sæpe quoque expediuit: maxime autem tum ob frequentem & insignem eius commendationem, dicti Saigerhandels/ præsertim ab immensa vtilitate, ac quæstu incredibili, (idque vel exemplo Michaelis Mineburgi, Vlrici Russeri, sui, & alio-

rum) tum & propter consilium & incitationem continuam, vt is pecuniam suam huc collocaret, tum, quia denique accessit asseueratio certa, firma, cõstans ac perpetua, adeoque bey seiner Seelen Seligkeit: quasi ista omnia, quæ toties laudauit, extulit & prædicauit, vera essent, ipseque sciret, quam optime addendo quoque, Man soll ihme darum vertrauwen/ er wol Senatum nit auff ein Eyß führen/ neque se semetipsum, & germanum fratrem decepturum libenter. Quod senatus in dictis Replicis iterum bonæ spei adscribit, dicto fratri wol darauß zu helffen/ etiamsi alij damnum paterentur. Is autem, qui dat consili-
16 um, † ratione officii, vt assessor officialis, decurio vel senator, & ad ministrator Reipub. tenetur ex malo consilio, etiam nõ doloso, si in damnum Reipubl. tendit, secundum *Dec. in l. consilij, de reg iur. & Cagnol. ibi. nu. 3. vbi post Philip. Franc. in c. nullus, n. 2. 3. de reg. iur. in 6.* Illum ex consilio teneri dicit, quia ratione alicuius artis vel exercitii se peritum asserit: si tamen per imperitiam malum consilium dederit, teneri de damno dato, maxi-
17 me in foro conscientiæ: quia imperitia † adscribitur culpæ, *l. qua actione, in fin. ad l. Aquil & l. illicitas § sicut, de offic. præsid.* licet *Franc. ibid.* videatur velle, quod consulens non teneatur illi, cui præstitum est consilium, ex quo ille non tenebatur id sequi, sed illi teneatur contra quem est secutum consilium. Quod in proposito, Respublica is esse posset. Præterea tu, qui mihi consuluisti contrahere cum certa persona, cum qua alias contracturus non essem, nisi te consulente, obligaris mihi actione mandati ad interesse, §. *tua tantum, vers. & adeo, Instit. de mandat. l. si remunerandi. §. plane si tibi, ff. eod. & glossa vtrobique.* præsertim tali casu, vbi quis etiam terminos consilii excedit, vt in proposito deducitur in senatus exceptionibus, *num.* 88. Et vbi consulentis, id est, Bromii, & antiquorum sociorũ, & eius, cui consulitur, interest, vt similiter deducitur in d. replicis *fol.* 44. de quo *& Dd. in d. l contractus & Franc. in d. c. nullus.*

18 Quarto: † Quod non solum iuramento, & quidem insolito, adstrinxit senatum, vt pote de non patefaciendo ista secreta cuiquam, ita quod impeditus fuerit, aduocatos suos adhibere in cõsilium: Et quo minus statum, siue qualitatem & successum dictæ negociationis inuestigare potuerit: sed quod etiam ipsemet Brom sapius profectus Islebiam, & in istas regiones, vbi ex quotidianis couuersationibus, cum suis consociis, iisque affinibus intimis & ministris, imo ab extraneis etiam (exemplo Consulis in Bonn/ qui de interitu iam sciuit) multa explorare & inuestigare potuit ac debuit. Cuius rei etiam argumento sunt ea, quæ Michael Meyenburger scripsit ad Bromium, vt inter eiusdem documenta *n. 27.* litera *A.* vbi Anno &c. 53. de 30000 fl. huc collocãdis, vnd so viel er immer auffbringen könne/ daß man müß ietzt Gelt haben. & litera C. Veneris post Oculi Anno, 54. ibi: Nun wißt ihr selbst/ das vnser Handel mit statlichem Hauptgut versehen. Item, liter. D. Anno eod. de 20000. fl. solutis, ratione debitorum, Valtin Leissen/ & ibidem in schedula, de 15000. fl. auffgenommen Wechsels. Præterea litera E. Anno eodem, de cupro, so nit folgen. Itẽ de 5000. fl. mutuo datis Ebnero. Et ibi in schedula: Quod parum cupri accipiant, vbi potissimum verba hæc obseruanda, vnd hoff/ es sol sich nit dermassen/ wie ihr schreibt/ vnd bericht/ er finden/ dann man mit dem alten Vorraht/ mehr/ dãn alles Zinß gelt/ mit dem dritten Theil viel mehr/ dan alle Wechsel/ &c bezahlen kan. Item in litera D. quæ est sine dato: vnd mangelt an Gelt an den vier vnd viertzig tausent Gülden vnd andern/ das wir auff die Meß bezahlen möchten. Itẽ, wann wir zu Zinßgelt könten kommen/ verhoff ich grosses Nutzes. Vt taceam hic, quæ inter Bromium & Rauscherũ, item Moschawer & alios, peracta sunt. Deinde, quod Anno 55. suscepto mandato à Senatu, solus interfuit rationibus, fidei suæ omnino commissis, nolens etiam aliquem sibi adiũgi: eo nimirum prætextu & ostentatione, quod nullus admittatur ad dictas rationes, nisi habeat 30000. fl. in societate, vñ wañ man ihm nit vertrauw/ so sol man es ihme nur sagen/ de quo inter alios Bromii testis secundus Hanß G. ad 53. interrogat. super elisiuis Bromii, vbi ait, se bene audiuisse ex Bromio, das man niemand zur Rechnung kommen laß/ vnd er selbs hab zu schaffen/ daß man ihn beylaß. Inde secutum, daß man ihn hineyn verordnet/ zu Anhörung der Rechnung/ vnd einen/ als Philips N. zuordnen wöllen/ das hab er wieder sprochen/ vnnd gesagt/ Man mög den Kosten wol ersparen/ daß es sey vergeblich/ vnd er werde nit zugelassen/ &c. Et licet quidam testium de petito adiuncto dicant, tamen in eo, respectu temporis, errare videtur, cum alii plane contrarium deponant, & tantum in fine, da es nicht mehr gut thun wöllen/ id petitum asserunt. Quare tanto etiam diligentior, intuitu dicti mandati, & recusationis adiuncti, in suo officio, ac cautior ac prudentior in rebus omnibus, vel communicando saltem post reditum suum omnia Senatui, (prout alias communiter assolebat, & hic omnino tenebatur) præsertim vero in audiendis & examinandis melius rationibus; Item, conspiciendo libros ipsos, & inquirendo singula propius, ac certius, nec sola Außbeut Zettel. Et generalissimis illis rationibus ex veteri societate, & forte à multis retro annis dependentibus (vt *nu.* 113. alias 53. quarum generalitatem, & quod ita moris, etiam allegat Brom in exceptionibus *nu. 97. folio 78. & folio 83.*) contentus esse, multo minus aliorum veterum sociorum, vel authoritate, vel facilitate & silentio, ac prætensa obseruantia, in eiusmodi rationum redditione (quorum sociorum negligentia & oscitantia, imo dolo potius, sua confidentia, se nunc excusare conatur) commoueri, ipsorumque vestigia, in re tãti momenti, leuius insequi debuit, prout hisce exceptionibus innititur, maxime in dictis exceptionibus *numero* 97. cum ipse bene sciuerit, quod liber rationũ debeat esse taliter cõpositus: † quod

in

in eo omnia singulariter inserantur, non autem debeat in genere, vel summa poni, & hoc ideo, vt possit reperiri vel falsitas, Bart. *cõsilio* 150. incip. *cum prædicta examinarem, per l. antepen. de condit. & demonstr.* Et subdit, † quod qui aliter reddit rationem, non videtur edere, quia intelligi nõ potest, argum. *l. argentarius, §. edi, de edend. Goz. ad. in consilio* 17. *n.* 10. *Bart. Socin. consilio* 190. *n.* 1. *volumine secundo.*

20

Item sciuit, vel scire debuit, quod rationum reddi-
21 tio contineat duo: Vnum, † quod consistit in facto, videlicet, libros exhibere, & reddere, excomputare, percontari, examinare, dispungere
22 & excutere rationes. Aliud, † quod consistit in damno, videlicet, soluere reliqua, & pecuniam
23 dare, *l. si statu libera. in fin. de statu lib.* Et vnum † sine altero non sufficit. adhoc, vt rationes redditæ dicantur, *l cum seruus, l. qui sub conditione. de condit. & demonstrat. Berous consilio* 191. *n.* 38. *& 42. volumin.* 1. ad quorum neutrum Brom hic satis respexit, nec
24 obseruauit. In lata ergo culpa fuit, † nõ indagando, quæ specialius & accuratius hic perquirenda fuerunt. *Bald. l.* 3. *num.* 5. *C. de naut fœn. Grauet. consil.* 132. *numer.* 13. *& consilio* 115. *num.* 3. *part.* 1 *Bened. Capr. conclusione* 5. *numero* 37. maxime inita hac noua societate, & circa hasce primas rationes: Item, quoniam antiqui socii Rauschero semper fuerunt suspecti, de summa illorum capitali, adeoque, vt istis nullum etiam lucrum ea vice fuerit computatum. Quantumis hoc male ipsos habuerit, teste
25 Lambergero. Imo lata culpa est, † non facere ea, quæ quilibet homo fecisset, præsertim mandatarius, & iuratus Senator, *l. latæ culpæ, de verborum significat. Bart. in l. quod Neruâ, depositum. Berous cõsilio* 144 *numer. sexto, volumine* 1. *Paris. cons.* 123. *num.* 4. 5 *part.*
26 1. vbi dicit, Mandatarium † de omni culpa, etiam leuissima teneri; *& ibid. num* 6. *secundum Bart. quem communiter D d. sequũtur col.* 8. *vers. sexto principaliter.*
27 Culpam leuem, † quando consideratur in rebus alienis, vt hic, nihil aliud esse, nisi deuiationem ab ea diligentia, quam adhibẽt homines diligentes, eius conditionis & professionis: faciunt, quæ per Molin. *in tract. de eo, quod interest. num.* 205. scilicet propter materiã subiectam. Et necessitatem imminentis periculi, quod præuisum erat (vel, ℣ prouideri hic potuit, ex quo tantũ æris alieni adesse resciuit) omnem culpam deberi, etiam leuissimam, per iura, & multas authoritates, addẽs rationem: quia in istis minimum negligẽtiæ potest esse causa maximi periculi. Et *Zas. in l. periculũ, n.* 4. 5 6. *si cert. pet. at.* Administratorem, † si vnicus, teneri tantummodo de dolo & lata culpa, id
29 est, de culpabili negligentia. De leui autem, † id est ciuili inaduertentia, non teneri, de quibus plura in prioribus votis. Et prædicta tanto fortius stringunt, cum Brom seipsum tutori comparat & fateatur, se ad idem teneri, ad quod is in causa pupilli, vt in fine suorum defensionalium contra hanc primam reconuentionem *numero* 21. Sed *in l. à tutoribus. in princip. de administr. tut.* eadẽ diligentia ab ipso exigitur, circa administrationem, quam paterfamilias rebus suis, ex bona fide probare debet. Ergo. Hinc frigida, vel certe non satis iusta vel verisimilis (saluo iuramento ipsius) videtur excusatio, qua in cõclus. *n.* 52. vtitur, nimirum, quod Anno 55. non obseruauit, ex qua causa veteribus sociis nullum lucrum adscriptum, idque minime ipsi suspectum fuisse, propter aliorum **statliche Außbeut**: & quia pecuniã tam suam & vxoris, quam ẽt mutuatam à senatu, indubitata spe, huc collocauit. Ponamus enim ita esse, & quod in suum quoque proprium damnum sic cæcutire, neque id ex nimia socordia & ignauia (si credere fas est) curare & attendere voluerit (quod vel quilibet alius, etiam non diligentissimus, haud fecisset) cum contrarium ab omnibus communiter fieri soleat. Tamen in rebus alienis negligens esse non potuit vel debuit, vt per *Ioseph. Asiss. in decisione* 10. *n.* 13. idque non tantum ex capite, vel qualitate, quia socius, sed etiam, quia Senator iuratus, & deputatus, mandatumque in se susceptum: qui alios etiam adiungendos recusauit, se ad omnia paratissimũ obtulit, & in omnibus sibi credi voluit. Vnde nec obiici potest Senatui, quod sibi imputandum, quod talem elegerit. Quia supra dictum est, quod ab initio, & ante initã societatem, longe aliter se gesserit, & semper pro diligenti reputatus: ita quod si voluisset, & debitã operam hic nauasset, huic negocio, solus quoque, recte præesse potuit. Similiter non releuant adducta in dictis exceptionibus *n.* 97. *folio* 67. *& 77.* quod non habuerit speciale mandatum à Senatu, neque ipse in se receperit, compellere veteres socios, sine causa, vt cõtra morem solitum, & antiquum, rationes ab ouo inciperent. Quod in spacio totius anni fieri non potuisset, vt etiam dicit in exception. *numer.* 124. *folio* 11. Quia si prædicta bene ponderentur, longe aliæ, & perfectiores requirebantur rationes, saltem ab vnico illo anno, (vt quæ erant primæ, nouæ illius societatis) etiamsi nihil ob id in specie fuerit demandatum: Ex quo ipso iure subintelligebatur, vt debito & legitimo modo omnia perageret, neque in minus sufficientes consentiret, vel incertas, obscuras & intricatas rationes approbaret, ad quod etiam tantum temporis insumẽdum non erat, vt præcederet. Imo eodem labore & negocio, si aperte, fideliter & diligenter rem expedire voluisset, omnia illa præstare potuisset, *vt satis elucet ex his, quæ infra, octauo loco subiungam.*

Quinto: † quod prædicto Anno 55. rediẽs de 30
rationibus, neque Senatui, nec deputatis, vllo verbo indicauit, quod veteres socii tum temporis non acceperint **Außbeut**/ alias de causa fuisset interrogatus, vt dicit Senatus: nec etiam retulit, quod nullas ibi summas capitales veteres socij habeant. Et sane quoad **Außbeut**/ prætensa eius ignorantia, vel inanimaduertentia parum haberet fidei nisi desuper iurasset. Cum ad duodecimum interrogatorium sui examinis (inter documenta Senatus, *numero* 36. ipsemet fateatur, **dz man den alten sociis damaln nichts gegeben/sed**

Fran-

Francofurdiēsibus sociis, ipsi Bromio & Rauschero 12. pro 100. dati. Sed hic notandæ sunt variæ & inconstantes illius responsiones, nimirum, quod in conclusionibus num. 15. fol. 12. hisce
31 verbis dicit: *Posito*, † *quod Brom confessus esset, se sciuisse, &c.* tamen talis confessio dolo aduersantium fuisset extorta, & modis omnibus erronea, & re-
32 uocabilis. Secundo dicit, † *interpretationem penes proferentem esse, & non penes inimicos capitales.* Ter-
33 tio, † *quod in die dominico factum, ideo actum in se nul-*
34 *lum esse, si contra seipsum aliquid dixisset.* Quarto, † *quod depositio sua facta sit 28. Aug. Anno 58. quæ referri debet ad annum 57. & non annum 55. quo tempore, scilicet anno 57. ex rationibus primū de istis certiores facti sint.* Quinto, † *quod in eo suspectum habeat prothocollum Iacobi* Vrban *vel extensionem eiusdem,* (Nota: Dieser Iacobus ist zuvor Stattschreiber vnd dem Rabt geschworen gewesen) *cum medio nouo iuramento non obtinuerit: quod originali sua dispositio conformis sit, ideoq; d. prothocollum edi petierit, sed non impetrauerit.* Sexto
36 † *quod etiam in ciuilibus, nedum in criminalibus, & causis, tam grauis præiudicij, vbi de honore, vita & fortunis agitur, ex nuda confessione in aliquem duriter nihil sit statuendum.* Septimo: his † verbis respon-
37 dit: Was hat auch Brom für ein andern zu sorgen gehabt weil er sein eygenē vñ dañ der andern Fräckfurter Außbeuth Zettel empfangen gehabt. Octa-
38 uo † *quod nullo modo sit præsumendum,* daß er Brom/ seinen höchsten aduersariis sich also ergeben/ vnd an ihm selbst ein Verrähter werden hab wöllen. Quibus tamen nihil obstantibus, Bromio nihilominus, & quidē merito imputari & nocere debet, quod in aliorum damnum (si non fraudem & deceptionē) medīante sua culpa tacuit, vel, prout debuit nō obseruauit, sicq; indicare senatui, quæ
39 necessaria fuerunt, non potuit, Scire enim, † vel scire debere, vel potuisse, facta diligenti inquisitione & animaduersione, æquiparantur, *Castrens. in l. si duo, de acquirend. hæredit. Bart & alij in l. quod te, si certum petatur. ibi glossa in verb. deberes. notat* quod
40 † lata culpa possit tali imputari, & est etiam textus *in l. penultima, ad senatusconsultum Macedon.*

41 Sexto: † Quod Brom non solum administrator in particulari, iuxta obligationem societatis & propriam confessionem in exceptionibus, *n. 97 f. 98. 99.* sed etiā ipse, & Hieronymus Rauscher/ præcipuo tēpore Senatus directores & gubernatores negociationis fuisse dicuntur, adeoque pollicitus sit Senatui, daß er wölle der jenige sein der alle Ding wölle verwesen: Itē, daß er sich zu aller Erforderung erbotten: quibus etiā dicti Moschawer (præpositus negociationi ante senatum) & Lamberger/ & omnes, obtemperare debuerunt: maxime, cum reliqui antiqui socii, ob defectum summæ suæ capitalis, quasi pro vmbra & fuco solum (nur zum Schein) adfuerunt, nuda sua nomina accommodantes, vt ipsemet Bromius deposuit ad 22. interrogatorium dicti sui examinis. Nec illi duo quicquam aliud, quam quod à dictis suis principalibus & præponentibus, in mandatis habuerunt, ausi fuerunt negociari & exercere, vt vel ex ipsius Lambergeri examine (inter Senatus documenta *numero 16*) haud obscure colligitur, quos etiam durante hac noua societate, cum senatu, vlla in re modum excessisse, vel aliud, quam quod in mandatis haberēt, gessisse, hactenus non est probatum. Hinc non solum Moschauerū, sed ipsummet etiā Bromium, administratorem fuisse testatur Caspar M. ad 11. 13. interrog. vt in extractu attestationum, quem Brom. in causa sua Iohann. Sixti, Francofurdiæ exhibuit, nobis inter documēta Senatus, *numero 20.*

Septimo: † Quod contra obligationem socie- 42
tatis, eiusque capitula, multis modis actum est, inter alia. Primo: quia antiqui socii nullam summam capitalem, in eam posuerūt, vel ibi habuerunt, vel certe iterum clandestine abstulerunt. Secundo: quod de anno in annum, magnæ pecuniarum summæ ex negociatione mutuatæ & ablatæ. Tertio: quod rationes administrationis nō singulis annis, nec debito tempore, nec legitimo modo redditæ: quæ sola sufficiens causa fuisset, etiam si aliæ non essent, Sich von den alten sociis abzusöndern / vt dicit Senatus in secundis Replicis. *n. 64. folio 30.* licet Brom omnem suam operam semper pollicitus, ac solicitando etiam indemnitatem expeditiorē promiserit. Vt & quarto, Bromiusmet & Rauscher aliquoties, tam oretenus, quam in scriptis cōfessi & conquesti sunt, quod ab antiquis & infidelibus suis sociis egregie decepti sint. Quæ omnia, & similia, faciunt pro senatu.

Octauo: † Quod in exceptionibus *nu. 79. 124.* 43
contra officium deputatum, de quo *supra*, negat, quod ante annum 55. rationibus vnquam interfuerit (quod quidem senatui in Replicis, *n. 164.* verisimile nō est) & asserit ibidem, quod eo quoque tempore istas non aliter obseruarit, dañ das er sich auff bonam fidem deß obersten Factors verlassen/ vnd keines wegs einigen Argwohn gehabt/ das Zinß vnd Wechselgelt solten für Schäden geacht werden. Et in dictis exceptionibus, *n. 124. folio 48.* iterum fatetur, quod tantum debiti adfuerit: sed negat, se anno 57. sciuisse daß dicta pecunia, zu Schaden deß Handels solt Vrsach gegeben haben/ prout etiam iuramētum eius innuit, præsertim intuitu der Außbeut / *vt supra circa quartum argumentum.* Item, quod 68. articulum huius reconuentionis, & pluribus in locis fatetur, ac pro sui excusatione prætendit, das etliche vnter ihnen gantz vntreuwlich gehandelt/ vnnd das er solches erst die Zeit/ als man vom Handel abgetretten gewest erfahren. Quę omnia parum cum illis, quæ toties de suo scire & intelligere: Item de deputatione, officio & præeminentia sua iactauit, conueniunt. Quod autē hoc maturius, & absq; magno negocio & difficultate inuestigari potuerit, nēpe ex rationibus & libris ipsis, si diligētius attendissent, constat non solū ex iam allegata relatione Glaub. & Bromii (vt in Replic. Senatus *nu. 138. & in 2. repl. n. 164.* daß sie am *28.* Iul. An. &c. 57.

die

die Rechnung angefangen / also sey man auff den Grund kommen/daß die Ranicken/Reiffenstein/vnd Michel Meyenberger/so jeder Zeit 107535.fl. (vt in rationibus de Anno 55. pro summa capitali fürgeben) nichts mehr im Handel gehabt/sondern stattliche Summen Gelts von Jahren zu Jahren darauß entlehnet/ꝛc. sed etiam ex ipsius Lambergeri depositione, ad Senatus interrogatoria, & inter documenta Senatus *num. 6.* cuiusmodi in specie, & examinatio rationum & librorum, etiam an ea per Bromium omnino fieri potuisset ac debuisset, & quidem nõ tantũ Anno 55. (qua vice pro 100000. fl. suo & Senatus nomine interfuit rationibus, & sic pro tertia fere parte, reliquis sociis fere par fuit) sed etiam, priusquã Senatus interfuit, id est, ante initam societatem Senatus. Ex quo ipse ad rationes deputatus, & de isto suo officio læpius gloriatus est: nec certe integer ad hoc, vel ad has rationes, annus, vt dicit, requirebatur, sed satis fuisset paucis diebus (vt per dictum Glauburgerum factum, Anno 57.) ex dictis libris fraudem deprehensam, & Senatui expositam. Asseuerare igitur,
44 imo † pertinaciter inculcare ea, quæ postea quis contortis quibusdam excusationibus, se ignorasse dicit, adscribitur latæ culpæ. *l. Iulianus, §. 2. de action. empti. Wilh. Mayner. in d. l. contractus, num. 41. de regulis iuris. Couarruu. libro quarto miscellan. capite primo, num. 10 in fin. Alex. & Castr. in l. 2. quod quisque iuris.* id latam culpam esse dicit, vt ipse Bromius allegat *in conclus. num. 151.* per ea quæ notentur *in l. qui cum alio, de reg. iuris.* Et eo casu paria esse, scire vel scire debere, *d. l. per te, si cert. pet at.* Quod hoc loco recte etiam in Bromium ipsum retorqueri potest, de quo *infra, in septimo argumento Bromij plura.*

45 Nono: † facit huc, & fortiter contra Bromium stringit missiua Rauscheri, ad eundem de dato 27. Maii Anno *57.* per ipsum iam producta, *numer. 10. vel 16.* vbi de ære alieno soluendo apertius scribit, & maxime ibi obseruanda verba: Euch vñ mir ist nichts anders zu rahten / dan daß wir darauff bedacht seyn/wöllen wir nit anderst gar zu Vnmännern werden / wie wir auß den Schulden kommen / es verdrieß wen es woll. Et facile coniecturandum est, quod iam antea, scienti illa præscripserit, alias pluribus verbis & circumstantiis hoc erga ignorantem fecisset, quaque occasione illud resciuerit, siue expertus fuerit, in specie expressisset. Quod ipsum tamen forte ad rationem de Anno 55. ex quibus de Zinß vnd Wechselgelt / notitiam habuerũt, referre posset. Cui accedunt quoque allegatæ missiuæ ipsius Bromii, ad Michaelem Meyenburger/ & Christoff Moschawer / de anno 49. vsque ad 55. in eum scilicet finem, quod Brom multa ibidem scripserit, cum quibus iuramentum hic præstitũ non conueniat, petente etiam ob id Senatu compulsoriales, ad Casparum Meyenburger / & fratres, pro editione literarum. Adde his depositionem Danielis zum H. Senatoris Francofurdiensis, ad *75.* articulum nostræ reconuentionis, vbi dicit: se bene scire, daß ex responsione Bromii, cum Francofurdiæ examinaretur, so viel zu finden gewest/daß er Brom wol gewust / daß Anno 55. der Handel in grossen Schulden gesteckt / dann Brom hab als angezeigt / das er dicto Anno auff dem Michels Tags Marck zu Leipzig gewesen / vnnd mit Rauscheren geredt/er Brem besorgte/die Sach stünde nicht recht bey dem Handel: petendo, vt secum abiret Isleb iam, die Bücher zu ersehen / vnd Erkundigung zu pflegen. Quod vbi fecissent haben sie befunden/daß der Handel mit viel tausent Gülden Schulden belästiget gewesen sey. Auff diesen Bericht haben deputat in der Berahtschlagung je einer den andern angesehen / sich entsetzt/vnnd sich befrembdt/quod Brom hoc sciuerit; & rediens, non tantum non indicauerit, sed etiam vlterius commendauerit, als ob der Handel gar zum besten stünde. Quæ corroborantur per ipsammet Bromii confessionem, in dicta sua responsione Francofurdiana, ad quintum interrogatorium: Quod tũ temporis der Handel 17/000. schuldig gewesen/coniuncto eo, quod veteribus sociis (vt in Replicis *num. 138.* Senatus arguit) kein Außbeut computatum est. Faciunt denique & aliæ coniecturæ, siue argumenta, quibus Brom, quasi omnibus Senatoribus suspectus, de scientia damnosæ negociationis, tandem factus, vt accumulando deduxi in 21. argumento probatoriorum articulorum, in priori meo voto. Quibus adde *27. 28.* argumenta ibidem de Pfintzing / qui propter interitum negociationis, liberationem suam quæ siuerunt, & de ipsomet Bromio, quod Anno 57. repetiit 10000. florenorum, ex dicta negociatione, de summa capitali, teste Lambergero, ad quartum & quintum interrogatoria sui examinis, quẽ iussi hoc annotare inter exposita:

Decimo: † Tanto ergo maior ipsius culpa est, 46
quod post dictum reditum à rationibus, non solum nihil prædictorum indicauit, vel, tanquam inscius, vt ait (ex supina nimirum negligentia indicare & præmonere non potuit: quæ tamen, ob præiudicium maximum, principaliter, & ante omnia obseruanda & præmonenda fuerant.) Nec rationes ipsas, quantumuis generales, senatui cõmunicauit: Sed etiam non minus, quam antea cõmendauit starum negociationis, adeo, vt illa continuatione, atque indubitata lucri prædicatione, in tum persuaserit & induxerit eũdem senatum, vt adhuc 30000. fl. suum capitale auxerit: Et tamen post hæc omnia Brom, se crassa & supina quadam ignorantia defendere conatur, vt *supra dictum.* Quia generaliter verum, † quod ignoran- 47
tia in facto alieno non excusat, vbi quis tenetur inuestigare, vel vbi quis de facili certior fieri potest. *l. regula. §. sed & facti. verb. diligenter inquirendum. ff. de iur. & fact. ignorant. leg. 3. §. sed si sic. de in rem vers. l. qui hominem. §. si nullo. de solut.* Imo sic † ignorans 48
dicitur in lata culpa, *Castrens. consilio 295. numero 2. part. 1.* Præterea talis ignorantia, † quando quis te- 49
netur inuestigare, dicitur habere mixtam negligentiam, non inuestigando, vt per eundem *Castrens. consilio 168. circa fin. part. 2.* Vnde alleganti † e- 50
iusmodi ignorantiam, tanquam negligenti, iura non subueniunt: de quo & *Roland. à Vall. consil. 72.*

à num. 20. vsque 24. lib. 3. Ac quidem verisimiliter conqueritur Senatus in Replicis *numero 138.* Quod si copias rationum ipsi attulisset, potuisset ex illius generalitatibus istam percipere, ac diligentius percunctari & inquirere de singulis. Imo & omittendo, siue denegando vlteriora, etiam maiora
51 damna in posterum præcauere: culpa enim † tunc afficit, cum casus propter illam euenit, qui alias non euenisset: *Strach de mercat. titul. de naut. part. 4. Crauetta consilio 1. numero 29.* Et quamuis in exceptionibus *numer. 97. fol. 78. & 82.* & in exceptionibus *num. 122. fol. 12. fol. 16.* Brom asserat, quod dictas copias rationum Senatui attulerit, quas etiam sine contradictione approbauerit, & ad acta reposuerit: Idque tam verum esse, sicut Euangelium Ioannis: referendo se ad dicta testium, & præsertim Iohann Glauburgs/ad 44. Interrogat. 22. Elisui articuli: Senatus tamen hoc plane diffitetur in Replicis, *num. 138. & 175.* & alias. Neque vllum ex testibus scit, qui illud aperte affirmet. Et dict. Glauburger in loco iam allegato, tantum hisce verbis dicit: Post reditum, hab Brom senatui Relation vnd Bericht gethan/auch ein Ausbeutzettel oder ein Summarischen Bericht der Rechnung/ in einer Verzeichnus fürgelegt/mit Erbietung hernacher dieselbe fürgangene Rechnung auch zu vbergeben vnnd erwerben. Nec releuat dictum *21.* testis, Philips Vffstenders ad secundum Interrogator. 38. peremptor. articul. 4. conuent. nimirum de rationibus acceptis post Ausbeut Zettel. Quia non certo scit, sed ita recordari videtur, attento: quod istis non fuerint contenti: quia non ab Annis, quibus Senatus in societate fuit, computatæ: vt iterum sibi videtur.

52 Vndecimo: † Quantum ad tres litigiosas postas: Et primo 20000. fl. mutui attinet, constat ex dictis testium, ad 38. articulum peremptor. 4. conuention. Quod Anno *56.* ante nundinas autumnales, illas Brom sollicitarit apud Senatum, ex causis ibidem deductis, & in tertio, & quarto, articulis peremptorialibus, *5.* conuentionis allegatis, videlicet, quia ipse sciuit, (vti Senatus Rechenmeister) maiorem extare summam, in parata pecunia ociosam, & societatem plurimũ obæratam, prætendẽdo, hoc vsitatũ esse in magnis negociationibus, vnnd es könne der Handel ohn Wechselgelt nicht getriben werden. Item conquerendo, quod Aquenses, & alii Emptores Cupri, conspirauerint, de vendendo sibi cupro, pro libitu suo, idque si fiat, totam negociationem interituram: Socios etiam libenter daturos 1000. Gülden pro interesse, vsque ad festum Michaelis, & hoc se in commodum Senatus, ratione iuramenti sui, silere non potuisse. Deinde, quod Anno *57.* in der Ostermeß obtinuit protogationem solutionis, ad subleuandũ onus æris alieni, der 17 000 Gülden/ vt in *58.* articulo nostræ reconuentionis, & *49.* peremptorial. 4. conuent. Similiter, quod in eadem Fastenmeß 8000. Taler/ & in nundinis autumnalibus Anno eodem, 30000. Gülden/pro exoluendo ære alieno impetrauerit, vt *in d. 58. artic.*

Duodecimo: † Quod Brom, omnes illas tres 53
postas receperit, vt probatur in genere inter alios per testem trigesimum, ad 58. art. & ad interrogatorium decimisexti, art. reconuention. Facit testis *31.* ad 58. artic. ibi. Auff ein Karch gelegt/ Brom tragen helffen. Deinde probatur per Nicolai Harssen/ Rechenschreibers manum, in senatus Rechenbüchlein/vt *not. trigesimoseptimo, lit. K. de 20000. fl. & litera L. de* 8000. Taler/ *& litera LL. de* 30000. Gülden. Item per recognitionem Bromii, propria manu & sigillo confectam, per Senatum cancellatam, inter documenta Senatus, *numer.* 55. vbi habentur etiam verba, bin auch gegen mehrer Theils der Lieferung gewesen/ & per confessionem eiusdẽ, in exceptionibus *num. 122. fol. 2.* vbi dicit Es sey mit ohn/daß er Brom/als der jüngst ex culpa talis Senatus, den creditoribus, welcher dẽ Factor Moschawer von wegen deß Handels zuthun gewesen/ vnnd auff die Rechenmeister zu Franckfurt verwisen die freundlich Beförderung gethan/ vnnd etwann zu Empfahung der angeordneten Bezahlung verholffen: Idque iussu, & scientibus reliquis deputatis: in specie audiantur ad 43. 44. 45. peremptorial. 4. conuention. in testes 69. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 22. 27. 28. facit inter documenta Bromii n. 3. De 8000. Taleris, inter 2. lios testes, 19. 30. ad 58. art. Extat etiam confessio manifesta in hoc puncto liquidationis, vbi de transmissis Coloniam, multa verba, de quo *infra plura.* De 30000. fl. deponit testis *23.* ad *1.* interrogato. & contestes, *2. 5. 6. 13. 15. 16.* Quibus accedit testis 20. Interrogatorio 2. 37. defens. Item in respõsionibus ad *85.* artic. huius 1. reconuent. Facit inter documenta Bromii conceptum deß Rechenschreibers zu Franckfurt/ vbi etiam habetur, Bromio in illis rationibus quædã fuisse defalcata. Vnde vel ex hoc solo argumento, ratione acceptorum, æquum & iustum apparet, vt de istis tribus postis litigiosis, rationes quoque reddat, atque interlocutoriæ satisfaciat, maxime, cum ipse ad certum vsum illas sollicitauerit & obtinuerit, item rationes & alia promiserit, cauereque debuerit & potuerit, ne contra obligationem, & bonam fidem, atque iuramentum agat.

Decimotertio: † Quod Brom fuit pro istis mu 54
tuationibus semper institor & obtentor pecuniæ, & autor indemnitatis, promissæ summæ, cum persuasionibus, *vt an 5. conuentione circa 4. Elisionem dixit.* facit testis 25. ad 112. reconuent. vbi habetur: Soll jhn/Bromium, sorgen lassen/ es sey viel Ertz vorhanden/er dörff selbs Senatum schadlos halten. Cum tamen ex Lambergeri examine constet, quod Anno 56. 57. tantum 4000. Centner pro pecunia vendiderit, reliqua vero omnia socios debuisse, videlicet 26. millia Centner. Et fatetur Brom. quod Anno 55. 56. 57. 30000. Centner gemacht worden/vt 32. *defension. 5. conuent.* est in confesso, vbi & promisit, rationes in posterum expeditiores, fore & alia, &c. Notandum etiam, quod instrumentum indemnitatis confectum, & subscriptum, sigillatum, antequam senatui relatio facta, & ab ipso approbata. Et putarũt omnes deputati,

quod

quod si relatio præcessisset, disputationem peperisset. & vix, vel difficulter obtentæ fuissent: Senatum tamen commotum, propter rationes promissas. Addit Glauburg. ad 7. art. daß das anbringen ad Senatum hab nicht geschehen können / dann Brom hab daraus geeylet / wie sein gewönlicher Gebrauch.

55 Decimoquarto, † quod Brom Senatores curiosos increpauit, suamque intelligentiam prædicauit, & promisit restaurationē: Er wöll sein Kopff nicht sanfft legen/ &c Sed & officium administratoris Reipublicæ vel consulis, est, prouidere, ne sua culpa aliquid detrimenti Respubl. capiat. *tur. vulg.*

56 Et qui † causam dat, damnum dat *l. qui occidit. §. in hoc quoque. Ad leg. Aquil. Bartol. Socin. consilio 156 numero 20. volum. 2. facit l. 2. §. 2. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* Præterea, exemplo tutorum, prior conueniendus, tanquam is, qui gessit. *leg. prior. 4. in princip. eod.*

57 Decimoquinto: † spe vana, & promissione inani suspendens senatum, in causa fuit, quo minus rationes aliunde exigerentur. Nec Bromium excusat, quod Moschauerum insimulet negligentiæ: Quia instare, & sena ui communicare, non occultare debuit: Et licet Brom ad generalē Rechnung nicht schuldig: Tamen debuit deß Handels Bericht thun/ vt dicit Stalburger 5. tripli. interrogator. 64. artic. huius reconuent. Et quod in Replic. *num. 138. fol. 39.* Senatus hisce & iisdem verbis dicit, *vt iam commemoratum.*

58 Decimosexto: † A Bromio, & aliis consociis, ne in hodiernum quidem diem origo, quantitas & qualitas debitorum immensorum extorqueri potuit, vt inde præsumatur mera tergiuersatio & negligentia Bromii, *vt ostendunt dicta testium, & Epistola deputatorum ad* Rauscher *de dato 16. Martij Anno 59.*

59 Decimo septimo: † Bromius docere non potest, vllum damnum negociationi, tempore initæ cum senatu societatis accidisse, sed præsumi, quod ex negociatione potius lucrum, quam damnum captetur, *Berous consilio 191.* Vnde colligitur, non immerito, quod tantum æs alienum der 171000. fl prius contractum, & sic etiam per solos antiquos socios (inter quos Brom. tum temporis vnus ex primariis fuit, vel certe, ante senatum iisdem adhæsit) exoluendum fuerit, & adhuc sit.

60 Decimo octauo: † Bromius speciale mandatū senatus, ratione exolutionis æris alieni, excessit:

61 Plures † socii administrantes, singuli pro rata ad rationes tenentur *Bartol. & alij in l. 1. §. actio. de tut. & rat. distrah. l. quædam. in princ. de edend.*

62 Decimonono: † Nondum probatum, iam dictam summam, conuersam esse in vtilitatem negociationis, etiam quoad solutionem der 171000. fl. nisi, quod Brom. cum suis except. *num. 20.* tantum exhibuit copiam extractus Factorum, quod debita & credita, in nundinis paschæ, Anno 57. *sub numero 28. alias 55.* Et esse tria probanda in 1. cō-

63 uentione copulatiue: Primo, † quod Brom, vna cum Rauschero, die 171000. fl auffbracht/ quod nō probatum: Secundo: † Quod d. pecunia mutuata, 64 dem gemeinen Handel zu gutem / wircklich angewendet. Tertio: † quia ad indemnitatem actum, So 65 fern dann dieselb in Recht erkannt werden solt/ zuförderst bewisen worden seyn. Quia autem nullum ex istis tribus substantialibus probatum: Ergo absoluendum esse senatum.

Vicesimo: † Conqueritur Senatus de ablata 66 per Rauscherum & Bromium recognitione der 20000. fl ex sua Wechselstuben/ à Rauschero & Bromio sigillata & subscripta. de quo 8. testis 9. interrogator. 33. vsque 45. artic. peremptor. 4. *conuent.* Item ad 47. art. Item & Georgii Frosch. 19. test. Item 7. test. ad 44. artic. Item 20. ad 50. art & in 9. Interrogator. 44. art. Item 22. 2. Interrogator. 44. peremptor. 4. *conuent.* Eius tamen loco aliam suppositam fatetur Senatus, in quo Brom plerisque testibus suspectus est. Videatur 24. testis ad 50. art. peremptor. 4. *conuent.*

Vicesimoprimo: † Conqueritur etiam Sena- 67 tus, quod Brom requisitus, noluit dare recognitionem siue Vrkundt / & ablatam detrectauit, pro 8000. Taler/ & 30000. fl. Sed aliam sibi voluit dare.

Vicesimosecundo: † Quod tandem Brom & 68 Rauscher obligationem pro dictis tribus postis, sociorum nomine, eidem Senatui obtruserunt, vt testatur Lamperger 27. in errogat Francofordiense Et Senatum, propter pericula, non remisisse tarim, vt in replic. *num. 138.*

Vicesimotertio: † Brom detrectauit, ad inter- 69 rogatoria Senatus respondere.

Vicesimoquarto: † Quod Senatus indemni- 70 tatem à Bromio, ratione trium postarum exegit iuxta decretum, ei prælectum, vt *supra 9. argumento.*

Vicesimoquinto: † Quod Senatui etiam ratio 71 ne summæ suæ Capitalis, à Manliis controuersiamo à.

Vicesimosexto: † Brom & Rauscher Moscha- 72 ueri rationes amouerunt.

Vicesimoseptimo: † Bromius in probatione 73 quintæ conuentionis defecit. Quia autem hoc nō fecit, potuisset Iudex ibidem sic interloqui, & probationem requisitorum, actionis mandati contrariæ iniungere. Hinc Brom cum sua quinta conuentione, nobis quoque ansam præbuit, ad sic interloquendum, etiamsi aliæ motiuæ nō fuissent. Accedit, quod iuris: Quod debita contracta per † vnum sociorum extra causam societatis, an 74 te & post eam finitam, in diuisionem non veniant, nec pro eis aliquo modo teneantur alii socii, *Grauett. cons. 59 num 8. part. 1. & consilio 129. n. 12. Roman. cons. 145. num. 4.*

Quibus sic præmissis, adeoque priori sua sententia, & dicta interlocutoria corroboratis, vnde in hodiernum etiam recedere non potest: Videndum igitur est, in præsenti submissione liquidationis: An & quid vltra prius deducta & allegata in specie probatū sit, vel non, & quomodo singulæ postæ (quas Bromium accepisse *supra demonstratum est*)

tum est) iterum fuerint expositæ, atque in eo Bromium iterum audiamus.

75 Et primo: † quod ad 20000. fl. attinet, innititur Brom obligationi Moschaueri, inter documenta Senatus *numero 39.* Et obligationi sociorum, pro omnibus tribus postis, *numero 3.* Item vtraque obligatio sub *numero 6.* propria manus Moschaueri. Quibus fatentur, se recepisse, & in vtilitatem sociorum conuertisse. Sed his non obstantibus, vlterior est iniuncta probatio, quia semper fue-

76 runt suspecti, † ob culpam & negligentiam, & etiam collusionem sociorum veterum, & ita confitentium, in fraudem Senatus. Ideo non præiudicare potuit, &c.

Deinde obiicit Brom: Quod d. summa Factori Moschawers mutuo data sit, in der Herbstmeß Anno 56. dum adhuc de interitu nihil sciret, & sic per dimidium annum ante literas indemnitatis, de dato Lunæ post Palmarum An. 57. adeoq; in cõmodum Senatus vt *n.* 8. iam antea inter documen-

77 ta Brom. *n.* 3. Sed his respondetur, † vt *supra in 20. argumento.*

Quoad 8000. taleros, ad instantiam Rauscheri mutuo datos: Respondetur, † de Rauschero &

78 Brom idem iuris esse statuendum, cum vtrique res sint cognitæ, & vterque res peregerint: quod deinde Brom in Moschauerum transfert: Sicque Brom in suis refutationibus varius & inconstans est, nec releuare, quod ante scientiam interitus, Bromio pecunia mutuata sit. Deinde quoad missiuam originalem, & propriam manum Rauscheri, quod Brom den Eysenstock Antuerpiam mise-

79 rit, &c. Respondetur, † non hoc referre, quid Rauscher de eo scripserit: Sed quæri, an d. summa fuerit debita ex Saygerhandel/an vero ex extra hanc negociationem fuerit soluta, hucque trãslata: Vt

80 in simili, tutor, † confundens suos & pupilli reditus, dicitur esse in culpa: *Plot. de in lit. iur. §. 5. num. 11.* Inde patet, Compulsoriales ad Colonienses frustra decerni.

81 Tertio, † quoad sociorum Schuldbrieff d. nu. 6. & Senatus Rechnung Zettel/*n* 7. Responderi potest *vt supra circa primam postam.* der 20000. fl. Quia

82 non sufficit generalis & breuis annotatio, † vsus pecuniæ summariæ: *Berous d. consil. 191. num. 20. vol. 1. vt supra 4. argumento dictum.*

Quantum denique 30000. fl. Dicit Brom, eos ad instãtiam deputatorum, Glauburgers & Stalburgers in der Herbstmeß Anno 57. Cum iam scirent de interitu ex rationibus, antea, mense Iulio in Eisleben redditis, quibus, vna cum Bromio,

83 Glauburger interfuit. Sed respondet † Senatus, quod de isto interitu tractatum sit *in 63. articul.* (quod videlicet tunc temporis, ipsi veritas fuerit occultata, & quod veteres socii nullam sortem iã p idem habuerint, sed omnia per Cambia & mutuationes extracta) quem si sciuissent, nihil dedissent mutuo. Deinde Glauburger & Stalburger nihil sciuerunt, vltra id, quod intellexerũt ex Bromio, quam diligenter & indesinẽter institit. Quare eum non excusatum censeo.

Secundum Bromii fundamentum est, quod 11. Septemb. Anno 57. in pleno Senatu, & sequenti die Sabbathi, per sex deputatos, & sub iuramento sibi iniunctum fuerit, daß er Wechsel vnd Zinßgelt solte helffen auffbringen/ pro exoluendis creditoribus, promittendo indemnitatem, nomine Senatus, idque se feciſſe. Respondetur: † Quod Sena- 84
tus aliquo modo neget mandatum. Fatentur enim Glauburger & Stalburger/quod institerint apud Brom & Rauscher/sie wolten jhnen die Sach lassen befohlen sein. Quod vero dictum mãdatum completum sit, & satisfactum creditoribus, & sic fines mandati seruati, non videt sic probatũ, prout de iure & stylo requiritur: de quo & *supra, in 27. argumento.*

Tertio asseuerat Brom. quod pro ære alieno, der schadlos Verschreibung/ exoluendo, expositi sint, & in vim probationis dedit, *num. 11. in originali.* Extractũ Lampergeri, sub manu eius propria, Anno 57. dum illam summam reciperet. Et alium extractum eiusdem Lampergeri 1. Decembris Anno eodem, ex Eisleben. Ac repetit denique sæpe dictam sociorum obligationem pro 62460. fl. & Senatus Rechnungs Zettel/*n.* 6. 7. Ad quæ respondit Senatus, † quod dd. extracti non sufficienter 85
probent, cũ ibi non fiat mentio, quod de 171000. fl. alieni æris, soluti sint 30. fl. iuxta formam præscriptam: in exception. Senatus *fol.* 13. Hinc scriptum Lampergeri nihil facere, qui aliud non, nisi quod iussit Rauscher/scripsit. Item expresse dicũt, se nescire, wo der Schuldenlast herkomme/ & esse rẽ valde suspectam, incertam, & dubiam. Et ex his omnibus, nihil fere noui, vel aliud, quam in prioribus actis deductum & allegatum, & ne verbo quidem interlocutoriæ satisfactum. Deficiente igitur probatione, & perpensis istis circumstantiis, ac tot simul contra Bromium concurrentibus indiciis & argumentis, de ipsius culpa, negligentia, dolo, & suscepto mandato & administratione, vt præmissum est *supra*, tandem in causa pronunciandum existimat, quod iuris est. Prius tamen ad alia quædam in hoc ipso liquidationis puncto, per Bromium obiecta, & quæ contra institutam, & probatam actionem, elisionis loco refutari, aliisque argumẽtis Bromianis *vt supra*, recte annumerari possunt, breuiter respondendum duxit.

Et primo, † quod ipsum non releuet iuramen- 86
tum præstitum, vt ob id statim ab Actione absoluendus sit. Licet enim illud à dolo, † non tamen 87
à culpa & negligentia quoque excũsat, vt in suo priori voto per *Iason lib. singul. respons. cap. 2. numero 28. & Bald. in l. si quis id la. 2. numero 2. de iurisdict. omn. iud. Roland. à Valle consilio 95. numero 5. volum. 2.* vbi dicitur quod leuissima † culpa ab emendatione da- 88
mni non excusat, *Grammat. decis. 71. numero 10. Plot. vt supra.* Præterea † culpam abesse, non excludi- 89
tur per iuramentum, &c. *Cæpol. consilio 18. numero 5. per l. præsenti. §. sane. ibi gloss. Cod. de his qui ad Eccles. confug.* Ad hæc, † aliud est conueniri ex culpa, vel 90
ex dolo, *l. si liberis. Cod. de adminst. tut. Lud. in l. contractus. de reg. iur.* Et dolus † præponderat culpæ *l. item* 91
si obsie-

si obstetrix. ad l. Aquil. Bartol. Socin. consil. 68. nu. 5. part. 2. Nec debet remanere impunitus: *Card. Clem. 1. de foro compet. glos. d. l. si liberti. Marant. 4. part. in 1. distinct. n. 59.* Item,† conuentus de dolo, tenetur in 92 solidum. *l. fin. C. de reuocand. his, quæ cum fraude vend.* Etiam ad damna & interesse. *l. fi. C. de mag. conuen.* Quæ solo partium iuramento probantur. *Tiraq. in tract. de pœn. caus. 44. n. 28.* Si autem † ob leuem 93 culpam tantum conuenitur, tunc ad periculum sortis tantum tenetur *Bald. in l. fœnoris. Cod. de peric. eor. qui pro magistr. inter. lib. 11.* Hinc si quis turbat 94 scienter,† sic est in dolo, vel lata culpa, tunc habetur pro maleficio. *Hieron. de mont. de fin. c. 38. nu. 7. 9.* 95 Hinc dolus † & lata culpa, imò & leuis & leuissima culpa plectitur, pecuniariter, extra ordinem; 96 *Natt. consil. 349. n. 4. tom. 2.* Et qualiter dolo † insit culpa, vide *Bart. & Salic. in dict. l. contractus. nu. 28. vsque ad 35. Bened. Capr. in d. reg. Iaf. l. periculum num. 5. si cert. pet. Cagnol. d. l. contractus. Iaf. in singul. Bart. l. quod Nerua depos.*

Quod autem Brom. dicit, das Jurament sey wol gespickt / in eo seipsum redarguat oportet, si Acta & producta eius reuideat. At parum abfuit, quin ad iuramentum non fuisset admissus, propter præsumptiones vrgentes, quæ contra ipsum militant. Secundò: dici non potest, talem violentiam commissam. Tertio: fieri nequit, ꝙ Brom. non comprædatur sub citatione Episcopi Herbipolensis, cum fuerit de numero sociorum. Nec iuuat, quod dicit, insinuationem dictæ citationis tantum ratione decem millium florenorũ, quos Brom à Senatu mutuo acceperat, factam esse. Quartò, non obstat allegata per Senatum, in der Gütlichkeit / & reconuentione Herbipolensi, scilicet, quod nostras tres postas communibus sociis mutuo dederit, & ꝙ ibidem petierit, dictos socios ad restitutionem, & rationes condemnari. Resp. Quia in prioribus actis extant reseruationes deputatorum Senatus, & aliorum, daß sie sich deß Schadens an denen / so daran Vrsach haben / zu erholen. Sed si vel rationes, vel restitutionem damnorum, à cæteris consociis consequi possent, non opus foret, Bromium ob id conuenire. Quod autem is quoque (Brom) conueniri possit, constat 97 ex eo, quod quilibet † pro parte, quam habent in societate, sunt obligati *l. Titianus. quod cum eo qui certo loco.* & quisque potest in solidum conueniri *l. habebat. §. fin. de institut. act. l. nec quidquam. cum seq. de exercit.* Ne in plures aduersarios quis distinguatur: *l. 2. eod. tit. Bald. consi. 262. part. 5.*

Quintò, non opitulabitur, quod Senatus in commissione Herbipolensi fassus dicitur, versam esse pecuniam ad destinatũ vsum. Quia respondetur, ꝙ tunc ita persuasus Senatus, cum aliorum 98 fidem in eo secutus sit. Sed plus † valet veritas, 99 quam opinio *l. si quis rem. de leg. 1.* Et confessio † errore facta, reuocati potest: Sicque non exolutio confessa, sed quod ad hunc finem mutuationes factæ.

Sextò parum ad rem facit allegata litis pendentia, coram Herbipolensi, super rationibus reddendis: quia vt *supra tertio loco dictum*, illa commissio tantum in prætextum litispendentiæ, per Rauscherum & Brom. obtenta: qui non satisfecerunt decreto Herbipolensi, ideo deinde remissa ad Wormatiensem, & Cameram, per modũ compromissi: refert se ad testimonium Herbipolensis Episcopi, & Rauschers missiuam, vt *in artic. 67.* Item eiusdem fallimentum. Sed electione† vnius 100 ex obligatis in solidum, alii mero iure non liberantur: *Ronchigall. de duob. Reis. l. 3. §. vbi duo n. 78. fol. 223.* præsertim cum hic concurrat contumacia prius conuenti: facit, quod dicit *Bartol. in d. §. vbi duo 2. col. n. 5. Ronchig. d. loco n. 80. 81.*

Septimò, non excusat, quod Brom fidem habuit Moschauero: quia hoc senatui imputari non potest, cum antea, à veteribus sociis fuerit receptus. Item,† obligatus Brom, hoc inuestigare po- 101 test *c. innotuit. de Elect. Ripa c. cum M. nu. 163. de constitut.* Cum † paria sint, quem esse certum, vel posse 102 certificari *Sceph. cons. 218. n. 15. 16. li. 2. Alber. Rosat. l. si quis in grau. §. si quis ignorans. n. 3. ad Syllan.* Ideo tenetur † damnum resarcire *l. si seruus. § si ex placito. ad l.* 103 *Aquil. Grammat. cons. 22. n. 6. & decis. 71. n. 10. Plot. d. §. 4. n. 85.* Imo maxima culpa: *Pinell. de bon. matern. n. 35. fol. 198.* Idem de errore. *Plarer. ad l. diffamari. in princip. verb. interpretatione. nu. 13. vsque ad nu. 16. Hip. Riminald. l. 1. num. 176. & 77. quod quisque iuris in alium.*

Octauò, non mouet, quod & ipse Senatus Lampergerum non adiunxit dicto Moschauer. Respondetur enim, quod Lamperger statim An. 55. adiũctus fuit, sed arcana deß Handels hab man jhn nicht wissen lassen / sey Anno 57. ad rationes aller erst gezogen / & eodem Anno d. Moschawer substitutus. Licet culpa † cum culpa compensetur: 104 *Cæpoll. cons. 18. n. 25. Alexand. consil. 47. nu. 11. lib. 1.* Id tamẽ procedit, quando partes sunt in culpa. *Berous consil. 191. n. 34. vol. 1.*

Nonò: Impossibilitas rationum allegata non obstat, ex quo Rauscher / Brom / & alii socii, non fuerunt tam imperiti & oscitantes, vt tanquam præpositi negociationi, non omnia diligenter obseruarint. Cum & Brom. Maienbergerum Anno 54. instruxerit, quomodo obligatio, & alia confici debeant. Facit exemplum Maienburgers ad Herbipolensem, Anno 71. die Lunæ post Quasimodo. Et Brom. in suis conclusionibus, *n. 152.* vbi dicit, daß er sich für die 171000. fl. verschrieben.

Decimò: argumentum Bromii à pari conditione cum aliis sociis nihil momenti habet: quia se in officio, præter ante consuetum morem, diligentem præstitit. Præterea, sicut ab aliis, facilitate sua & spe bonæ fidei, se deceptum conqueritur: Ita & aduersariis, à se accidisse, conqueri potest, vt ipse Brom in Monasterio Francofurtensi, zu den weisen Frawen / confessus est. Sed qui non facit id, †quod scit, vel facere debet, 105 hunc teneri, ratione officii, constat, *Bartol. in l. qui repertorium. nu. 20. de admimist. tut.* Præsertim lata ex culpa, † quæ æquiparatur dolo, quando a- 106 gitur de commodo pecuniario, & non de pœna

corporali, vel infamia. *Hieron. Grat. consi. 32. nu. 8. lib.*
107 *1.* Facit, quod socii intelliguntur † se inuicem præ posuisse, vel illum, qui communi nomine negociatur: *Wesembec. consil. 31. n. 29 part. 1. per l. 1. §. si. cum ll. seqq. de exercit. action.* fecit quod notatur *in l. 1. §. nunc tractemus. de tut. & rat. distrah. Ronchegall. de duob. reis l. 3. n. 91.*

Vndecimò, quamuis Brom probet, vel iuret, se restituisse pecuniam: Tamen interlocutoriæ
108 non satisfactum: qui enim dicit, † solutum esse, debet hoc probare: *Afflict. decis. 91. n. 2.* Ergo et-
109 iam nominare personas tenetur: Cum † appellatione probationis, veniat etiam nominatio: *ibid. n. 7. Stracha de Mercat. tit. de mandat. num. 31. vsque 35.* Auget & suspicionem, quod veteres socii nullum ibi habuerunt Capitale. Hæc & alia Brom potuisset præcauere, vel monere, nisi præter morem ne-
110 gligens & inscius esset. Facit, quod socius † non tenetur ex contractu socii, nisi probetur, pecunia versa in arcam communem: Tunc tenetur, non aliter, nisi pro socio: *glos. in l. iure societatis. pro socio.*
111 Et vnus † sociorum, alium non obligat: *Roman. consil. 145. n. 4. facit Petr. de Vbald. de duob. fratr. in 9. part. princip. nu. 6. in princip. Grauetta consil. 129. nu. 12. part. 1.*

Duodecimò: respondet ad schadlos Verschreibung *vt supra argumento 13.* Quod ea multis vanis persuasionibus fuit impetrata. Imprimis notandum, q̃ Senatus expresè diffitetur in replicis, *n. 173* & duplicis, *n. 174.* quod Anno 57. quo sollicitata & impetrata est indemnitas, de extractibus rationum Lampergeri quidquam sciuerit: Similiter in Replicis *n. 138.* de rationibus An. 55. Vnde facilè colligitur, q̃ postea Anno 57. multò minus indemnitatem promiserat, si rationes tales vidissent, vel de illis audiuissent.

His ita pro vtraque parte deductis, putat, definitiuè in causâ pronunciandum. Et quamuis antea, dum hoc compromissum referret, primò sta-
112 tuerit, † Bromium in totum, si se iuramento purgasset, à dolo absoluendum: idq; tam respectu pœnæ extraordinariæ, quã accepti damni. Item, dictas tres postas: item, ipsam summam capitalem, centum millium, & decem millium florenorum, Bromio mutuo datorum, deinde tamen, emendato ex certis causis voto, ipsum, ratione culpæ & negligentiæ, ad restitutionem dictarũ postarum, vna cum interesse, condemnandum existimauit, nisi & versionem pecuniarum, ad vsum destinatum, & ratam ipsius Senatus, iuxta literas indemnitatis, & interlocutoriam nostram, probare posset: ne alias Senatus & Respublica, secuta fidem ipsius, damnum indebite patiatur, vel alii locupletentur: *Berous d. consi. 191. n. 49. vol. 1* Et
113 venit tam dolus, † quam culpa & negligentia, in dictas actiones quæcunque proponatur, vt puta: De sociis, *ex l. contractus. de reg. iur.* De mandatario, *d. iam l. & l. si procuratorem. §. fin. C. eod.* De negociorum gestore, *l. Tutori C. de negot. gest. glos. in l. 3. §. interdum. eod §. sunt autem. institut. de oblig. quæ ex quasi contract.* Et hoc vrget Senatus, vt *supra dictũ*: Et in libello hoc petitum, *per l. quicquid. C. de arbit. Tutel. leg. magistratus. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. cum similib.*

Verum diligentius perpensis omnibus (Et primo, † ipsius Bromii defensionibus, quod ad cul- 114
pam & negligentiam ipsius attinet, vt *supra dictum.* Deinde: Quia per *d. §. sed etsi quis. instit. de action. & l. verum est in princi. pro Socio.* nisi de doli actione conueniatur, quia tunc secus *l. sed hoc ita. de re iud.* Facit, quod † culpæ nulla est societas, *Ronchig. in l. 18.* 115
n. 18. fol. 944. Tertio, quod non omninò † simi- 116
litudo tutorum & administratorum Reipublic. conueniant *Ronchig. ibid. in l. eandem in princ. n. 210. 227. fol. 558.* Quarto, quod & Senatus cum deputatis suis minus fuit diligens in officio, vt *supra dictum.*) Nunc, quoad interesse, aliud, & mitius cum illo agendum censet: nimirum, vt tantum in ipsam sortem dictarum trium postarum senatui condemnandus veniat, iuxta *Iohan. Plat. in l. 1. ibi glos. fin. C. de peric. nominat. Bald. in l. fœneris. C. de peric. eorum, qui pro magistratu lib. 11.* vbi dicit, admi-
nistratores † ex leui culpa, & ignauia, teneri tan- 117
tum ad periculum sortis. *facit Azo in tit C. de administrat. Reipub. & d. tit. C. de peric. nominat.* Quæ sententia, si cui adhuc dura & iniqua videbitur, & Bromium esse minus culpabilem & negligentem, Imò ex pluribus hinc inde, interuenientibus circumstantiis, excusatum, quis ipsum habuerit, ipsius rationes libenter vult audire: si enim fieri, satisque commode defendi posset, mallet ipsum solummodo pro rata sui capitalis, hoc est 28000. florenorum, ad restitutionem dictorum mutuorum (scilicet 62460. fl. vna cum interesse) iuxta obligationem, siue recognitionem sociorum condemnare, quod tantũ constitueret, absque tamen interesse, circiter 5430. Quibus si addantur dicta interesse, à nundinis Quadragesimæ, Anno 58. vsque ad quadragesimam Anni 80. & sic per 22. Annos, nimirum interesse, 5973. fl. efficiunt capitales cum interesse, in summa 11403. fl. Moueri autem ad hoc quis fortè posset, rationibus hisce sequentibus, pro ansa cogitandi solummodo enumerandis, super quibus Dominis suum relinquit iudicium, rem etiam altius perpendent.

Primo: Quod Senatus erga veteres socios se obligarit, statim ab initio contractæ societatis, für alle Zins vnd Wechselgelt / mit jhnen zustehen / &c. vt habent ipsorũ literæ Reuersales, inter documenta Bromii *n. 44.* Respond. Sed † de tanta summa 119
Senatum latuisse, nec de illa cogitasse quidem sentit: vnde nec in iuramentum quidem † venit, 120
vt quod ad non cogitata non extenditur, *Zas. con. 9. n. 29. lib. 2.* Et inter positum super contractu, regulatur de natura ipsius contractus: *Iason in leg. quod te in 8. col. si cert. petat. plenius in l. si conuenerit: de iurisdict. omn. iud. Marcus Anton. Wacheria in tract. de effect. iuram. art. 72.* De natura autem † contractus 121
societatis, tantum propria, non aliena, vel prius contracta debita veniunt, *vt supra dictum est, in vlt. argum. pro senatu.*

Secun-

122 Secundò: quod † Anno 55. post reditum Bromii de rationibus, copias istarum Senatus sibi tradi neglexerit, prout se nunquam tum temporis vidisse dicit: Imo Brom vbique contendit (licet Senatus neget, & testes ipsi contrarium dicant) se illas rationes tum senatui tradidisse: Idque tam verum esse, sicut Euangelium Iohannis. Sed vt vt
123 sit, † senatum non vltra ratam, multò minus ad prius contracta debita, obligare potuit.

124 Tertiò: Quod † Anno 56. ante nundinas autumnales, instante Bromio, pro 20000. fl. de ære alieno, haud vulgari, iam certiores facti, dicente etiam illo, daß der Handel ohne Wechselgelt nicht getrieben werden könne: sicque in magnis negocia-
125 tionibus vsitatum esse. Sed respondetur, † quod econtra de alio apparatu, & quod plus in credito haberent, persuasi fuerint.

126 Quartò: Quod † Anno 57. in der Fastenmeß (nullis adhuc visis, nec auditis rationibus) non tantum in prorogationem solutionis dictorum 20000. fl. sed etiã in mutuum, 8000. Taler con-
127 senserint. Resp. Quod † eadem responsione, vt *iam proxime dictum, dilutum.*

128 Quinto, † quod eodem tempore, de integra etiam summa æris alieni, der 17000 fl. certiorati, atq; ob id indemnitas promissa sit, cui licet aduersantur verba Bromii in Replic. *n.125.* daß man in der Fastenmeß/ An. 57. noch von den Schulden deß Handels nichts gewüst. Resp. Id tamen alibi expo-
129 nit, † daß sie zu Schaden vnd Vndergang deß Handels sollen gereichen. Vt & in excep. *n* 124 *fol.*24. dicit, Es sey allererst nach drey Monaten/ post indemnitatem promissam wissentlich worden, quod vetares socii keine Hauptgütter sollen haben. Quo ipso etiam ipse Senatus recte excusatur.

130 Sextò: † quod 16. Augusti, Anno eodem, post auditas per Glauburgern & Brom/ rationes, relatio senatui facta, vbi etiam defectum capitalis, & plura alia resciuit. Respondetur: Quod licet Se-
130 natus, † ob seruandam fidem tractus, aliquid fecerit & promiserit: Id tamen non eximere Bromium à culpa sua præcedente.

131 Septimò: Quod † eodem Anno, In der Herbst meß iterum 30000. exposuerint, prout 11. Se-
132 ptemb. in senatu conclusum. Respondetur † similiter, *vt proxime.*

133 Octauò: Quod † ratione dictorũ mutuorum, cum tota societate contractum sit, sicut & obligatio, nomine eiusdẽ societatis, desuper confecta, senatui tradita, nec restituta à factoribus. Respon-
134 detur, † q; Brom tamen illa sollicitarit, & ipsemet acceperit, & omnimodam administrationem, & expeditiores solutiones promiserit: neque etiam Senatus dicta obligatione vnquam contentus fuit. Et ne omni probatione deficeret, dictam obligationem asseruandam, putauit.

135 Nonò: † quod Factori Moschauer/ omnis pecunia, accepta & exposita, vigore der Gesellschaffter Verschreibung / & ipsius Bestellung concredita. Vnde si Bromio mandatum, das in Handel zulegen/ so ist ihm vnverbotten/ dasselb d. Factori zu vber-

antworten. Respondetur: † Quod verum quidem 136
ab initio: Sed postquã is factus est suspectus, atque omnes Senatores inceperunt dubitare de successu negociationis, & Brom nihilominus conatus est illos confirmare, dicendo, quod auderet ipsis promittere etiam indemnitatem. Imò postquam ipsemet Brom animaduerit, Moschauerum negligentem, infidelem, & perfidum (vt vocat) sui meriò fuit officii, omnia melius obseruare, expedire & præcauere, vt possit senatui de singulis iam reddi ratio.

Decimò: Quod † tum etiam temporis, id est, 137
20. Septembris An. 57. in delegationem Manlichianam, ratione summæ suæ capitalis, consenserint, vt inter documenta Senatus, *n.6.* Respondetur, † aliam esse rationem, quoad hoc, ve ab initio 138
sui voti dixit, quam quoad mutua, dictarum trium postarũ, vbi talis delegatio non est facta, nec alia cautio oblata.

Vndecimò: Quod † 11. Maii An. 58. inierint 139
conuentionem illam Lipsensem, ratione debitorum Comitis de Mansfeld adhibito etiam Bromio, inter documenta Bromii *nu.* 37. Respondetur: Quod † illud necessariò faciendum fuerit, 140
intuitu istius debiti, nec per hoc senatui præiudicari, sicut nec vlla culpa Bromio remissa.

Duodecimò: Quod † desuper 27. Iulii eodem 141
An. Tresdæ rationes initæ per suos (iterum coniuncto Bromio) cum mandatariis d. Comitis, vbi & de terminis solutionis, & ratificatione Principalium conuentum. Quæ etiam per quatuor deputatos, Senatus, in Epistola ad Electorem, de dato 13. Augusti Anno eodem, ratificata & approbata sunt, vt in documentis Bromii, *nu. 38. 39.* Et suis exceptionibus, *n.124. fol.26. 48.* Respondetur, vt † *supra proxime.* 142

Decimò tertiò: Quod † prædicta omnia, par- 143
tim iam habita scientia æris alieni, partim post exploratum, & damnum & interitum negociationis, subsecuta & peracta sunt, adeoque sine vlla præuia protestatione de regressu, siue reseruatione iurium Senatus, contra Bromium, prout demum 28. Augusti An. 58. ipso per deputatos aliquot examinato, postea, 23. Septembris, eidem in Senatu decretum prælectum cæteraque contra ipsum agitata, ac lis desuper instituta. Respondetur, † vt *supra.* 144

Nec protestatione tali opus fuisse, maximè cum res inter alios acta, scilicet, Comitem & Socios. Imò supra, in quarto argumento Bromii ostendit, præseruationem Francofurdensem contra illos, qui causam damni dederant videlicet in Epistola quadam ad Comitem Mansfeldensem, de dato 25. Augusti Anno 57. Et ad Rauscherum, de Anno 39. vt etiam *ibidem.*

Decimò quartò: Quod † non Brom/ sed Mo- 145
schauer & Lamperger/ factores salariati, quibus & onus reddendi rationes incumbebat. Resp. † *vt* 146
supra ad 9. argumentum.

Decimo quinto, † quod de 8000. Taler/ hoc 147
in spe-

in specie deductum, & plenior eius probatio oblata, quod pro exoluendo Cambio Lipsiensi, à Iohann. de Molin. Antuerpiam transmissi. Quo spectare etiam videtur missiua Francofurtensium, ad Rauscherum, de 1. Maii Anno 57 inter documenta Bromii *n.* 40. vbi dicitur, quod solui debeant Cambia Lipsiæ, Noribergæ, Antuerpiæ,
148 Francofurti. &c. Sed illa † posta adhuc illiquida est ac incerta vnde proueniat, & sic magis specialis requiritur probatio.

149 Decimosextò: † Quod alii etiam deputati, vt Stalburger & Glauburger/pro dictis mutuis apud Senatum vehementer institerint, & fortè nec ipsi per omnia inculpati, quoad administrationem
150 & rationes. Sed respondetur, † quod isti similiter, vt totus Senatus, Bromio crediderint, fidemque necessario saluandam duxerint.

151 Decimoseptimò: Quod in re mandata, † negociis gerendis, & societate sufficit, illam adhibere diligentiam, quam in rebus propriis præstare quis solet. *dict. l. socius socio. pro socio. §. fi. instit. eod. Alex. and. consil. 47. n. 7. 12. libr. 1.* vbi ait, quod ad ostendendum, quod socius †teneatur de aliqua culpa,
152 tenetur quis probare, quod socius in rebus communibus non adhibuerit eam diligentiã, quam tempore contractæ societatis solitus erat adhibere in propriis. per *d. iura, & Bart. in l. quod Nerua. de-*
153 *pos.* Respondetur. Quod † Brom initio, & ante societatẽ initam cum Senatu, multò diligentiorem in rebus suis administrandis se semper præbuerit, plurimaque de se, suaque potestate iactatus ita quod hinc merito pro diligentissimo habitus & reputatus fuerit.

154 Decimooctauò: † Quod, sicut Brom, etiam durante societate, pro suo proprio iure & interesse (vbi similiter de fratris quoque, & affinium bonis agebatur) aliud non egisse reperitur Sed prioribus, siue antiquis sociis, & factore Moschauer/ tanquam tunc temporis adhuc fide dignis, atque in authoritate existentibus, in omnibus credidisse dicitur: Ita etiam pro Senatus interesse, eadem agendo & omittendo, merito pro excusato ha-
155 bendus videatur, maxime cum vnus à † pluribus facilius, quam plures ab vno, decipi possit, à cuius doli præsumptionibus, etiam iuramento iam se liberauit. Idem quoad culpam quoque procede-
156 re videtur: Cum duo † vel plures oculi (vt dicitur) plus videant, quam vnus. Hinc & Senatus plures deputauit (quatuor scilicet) & ab initio per socios conuentum, vt primo quoquo tempore factori Moschauer / quidam adiungeretur.
157 Respondetur, † vt *supra, & ad 9. argumentum*: Imò quod Brom omnes alios præ se contempserit, quasi solus ipse omnem rem rectè intelligeret: Sibi ergo, & non aliis, hoc imputet.

158 Vigesimo: † Quod in 45. defensionali 5 conuentionis, Senatus dicit: Daß sie vigore literarum indemnitatis, den Brommen, vnnd die alten Steinacher/ zum wenigern deß Vberfluß halben/ so viel sie mehr/ als jhr rata ist/ erlegt/ zu contenten/ vnd dasselbig von jhnen widerumb eynzufordern haben: hoc tamen in eum tantum casum, vt *in 34. artic. ibidem.* Quo æs alienũ tempore Francofurtensium contractum sit, & hactenus minimè est probatũ, idque efficeret in summa circiter 10642. fl. Sicut & iam iuris est, quod socius, † contrahens 159 secundum mandata, & conuentiones factas in societate, obligat alios socios, solum pro quantitate, quam alii socii habent in corpore societatis, & non vltra. *Paris. consil 94. n. 28. part. 1.* Respondetur, † quod hoc tantum conditionaliter positum 160 sit, quæ conditio nondum impleta, id est, probatum, quod tempore Senatus, æs alienum contractum fuerit.

Vigesimoprimo: Quod † in tanta facti per- 161 plexitate, obscuritate, incertitudine, & præsertim allegata impossibilitate rationum (si ab ouo, & sic multis retro annis exigendæ & reddendæ) fortè iudicis arbitrio relinquenda decisio, atque is in benigniorem partem se inclinare posset. Sed † 162 ex *supra de ductis, res sibi expedita videtur.*

Vicesimòsecundò: Quod † si vel ad maiorem 163 summam condemnetur: ipse tamen non erit soluendo, maximè facta bonorum vxoris separatione. Sed ob id † nihilominus pronunciandũ, quid 164 Iuris, sicut quotidie in causis pauperum.

Quod si quis denique tres illas postas, inter omnes partes & Socios: (nullo penitus excluso) iuxta cuiusque sortẽ, siue capitale, ex æquo diuidendas, & ita simul etiam senatui suam quotam, loco damni, siue solutionis, an den 171000. fl. adscribendam putarit, non posset Brom (facta vbique computatione, iuxta sortem der Gesellschafft Verschreibung/ & adiectis etiam der 3000. fl. quibus aucta est postea summa Senatus: quoad particulares enim alias Francofurdienses, nihil iam certi occurrit, & alia supputatione opus erit) pro suis 2000. fl. sortis, vltra 3785½ fl. ad restitutionẽ senatui condemnari: quibus si interesse, à 22. Annis adiiciatur, id est 4166. fl. 15. Kreutzer efficerentur in summa 7951. fl. 45. Kreutzer.

Sed omnibus istis non obstantibus, prima suæ opinioni inhærendum putat.

Quoad reliqua, videlicet summam capitalem der 100000. fl. & mutuum der 10000. fl. vna cum eorum interesse, & damnis: Item, discessum Bromii ex Franckfurt contra promissionem, & datam fidem: similiter quoad commendationes, instigationes, reticentiam, & practicata per ipsum (de quibus omnibus conqueritur Senatus, eoq; nomine & ad pœnam. & ad emendationem agit) primæ suæ sententiæ constitit, & ad præstitum iuramentum, coniunctis aliis suis defensionalibus, vt in d. suo voto, ipsum absolueret, nimirum, quoad dolum, & pœnam extraordinariam. Imò respectu dicti capitalis & mutui, etiam quatenus culpa & negligentia interuenisse dicitur: idq; propter delegationem & nouationem, cum mandatariis factam, vt *supra dictum.* *Saluo.*

Aliud, in eadem causa.

D. Correferens Gm. Quamuis in hac causa solũmodo in puncto liquidationis nũc sit submis-

sum,

sum, num interlocutoriæ, 16. Iulii, Anno, &c. 72. in Camera latæ, satisfactum, nec ne? Ob grauitatem tamen causæ huius, res erit paulò altius repetenda. Et imprimis aduertendum, † in prima reconuentione, quam Senatus contra Bromiũ instituit, in causa compromissi, principaliter secundum articulos & petitionem, ex dolo, actum esse, ad tria: ad summam capitalem 100000. fl. tres postas litigiosas, der 20000. fl. 30000. fl. 8000. Thaler, & pœnam extraordinariam, Bromio infligendam. Sed quia tam pro, quàm contra dolum, in persona Bromii, variæ fuerunt in primis actis inuentæ præsumptiones, probationes & argumenta, prout id latè per dominum Referentem, in primo suo voto tum temporis, in prima reconuentione copiosissimè fuit deductum: & post huius causæ liquidationis relationem, relectum votum. Cumque proniores † ad absoluendũ, quam condemnandum esse debeamus, solenne, & satis specificum iuramentũ purgationis Bromio fuit delatum, quod & in persona præstitit, vt quasi de dolo nunc sit sublata. Verum cum quibusdam dominis tum temporis, maximè D. Sc. quem reliqui deinde secuti, aliquid culpæ & negligentiæ adhuc subesse videretur, vlteriorem probationem pro maiore cautela & securitate iniunxerũt. Quæ probatio tamẽ magis ad quintam conuentionem, vbi Brom ad indemnitatem egit, referri poterat, & minus difficultatis peperisset: & sic in prima reconuentione facilius absolui potuisset, ab instituta actione. Dubitari verò verisimiliter, quare Bromio, præstito iam solummodò iuramento purgationis, eiusdem rei nomine, per sententiam Cameræ, vlterior probatio & liquidatio, & quidem grauis iniuncta fuerit.

167 Primo: † Quod in prima reconuentione ad dolum principaliter sit actum, cum tamen Bromius dolum per dictum iuramentum iam purgarit: sicque nihil aliud, quam absolutionis sequela restiterit.

168 Secundò: † Quod Senatus hoc idem debitum (nostrarũ scilicet postarum) iam antè, per modũ reconuentionis, coram Commissario Cæsaris, Episcopo Herbipolensi, à veteribus sociis petierit, nec dum lis illa finita sit, & sic idem debitum

169 bis, † & à duobus in solidum, ꝙ contra bonam fidem, exigatur, *l. bona fides, de regul. iuris.*

170 Tertiò: † Quod d. tres postæ, non Bromio, sed vniuersæ societati mutuatæ sint, iuxta Schadloß Verschreibung / Moschawisch / vnnd gemeiner Gesellschafft / Obligation: iuxta documenta in hac causa, *num. 6.* vbi habetur, quod Moschauer d. tres postas, à tribus deputatis, in deputata pecunia acceperit. Quomodo ergo potest dici, acceptum à Bromio: alias enim eadem pecunia bis soluta fuisset. Nec constat, quod Brom se in specie pro isto mutuo obligarit, sed solummodo solicitarit, damit die Zinß vnd Wechselgelt abgethan möchten werden: magisque in eo reliqui tres deputati sunt culpandi, quod sibi in d. obligatione non melius prospexerint.

Quarto: † Quod non solum Brom / sed & 171
Glauburger / Rauscher & alii, huius mutui nomine, dem Handel zu guten / solicitarint: ita vt ex parte Bromii, suum factũ magis in consilium, q. àm obligationem declinet.

Quintò: † Quod Senatus adhuc hodie vrgeat 172
petitionem primæ reconuentionis, quæ tamen tantum ad dolum instituta fuit: ita vt per purgationem, dolo sublato, Bromius adhuc absolui debeat. Actio enim extincta est, & Senatus nunc sine actione experitur.

Sextò: † Cum culpa, in d. prima reconuentione, non sit articulata, quomodo extra articulos probari potuit. Si itaque culpa non sit probata, nec certè super ea pronunciari potest. 173

Septimò: † Si dicamus, Bromium ita consuluisse, tunc aut eius consilium fuit fraudulentum, & fraus fuit per dictum iuramentum purgata: aut non fuit fraudulentum, & ex regula iuris, ex consilio fraudulento non tenetur. 174

Octauò: † Quæ de negligentia & culpa Bro- 175
mii dicuntur, fere magis intelligenda videntur de capitali summa, quã referenda ad tres nostras postas, cum non satis constet, quod in mutuando tribus postis tantoperè solicitarit, prout in capitali.

Quibus tamen non obstantibus, de interlocutoria Cameræ, quæ iam lata est, latius non existimat ambigendum, eo, quod, quoad Brom, transiit in rem iudicatam: sicque pro veritate habeatur. Etsi enim Brom se à dolo purgarit, & sic à pœna extraordinaria, quæ ei, eius rei nomine infligi poterat, prout Senatus petit: Non tamen à culpa & negligentia, quam in hac causa commisisse dicitur, quod scilicet sua persuasione, solicitatione, commendatione, mouerit & induxerit Senatum, ad mutuandum, quod alias non fecisset, & pollicitando non solum operam suam, sed & periculum, quasi periculum in se susceperit, per verba: Hett er sie hineyn geführt / wölt er sie wider darauß führen. Nimia † autem commendatio culpa non caret: quare etiam prospicere debuerat, vt mutuata illa pecunia in eos vsus conuerteretur, in quos debebat. Idq; est, quod dicta interlocutoria exigit. 176

Respondendo nunc ad obiecta: primæ rationi dubitandi responderi potest tripliciter. Primo, † 177
ꝙ dolus sub se comprehendat culpã. separatiuè tamen. Dolosus enim † etiã culposus est, sed nõ e- 178
contra. Vnde est, ꝙ is, qui agit ad dolum, † ad cul- 179
pã agere dicatur, nec altera tollat, vel consumat alterã, cum commodè & facile ad inuicem separari possint, nec nõ verba præstiti iuramenti, magis ad dolũ, quàm culpã destinata sint. Quid ergo prohibet dicere, culpã & negligentiã in iuramento exceptam, & adhuc superesse. Quod eo magis patet ex eo, ꝙ per d. interlocutoriã vlterior ꝓbatio Bromio fuerit iniuncta, cui si satisfecisset Bromius, nõ esset dubiũ, quin Bromi æque se purgasset per hanc ꝓbationẽ à culpa & negligẽtia, quem admodũ se ante purgauit, per iuramentũ, à dolo.

180 Secundo, † quod in hac reconuentione prima, variæ Senatui dari possint actiones (ea enim, quæ vtilior est Actori, semper dari debet) ratione negligentiæ & culpæ. Primò, actio in factum (quæ successit in locum actionis de dolo) in qua culpa venit. Secundò, Mandati. Tertiò, negociorum gestorum. Quartò, pro socio. Quintò, actio institoria, *l. contractus, de reg. iur. l. tutori, C. de negoc. gest. & vtrobique Dd.* Et hinc est, quod Senatus in exceptionibus contra liquidationem, adhuc hodie vrgeat culpam, & in initio dictarum exceptionum, sampt lich vnd sonderlich Bromium condemnari petat: Idem etiam ex prioribus actis elici potest, vbi in libello & articulis conqueritur & articulat Senatus, damnum, culpa Bromii, datum: quod in hoc supremo Principis consistorio desuper pronunciandum sufficit, per iura vulgata.

181 Tertio, † quod reconuentioni primæ, vbique clausula salutaris sit annexa, *omni meliori modo, via, &c.* Quæ omnia id important, vt super eo, quod probatum est, & iure fit pronunciari possit, maximè per ea, quæ *infra allegabuntur, in allegatione sexta.*

182 Quoad secundum, verum quidem est, † debitum à duobus non licere exigere & obtinere coniunctim. Attamen, quando duo in solidum sunt
183 obligati, † quamdiu quis à primo non recepit, vel habere non potuit, id quod sibi debetur, licet etiam à secundo vel tertio idem exigere, ita tamē, vt solutione vna liberentur reliqui. *Decius in l. bona fides, in princp. de reg. iur.* à reliquis etiam sociis habere nō potest, cum facti sint nō soluendo. Deinde, propter † compromissum, & Imperatoris cōmissionē, liberum fuit Senatui Bromiū de nouo conuenire, etiamsi eo ā Herbipolensi, vti Commissario Cæsaris, antea fuisset conuentus, quod tamē non satis est, & fuit, in persona Bromii specificatum, referendo se ad d. reconuentionem Herbipolen. maximè cum senatus ibi nihil adhuc sit consecutus, & parua spes sit, cum quid consequi posse,

185 Quoad tertium, † etsi soli Bromio d. tres postæ non sint mutuatæ, sed toti societati: ita tamen & non aliter, prout vbique asserit Senatus, Bromio & Rauschero, iuxta eorum commendationem fuit concreditum, vt ipsi curarent, iuxta Schadloß Verschreibung, in exolutionem der Zinß vnd Wechselgelt/expendi & erogari, dann sie haben sich all auff den Brom verlassen: eoque nomine literæ indemnitatis sunt confectæ. Quapropter si non doceat, se id præstitisse, non solum culposus,
186 sed & negligens merito dici potest. Qui † enim quid facere suscipit, is idem explicare debet, alias tenetur. Ita non impedit quoque, quod Brom se in specie ad id non obligarit, instrumento aliquo: quia id intelligitur ex natura & substantia Rei, prout etiam senatus formam & modum sese obligandi, illi præscripsit. Quod tamen, cum pecunia iam esset numerata, non sine suspitione facilè recusauit. Accedit, quod aliquot ex testibus (& Senatus ipse conqueritur) deponant, prout dedixit dominus Referens: quod Brom veram obligationem suppresserit, & aliam substituerit, scilicet Moschaueri.

Quarto: Solicitauit † quidem non solum ipse 187
Bromius d. mutuum, sed & alii. Attamen is principaliter, commendando, suadendo, & solicitando: Et sic etiam principaliter tenetur. Sed etsi nō esset principalis; quia tamen veteres socii facti sunt non soluendo, merito in subsidium conuenitur: se enim inuicem præposuisse intelliguntur, *l. fin. §. fin. de act. exercit.* Ita vt etiam is, qui non gessit, obligetur, pro gerente, in subsidium, quatenus non sit soluendo, *l. 1. §. nunc tractemus, de tut. & rat. distr. & per ibi notat.*

Quinto: Respondetur, † vt ad primum. 188

Sexto: Quamuis † culpa non sit principaliter 189
articulata: secundario tamen, & ex prioribus actis de ea satis constare potest. Quando vero ex narratione facti † plures possunt elici actiones, 190
quarū vna apta, & altera inepta etiamsi conclusio fiat super inepta: probatio tamen & sententia fieri potest super apta, *Abb. c. cum dilectus, de ord. cogn.* Ita hic, quamuis actio de dolo instituta sit, † & 191
biennio continuo finita (id enim tempus ante commissionem Cæsaris effluxum fuit) in eius locum succedit actio in factum, quæ est inducta in locum actionis de dolo, & perpetua est *l. quæsitum, §. si. de pecul. l. itaque, de dolo.* Quod maximè hic verum est, virtute † clausulæ salutaris, libello ad- 192
iectæ, cuius clausulæ etiam tanta vis est, quod Iudex possit impartiri suum officium, etiā non petitum: *addit. ad Capic. decision. 10. per iura ibid.* & dicit, *Felinum* tenere, † quod possit Iudex impartiri 193
suum officium, etiamsi non adsit clausula.

Septimo: Ex † consilio quidem nemo tene- 194
tur, quando statur in simplicibus terminis consilii. At quando persuasiones, & quasi cautiones (de quibus latè Senatus in exceptionibus contra liquidationem *fol. 2. 3. 4.*) accedunt, & quis alias non fuisset facturus, nisi hic suasisset, tunc tenetur. *Dyn. in cap nullus ex consil. de regulis iuris.* Quod maximè procedit, quando consulentis interest, vt hic: de quo *infra.*

Octauo: Ex † actis patet, Bromium non mi- 195
nus, ratione trium postarum, solicitasse, quam in summa capitali, cum vna causa † ex altera 196
profluat: Et nisi ratione capitalis summæ delegatio & nouatio cum Manlichiis facta esset, & ibi veniret condemnandus.

Pro defensione & confirmatione interlocutoriæ nostræ, & quod ad rationes Bromius teneatur, facit.

Primo: Quod † in conuentione quinta Brom 197
ipse asserat, ponat, & articulet, quod ipse & Rauscher/diligenter à Senatu rogati, Zinß vnd Wechselgelt auffzubringen. (anno 57.) Ideoque ipsis indemnitatem promissam. Idque factum, & pecuniam realiter conuersam in d. vsum, vigore der Schadloß Verschreibung / propterea se ad indemnitatem agere. Sicque Brom. ex Schadloß Verschreibung

schreibung agere potuit, prout fecit: quid impedit, quo minus & teneatur, acceptã pecuniam in dictos vsus conuersam, probare? Iniquum enim esset, Bromium actione mandati contraria, contra Senatum, ex literis indemnitatis, experiri posse, prout in quinta conuentione articulatũ & petitum est, nisi & Senatus ex iisdem, ad indemnitatẽ mandati directa agere posset, quatenus scilicet susceptum mandatum non fuit legitimè expeditum, & pecunia conuersa. Actum autem esse contraria mandati actione, in quinta conuentione, latè deductum est in votis dominorum, quinte conuentionis, quo se dominus Correferens, cum superfluum sit, hic repetere, breuitatis causa remittit.

Quamuis autem in prima reconuentione actio mandati expresse instituta non sit, tamen id tacitè subintelligi potest, & eam dari ex clausula salutari, & officio nobili Iudicis implorato. Quod autem actũ ex Schadloß verschreibung pater *ex 112. conuent. artic.* daß er Brom sie auch der 63000. fl. schadloß halten soll.

198 Secunda ratio sententiæ, † ob nimias assertiones Brom, videtur in se periculum suscepisse, quando dixit, Hab er Senatum hineyn gefüht/ so woll er jhn auch herauß bringen.

199 Tertio facit, † quod variæ in persona Bromii possint esse considerationes. Aut enim consideramus ipsum, vt instigatorem, & persuasorem: &

200 tunc † ex persuasione obligatur, *l. item si obstetrix, §. 1 ad legem Aquiliam, c. si tibi domino, 63. distinct. Bart. Brixiens. q. dominical. 83 n. 5.* Aut considerandus, vt consocius, & qui in eadẽ communione ante fuit:

201 Et in his, quod societas, † & rerum communio, & dolum & culpam recipiat, *l. contractus 23. de regulis iuris.* Quod in societate etiam de leui culpa intelligitur, quia gratia vtriusque celebratur societas, *l. si vt certo, §. nunc videndum, versicul sed vbi, & l. socius socio. §. finali, Institut. pro soc. ff. eod.* Nisi socius

202 † fuisset negligens in rebus suis, tempore contractæ societatis: tunc enim sufficit, eam adhibere diligentiam, quam in rebus suis. Quod hic in Bromio præsumi non potest, quia satis industrius & sagax aliàs fuit: Si attendamus pecuniam mutuatam, non conuersam in vtilitatem societatis, prout id non est probatũ, tenetur ad restitutionem.

203 Socius enim † faciens alium socium expendere res suas in malos vsus, vtili actione ad illas resarciendum tenetur, *Neuizan in Sylua. lib. primi 6. 2. n. 17.* Si intueamur personam Moschaueri, & redditionem rationum, is non à Francofurdensibus, sed ab antiquis sociis susceptus fuit. Si autem

204 vnus † sociorum ponat factorem, pro socio, si is male gessit, tenetur pro socio, *§. non solum, de administ. tut. Instit. Francisc. Luc. de fisc. & eius priuileg. in 4. part. princ. de vectig. & publican. num. 38.* Si itaque Moschawer malè administrauit, antiqui socii, quorũ vnus Brom fuit, eo, quod hunc administrationi præfecerint, tenentur. A culpa excusati non po-

205 test: cum non solũ culposus sit, † qui fecit, quod non debuit, sed & qui omisit, q̃ facere debuit, *per l. qui petitorio, §. fin. de rei vendicat.* Et certe si in nulla culpa vel negligentia fuisset, malè Senatu remotus fuisset, in eoque absolutus Senatus à Bromii petitione, vbi se in Sena um restitui petiit (prout in tertia conuentione) & ita conclusum per maiora dominorum vota.

Si ipsius negligentiã attendamus, ea certè tanta est, vt culpæ, vel etiam dolo, annumerari possit. Magna enim negligentia, † culpæ & dolo æqui- 206
parat ur, *l. magna, de verborum significationibus. Petr. à Beaccio, in directorio electionum, c. 52 part. 3. n. 4.* Si vt administratorem ciuitatis, repeto ea, quæ latissimè deducta sunt in voto Domini Referentis. Nomine enim † ciuitatis administrans, vt hic, 207
quia deputatus, si in administrando sit negligens, & quid omittat, tenetur et ã ad in eresse, *Henning. cons. 31. n. 4.*

Aut enim Brom intellexit negocium, prout cer è intelligere de uit, propter assertiones & persuasiones suas: debebat enim prius explorare, an verum esset, quod asse eba . *Castrens. cons. 295. in prine* Et sic maiorem curam & dil gen iam adhibuisse, an ad constitutum vsum d mutuum conuersum fuisset. Aut non in ellexit & t nc nõ ita temere persu dere, consule e, vrgere & promouere tam graue negocium debe at. Culpa enim est, † id asserere, se scire, q̃ non scit, vel ignorat, & 208
sic alterum in damnum induc t. Vtroque ergo modo culposus est, & meritò illi iniuncta probatio, iuxta dictam interlocutoriam nostram.

Nunc consequenter videndu n (iustificata interlocutoria) an & quatenus Brom ei sa isfecerit. Et primò quidem satis subtiliter contra eam excipit, quasi post præstitum iuramentum malè sit lata, nihilominus amen deinde sa isfacere conatur, & fere his argumentis vtitur.

Primò, † quod totum hoc negocium principa 209
liter, à tota societate, factori Moschauer sit commissum, cum deputa is suis æquè, vt sibi, etsi consului vel promouit, quia tamen hoc consilium non fraudulentum, ipsum non teneri. Ad hoc argumentum responderi potest: Mosch ueto † 210
à Francofurdiensibus s cius nil commissum. Is enim ab antiquis sociis susceptus fuit, in antiqua societate: Quare Senatui n hil imputari potest. Cumque principaliter Brom Senatum ad mutuandum induxerit, prout id sa is ex actis & votis deductum est. Ideò non immeritò, omissis tribus reliquis deputatis, & antiquis sociis, qui amplius soluendo non sunt, Bromius conuentus fuit. Quoad consilium, non releuat: quia non fuit simplex consilium, nec in terminis puri consilii permansit: maximè, quia Bromius interfuit. Consilium autem, † vt mihi & sociis meis mutuo des, 211
quasi mandantis, & aliena gratia factum, obligat mandantem, cuius interfuit, mutuo dari societati, per iura in exceptionibus contra liquidationem allegata.

Secundò: † Primam posti ante literas indem- 212
nitatis mutuatam: ideo in Schadloß Verschreibung venire nõ posse. Respo det, † quamuis an e 213

mutuata sit, tamen ex postfacto nouatio facta, & in formam der Schadloß Verschreibung conuersum, itaque naturam mutauit, & nouam assumpsit, quasi ex Schadloßverschreibung deberetur.

214 Tertiò: Senatum † solum vrgere persuasionem Bromii, & non integralem traditionem mutui.

215 Respond. Sed † nec hoc impedit, eo quod integralis traditio mutui, ex obligatione antiquorum sociorum satis probata sit.

216 Quarto: Senatum † tam in gütlicher Handlung/ quam in reconuentione coram Herbipolensi petiisse dictas postas ab antiquis sociis, tanquã illis traditas iuxta documenta, quorũ recognitionem

217 ex Cancellaria Herbipolensi petit. Respondet, † quia ibi nihil fit & proceditur: ideo hic in subsidium, vt supra dictum est, rectè Brom conuenitur, maximè cum reliqui socii non sint soluendo.

218 Quintò: Ex † petitione reconuentionis con-

219 stare, quis ad rationes teneatur. Respondet, † Ab antiquis sociis quidem generales rationes petitæ, verùm cum ibi nihil obtineri possit, non iniquè ex supra dictis rationibus particulares hic à Bromio exiguntur.

220 Sextò: † Brom sanctè confirmat, d. tres postas, zu Erleichterung deß Handels impensas. Sed nec

221 hoc releuat: Cum † magis mirandum sit, quod tam temerè affirmat, de quo tamen nihil omninò docet: vel in specie nihil indicare potest, maximè in tam magna summa, quæ inter tam multos diuidi debuit. Deinde, ꝙ per talem assertionẽ non satisfaciat d. interlocutoriæ.

222 Septimò: † 20000. fl. antequam de damno constaret, Moschauer mutuo datos: ideoque etiam Moschauer se obligasse, prout illi à Senatu

223 præscriptum. Respondet, † *vt ad secundum.*

224 Octauò: Cum † Moschauer fuerit supremus factor: quomodo Brom potest reddere rationes?

225 Respondet, † sed nec hoc releuare, cũ Moschauer à nouis sociis non fuerit acceptatus, sed ab antiquis sociis, quorum Brom vnus; deinde, quod mandatum semel in se receperit Bromius.

226 Nonò: Per † posteriorem obligationem *nu. 6.* nouationem factam, & imputet sibi Senatus, ꝙ non curarit fideiussionem Rauscheri inseri poste-

227 riori obligationi. Respondet: † A Senatu posteriorem obligationem non fuisse approbatã, nec receptam, sed solum retentã ad probandam numerationem.

228 Decimò: † 8000. Thaler ad Rauscheri Schreiben societati mutuatos, iuxta missiuam Rauscheri ad tres deputatos, cuius copiæ si credi nolit, adhuc petit, Senatum ad editionem compelli. Idem probat alia missiua in originali, *n.* 11. Et Brom hab auff s Rauschers Befelch die Thaler eyngeschlagen.

229 His respondet Senatus, † quod id debitum, quod solutũ ex 8000. Thaler/ non descenderit ex Saigerhandel/ idque probari ex missiua litera *E.* Sed et si id nõ esset, quia tamẽ Rauscher nõ est soluendo, rectè Brom/ vti consors, conueniturin subsidiũ.

230 Vndecimò: † Brom medio iuramento, Spiræ præstito, ait, Daß/ nach dem Senat⁹ auff Rauschers Zuschreiben Brommen die 8000. Thaler zugestellt/ missos Antvverpiam, & Wechsel inde solutos, petit compulsoriales ad Senatum Colonienſem & Antvverpiensem. Resp. † Sed nec hoc releuat, 231 quia in specie probare debebat, was für Zinß vnd Wechselgelt dauon bezahlt. Deinde, & hos compulsoriales ante petiit.

Duodecimò: † Quoad 30000. fl. Glauburgerum solicitasse d. summam, de eaque rationes redditas per Lambergerum, prout constat ex *n.* 11. 12. 232 daß zu Abzahlung der Zinß vnd Wechselgelt gewendt seynd worden. Respond. Sed † nec hoc sufficit: nõ

233 .n. sequitur, Brom/ Rauscher & Moschauer dicũt, das Gelt sey dahin verwendt/ cum docere oporteat, quib. solutũ, & desup recognitiones, pducere, alias min⁹ perfectę dicũtur rationes: imò cõtrariũ est vi risimili⁹: Weil dẽ Handel gar nicht darmit geholffen.

Decimotertiò: † Bromio bey seinen Eydtspflich- 234 ten mandatum, Wechsel vnd Zinßgelt nach allem seinem Vermögen helffen auffzubringen/ damit die creditores damit gestillt/ mit Versprechung/ schadloß zu halten/ welchem er nachgesetzt. Respond. † Ex hac 235 confessione satis constat, Bromium propter mandatum teneri docere, in quos vsus sit illa pecunia conuersa, maximè, an facta sit vigore der Schadloß Verschreibung/ quam vbique vrget.

Postremò: † Quatenus vlterior liquidatio ne- 236 cessaria, petit Senatum Lipsensem & Lambergerum compelli, Moschauers Meß vnd Marcktbüchlein auffzulegen: Inde satis constare, wo die drey Posten hinkommen: Idem se Wormatiæ petiisse, sed Senatum Lipsensem denegasse. Respondeti potest, † eum solũ subterfugia quærere: quales enim 237 Moschaueti sint futuræ probationes, ex allegato *n.* 11. 12. patet. Præterea Moschauer à Francofurdiensibus nunquam fuit approbatus.

Ex his concludit, in puncto liquidationis nihil, vel parum, quoad d. interlocutoriam, probatum vel liquidatum. Et si quid sit, id tamen per exceptiones Senatus elisum, Bromiumque ad solutionem dictarum trium postarum teneri.

Quoad capitalem summam, propter delegationem & nouationem, quæ loco solutionis sunt, per Senatum cum Manlichiis factam, & pecuniã extraordinariam à Senatu petitam, ob purgatum dolum, per iuramentum absoluendum: Expensis compensatis, eo, quod in totum Brom non succumbat, tum etiam propter præstitum iuramentum, sed pro maiore parte vincat.

In condemnando autẽ sufficere putat, si Bro- 238 mius † simpliciter condemnetur ad restitutionẽ trium postarum: eo quod à latiore culpa, ob præstitum iuramentum excusetur, & sic, si in leui culpa sit condemnandus, solum ad periculum sortis tenebitur. *Bald. in l. vnica, Codic. de his qui ex offic. libr. 11. Azo in summa, Codic. de administr.* Quatenus autem administratores teneantur, patet *ex toto titulo. Codic. quo quisque ord. conueniatur.* Si Bromii, *vt supra dictum est*, personã consideremus, vti consocii, non nisi in quantum facere potest, condemnandus erit. *Petr. de Vbald. de duobus fratribus, nu. 5.*

& vltimo

& vltim. part. princ. in princip. & quasi per totum. quem etiam omnino vide, quomodo rationes sint reddendæ inter socios. Saluo dominorum iudicio.

Aliud votum in eadem causa.

D. If. Ante votum, legit supplicationem Bromii nouiter datam in Senatum, pro maturanda sententia: vbi conqueritur primo de iniuriis & diffamationibus, quod sibi & suis successoribus & liberis hoc sit famosum, &c. se non fuisse factorem, sed Moschawer & Lamberger/ salariatos; Item, se satisfecisse sententiæ, & iterum petit, edi Rechnung à Lambergero, per Lipsenses & Francofurtenses, quia inde constabit, wo die drey Posten hinkommen: sed & hoc non necessarium, quia doctū, daß Moschawer die 20000. fl. empfangen vnnd verschrieben: inde sequi, quod ex mandato Senatus, deß Handels Factorn zugestellt/ sic ipsum absolui ex effectu rei, dictos Moschawer & Lamberger in jhren Posten verrechnet: sibi esse impossibile, in specie hoc indicare. Propter præstitum iuramentum sperat se absoluendum: petit, senium suum considerari, & magnos sumptus, per 21. annos. Vult sperare compensationem expensarum. In summa, non nisi priora argumenta per totum allegauit.

Votum ipsius.

Copiose est hæc causa per Referentes tractata, ita vt per omnia cum ipsis cōcludat, & per placet concludere possit. Quod enim ad reconuentionem nostram attinet, actum actione in factum
239 putat, quæ duo † habet potissimum capita. Primum de dolo: quod tamen propter iuramentum præstitum à Bromio hic, iam est decisum. Secun-
240 dum † respicit damna, & latam ignauiæ culpam, prout *Zas.* nominat *libro 1. respons. singul. capite 2. numer. 26.* quæ dolo non æquiparatur. Et in hac quidem culpa Bromium constituisse dominos antecessores nostros putat, qui interlocutoriam nostram sic promulgandam esse censuerunt, prout patet ex votis Referentium, & argumentis, tam pro dicta interlocutoria, quam contra Bromium à Senatu deductis.

Verum causam ad sic interloquendum Bromius ipsemet dedit, vt per Referentes. Sed iam hanc ipsam interlocutoriam ipse Brom eludit potius, quam vt ei satisfaciat. Nam omnia eius argumenta, fundamenta & rationes eo tēdunt, ipsum ad rationes non teneri. Quod si non aliter ex actis constaret, imo si non ipsemet ad probationē eius, quod nostræ litigiosæ postæ, in vtilitatem & commodum dictæ negociationis essent conuersæ, se adstrinxisset, vt patet etiam *ex decimo articulo quintæ conuentionis*: male certe illi hæc probatio, præstito iam iuramento, esset iniuncta. Iam vt aliquid ad dictam interlocutoriam agat, dicit quidem in der Liquidationschrifft / se accepta à Senatu, omnia integraliter, administratoribus restituisse: in eo tamen ipso non perseuerat. Petit enim ponderari, quod hanc non vrgeat Senatus, sed saltem persuasionem & consilium. Et hac quidē ratione Brom se liberare possit, quod non teneretur ex consilio, præsertim nō doloso: imo purgato iam dolo. Sed aliud postulat ab illo interlocutoria, & quidem quoad primam postam 20000. fl. ex depositionibus testium à Referente in 12. argumento allegatis, tantum colligit, quod illa non sit integraliter Moschauero, vigore obligationis, reddita. Nam testes deponunt expresse, quod viderint soluere ignotis auff der Rechenstuben/ quod Rechenmeister sint conquesti de ignotis adductis: quorum nomina Brom sine dubio sciuit. Quia si potuit dicere, solue huic tantū, sine dubio et sciuit nomen eius, cui soluere iussit, & causam soluendi. Interim tamen non pugnat cum his obligatio Moschaueri. Nam etsi dicat, Er hab das Gelt in sein Gewarsam empfangen/ tamen obligauit se pro se & sociis, ex quibus Brom primarius fuit, vt idem sit, per Brom satisfactum esse creditoribus, ac si Moschauer pecuniam numeratam accepisset. Et si Brom bona fide agere, & interlocutoriæ satisfacere vellet, sic posset nominare eos, sicut etiam debuisset, per *d. decis. Afflict. 91. numero 6.* quibus pecuniam exoluere iussisset. Dum recenser, 8000. taleros missos esse Antverpiam, iussu Rauscheri, se magis suspectum reddit, præsertim vero propter exhibita ibidem *numero 10. in 2. epistola Rauscheri ad Brom/ vbi sunt verba*, Jhr vnnd ich hafften/ vñ seynd für die meisten Summ verschrieben. Item, Euch vnd mir ist nicht anderst zu rahten/ wöllen wir nicht anderst zu Vnmännern werden / dann sehen wie wir auß den Schulden kommen. *Et hic iterum se prodit Bromius.* Nam sciuit is sine dubio, an & quibus fuerit obligatus Bromius: an iis satisfactum, & vnde? Hoc cum adhuc celet, haud in leuem periurii suspicionem incurrit, & quod fortassis aliorum debita, ex dicta pecunia litigiosa ad negociationem non spectantia, vel inde profluentia, fuerint exoluta. Et asserit quidem Brom medio iuramento, hic præstito, dictos 8000. thaleros missos Antverpiam, pro exoluendo Cambio, non tamen asserit, id in vsum nostræ negociationis esse factum.

De exhibitis pro 30000. fl. illa parum, vel nihil, imo contra Bromium aliquid probant. Nam *num. 11. ibid.* generaliter ponitur, ratio accepti der 30000. fl. Sed postea in specie ponitur in der Außgab/ quod Bromio sint soluti 10000. fl. vnd Zinß 550. fl. Ex quo colligi potest, Bromium semper sibi vigilasse. Et *ex num. 12.* patet, quod summam suā capitalem amplius non habuerit integram, in d. negociatione. Quia interesse est ei saltem exolutum pro 10000. fl. vbi prius habuit 20000. fl. dem ptis decem millibus, quos Senatus illi mutuarat: Idem in depositione Lambergers/ *n. 16.* inter documenta Senatus habetur, quod Brom 10000. fl. auß dem Handel gefordert/ vnd in Außgab hat heissen setzen. Item in extractu attestationum, *nume. 20.* inter documēta Senatus habetur, daß Brom vnd Moschawer fürnemlich Befelch haben/ das Gelt eyn zunemmen vnd außzugeben. Ex his & aliis argumentis, per dominos Referētes copiose adductis,

cum ipsis per omnia concludit, Quoad ratam, an den dreyen Posten weren Senatui noch 11000. fl. hinauß zuständig ꝛc.

Votum aliud, in eadem causa.

D.Q. Duo probanda fuerunt Bromio, scilicet,
241 quod † tres postæ fuerint in exolutionem æris alieni conuersæ. Et de rata Senatus: quia ratam partem æris alieni Senatus soluere teneatur. Et quidē iustis ex causis hoc illi impositum esse, diligenter à dominis est deductum, vt vlteriore discussione non egeat. Et licet forte durior illa videri possit,
242 maxime post iuramentum præstitum, † in rem tamen iudicatam transiuit, & ideo pro veritate habetur, *l. res iudicata, de regulis iuris.* Sed & ex multis patere videtur, Bromium potuisse, si voluisset, vel sibi profuisset nominare eos, quibus dicta pecunia est soluta. Verum quia nullum, præter Iohan. de Molin (de quo non constat, an aliquid crediderit societati, nec hoc asseuerat) magna certe oritur suspicio, si non totam, maiorem tamen partem in alium vsum esse conuersam, quam in solutionem dictorum 171000. fl. Deinde, cū in quinta conuentione de Senatu conquestus sit, quod pro rata sua non satis contribuerit, ad eam solutionem, mirum est, illum nunc ignorare, quanta sit illa rata. Itaque cum astute in sua generalitate consistat, in specie ne minimum quidem, quod in dicta sententia iniunctum, docens. Imo ne de diligentia quidem, quam in perquirendis rationibus adhibuerit, aliquid dicat, nihil restare videtur, quam vt in hoc puncto trium postarum definitiue pronuncietur conta ipsum Bromium, tanquam eum, cuius culpa illatum est Senatui damnum, *cap. final. de iniur. & damn. dat. l. qui occidit. §. nam & qui. ad legem Aquiliam. Paris. consilio 62.* Culpam autem & negligentiam hic probatam esse satis est ostensum; & licet Brom passim culpam in Moschauerum conferat, tamen in specie nihil proponit, ex quo vel culpa vel negligentia appareat. Imo cum ad 19. interrog. Senatus, Brom deponat, Moschauer hab nichts damit zu thun haben wöllen/ mirum est, hoc illi permissum fuisse, vt sic sine redditis rationibus ab officio discederet: nisi forte ideo officium reliquit, quod Rauscher & Brom eius registra abstulerint, vt scribunt Matenbergeri heredes ad Herbipolensem. Alioqui certe ad Rauscher & Brom pertinuisset, dictum Moschouerum ad reddendas rationes tunc temporis compellere. Ad quod eum nunc solum teneri Bromius asserit. Quare ex hac etiam culpa & negligentia Bromii conuincitur, quod sine legitimis rationibus ab officio suo discedere permisit, nec Senatum admonuit.

Quoad sortem capitalem Senatus, & pœnam extraordinariam, quoniam illa puncta prius sunt decisa, eo se refert, vnnd läßts dabey bleiben. De interesse, & condemnatione: quoad ratam trium postarum, cum domino Referente. *Expensis compensatis.*

D.Q. Non videt, quid addi possit vot is Referentium, ideo cum tam ex actis, quam ex argumentis & rationibus ab iisdem in suis votis satis dilucide deductis, & exacte ponderatis, Bromii negligentia & culpa plus quam notoria sit, atque ex documentis ab ipsomet Brom/ ad satisfaciendum interlocutoriæ productis, liquido constet, Bromium potius impugnare & eludere interlocutoriam, morasque tantum ad diutius celandam culpam commissam, & sic in cōsequentiam, ad protrahendam solutionem trium postarum, nectere, quam quod ei satisfaciat, iniunctamque versionem litigiosarum summarum, & ratam-benatus, vigore d. interlocutoriæ probet, nullas alias ex præscripto Iurisconsulti super esse Iudicis partes existimat, quam condemnationem. Concludit cum dominis Referentibus, Brom ad restitutionem trium postarum, absque damnis & interesse, compensatis expensis, condemnandum.

Aliud.

Si submissionis nostræ † terminis nobis insistē- 243
dum erit, prout transgrediendi non sunt, & mihi videtur, eos minime transgrediendos, ne res iam iudicatæ id repugnet & sententia contraria sententiæ feratur, contra iura, *l. Iudex, de re iudicata. Doctores in l. ab executore, de appellation.* idque nulliter, secundum communem opinionem Doctorum, per allegata per *Vant. capit. ex defectu proces. &c. num. 125.* siue expresse siue tacite, directe, vel per obliquum id fiat. Inde iudicatio † præsentis causæ cō- 244
sistit non in eo, An iuxta institutam actionem bene vel male sit interlocutum, neque in eo, an sententia præambula secundo Iulii Anno 72. lata, complectatur iuramentum purgationis doli tantum, vel etiam culpæ & negligentiæ, cum lata culpa † & dolus non æquiparentur, late *Plot. §. sexto, num. 32.* Et ipsa sententia, & vota dominorum tum temporis, & præsens relatio id satis dilucide discernat: quibus omnibus acquiesco, & plura de effectu eius præambulæ dicere omitto. Sed consistit in hoc, † An ei interlocutoriæ in totum, vel 246
aliqua ex parte sit satisfactum. Hoc ipsum si consideretur, iterum ex deductis ante me satis constabit, Bromium aliud in effectu & principaliter non præstitisse, quam quod priora sua argumenta ac causas, effugiendæ rationis reddendæ, easdemque latebras in hoc repetierit, inter reliqua vero præcipue, quod ad tres postas pertinet, super impossibilitate se fundarit, ac si dicta interlocutoria impossibilem conditionem contineat. Ideoque tale † præceptum sit ipso iure nullum, 247
Bald. Ang. Castrens. Alex. & Doctores in l. si decesserit, qui satisdar. cog. Dyn. capit. nemo, de regulis iuris in 6. num. 4.
Adeo quod † à tali præcepto & sententia, conti- 248
nente quid impossibile, non sit opus appellare, *leg. penultima & leg. finali, quæ sent. sine appellat. resind. & leg. de quare, §. finali, de iud.* nec † meretur exe- 249
cutionem, ob nullitatis existentiam. *Doctores in lege 4. §. condemnatum, de re iudic. & leg. si cum nulla, eod.*

Sed, vt breuis sim, nec hoc obstabit. Aut enim ea assertio est vera, † aut est ficta & simulata. Si fi- 250
cta & falsa, † prout domini ante me, ex validis 251
argumen-

argumentis & circumstantiis, mea etiam sententia (id quod est penes arbitrium iudicantis, *Panormitan. in capit. accepimus, num. 1. de fid. instrumēt.*) recte concluserunt: tunc Bromius hoc casu non subleuabitur, nec alia ipsius inde dependentia subsidia consistent.

252 Sin autem vera esset ea assertio, † ita vt iam in casum impossibilitatis res deuenisset: iterum at-
253 tendendum erit: An sententia illa contineat † omnino impossibile, vel saltem difficile. Tunc e-
254 nim † si Iudex fuit ignorans impossibilitatis, valet eius præceptum & sententia, saluo tamen restitutionis beneficio, *l. quæsitum. cum glos. & ibi Bart. de re iud. Dd. d. l. si decesserit.* Item attendendum puto,
255 An impossibilitas † ab initio & semper extiterit, an vero ex postfacto interuenerit. Quod vero redditio rationum in principio contractus der Gesellschafft Verschreibung/& etiam postmodum, circa tempora mutuatarū trium postarum, Bromio non impossibilis, sed expedibilis fuerit, satis est demonstratum, & omnes circumstantiæ docent. Sed quod demum mortuo & euacuato, & ad paupertatem redacto Moschauero, & aliis, qui nunc obiiciuntur, res ad eam difficultatem peruenerit, & nunc in tali statu existat, non satis liquidum esse puto, sed potius contrarium colligendum: & firmiter præsumendum, vt per dominos. Quinimo, posita tali impossibilitate, vt asseritur,
256 tamen rursus considerandum venit, † An illa ex postfacto, culpa Bromii, vel sine eius culpa superuenerit. Si enim propria eius culpa factum sit, vt iam rationes reddere non possit, sibi, & non aliis hoc imputabit.

257 Cum æquipollentia sint, † aliquid facere posse, vel stare per se, quo minus fieri possit, *l. si bonæ fidei, de noxal. action.* Nec releuat difficultas & impossibilitas rationis, quæ resultat ex proprio facto, allegantis eam, *Panormitan. in dicto capit. accepimus, numero 5. de fid. instrum. per leg. final. quod metus caus. & l. si quando, Cod. vnde vi. ibid. Felin. num. 16. in fine.* Facit
258 in simili, quod is, † qui allegat casum fortuitum, debet probare duo, casus scilicet emergentiam, &, quod sine sua culpa interuenerit casus, late *Bal. in leg. si creditor, per tot. Cod. de pignor. Castrens. in leg. si quis ex argentariis, §. prætor ait, num. 6. de edend.* Cum itaque Brom istam difficultatē, oscitando & conniuendo, contra officium suaserit, se constituit in culpa, ideoque sibi hoc imputet. Inde etiam petita pro rationibus ab aliis edendis & exigendis rursus male inculcantur, id quod hactenus satis est discussum, cui & ego acquiesco. Prout nec ad iuramentum, cui se videtur offerre Brom/ad purgandam culpam & negligentiam, pro effugiendis rationibus, tanquam administrator primarius negociationis, videtur admittendus, per allegata per *Plotum de in lit. iur. §. 6. n. 35.* Sicque concludo simpliciter cum dominis.

Aliud.

D.G. Cum Brom non satisfecerit interlocutoriæ, & domini in priori relatione putarint, ob negligentiam in tres postas condemnandum, in qua sententia adhuc persistunt, nō videt, cur in aliam sententiam trahatur. Cum senatui etiam ex pollicitatione Man soll jhm vertrawen/er woll sie herauß führen/obligatus sit, *tot. tit. de pollicitat.* Concludit in omnibus cum dominis.

Sententia.

IN der Compromiß Sachen Bürgermeister vnd Raht der Statt G. Klägern eins/wider D. Beklagten anders Theils/primæ reconuentionis, ist allem Fürbringen nach/auch auff geleysten Eyd zu Recht erkannt/ daß ermeldter Beklagter jhnen den Klägern/die im 5x. Articul daselbsten angezogene drey vnterschiedliche Posten Anlehens/ widerumb zu erstatten vnd zu bezahlen schuldig/ aber von den vbrigen Klag Puncten zu absoluiren vnnd erledigen sey als wir jhne hiemit respectiue dareyn condemniren/verdammen/ auch dauon absoluiren vnnd erledigen/die Gerichts Kosten allenthalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirendt vnd vergleichendt.

D.H Quia satis deductum, non esse satisfactū interlocutoriæ, repetit breuitatis studio argumenta dominorum. Quibus, quia nil addi potest, concludit per omnia cum Referente. *Compensatis expensis.*

VOTVM XXVIII.

In causa C. contra E.I. & G.H.

SVMMARIA.

1 *Submissiones huius casus ad quatuor potissimum capita referendæ sunt.*
2 *Iurisdictionis defectus maximus est.*
3 *Iudex potissima pars & fundamentum, Dux & Imperator iudicij dicitur.*
4 *Iudicatum dici non potest ab eo, qui ius dicendi non habuit.*
5 *Continentia litis quæ dicatur.*
6 *Continentia causæ non diuidenda. & n. 7. 8. 9.*
10 *Continentia causæ diuersas species actionum ex similibus negociis descendentibus non excludit.*
11 *Continentia causarum, ob publicum quidem bonum, in variis & diuersis tribunalibus non est agitandæ, quo lites abbreuientur & temporibus transigantur.*
12 *Causæ connexæ, hinc inde ipsorum litigantium gratiā, distrahi prohibentur, ne partes frustrentur nouis expensis nouoque labore ad nouum iudicem instruendum & informandum.*
13 *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora*
14 *Iudicis pœnam arbitrariam non immerito incurrit, qui in diuersis tribunalibus aduersarium suum exagitat.*
15 *Sententiæ contrariæ, si vnus litigantium coram hoc, alter coram alio iudice conueniretur, metuendæ sunt.*
16 *Prohibitio alienationis, siue à lege siue à testatore fiat, dominij translationem impedit.*

17 Rei

17 *Rei vendicatio directa in quibus conueniat.*
18 *Finem quando habemus, de modo non amplius est curandum.*
19 *Finis est dignior omnibus illis, quæ ad finem ordinantur.*
20 *Res inter alios acta, tertio præiudicare non potest.*
21 *Exceptio negans Actori ius agendi, impedit litis ingressum, & remoratur processum super principali; probataque à Reo, perimit Actoris intentionem. num.23.*
22 *Sine actione nemo experitur.*
24 *Exceptiones præiudiciales, ante omnia sunt discutiendæ.*
25 *Iudex maxime vigilare debet, vt consuetum ordinem iudiciorum, tanquam normam præscriptam obseruet.*
26 *Ordo solitus & necessarius, si omitteretur, vel etiam præposterè fieret, ex hoc sententia reddetur nulla.*
27 *Iniustitia ex ordine plus inficit, quam ex causa, prima enim reddit sententiam nullam, secunda non.*
28 *Dilatio exceptionis, contra personam vel Iudicis, vel actoris, vel rei, ad merita causæ nihil aliud est, quã ordinis præpostera tio & peruersio causaque vnius ad eandem reseruatio.*
29 *Iudex, exceptione negante Actori ius agendi reiecta ad finem omnem operam & oleum, in discutiendo negocio Principali perdit & litigantes manibus sumptibus, cum maxima iactura aggrauat.*
30 *Actio quam excludit inopia debitoris, quemadmodum est manis, ita etiam vana & temeraria cognitio super causa aliqua suscepta, ad quam petendam Actor est inhabilis.*
31 *Actionem ad rem recuperandam qui habet, rem ipsam habere videtur. sic & is à contrario sensu, qui actionem non habet, re ipsa quoque destitui dicitur.*
32 *Iudex super exceptione litis ingressum impediente, non pronuncians iusto tempore, hoc est, ante litis contestationem, partem grauat vt iuste appellare possit. Huius exceptionis extensio quæ.num.33.*
34 *Exceptio negans Actori ius agendi competere quare in hoc nostro casu, ad merita causæ reiicienda sit, & sub num.35.36.*
37 *Exceptio dicitur obscurior, propter facti incertitudinem, altior vero propter iuris subtilitatem.*
38 *Exceptiones non solum in facto, sed etiam in iure tantum, altiorem indaginem requirentes, ad conclusionem causæ asseruari possunt.*
39 *Exceptio requirens longam & dubiam iuris altercationem, ad instar erroris, iuris intricati, qui æquiparatur errori facti, reseruari potest.*
40 *Exceptio Monialibus, quod scilicet feudi sint incapaces, obiecta, quare differenda, & in causa Principali sit procedendum.*
41 *Ordo iudiciarius super disputatione iuris non requiritur.*
42 *Exceptionis cognitio in facto altiorem indaginem requirentis, non statim postquam obiicitur, est expedienda, sed post litem contestatam protrahenda.*
43 *Exceptio Compensationis, maiorem & altiorem indaginem exposcens, alij iudicio reseruari debet, ne multis ambagibus spes condemnationis excludatur.*
44 *Exceptionis altiorem indaginem requirentis definitio quæ. & n 45.*
46 *Iudicis arbitrio relinquuntur ea, quæ certa sub regula claudi non possunt.*
47 *L. quisquis, ad l. Iuliam maiestatis, est sedes ordinaria, & fundamentum exceptionis Reorum. Eademque lex in iure à Dd. in varios diffunditur intellectus. num.48.*
49 *Quæstio, an ab omni feudo, an vero saltem à paterno, liberi ex delicto patris sint excluſi. Distinguitur, vt num.50. & 51.*
51 *Sententia benignior in dubiis semper sequenda.*
52 *Factum incertum & alienum, prudentissimos sæpe fallit.*
53 *Imperator pœnam ex proprio delicto etiam promeritam, & multo magis alterius culpa causatam in totum remittere, & contra sententiam, non modo quo ad vitam, sed etiam quoad bona & honores, in integrum restituere potest.*
54 *Imperator ex mera gratia proscripto Imperij bannum remittere potest.*
55 *Bona litigiosa, ex statutis familiæ & testamento auito alienari prohibita, propter delictum patris in confiscationem non veniunt.*
56 *Instrumentorum editio, vt ante litem contestatam Actori iniungatur, quæ requiratur. & sub num.57. (Extensio huius.num.58.) 61.*
59 *Ex correlationis natura vnum alteri continuatur, vnde nisi exhibeatur illud ad quod est facta relatio, scriptura referens nullius est effectus.*
60 *Relatum inest referenti.*
62 *Reus quando in ius vocatus, de scriptura in libello relata aliquo modo saltem certus esse potest, editio post litem contestatam differenda est.*
63 *Nemo inuitus ad edenda aduersario suo documenta, instrumenta seu priuilegia compellendus est.*
64 *Iudex non nisi ex magna causa, partem ad exhibendum sua instrumenta, quæ penes se habet, cogere debet.*
65 *A regula Communi recedere, & casum specialem in exemplum vel consequentiam trahere durum est.*
66 *Instrumenta regulariter omnia, quæ in determinandis litibus, æqualem cum testibus vim habent, tam de iure, quam de stylo curiæ, post litem contestatam producenda sunt.*
67 *Curiæ stylus loco rationis est.*
68 *Productio facta in iudicio summario, hoc est ante litis contestationem, non facit fidem in plenario.*
69 *Instrumenti editio an in hoc nostro casu adhuc sit differenda, & litis contestatio inungenda.*
70 *Instrumentum vel scriptura edi, vel exhiberi de iure communi non debet, nisi duo copulatiue probentur. Et quæ illa. num.71. & 72.*
73 *Terminus iustus ad omnia producenda in iudicio statuendus.*
74 *Tertius pro suo interesse, in quacunque iudicij parte, interuenire potest: Idque procedit, siue ad impedien-*

pediendum agentem, vel remouendum, dum saltem de eius interesse aliquo modo apparenter constet. numero 75.

76 *Interesse interuenientium hic duplex occurrit, & numero 77.*

78 *Ordinatio quosdam casus specificatos continet, qui statim immediate in summo tribunali discuti possunt.*

79 *Iurisdictio Camerae, tanquam mediate superior omnium partium, ex iure communi, etiam ob causae continentiam non diuidendam fundatur.*

80 *Casus vulgariter tres, quatuor, vel etiam quinque connumerantur, quibus continentia causae existere dicitur.*

81 *Exceptio rei iudicatae, in hoc nostro casu, tum demum obstat, quando res iudicata nocet ipsi actioni intentatae.*

82 *Quaestio hoc loco circa duo praecipue vertitur, & n. 83.*

83 *Crimen laesae maiestatis, vt quis notorie commisisse dicatur, quae requirantur, vt sub n. 84. 85. 86. 87. 88. 89. & 90.*

91 *Quaestiones quaedam dubiae circa huius casus materiam, vt sub numer. 92. & quinque subseq.*

98 *Inhabilitas agentium duplici respectu, in hoc casu, obiecta est.*

99 *Exceptionem, tibi non competit ius vel actio, nunquam, in Camera, ante litis contestationem examinandam esse, testatur Mynsing. obser. 24. cent. 1.*

100 *Exceptio, tibi non competit ius, tam possessoribus, quam interuenientibus in hoc casu, salua est, & sic non praeiudicialis.*

101 *Exceptio, quae opponitur in iudicio praeparante, & altiorem indaginem requirit, venit examinanda in iudicio praeparato, & reseruatur.*

102 *Probatio quando dicatur fieri in continenti.*

103 *Instrumenta, quibus casibus, Actor non statim exhibere teneatur, sed demum lite contestata.*

104 *Particulae istae, prout, sicut, sub diuersis significatis sumuntur.*

105 *Particula, prout, variis intellectibus ponitur.*

106 *Actores primarij hic cur non audiendi & num. 107.*

108 *Disponens aliquid, quando facit mentionem alicuius instrumenti, tum. praesumitur, quod de contentis in eo, habuit scientiam.*

109 *Austriaca domus Cameram non recognoscit.*

D. Q. Referens. Plurimae sunt in hac causa, plures & distinctas personas cõcernentes, submissiones: quae tamẽ ad quatuor potissimum
1 capita referri possunt hoc modo: vt †prima submissio concernat exceptiones dilatorias & peremptorias. Altera punctum commissionis. Tertia, citationis, pro denunciatione litis. Quarta punctum interuenientium. Reliquae submissiones omnes partim ab his dependent, partim speciali decisione non indigent.

2 Et quia iurisdictionis †defectus maximus est, vt puta, ab ipsa causa efficiente proueniẽs: Iudex
3 namque, † potissima pars, & fundamẽtum. Dux & Imperator Iudicij vocatur: à *Bald. in rubic. si à*
4 *non compet. Iud.* Vnde iudicatum †dici non potest ab eo, qui ius dicendi non habuit. *l. si §. fin. ad Tertul.* Hanc praecipue examinabit exceptionẽ quae contra Iurisdictionem iudicis obiicitur, sequendo in hoc ordinem quem ipsi in excipiendo obseruant.

Contra Actores, tam primarios, quam interuenientes excipitur primo à plerisque reis conuentis, ad declinandum forum, contra iurisdictionem Cameræ, eique opponitur priuilegium der Außtrãg. Actor vero pro stabilenda iurisdictione, continentiam causarũ allegat, ipsamque eo deducere conatur: Quod omnes eius libelli singulis creditoribus in specie obligati, ex vno eodemque fonte promanent, vnum idẽque medium concludendi, alienationem scilicet in familia ipsorũ prohibitam contineant, & ad vniformem finẽ ac scopum, cassationẽ nempe contractuum illicitorum, & restitutionẽ bonorum, contra statuta familiae, ac testamentum auitum alienatorum contẽdant. Ex quibus libellis, meo sane iudicio, satis constat, licet plures & diuersi reorum fori sint: Tamen nihilominus causam esse connexam, & quasi indiuiduam, id est, commodam diuisionem & distractionem in diuersa tribunalia non recipientem. Continentia etenim †litis, non solum ea dicitur, quando plures § habent res & iura communia *l. 1. 2. de quib. reb. l. nulli. C. de iudic. ibi Dd.* Sed & quoties est eadẽ causae essentia & qualitas, vt quod de vna dicatur, de altera etiam dici recte, ac iudicari possit: & quando per finem vnius habetur plenior, vel saltem aequalis informatio in altera *Bald. num. 2. Salic. numero 1. Iaf. numero 3. Castr. in fin. Ang. Alexand. & communiter Dd. in l. nulli maxime vero Alberic. de Rosat. ibid. Afflict. decis. 355. numero 13.* Iuris autem est indubitati continentiam †causae non diuiden- 6
dam, *d. l. 1. l. nulli. c. 1. 2. de caus. possess. & propriet. vbi Canonista. l. si pariter. de liberal. caus.* Quod declaratur vt procedat, †etiamsi partes diuersos iudices 7
habeant: vel quoties ad diuersas iurisdictiones res pertinet: *Specul. tit. de act. seu petit. §. super petitionibus numero 15. & de compet. iudic. adit. §. numer. 35. per iam d. iura facit l. omnes. C. arbit. tut. l. cognitio. §. si plures de lib. caus.* Secundo, †locum quoq; obti- 8
net tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *Iason d. l. nulli. numero 3. Menoch. de arbitrariis iudicum quaestionibus centuria. 4. libr. 2. cap. 371. nume. 9. cap. 13. Mynsing. obseru. 97. cent. 1. Gail. obseru. 31. lib. 1. numero 8. post Bartol. in l. interdum. numero 1. de pub. iudic.* Ac deniq; †etiam in feudalibus, *Bald. c. 1. numero 13. de* 9
controuers. feud. apud pares term. Aluarot. c. praterea, si inter. nume. 8. de prohib. feud. al. per Frider. Wesembec. consilio 41. numero 46. neque haec sine maxima aliqua ratione à legumlatoribus ita cõstituta sunt, sed praeterquam quod cũ ipsius aequitatis norma, quae in paribus causis paria iura desiderat, *vt in cap. prima, versic. vt autem. de allod.* Quaeque diuersas †species actionum, ex similibus negocijs 10
descendentes non excludit, *l. fin. C. de constitut pecun.* etiam commodũ, tam publicum, quam priuatum concernũt. Et ob publicum quidem bo-

num, † continentia causarum in variis & diuersis tribunalibus, nõ est agitãda, quo lites abbreuientur & temporibus transigantur, *Wesemb. in dict. rubr. de quibus rebus ad eund.* Priuati vero vsus, & ipsorum litigãtium gratia, † causæ connexæ hinc inde distrahi prohibentur, ne partes frustrentur nouis expensis, nouoque labore ad nouum iudicem instruendum & informandum: *Menoch. supra dicta centur. n. 9. vbi allegat Iohann. Igneum in l. necessario. §. nõ alias n. 538. ad Senatus Consultũ Syllan. Castrens. d l. nulli. n. 2 in fin. post Innocent. in c. cum M. Ferrar. de constitut. in fin.* Frustra namque † fit per plura, quod fieri potest per pauciora. Vnde non immerito iudicis † pœnam arbitrariam incurrit, qui in diuersis tribunalibus aduersarium suum exagitat, vt post *Bald. in fin. & Iaſ. n. 2. & 4. & reliquos Dd. in dict. l. nulli. tradit Iacobus Concenatus, in quæstione iur. l. 1. cap. 3. numero 8.*

Cum itaque in præsenti nostro negocio actio contra plures diuersi fori Reos instituta, vnius, eiusdemque sit qualitatis, vni medio cõcludendi inhæreat, ad vnum ac eundem scopum directa, & sic tandem qualificata sit, vt vnius cognitio, planam de altera informationem præbeat, & quicquid de vna definitur, de altera quoque arbitrandum & iudicandum veniat, adeo vt includendum sit, † ne contrariæ sententiæ ferantur, si vnus litigantium coram hoc, alter coram alio iudice conueniretur. *Abbas c. tuum n. 5. circa med. de ordinat. cognit. gloſſa dict. l. 1. per iura ibidem.*

Concludit, exceptionibus non obstantibus, iurisdictionem nostram ex continentia fundari: idque eo magis: quia Imperator possessorum iam conuentorum, omnium est Iudex superior mediate, ad quem alias, deficiente illo medio, recurrendum fuisset, quemadmodum in simili causa creditorum, in Camera continentiæ fuisse habitam rationem Mynsing. *centu. 1. obseruation. 4* vbi etiam in terminis remotioribus, vigore connexitatis, ad hoc summum Imperij tribunal itum asserit, casu, quo vnus saltem ex pluribus distinctarum iurisdictionum correis, Imperio immediate subiectus fuit & requisitus, iustitiam administrare recusauit.

Nec obstat, quod Rei admodum vrgent bona articulata esse diuersarum qualitatum, & alio atque alio titulo à possessoribus diuersimode acquisita: Et quod cuilibet eorum, nomine possessionis suæ, specialis & separata competat defensionis ratio. Quia non de qualitate possessionis seu acquisitionis, sed Vtrum alienari potuerint bona controuersa, nec ne? inter partes contentio est. Probato enim, quod alienari non potuerint, quod est fundamentum Actorum, quocunque titulo possessores dicti, illa teneant, à restitutione nõ facile se liberabũt. Rei enim prohibitæ alienari, dominium acquirere, nullo modo potuerunt: siquidem prohibitio alienationis, † siue à lege, siue à testatore facta sit, dominij translationẽ impediat. *gl. in l. ea l. verb. alienat. C. de cõdict. ob cauſ. gl. 2. verb. alienarẽt. l. cum pater. §. libertis. de leg. 2.*

Præterea nec continentiam dirimit, quod Reis allegatur, diuersis actionibus, directa videlicet & vtili rei vendicatione, respectu diuersæ qualitatis bonorum cõtrouersorum, esse actum. Nam licet directa † & vtilis rei vendicatio quodammodo differant: Tamen cum effectu, fine & substantia conueniant, *Bart. l. actione negociorum. de negoc. gest. Mantua sing. 265.* in eo, quo conueniunt, scilicet in fine, &c. diuersitatem inducere, & causas alioquin connexas, separare non debent. Nec abs re: quando enim † finem habemus, de modo amplius non curandum *l. mater. C. de institut. & substitut. l. ordo. de public. iudic.* Quia finis † est dignior omnibus illis, quæ ad finem ordinantur *l. et si non sint. §. perueniamus, de auro & argent. leg. Bellon in rubr. Codic. de edend.*

Sic quoque iurisdictionem Cameræ non remoratur, litispendentia, nomine Brand. & Villinger allegata. Quia illa, vt res inter alios acta, † tertio præiudicare nõ potest, *tot. t. C. res inter al. act.*

Fundata Iudicis iurisdictione ad sustinẽdum iudicium: Nunc de Actorum persona, an ad agendum habiles sint, dispiciendum. Rei petunt, à limine iudicij Actorem arceri, ob patris delictum, contra Imperatoriam Maiestatem, & status commissum. Quæ sane exceptio, cum propter notorium supplicium de parente Actorum in expeditione Gothica sumptum, ab ipsismet Actoribus, vix diffiteri, nedum elidi possit, non parum hæsito, an ante litis contestationem determinanda: an vero ad merita principalia sit reseruanda.

Et quod ipsius decisio differri ad merita causæ non possit, monet ipsum, quod eiusmodi exceptio, † negans Actori ius agendi competere, fit præiudicialis, & quidẽ duplici nomine: Primo respectu processus: impedit enim litis ingressum, & remoratur processum super principali, *Bartol. in l. cũ quærebatur. iudicat. solu per l. nam postea. in princip. de iureiur.* quia sine actione † nemo experitur. *l. si pupilli. §. videamus. de negoc. gest.* Vnde non teneor intrare iudicium, *Abb. c. exceptionem. numer. 16. de exception.* Secũdo, est præiudicialis, respectu intentionis: Ea enim probata à Reo, † Actoris intentionem perimit, ipsumque ab agendo excludit, *Abb. c. tuam. n. 7. de ord. cog.* Exceptiones autem præiudiciales, † ante omnia sunt discutiẽdæ *l. 1. C. de ord. cognit. & gl. l. 1. §. præiudicialis. inst. de act.*

Secundo mouetur, quod Iudex † maxime vigilare debet, vt consuetum ordinem iudiciorum tanquam normam præscriptam obseruet. Si enim solitus & necessarius ordo omitteretur, † vel etiam præpostere fieret, ex hoc sententia redderetur nulla, iuxta textum & notata *per interpp. in l. prolatam. C. de sent. l. 1. C. de execut. rei iudic. c. ad petitionem. §. fin. de accusat. c. veritatis. de dolo & contum. & ponit Specul. in tit. de sent. §. nunc videndum. n. 1.* Imo plus inficit † iniustitia ex ordine, quam ex causa: Quia prima reddit sententiam nullam, secunda nõ, vt per *Panorm. in c. cum olim n. 27. de sent. & re iudic.* Dilatio autem exceptionis, † contra perso-

personã vel Iudicis, vel actoris, vel Rei, sine quibus iudicium consistere nequit *c. foris. ibi glossa verb. iudicium. de verb. signif.* ad merita causæ nihil aliud est, quam ordinis præposteratio & peruersio, causæq; vnius ad eandem reseruatio: quod iure est prohibitum, & nullitatẽ, quæ teste *Vantio dicto loco, quid sit nullitas. numero 10.* maior est iniustitia, inducit, vt notat. per *Dd. l. prolatam. Vant. in tit. de nullit. ex defectu proces. numero 49. Abb. consil. 14. incip in causa seu quæstion. numero 2. lib. 1. Gram. decis. 85. num. 81.*

29 Tertio facit, quod Iudex † contra suũ officium, omnẽ, vt dicitur, quam in discutiendo negocio principali nauauit, operam & oleum perdit & litigantes inanibus sumptibus, cum maxima temporis iactura, cuius in partium fauorem diligentem habere debet rationem, aggrauat, si dicta exceptione ad finem reiecta, meritorum principalium cognitionem peruertat. Si enim hæc exceptio tandem in fine (quod tamen in ipsolitis exordio commodius fieri potuisset) vera esse demonstretur, processus institutus corruit, cognitio super primario negocio euanescit, tempus frustra cõsumptum est, impensæ inutiles, *Abb. d. consilio 14. Grammat. decis. numero 82.*

30 Quemadmodum enim inanis est actio, † quam inopia debitoris excludit, *l. nam is. de dolo malo.* Ita etiam vana & temeraria est cognitio, super causa aliqua suscepta, ad quam petendam Actor est in-

31 habilis. Nam si is, qui actionem † habet ad rem recuperandam, rem ipsam habere videtur, *l. qui actionem. de reg. iur.* Certe à contrario sensu, qui actionẽ nõ habet, re ipsa quoque destitui dicitur.

32 Quarto: quia Iudex † super exceptione, litis ingressum impediente, non pronuncians iusto tempore, hoc est, ante litis contestationem, partem grauat, vt iuste appellare possit: *Hostiens. & alij Felin. c. cum contingat. n. 18. versic. secunda conclusio de offic. del.*

Et licet Doctores modo allegati, imprimis *Innocent. Abb. & Grammat.* loquantur in illis terminis, quando cõtra Iudicis iurisdictionem exceptio obiicitur, quod tum illa demum ante litis contestationem determinanda sit: Tamen illud

33 † ex pari & eadem ratione, quæ & idem ius desiderat, *l. illud ad. l. Aquil.* ad exceptiones, personas Actoris vel Procuratoris spectantes, extenditur: quemadmodũ habet *Asin. in sua praxi. §. 18. c. 1. vers. id quod de except. post Bartol. & alios, in l. ille à quo. §. si de testamento. ad SC. Trebell. & Canonist. post Iohan Andr. in d. c cum contingat.*

His tamen non obstantibus, habita ratione nostræ exceptionis, contrarium statuendum, &

34 illam ad merita † causæ reiiciendam existimo. *Atque id quidem ex rationibus & iuribus sequentibus.*

35 Primo: † quia leges pro cõtraria sententia adductæ communi interpretũ declaratione tunc demum procedunt, quando omnino est certum quod eiusmodi exceptio ex parte obiicientis, sit admittenda. Secus quando est dubium, an exceptiones obiectæ competant excipienti: nec ne: *Felin. c. cum contingat. eod. num. Grammat. d. decis. 85. numero 84.* vbi etiam in fine eius decisionis asserit ex hac causa reseruatã esse exceptionem, contra iudicem, oppositam ob defectũ iurisdictionis: quam tamen alias, ante omnia discutiendam fuisse, ex ratione *supra deducta, eodem in loco decidit.*

Secundo, † prædicta iura tunc demum locum 36 sibi vendicant, quando eiusmodi exceptiones altiorem indaginem non requirunt, *Bartol. & Dd. in l. nam & postea. de iureiur. Canon. in c. cum contingat. de offic. deleg. argumento l. ille à quo. §. si de testamento ad SC. Trebellian. textus est in l. 3. §. ibidem. ad exhibendũ. vbi glos. in verb. obscurior.* declarat exceptionem † dici obscuriorem, propter facti incerti- 37 tudinem, altiorem vero, propter iuris subtilitatem. Vnde innuere videtur argumento illius textus, exceptiones † non solum facto, sed etiam 38 in iure tantum altiorem indaginem requirentes, ad conclusionem causæ asseruari posse. Cui accedit, quod tradit *Capic. decis. 10. num. 20.* Exceptionem, † requirentem longam & dubiam iu- 39 ris altercationem, ad instar erroris, iuris intricati, qui æquiparatur errori facti, *c. de quarta. num. 12. ibi Felin de exception.* reseruari posse. Ex quo etiam ibi decidit in terminis nostris, exceptionem monialibus, † quod scilicet feudi sint incapaces, 40 obiectam propter diuersas & varias interpretum opiniones differendam esse, & in causa Principali procedendum. Rationem autem huius Doctores allegant hanc, quia super disputatione iuris, † ordo iudiciarius non requiritur, *Innoc c. cum* 41 *contingat. numero 4. de consuet.* Quod dictum prædicat aureum, *Felin. c. exceptionem. num. 40. de except.* Et licet *Menoch. de arbitr. iud quæst. lib. 1. quæst. 53. nume. 5. 9. post Bald. & Marian Socin. ibid. allegatos*, contrariũ defendat: quod videlicet exceptio iuris dubii ad maiorem deliberationem reiici non possit, quia illa dilatio cognitionis, nullius esset momenti: cum Iudex iustus, siue in principio, siue in fine illum determinet, semper vno & eodem modo determinare debet: Tamẽ omnes, Canonum & legũ interpretes, vnanimi consensu disponunt, cognitionem exceptionis † in fa- 42 cto altiorem indaginem requirentis, nõ statim postquam obiicitur, expediendam, sed post litem contestatam protrahendam dd. *iuribus.* Quibus accedit *text. l. fin. C. de compẽsat.* vbi Imperator Iustinianus, exceptionem compensationis † ma- 43 iorem & altiorem indaginem exposcentẽ, alij iudicio reseruari mandat, ne multis ambagibus spes condemnationis excludatur. Quæ autem sit exceptio, † altiorem indaginem requirens, defi- 44 nit *Felin. d. c. cum contingat. de offic. deleg. n. 18.* dicens, esse talem exceptionem, in qua inuestiganda occuparetur tantum tempus, quantum ad determinandum negocium Principale sufficeret. Communiter autem † à Doctoribus concludi- 45 tur, quod hoc sit arbitrarium: *Felin. d. loco. Asin. in praxi. §. 18. c. 4. Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cent. 1.*

casu 20. vbi allegat Tyraq. Sed iudicis arbitrio relin-
46 quũtur, ea† quæ certa sub regula claudi nõ possunt, *Menoch. de arb. iud. quæst. in proœm. numer.* 5. Vnde sequitur, cum nullam certam determinatamque rationem, normam vel regulam habeamus, iuxta quam exceptiones, iudicio exactiori indigentes, metiri possimus, quod Iudex ponderatis quæstionis decidendæ controuersiis, quid sibi ex arbitrio iustum & æquum videatur, circa reseruationem, vel decisionem exceptionum disponere possit. *Examinabimus itaq; & Reorũ nostrorum exceptionem & an differenda, vel iam expedienda, dispiciemus.*

Penitus autem inspecta, & ad calculum rationis reuocata hac exceptione, negari certo non potest, Iudicem adhuc, an Reis illa cõpetat, nec ne, non satis instructum: quare merito ex communi Doctorum concluso, inter illas, quæ exquisitiorem percunctationẽ merẽtur, annumeranda, & per consequens, reseruanda venit. Nam vt paucis primo de cõtrouerso iuris articulo dicat, nemo hercle, qui saltẽ iuris primitias gustauit,
47 inficias ire potest, *l. quisquis.* † *ad l. Iul Maiest.* quæ est sedes ordinaria & fundamentũ exceptionis Reorum, non certam in hunc vsque diem, neque in iure, neque in foro recepisse interpre-
48 tationem: Et in iure quidem eadem lex † à Doctoribus in varios diffunditur intellectus: tam multi enim sunt, qui illam de liberis nascituris saltem intelligant, quam plurimi, qui eandem etiam ad natos ante delictum extẽdant, vt videre licet apud diuersos interpretes eius legis, & aliis iuribus hinc inde inter referendum adductis. In foro vero, quia nullum in hoc summo tribunali extat præiudicium, quod liberi propter delictum paternum, ab actione vel limine iudicij sint excluſi, &c.

Secundo: non minor est inter Iurisperitos
49 disceptatio: † An ab omni feudo, an vero saltem à paterno, liberi ex delicto patris sint excludẽdi.
50 Aliqui enim † duriorem amplectentes opinionem, omnis feudi incapaces eos pronunciant: Quidam vero benigniorem fouentes sententiam, quæ in dubiis semper sequenda, eos saltem à paterno feudo excludunt: *Gail. c. 13. lib. 2. de pace publ. Grammat. decis. 6. n. 4.* Posito tunc, sed non concesso, quod altercationes Doctorum, in hac intricatissima iuris quæstione, ex *Menoch. supra deducta sententia*, huius exceptionis decisionẽ propter iuris certitudinem, remorari non debeant:
51 Tamen facti incerti, † & alieni, quod prudentissimos sæpe fallit, *l. in omni parte. l. regula de iuris & facti ignorant.* ignorantia, quam Iudex in hac exceptione habet, primo id maxime causabit. Nã etsi de supplicio, quo parens Actorum fuit affectus, non solum nobis, tanquam Iudicibus, ex confessione propria Reorum satis constet, sed alias etiam plus quam notorium sit: Tamẽ cum de declaratione publica Banni, causis, processu, & sententia denique condemnatoria, non æque simul nobis exploratum sit, illam exceptionem, sine vlteriore discussione admittere, vel omnino reiicere, graue esset. Inprimis, cum videamus (quod pro secunda ratione decidendi considerari potest) reliquos tunc temporis proscriptorum liberos, & quidã etiam ex proscriptis ipsis, non solum omnes pristinas dignitates & honores, sed etiam bona parentum proscriptorum obtinere.

Tertio confirmat, quod iidem Actores aliis in causis, hic & alibi agentes & defendentes, sint admissi, neque vnquam repulsam passi.

Quarto, † quod etiam adhuc nostri Actores, 52
pro statibus Imperii habeantur & reputentur, quod patet ex processibus fiscalibus, contra eius filios.

Quinto, Imperatoris cõfirmatio, iurium, honorum, priuilegiorum, dignitatum, delictum paternum subsecuta. Qua cõfirmatione Imp. videtur animũ suum declarare voluisse, quod paternum maleficium, Actoribus nostris obesse, vel ignominiæ maculam inurere, multo minus actionibus & iuribus priuari eos voluerit. Quẽadmodũ enim priuatio præsupponit habitum, ita restitutio ex natura sua priuationem præambulam importat, & licet priuilegia sua Actores ex paterno priuilegio amisissent. Tamen eadem facilitate illa ipsis restituere, qua non amissa, Imperator cõfirmare potuisset. Ex quo igitur confirmauit & non de nouo restituit, satis superque ostendit, ipsos nũquam fuisse priuatos, nisi fortassis contra Iuris regulas, confirmationem, ab omniũ summo Principe factam, frustratoriam, & nullam velimus dicere, quod tamen in priuatorum Actibus non licet.

Quod autem Imperator pœnam † ex pro- 53
prio delicto etiam promeritam, ergo multo magis alterius culpa causatam, in totum remittere, & contra sententiam non modo quoad vitam, sed etiam quoad bona & honores, in integrum restituere queat, est tex. *l. 1. l. fi. §. fi. C. de sent. pass.* Et ex mera gratia † Imperatorẽ proscripto Imperij 54
bannum remittere posse, tradit *Gail. decis. 18. n. 18. lib. 2. de pace publ.*

Sexto: quia hic cessat nullitas, quam alioquin ex intẽpestiua huius exceptionis reseruatione, circa processum prouenire Doctores supra allegati tradũt. Nam licet hæc exceptio si à Reis probaretur, cõtra primæuos Actores obtineret: tamen interuenientibus præiudicaret minime, sed processus nihilominus cõtra eos subsisteret. Idque eo magis, cũ bona litigiosa ex statutis familiæ, † & testamẽto auito alienari prohibita, pro- 55
pter delictũ patris, in confiscationem nõ veniãt: *Textus & Dd. auth. bona damnatorũ. C. de bon proscript.* Ex his ergo cõcludit, exceptionem hãc ad merita reseruãdam, & ea nõ obstante, Reis litis contestationem iniũgendam, & litis cõtestationes euentuales pro puris acceptandas.

Legitimata nunc Iudicis & Actoris persona, videndum, quomodo Reis, vt in iudicio parati & instructi compareant, cujus Rei nomine instrumen-

strumẽrorũ in libellis assertorẽ editionem ante omnia petunt, succurratur: Hæc equidem Reorum petitio, ipsa æquitate, in qua tota editionũ materia fundata est, *l. edita. C. de edend.* niti videtur: Siquidem illa ipsa, quæ statim in exordio litis fit editio, eo fine à Legumlatoribus inducta est, vt aduersarius instrui possit de futura litis specie *l. 1. ff. & C. de edẽd.* Ac inspecto iure Actoris, deliberare, vtrũ contendendũ putet, an nõ & si putet, vt veniat instructus ad respondendũ. *d. l. 1. ff. de edẽd.* Altera namq; editio, quæ post litem contestatam ordinario modo petitur, fit magis ad instruendã probationem *l. quædam. §. numularius. verb. quorum probatio. l. argentarius. verb ad instruendum. ff. eod.* vel fundandam intentionem, vel exceptionem *l. 5. 6. & l. fin. C. eod.* Quam ad speciem litis declarandam, *Wesembec. in paratit tit. de edend. nume. 14.* Ad
56 hoc autem, vt † editio instrumentorum ante litem contestatam Actori iniungatur, vnanimi
57 Interpretum cõsensu requiritur. Primo, † vt instrumentorũ illorũ Actor, limitatiue, conditionaliter seu relatiue in libello suo faciat mẽtionẽ, se se ad illa per particulas, sicut, pro, secundum, vel similes referendo, ex qua relatione & allegatione, narrata eiusdem adeo reddantur obscura & dubia, vt reus mẽtem illius, absque illis instrumentis consequi nequeat *Bartol. l. 2. de edendo. d. l. edita eodem numero 29. Idem. l. postquam. §. dies vt legat.*
58 *nomin. caueat.* Quod etiam procedit † quando instrumentum in libello allegatum, referat se ad aliud: quoniam tunc, illud etiam, ad quod refertur, debet exhiberi. *d. l edita. num. 87. C. de edend Bald. l. in ciuile circa fin. vers. item nota. de ll. Zoannet. in rubr. C. de edend. numer. 36. facit text. in auth. si quis in aliquo iuncta glossa, ibi. C. de edend.* Quia vnum cõ-
59 tinuatur alteri, † ex natura correlationis, vnde nisi exhibeatur illud, ad quod est facta relatio: scriptura referens nullius est effectus: *Mant. cap. primo, de probat. n. 48. vers quod etiam* Et tãto magis:
60 quia † relatum inest referenti, *l. asse toto. de hæred. institut. l. ait prætor. §. si Iudex de re iud.*

61 Secundo requiritur: † vt Actor in instãtia illa in promptu habeat, & possit ea absq; mora edere: alias enim iudicium non remorandum, sed ad vlteriora procedendum. *Innoc. cap. 1. de probat. Speculat. §. nunc dicamus. §. 5. de fid. instrum. Rota decis. 2. & 5. sub tit de probat. in nouis. & decis. 7. sub tit. de fide instrum. in antiq. Abbas numer. 26. Felin. num. 27. d. c. 1. de probat.*

Quamuis autem tam primæui Actores, quam interuenientes, in libellis suis statutorum familiæ & testamenti auiti, renunciationum, pactorumque mentionem faciant, & interuenientes quoque se ad illa statuta familiæ in primo positionali articulo. ibi, laut deß Statutenbuchs/ in specie referant, vt sic primum requisitum editionis, ante litem contestatam faciendæ, hic apparere videatur: Tamen cum per allegationem horum statutorum, & aliorum documentorum omnium, ad vnum finem, prohibitæ videlicet alienationis tendentium, narrata libelli non obscura, seu ambigua & limitata reddantur: sed potius per modum assertionis & enunciationis, ita allegentur, vt Reus conuentus explicite mẽtem Actoris & tenorem dictorum documentorum satis superq; quoad finem scilicet contendendi vel deliberandi, ex libello coniicere possit. vnde vlteriori editione, quam ordinaria, in termino probatorio facienda, indigere nõ videtur. Quãdo enim Reus in ius vocatus, † de scriptura in 62
libello relata aliquo modo saltem certus esse potest, editio post litis contestationem differenda est, *Bartol. d. l. edita. per textum. vt ibi. Dec d. l. edita. numero 88.* vbi dicit, in editione ante litem contestatam facienda, considerari solummodo, an Reus ex libello certus esse possit, vel non: *Rota d. decis. 2. iuncta addit. ibi in nouis. Canon. in d. c. 1. de probat. vbi Decius* hanc communem opinionem esse dicit, quã refert *Mantua ibid numero 50.* dicens, eandem rationabilem videri: quia nemo inuitus, 63
† ad edenda aduersario suo documenta, instrumenta seu priuilegia compellendus. *l. qui accusare l. ea quæ. C. de edendo. d c. 1 de probat. &* Iudex † non 64
nisi ex magna causa, debet partẽ cogere ad exhibendum sua instrumenta, quæ penes se habet. *Innoc. in d. c. 1. de probat. per l. 3. §. pen. ad exhib. Specul. §. videndum. numero 17. in fin. de fide instrum. Rota decis. 5. tit. de probat. in nouis:* qua causa cessante, † durũ est 65
à regula communi *l. 1. verb. ad officium Iudicis. vbi glossa & D d. C. de edend. l. vbi verb. decerneretur à prætore, de edend. Wesemb. in rub. ff. de edend. n. 11.* recedere. & casum specialẽ in exemplum vel consequentiam trahere, *l. quod vero. de ll.* cum regulariter omnia instrumenta, † quæ in determinandis li- 66
tibus, æqualem cum testibus vim habent, *l. in exercendis. C. de fid. instrum. cap. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil.* tam de iure, quam de stylo Curiæ, 67
† qui loco rationis est, *Gail. obseru. 13 nu. 6 de pignor.* post litem cõtestatam producẽda sint *l. postquã §. si vt dies. vt legat. nom. caueatur.* Adeo, vt productio in principio litis facta, vim probandi non obtineat, nisi post litem contestatam in termino probatorio renetatur: *Felin. d. c. 1. de probat. nu. 28. Frid. de Senis consilio 160. incip. casus talis est.* Quia produ- 68
ctio † facta in iudicio summario, hoc est, ante litis contestationem, non facit fidem in plenario. *Felin. d. c. 1. per c. veniens. 38. de test. Bald. tap. 1. n. 26. de ordin. cognit.* Vnde in hoc nostro casu editionem adhuc differendam arbitratur, & litis contestationem iniungendam: in primis cum nullum aut certe non euidens reorum interesse in ea vertatur. Aut enim † Rei sciuerunt, aut igno- 69
rarunt asserta statuta. Si sciuerunt, amplius certiorandi nõ sunt, per regulam *c. eum qui de reg. iu. in 6.* Sed sibiipsis, si quod damnũ sua culpa, ea-dẽ scilicet bona alienari prohibita, scienter vel alio modo acquirendo sentiant. *c. damnum. de reg. iur. in 6.* Si ignorarunt, tunc sunt in bona fide, iustoque titulo bona litigiosa possident, adeo vt non præsumẽdum, ipsos cognitis nunc demum Actorum statutis, de suo iure cessuros, & possessionem, cuius nomine meliorẽ, quam Actor,

fouent, conditionem, *cap. in pari. de reg iur. in 6.* ante sententiam deserturos: Sed potius omnibus iuris remediis, spartam semel nactam ornaturos & defensuros fore. Quibus accedit aliud, Actorem Principalem adhuc ab editione liberans, quod is instrumenta illa penes se non habet. Licet autem *Dd. in d. cap. 1 de probat.* Communiter in hoc nudæ Actoris assertioni non standum tradant, sed iuramẽtum insuper requirant. *Speculat. §. nunc dicamus. n. 5. de fid. instrum.* Tamen hoc casu iuramento locus non est, cum ad siniſtram suspicionis ansam tollendam, Actor ipsemet ad exhibendum se offerat, & Commissarios petit: quod vix faceret, si tergiuersari vellet: quæ tergiuersatio etiam ideo non est præsumenda, quia possessionis commodo destituitur. Sed nunc fortassis Actrici interuenienti, quæ tum in termino probatorio editionem pollicetur, tacite fateri videtur se instrumenta asserta habere, iniungẽda erit editio: quam tamen & ipsam, eadem tanquam præpostera, nõ grauabit, ex causis iam deductis, & sequentibus. Primo: quod satis exprimatur tenor illorum instrumẽtorum in libello, vt aduersarii, absque alia editione possint super contentis in libello deliberare, quemadmodum cum aliis Canonistis, *supra allegatis*, tradit *Ægid. de Bellamer, d. c. 1. de probat. nume. 21.*

Secundo: quia iure communi, quo vtimur,
70 instrumentum vel scriptura † edi, vel exhiberi non debet, nisi duo copulatiue probentur. Pri-
71 mo, † quod ad mandatum eius, qui instrumenta sibi edi postulat, eadem scripta fuerãt, Secun-
72 do, † quod edi, sua interſit l. *prætor.* §. *prima, l. fin. vbi Dd. & maxime Bald. de edẽd. Roman. consilio* 83. *n.* 1.

73 Tertio: quia † iustus terminus ad omnia producenda in iudicio statuendus, *Rota d. decis.* quem terminum Iudex exacte obseruare debet, & prospicere, vt omnia ordine, decenterque fiant *Panorm. d. c. 1. numero 26. in fin. de probat. argumento l. nimis propere. C. de except. rei iudic.* His rationibus motus, in hoc puncto commissarium nominatum, quoniam à Reis nihil cõtra eum exceptum, deputabit, & pro prima dilatione, saluo notario, duos menses concedet.

Ad tertium punctũ, petitionis, pro citatione vel denunciatione litis: citationem à Ioan. & Marco Fuggeris, contra Brandenburg, & à præpoſito zum heyligen Creutz, contra Antonium, Actoribus non contradicentibus, decernit.

Quoad punctum interuenientium, recepti
74 iuris est, quod tertius † pro suo interesse interuenire possit, in quacunque iudicii parte *Felin. c. cum supra. numero 3. de re iudic. Gail. obs. 70. lib. 1.* Id-
75 que procedit, † siue ad impediendum agentem, vel remouendum defendentem, *l. sæpe de re iudic.* saltem de eius interesse aliquo modo, vel vt interpretes loquuntur, apparenter constet *Gail. decis. 69. numero 3. lib. 1.* Cum ergo duplex interesse
76 interuenientium hic concurrat; † primum ex iure paterno, ratione bonorum parenti ipsorum insolutum cessorum, à Dauide patre Principalium, Agentium: Secundum, † ex propria 77
persona, propter ius, quod prætendunt sibi ex delicto Dauidis quæsitum. Concludit, eos saluis Dominorum votis, admittendos, & Reis litis contestationem iniungendam, *vt supra dictum. Compensatis vbique expensis.*

Votum aliud, in eadem causa.

In puncto exceptionum declinatoriarũ, siue beneficij primæ instantiæ (& prouocationis ad ordinarium) non facile permittendum puto, vt partes statim ab initio ad Cameram trahantur & iurisdictione ordinaria & mediata priuentur, prout ordinatio part. 2. §. Es soll/expresse disponit, estque iuris indubitati. Licet autem ordinatio † quosdam casus specificatos cõtine- 78
at, qui statim immediate in hoc summo tribunali discuti possint: receptum tamen est ex iure communi, † vt & ob causæ continentiam, non 79
diuidendam, iurisdictio Cameræ, tanquam mediate superior omnium partium, fundetur, ne eiusdem rei nomine sub diuersis iudicibus litigetur, sed vt partibus consulatur, *communiter Doctores in c. ex tenore. ibid glossa verb. negocio, de rescr. & per allegata à Domino Referẽte.* Cum vulgariter tres, quatuor † vel etiã quinque casus connumeren- 80
tur quibus causæ continentia existere dicatur, puto, sub eis etiam comprehendi casum, vbi est quidem diuersitas personarum & rerũ, sed identitas actionis, quæ ex vno & eodem fonte procedit contra plures, vt per *Afflict. decis. 354. num. 13. versic. quarto.* Præsertim quando ad vnum finem, contra omnes agitur, & omnium vna eademq; ratio, & defensio existit, prout eius rei quædam præiudicia notat *Mynsi. obs. 4. cent. 1. & obseru. 69. ead. cent.*

Nobis autem constat ex actis vniformẽ, imo eandem actionem ex vno, & quasi indiuiduo concludendi medio, contra omnes Reos & possessores bonorũ Domini Iohannis Baumgartners vigore eiusdem testamenti, & pactorum familiæ, propositam esse. Vt vero id ipsum conuellatur, & vnice impugnetur, pariter omnibus Reis eandem, & quasi indiuiduam defensionem incumbere.

Licet igitur in mille tribunalibus cõtra Reos hæc lis agitetur, non tamen nisi vnius eiusdemque causæ variata discussio dici posset: quæ diuersa præiudicia, si non ipsis partibus, tamẽ processui & cognitioni inferret id, quod sine dubio à dominis, qui hosce processus decreuerunt, satis fuit perpẽsum, quos culpare non possum, ideoque in hoc puncto simpliciter cũ Domino Referente concludo.

Ad hoc caput refero etiam exceptiones Carl. Villingers, qui obijcit præuentionem iurisdictionis, & dicit, Archiducem Ferdinandum, suum esse ordinarium. Sed id diluitur primo: quod excipiens sibi quodammodo contraria dicit, se videlicet habere die Reichs Außträg. Quod si verum est, male prætendit aliam iurisdictionem. Deinde negat aduersarius, molendinum controuersum

trouersum, situm esse in iurisdictione Marchionis Burgaw. Denique vt vt hoc sit, tamen is ipse Marggrauiatus nõ putatur omnino exemptus à iurisdictione Imperij.

Litis pendentia à Marchione Brandenburgico, & Antonio Baumgartnero male allegatur: Quia vbique agitur inter diuersos ad diuersa, quoad causam & effectum. In iudiciis enim Archiducalibus, creditores inter se dimicant per hypothecariã, vter in pignoribus habeat potiora iura. Hic vero à tertio, videlicet à filiis der beiden Baumgärtner/ agitur rei vendicatione, sicq; in alium finem, nec præiudicat sententia lata super hypothecis huic nostræ causæ, & cognitioni. Ista
81 enim exceptio † tũc demum obstat, quando res iudicata nocet ipsi actioni intentatæ, *Bald. in c. 1. in fin. de content. feud. apud pares termin. Iaſ. l. nulli. C. de iudic. circa princip.* Et sic intelligenda est l. *vbi cœptum. de iudic. l. 1. C. de ord. cognit. Anchar. consil. 17. viso processu. Felin. d c. exceptionem numero 32.*

Supplicium Dauidis Baumgärtners obiicitur, pro inhabilitandis personis agẽtium, tam ad postulandum, quam ad succedendum, in bonis auitis. Et licet posterior harum exceptionum ad causæ merita facilius reiici possit, quam prima, ambæ tamẽ vna decisione determinantur. Ideoque hoc loco solummodo circa duo præcipue
82 quæstio vertitur: Primo, † an obiectum crimen perduellionis ita sit liquidatũ per Reos (secundum ipsorum asserta) vt ex eo statim in limine
83 Iudicii absoluendi sint. Deinde, † si res nondum sit satis liquida, an eius discussio ante litis contestationem partibus sit iniungenda, vel ad causæ merita reseruanda?

De primo, parum dubito, quin concludam cum Domino referente: Nondum enim clare & aperte constat Iudici, prout in eiusmodi negoci-
83 is requiritur, sed valde dubium est, primo, † an verum sit, quod asseritur, scilicet, Dauidem no-
84 torie commisisse crimen læsę maiestatis: Item, † an facta sit rebellio in propriam personam ipsius
85 Imperatoris. Item, † an hoc intuitu in Dauidem
86 facta sit executio. Itẽ, an † ob hæc, vel alia ex iu-
87 sa fuerit in bannо Imperii: Item, † an ipsius pœnam & executionem præcesserit sententia banni. *Communes opin. crim. verb. læsæ maiest. tract. vol. 10. fol. 17. 18.* Sed contra *Ancharan. cons. 177. Ang. fol.*
88 *412.* Item, † an non in occupatione Grimmenstein/ Dauid inter dimittendos, & non inter bannitos fuerit designatus. Item, † an Dauid fuerit
89 subditus eius, qui pœnæ ipsum subiecit. *tract. volumine 10. folio 16. & fol 61. Iul. Clar. fol. 67. Vant. fol.*
90 *274.* Item, † an quispiam dimissorum, vel heredum eorum, postmodum pro criminis Reo fuerit reputatus, vel aliqua pœna affectus. Et posito, in his iam recensitis nihil deficere, sed satis de ipsius criminis reatu constare, & supplicium digne subsecutum, tamen adhuc dubitatur,
91 an l. *quisquis* † contra rebellem alicuius, qui inferior est Imperatore, vltra pœnam capitalem extendatur', *Boer. de seditios. tract. volumine 10. folio 62.* Item, † an crimen læsæ maiestatis commissum 92
contra vicarium, vel commissarium Imperatoris, extẽdatur ad filios (*Angel. de malef.* quod non, sed *August. ibid.* contrarium tenet, *fol. 400. 401.*) item † an *l. quisquis* rigor, stricte in Imperio vn- 93
quam fuerit obseruatus. Item, † an non iuris de- 94
terminatione, inhabilitas personæ purgetur, quando Princeps ex delicto paterno inhabilem tractat & vocat fidelẽ vasallum. Item, † an non 95
sit alius effectus criminis læsæ maiestatis, & alius, seditionis. *Nellus de bannit. vol. tract. 10. fol. 121.* Item, † an non filii Dauidis hodie sint in possessione, 96
vel quasi, dignitatum auitarum, Item, † an con- 97
firmationi & renouationi Imperatoris, nec non processibus fiscalibus facile præiudicari debeat. De his, inquam, & aliis, ante me motis, & enumerandis, quæ tam in facto, quam in iure consistunt, Iudex ex actis & deductis hactenus informatus adeo non est, vt iam hunc punctum decidere possit.

An vero partibus iniungendum, vt ante litis contestationem, exceptionẽ inhabilitatis agentium discutiant? Puto, sentẽtiam domini Referentis æquam, tutam, & iuri conformem esse. Est enim, † vt dictum, inhabilitas agentium du- 98
plici respectu obiecta, videlicet, vt remoueantur tam ab agendo, quam à succedendo in bonis paternis. Sicque ea exceptio principaliter respicit merita causæ. Et licet Doctores varient, an debeant ante litis contestationem eiusmodi exceptiones examinari saltem summarie, refert tamen *Mynsing. obseru. 24. cent. 1.* in Camera esse decisum, † quod talis exceptio nunquã sit exami- 99
nanda ante litis contestationẽ, sed ea imponẽda, salua tali exceptione, & quibuscũque aliis defensionibus, post iudicium acceptũ proponendis. Imprimis cum (vt ante me dictum) hæc causa multis modis requirat altiorem indaginem & puncta obiecta in se grauissimi & maximi momenti, adeo sunt illiquida, quod nec de facili liquidari possint: Imo ambagibus multis in facto & iure sint innodata, vt magnum tempus requirant, nec statim probari possint, ita vt & ob hoc vnus Reorum, Ludwig Langnawer/ pure litem contestatus sit, resecando exceptiones ad merita causæ. Quo loco graue foret, Actoribus contra litem iam contestatam, præiudicium inferre, cum tam reliquis possessoribus, quam interue-
nientibus, † hæc exceptio, *tibi non competit ius vel* 100
actio, &c. salua esse possit: sicque ipsis non præiudicetur nec in bonis auitis, nec post acquisitis. Reiicienda ergo ad merita causæ. *Marant. part. 6. memb. 9. n. 15. Angel. in §. in bonæ fidei, verb. quæro, num. 5. Instit. de action. Felin. c. exceptionem, verb. fallit quarto n. 24. de exception. Bart. Bald. in l. in hac actione, in princ. ad exhibend. & l. 4. §. condemnatum de re iudic. Gail. obs. 74. num. 13. li. 1.* Exceptio enim, † quæ op- 101
ponitur in iudicio præparante, quæ requirit altiorem indaginẽ, venit examinanda in iudicio

præpara-

præparato, & reseruatur, vt *post Iaſ.Socin & alios notat Blanch. in tract. de compromiſs.q.4.verb.exceptio. n.34.* agitur enim hic de exceptione tã dilatoria, quam peremptoria, reſpiciente & merita cauſæ,
102 & perſonam Actoris, *vt dictũ.* Dicitur vero † ſtatim & in continenti probari, quod fit ad octo dies, vel plures, nec expectatur productio teſtium, vltra montes. Relinquitur tamen id arbitrio Iudicis per ea quæ allegat *Blanch. in tract. de compromiſs. q.4. numero 35. Concludo igitur cum domino Referente.*

Editio ſtatutorum familiæ, & teſtamẽti auiti, bis eſt petita: Primo, à poſſeſſoribus conuentis: quo loco iterum concludo cum domino Referente: quia omnes iſti libelli perſpicue & extensè continent ea, quibus Actores primarii ſuam intentionem ex dictis documentis fundare conantur: ſuntque documentorum contenta non limitatiue in articulis poſita, Ac ſi, *exempli gratia,* dictum eſſet, ſtatuta familiæ. & teſtamẽtum auitum prohibet alienationes extra familiam, ſicut, vel, prout in illis inſtrumentis continetur, quaſi limitatæ eſſent eæ prohibitiones, de qua limitatione dubius eſſet Reus. Sed (vt ad ſenſum patet) ponũtur declaratiue, vel cauſaliter, ita quod aduerſarius non redditur dubius de narratis per Actorem, ſed intelligit cauſas narratorum. Quo caſu, reiecta opinione *Inno. in c.1. de prob. Et Ang. in*
103 *l.1.§. edendo. de edend* receptum eſt, Actorem † nõ teneri ſtatim exhibere inſtrumenta, ſed demum lite conteſtata. Idque tanto magis, cum Actor ea penes ſe non habeat, *Bart. in l. poſtquam, §. fin. vt legat. nom. caueat. Lanfranc. in c quoniam contra falſam. rubr. de inſtrument. production. num.35. Wurmbſ. obſ 5.tit.9.lib.1.Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicamus. verſ. quod ſi quis. Ferrarienſ. in forma petendi copiam inſtrumentorum, verſ. cum anno, nu.7. Alex. conſ.3.*
104 *nu.1.vol.1.* Siquidem & particulæ iſtæ, † *prout, ſicut,* ſub hiſce diuerſis ſignificatis ſumuntur, *Alex. conſ.46.numer.9.vol.3.poſt Bart. in extrauag. ad repri-*
105 *mend. verb. prout, nu.2.* Et ponitur particula, † *prout,* aliquando aſſertiue & demõſtratiue, aliquando relatiue: item limitatiue: item iuſtificatiue: item cauſatiue: ſicque variis intellectibus, vt paſſim colligunt *Dd. vide Bertach. in verb. prout.*

Secundo, eſt petita editio à primarijs Actori-
106 bus, quos nullo modo puto audiẽdos, tũ † quod videntur ſibi contrarii, petendo ſe ab interuenientibus inſtrui, de eo, quod in ſuis libellis certo
107 & conſtanter aſſerunt & ponunt: tum † quod ipſimet contenta eorum documentorum, aſſertiue, demonſtratiue, & declaratiue, in articulis
108 enarrant. Sed quando diſponens aliquid, † facit mentionem alicuius inſtrumenti, tunc præſumitur, quod de contentis in eo, habuerit ſcientiam, de qua præſumptione ſcientiæ *Bart. in l. qui Romæ. § duo fratres, in 3 & 5 q. de verb. obligat. Bald. in c.1. tit. Imperat. Lothar de vſib. feud. verſ. iuxta hoc quæro. num.8. Alex. conſ.113. num.17. lib.6.* Ceſſat ergo ex parte petentis etiam cauſa edendi documenta. *Decernerem itaque Actoribus originariis petitam commiſſionem, diſſimulando hunc punctum.*

Citationem & denunciationem litis Fuggeris contra **Brandenburg**: Item præpoſito **zum heiligen Creutz**/ cõtra Antonium **Baumgärtner**/ etiam decerno.

Quodque interuenientes, pro ſuo iure & intereſſe prætenſo, in hoc proceſſu admitti poſſint, & debeant, nec ego ambigo.

D.B. per omnia, vt Referens, vt & in puncto exceptionũ dilatoriarum: allegat votum & præiudicium in cauſa **Reineck** contra N. Referente T. in puncto editionum, *Cagnol. in l.1. de edend.*

D.I. & G. vt & D.Q. pariter, niſi quod dubitet: quoad **Keltern** / cum ſit ſub Auſtriacis, & illi † non recognoſcant Camerã, per priuilegium: 109
Quomodo in puncto executionis conſuletur, ſi contra poſſidẽtem executio fieri debeat. Idem forte ſentiendum de molẽdino **zu Rapoltshauſen**. Sed quia hoc ab alijs vix ſeparari poſſit, **So werden es etwan die Partheyen hernacher bey Oeſterreich müſſen richtig machen.**

VOTVM XXIX.

In cauſa N. contra Epiſcop. Q.

SVMMARIA.

1 *Citatio agnatorum, quorum intereſt, an in hac cauſa ſit neceſſaria.*
2 *Figuratio ſiue narratio caſus qualis.*
3 *Actio in hoc caſu quæ competat.*
4 *Actor hic intentũ ſuum quinque documentis probat.*
5 *Documentum primum in hoc caſu cur non probet. Similiter & 2.3.4. & 5. documenta nil probant, vt ſub num.6.7 8. & 33.*
6 *Super feudi ſucceßione, in teſtamento non poteſt diſponi, maxime ſi antiquum & maſculinum ſit.*
8 *Documentum quartum huius caſus, quare plus dubij habere videatur, vt n.9. Probatio huius nu.10.*
11 *Princeps ea, quæ ſunt iuris poſitiui, tollere poteſt.*
12 *Princeps alteri ius quæſitũ, ex plenitudine poteſtatis, non poteſt tollere.*
13 *Princeps non poteſt legitimare naturalem in feudis, in præiudicium domini, quando illi apertum foret; & agnatorum, quibus ex pacto & prouidentia ius in feudo quæſitum eſt. & numero 16.19.*
14 *Princeps, an ex plenitudine poteſtatis tertio ius quæſitum auferre poßit, quæritur? Reſpondetur negatiue.*
15 *Doctorum affirmantium, Principem in præiudicium tertij, naturalem legitimare poſſe, concluſio quæ.*
17 *Fœminæ quando excluduntur à ſucceßione feudi, extantibus maſculis, ille caſus non extenditur ad legitimatos.*
18 *Imperator, quæ iuris gentium ſunt tollere non poteſt, nec dominia rerum adimere. & n.20.21.*
22 *Princeps ius agnatis differre & prorogare poteſt.*
23 *Spes ſuccedendi agnatis & dominis, abſque cauſa auferri non poteſt. & numero 25.*
24 *Læſio & præiudicium tertij ſpectandum eſt.*
26 *Iuſta cauſa, vt alicui ius quæſitum tollatur; dicitur*

fauor

fauor publicæ vtilitatis, non priuatæ, cuius gratia à regulis iuris communis receditur.

27 *Fauor publicus, priuatæ vtilitati præferendus est.*

28 *Princeps ex plenitudine potestatis alicui ius quæsitum quidem auferre potest, attamen sine legitima causa non deberet facere.*

29 *Imperator in præiudicium tertij non debet legitimare.*

30 *Feudi concessio intelligitur fieri cum clausula, saluo iure alterius, licet expresse in concessione non dicatur.*

31 *Imperator non potest legitimare ad feudum ecclesiasticum, Ratio quæ. Nec potest præiudicare directo domino feudi ecclesiastici. nu. 32.*

34 *Legitimatus cur hoc casu, etiam in feudo empto non possit succedere.*

35 *Documenta, quibus demonstratur legitimatum super feudo debere inuestiri, quæ. vt sub n. 36. 37. 38. 40. 42. 44. 45. 46. 47. cum 12. subseq.*

39 *Legitimatio est fauorabilis.*

41 *Ius in spe existens, non consideratur quoad agnatos.*

42 *Legitimatus per legitimationem vere, non ficte fit legitimus, & in omnibus pro filio reputatur.*

43 *Legitimatio ipsa, vel actus legitimationis non facit aliquem legitimum, sed ipsa lex.*

44 *A lege quod inducitur, ius dicitur & est.*

45 *Legitimati dicuntur sui, nec debent esse dissimiles legitime natis. num. 46.*

47 *Legitimis sicut debetur legitima in bonis allodialib. ita etiam legitimatis.*

48 *Legitimatus testamentum rumpit vt legitimus.*

49 *Legitimis promissum, etiam legitimatis erit.*

51 *Statutum, quod extantibus masculis legitimis & naturalibus fœminas ab hæreditate arcet locum habet in legitimato.*

52 *Legitimati & legitimi, omnino in successione exæquati, & par ipsorum in hæreditatibus conditio.*

54 *Legitimatum esse plus est, quam adoptatū, & quare.*

58 *Legitimatus quare in emphyteusi non fiat habilis.*

59 *Legitimati à tempore legitimationis sunt vere legitimi.*

61 *Verba illa, Quod legitimatus possit succedere omnibus & quibuscunque, ac in omnibus rebus, quem habeant effectum.*

62 *Legitimatus, in hoc casu, quare super feudo non debeat inuestiri, neque in eo succedere. & sub num. 64. 65. 68. 69. 70. 72. 73.*

63 *Legitimatio cum cōsensu domini, feudi scilicet, valet, vel si legitimans sit directus dominus feudi.*

66 *Legitimati non assumuntur in assessores. Contrarium num. 67.*

71 *Legitimationis legitima causa quæ.*

74 *Imperator ex adulterino coitu verā legitimationem inducere non potest.*

1 D. Referens putat, in hac causa etiam videndum *Gabriel. fol. 82.* An agnatorū, † vel quorum interest, necessaria sit citatio. vide etiā *Ludouicum à Sardis in tract. de natur. lib. fol. 260. 6.* Item *Martin. Laudens. in tract. de legitimat. vol. 6. folio 280.*

Casus talis est: Sebastianus † à Meckenheim habuit ex concubina duos filios, & quatuor filias: Ab Imperatore Carolo Quinto impetrauit legitimationem filiorum, Anno 1550. Deinde etiam à Comite Palatino, Vito Polando, Consiliario Heidelbergēsi. Eo mortuo, filius Sebastianus, vigore dictarum legitimationū, vult etiam succedere in feudalibus bonis, præsertim, cum secunda legitimatio ipsum in specie ad hoc habilitet. Sed Episcopus Q. recusat inuestituram, cum sit naturalis, & legitimatus. 2

Dominus Referens igitur, actionē † dat, conditionē scilicet ex lege, vel, actionem in factum. Probat intentum † suum quinq; documentis: Primum est, legitimatio Caroli V. Secundum, Testamentū patris. 3. Confirmatio Ferdinandi. 4. Legitimatio Viti Polandi, Comitis Palatini, quoad successionem in feudalibus. 5. Ein Ratungs brieff. 3 4

Quoad primum, non satis probatum, † quia simpliciter Actor ibi est natalibus restitutus, nec vlla mentio fit bonorum feudalium: quodque in hoc habilitatus, tātum abest, quod domino feudi derogatū sit: imo & hæc legitimatio expresse, saluo iure tertii, impetrata, quia expresse debet fieri mentio, vt *Dd. in §. naturales, si controuersia fuerit inter dominum & vasall. Gail. obs. 142. lib. 2. Bald. l. eam quam, C. de fideicommiss. Afflict. decis. 191. Forster. lib. 2. tract. de succes. quæ ab intest. deferuntur, quem vide. Alex. cons. 2. 25. 67. lib. 1. Idē cons. 97. vol. 2.* Nec cognatis præiudicium inferendū, *l. nec auus, C. de emāncip. lib.* 5

Quoad secundum instrumentum, testamentum patris, etiam non iuuat Actorem in nostris terminis, † quia in testamento super feudi successione disponi non potest, maxime si sit antiquum, & masculinum, (secus, si ex pacto & prouidentia) *c. 1. de feud succes. Zas. nu. 60. & Feudistæ d. tit. de succesion. feud.* Nec fit in testamento mentio bonorum feudalium. 6

Tertium instrumentum. Etiam hoc non iuuat, † licet confirmet vtrunque, tam legitimationem, quam testamentum paternum non se extendit vltra confirmatum, nec aliquid dat. *l. si donati. §. 1. de donat. inter vir. & vxor. l. quia, de iurisdict. omn. iud. c. 1. de confirm. vtil vel inutil. Bartol. & Doctor. in l. more. de iurisdict. omnium iudic. l. legata, de legat. 1.* Et satis operatur in suis terminis, *l. Aurelius. §. testamento, de lib. legat.* 7

Quartum documentum, videtur plus habere dubii. Est in plenissima forma, † cum clausulis successionis in feudalibus bonis; Item restitutionis nataliorum. Itē † cum clausula derogatoria. Patet ex eo, Actorem à † Comite Palatino (ex plenitudine potestatis, nō obstantibus decretis, constitut. & quibusuis, in contrarium facientibus, à Carolo V. priuilegium habente) etiam ad feuda legitimatum, cum specifica clausula derogatoria, non obstante *dicto §. naturaliter. Schurff. consil. secundo centur. 1. Forster. de succes. lib. secundo. Gail. obs. 142. lib. 2.* Ideo idem, ac si ab ipso Imperatore 8 9 10

tore legitimatio facta esset ad feuda, *gloss. in l. 1. de tut. & curat. dat. ab his.* licet in quibusdam discrepet ab his, quæ immediate ab Imperatore fiunt, vt per *Forster. d. loco.* Ideo omnis difficultas pendet ex tenore priuilegii, *l. fideiussores, §. pro Aurelio, de fideiuss. l. si quis stipulatus 112. de verb. oblig. l. porro, de priuil.* Sed Comes hic etiam ad feuda habuit.

Sed porro, si legitimationem inspiciamus, videre est eum in omnibus, & ad omnia, & expresse, vt in feudis succederet, in priuilegio sibi concesso, non obstantibus iuribus in contrarium, &c. Actorem legitimatum. Quo casu Doctores statuunt, quod legitimatio effectū habeat etiam, quoad successionē in feudis, quæ sententia communiter approbata, vt per *Afflict. decis. 195. per tot. Rebuff. consil. 33. Alexand. consil. 2. lib. 1. Dec. consil. 275. quos refert, & communem dicit Forster. lib. 2. de succes.* 11 *ab intest. fol. 231.* Ratio, cum sit iuris positiui, † ergo Princeps possit tollere, *glossa & Dd. in dicto §. naturales.*

Sed quicquid alii dicāt, cum *Zasio* sentit (prout iam allegati omnes sentiunt) quod Princeps 12 † ius alteri quæsitum, ex plenitudine potestatis, non possit auferre, Principem non posse legiti- 13 mare naturalem in feudis, † in præiudicium domini, quando feudum illi apertum foret & agnatorum, quibus ex pacto & prouidentia ius in feudo quæsitum est. Principalis est quæstio: An 14 Princeps † ex plenitudine potestatis possit auferre ius quæsitum tertio? de qua vide *Dd. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. public. leg rescripta. ibi Cyn. Cod. de precib. Imperat. off. Gail. obseru. 56. cum 2. seqq. & d. obs. 142.* vbi tenent, Imperatorem hoc non posse *Zas. consil. 10. lib. 2. Gail. lib. 2. c. 56.* Peccat enim, vt *Gail. iam allegato loco. Zas. l. 2. de orig. iur. & l. moribus. §. fin. de vulg. substit. allegat Bald. in multis locis.*

15 Proinde Doctores, † qui tenent, Principem in præiudicium tertii, naturalē legitimare posse, communiter concludunt, ipsum sine legitima causa nō habere huiusmodi potestatem, per notat. *in l. digna vox, Cod. de ll. & l. 2. de natal. restit. rex. l. nec auus. C. de emancipand. lib.*

Sed obiicietur, Principem hoc fecisse, non disputari, quid debuerit? *vide Zas. in vsib. feud. tit. de feudi succes.* vbi dicit, non posse, *num. 74.* Ad hoc dicit inclinare *Aluarot. post Isern.* & se semper ita tenuisse: *idem Zas. in l. 2. §. sed quod Princeps, de orig. iur. & in l. 1. §. substituere, de vulg. & pupill.* distertis 16 verbis ita tenet, Principem † nō posse hoc facere, in præiudicium agnatorum, licet *Alexander* contrarium teneat, refert *Gail. obs. 140.* vbi dicit, se scire Maximilianum I. nunquam voluisse talia feuda concedere. *Idem eadem obseru. numero 9.* 17 vbi in casu, quando fœminæ excluduntur, † extantibus masculis, non extendi ad legitimatos asserit, & dicit, illam opinionē Cameram sequi, *Zas. leg. ait prætor, de iureiur.* vbi dicit, nec consuetudine vel statuto posse induci. Ideo culpat Comites Palatinos *Schurff. cons. 1. cent. 1. n. 17.* dicit non succedere in feudo legitimatum: Imperatorem, 18 † quæ iuris gentium sunt, tollere non posse, *l. fin. C. si contra ius vel vtil publ. CC. c. quæ in Ecclesiarum, de constit.* Ideo dominia rerum non potest adimere. Concludit, receptum esse pro æquitate, legitimationem in præiudicium † & damnum agna- 19 torum, aut eorum, quorum interest, non heri, à Principe factam nō valere, neque ipsis ius quæsitum auferre posse.

Non obstat, quod Princeps sit dominus totius mundi: Respondet, verū esse quoad ea, † quæ 20 sunt iuris ciuilis, quæ possunt immutari: At circa hæreditates ius antiquum corrigi non posse. Inde non sequi, † quod ea quæ sunt iuris gen- 21 tium, immutari possint: quia ea sunt immutabilia, *Boss in tract. de princ. num. 300. Rebuff. in praxi, reg. 16. de non tollendo quæsito iure alteri.*

Nec obstat, si dicatur, nemini ius quæsitum esse ablatum: quia tempore impetrati priuilegii nullum ius erat quæsitum, sed dependebat ex futuro, *Dec. cons. 269. n. 8. Brun. cons. 1.* princeps enim non tollit totaliter agnatis ius, sed potius differt, † & prorogat, quod fieri potest, *per l. fin, C. si con-* 22 *tra ius vel vtilit. publ. Brun. d. consil. 1. col. 8. & consil. seq. Guid. consil. 1.* Respondet: Hic loco rei, succedere spem successionis: quæ spes † agnatis, & dominis, 23 absque causa, auferri non potest. Nec distinguendum, vtrum quæsitum sit de præsenti, an ex futuro dependeat. Quia læsio & † præiudicium 24 tertii spectandum est. Quinimo hac spe ablata, † 25 totaliter & directe tolleret & interciperet agnatis ipsum feudū: quia toties quoties hoc fieri posset, & sic agnati nunquam succederent: inde modicam hanc esse læsionem dici non posse.

Nec obstat, si dicatur, ex iusta causa hic legitimationem factam, quia non existant filii, &c. Respondet eam causam non esse sufficientem, vt tertio ius quæsitum tollatur. Nam iusta causa † dicitur fauor publicæ vtilitatis, non priuatæ, *l.* 26 *Barbatius, de offic. iudic.* cuius gratia à regulis iuris communis receditur, *l. ita vulneratus, §. multa, ad l. Aquil* Et illa causa respicit solum priuatos, die von Meckenheim. Publicus vero fauor, † qui pro Reo 27 militat, priuatæ vtilitati præferendus est, *c. Imperialem, in princ. de prohib. feud alien. l. si quis graue, §. verum, ad Syllan.*

Nec obstat, Principem vsum absoluta potestate, *Bald. l. si testamentum, C. de testam. idem in proœm. feud. numero 34.* tamen cōmunis opinio est, Principem † ex plenitudine potestatis, hoc quidem 28 posse, attamen sine legitima causa non debere. *Dd. in d. §. naturales.* Concludit potius, Imperatorem hic absoluta potestate vsum non esse: quia in originali priuilegio Caroli V. Imperator Vito Polando, Comiti Palatino concesso, expressa est clausula: *dummodo tamen legitimationes eiusmodi non præiudicent:* den andern recht ehelichen Kindern vnd Erben nicht nachtheilig seyn. Et sane illos fines Comiti non licuit transgredi, *c. porro de priuileg. Gail. obser. 42.* vbi dicit in præiudicium † tertii, Imperatorē nō debere legitimare. Infert, 29 Comiti Palatino tantā potestatem non esse concessam

cessam, imo & tacite eam inesse cõditionem, *d. l. nec anus, l. 2. §. si quid à Principe, si quid in loco publ. Iaſ. in l. fin. C. de conſtit. princ.* vbi dicit, æquitati conformandum priuilegium, etiamsi verba nõ patiantur. Et quod feudi conceſſio † intelligatur facta, cum clauſula, *Saluo iure alterius*, licet hoc in conceſſione expreſse dictum non ſit, *l. in concedendo, de aq. pluu. arcend. Dec. conſ. 23. numero 9. conſ 345. 357. Forſter. lib. 2. fol 212.* Ergo concludit, eam clauſulam non præiudicare iuri tertii quæſito. *Zaſ. conſ. 11. lib. 1.* Et dato, quod Imperator hoc poſſit: tamen non poſſe legitimare † ad feudum eccleſiaſticum Imperatorem, quale eſt noſtrum, quia ſunt extra iuriſdictionem eius, *Zaſ. de feud. ſucceſs. Forſter. lib. 2. fol 233. vbi allegat conſil. Signorol.* vbi dicit: Imperatorem † non poſſe præiudicare directo domino feudi eccleſiaſtici, *Brun. conſ. 15. Afflict. deciſ. 386.* tandem: repugnare mores & conſuetudinem totius Germaniæ.

Concludit, Actorem ſuam intentionem non probaſſe, videlicet, quod ſit ſatis qualificatus.

Quoad quintum inſtrumentum: Et ſane Actor hoc inſtrumento docet, daß Actoris parentes ſolches Lehen an ſich erkaufft. (nota non conſtat, à quo emptũ, & an hoc ſit feudum) Reſpondet: Poſito, tale ſit feudum, ſcilicet emptum: tamen in eo ſuccedere † non poſſe: quia in teſtamento nulla fit mentio bonorum feudalium † nec veniunt ex teſtamẽto, *gl. in l. item videndũ, §. fi. de petit. hared. vide Zaſ. in conſilio 9. numero 23. libro 2.* Feudum etiam hoc eſſe antiquum, & maſculinum, nec recti feudi naturam eſſe mutatam, idque conſtare ex reuerſo. Concludit, Actorem nec per hoc inſtrumentum articulum duodecimum probaſſe,

Concludit finaliter, quod Reus, præpoſitus Weiſſenburgenſis, Actorem noſtrum inueſtire non teneatur, & recte denegaſſe, nullamque iniuriam illatam Actori, nec in pœnam incidiſſe. Et reum abſoluendum: *Compenſatis expenſis.*

Aliud votum, in eadem cauſa.

D. N. Correferens: Reus aſſerit in exceptionibus, Es beruhe der gantze Streit allein darauff: Ob Actori, als legitimato per reſcriptum Principis, ipſe Reus, tanquam præpoſitus Weiſſenburgenſis, zu leihen ſchuldig/ als ein alt Stam Lehen? Et videtur, quod ſic: Primo: † quia legitimatus per reſcriptum, vt eſt in confeſſo.

Secundo: † Reus fatetur, quod pater Actoris d. feudum habuerit à Reo, donec vixit.

Tertio: † Quia etiam ad bona feudalia legitimatus, cum prægnantibus clauſulis. *Veſtr. pag. 212 2/1.* vbi dicit, hoc poſſe Comitem Palatinum, *Couar. de ſponſ. part. 2. c. 8. §. 8. n. 6. 7.*

Quarto: † Et ſic limitari *§. naturales. & ibi gloſſam* non obſtantibus iuribus in contrariũ, *ibi Bald Iacob. de Beluiſ. Couar. d. loco, §. 9. Forſt. 230. Iul. Clar. lib. 4. §. feudum, q. 82. Vaſqui. de ſucceß. prog. lib. 1. §. 2. n. 52. Socin. conſ. 3. num. 9. 10. libro 3.*

Quinto: † Quia legitimatio eſt fauorabilis, Paris *conſilio 1. n. 52. 53. 54. 58. 64. 69. 76. 98. part. 2.*

Sexto: † Quia legtimatio Actoris, Reo de præſenti nihil abſtulit, vel ademit: ſiquidem nullum tunc habuit ius quæſitum, quia pater adhuc vixit, *Crot. in repetit. l. Gallus.* Et alias ius † in ſpe exiſtens, non conſideratur, quoad agnatos. *Forſter. fol. 299. Crotus in d. l. Gallus, §. & quid ſi. nu. 33. de lib. & poſth. Pariſ. conſ. 1. n. 128. parte 2.* 40 41

Septimo: † Per legitimationem Actor vere legitimus factus, non per fictionem, vt in omnibus pro filio iuſto reputetur. *Forſter. fol. 217. Vaſq. de ſucceß. prog. lib. 1. §. 2. nu. 50. C. d. loco. Alex. conſ. 2. nu. 10. lib. 1.* Lex enim † facit aliquem legitimum, non ipſa legitimatio, vel actus legitimationis, *Schurff. conſ. 2. centur. 1. numero 1. 2. 3.* 42 43

Octauo: † Quod à lege inducitur, ius eſſe nemo dubitat. Sed quæ ſunt iuris, vere inducuntur, nõ ficte. Vere igitur legitimi per Principem redduntur, *Forſter. pag. 217. Alex. d. conſ. 2. n. 10. lib. 1.* 44

Nono: † Legitimati dicũtur ſui, *Forſter. dict. loco.* 45

Decimo: † Non debent eſſe diſſimiles legitime natis, *§. ſit igitur licentia, verſ. nihil à legitimis, & §. & quoniam, verſ. nihil diſſimiles legitimis, auth. quibus modis naturales efficiantur ſui.* Cum igitur in nullo differant, in omnibus exæquati dicendi. *Forſt. pagina 229. Schurff. vt ſupra.* 46

Vndecimo: † Sicut legitimis, in bonis allodialibus debetur legitima, ita etiam legitimatis, etiamſi à Comite Palatino ſint legitimati, *Forſt. fol. 222.* 47

Duodecimo: † Inde legitimatus teſtamẽtum rumpit, vt legitimus. *Forſt. f. 218.* 48

Decimotertio: † Quod promiſſum legitimis, etiam legitimatis erit, *Forſt. f. 218* 49

Decimoquarto: † Sicut pater poteſt diſponere de bonis ſuis cum filio, coram duobus teſtibus, ita etiam cum legitimatò, *Forſt. d. f. 218.* 50

Decimoquinto: † Statutum, quod extantibus maſculis legitimis & naturalibus, fœminas ab hereditate arcet, locũ habet in legitimato *Forſt. fol. 222.* Et quamuis contraria opinio, teſte *Gail. c. 140 lib. 2. num. 6.* verior & communior eſt, ſicque legitimatus filius pinguiori quidem prærogatiua, contra filiam legitime natam, vti non poteſt: tamen cum modo dicta filia, ſorore ſua legitima & naturali, ipſe legitimatus, æqualiter ſuccedit, ſecundum terminos iuris communis, *Gail. d. loco.* 51

Decimoſexto: † Legitimati & legitimi, omnino in ſucceſſione exęquari, & par ipſorum in hereditatibus conditio. *Forſt. f. 218.* 52

Decimoſeptimo: † Natalibus reſtituere, & libertos facere ingenuos, pari paſſu ambulant. *Forſt. f. 218.* 53

Decimooctauo: † Plus eſt, eſſe legitimatum, quam adoptatum, quia hic naturalia primordia habet: adoptatus vero ab extraneo, ciuilia tãtũ. Item fauorabilior eſt legitimatio: Ergo legitimatus magis debet effici filius, *Forſt fol. 218.* 54

Decimonono: † Non deſunt quidem argumenta quibus infertur, quod legitimatus non ſit vere legitimus. *Forſt. f. 220. 221.* Sed *Socin.* diſtinguit inter tempus præcedens, & inter ſequens 55

actum legitimationis: ita vt legitimatus, à tempore legitimationis, vere dicatur legitimus. Videtur igitur hic quoque simile, *Vasq. de succeß. prog. lib. 1. §. 2. num. 42. 43. 50. 88. Idem in repet. l. si quando, nu. 65. Cod. de inoffic. test.*

56 Vigesimo: † Facit pro Actore legitimationis definitio, vide *Forster f. 193.*

57 Vigesimoprimo: † Legitimationi inserenda causa vt habet *Forster f. 196. 197.*

58 Vigesimosecundo: † Si obijcitur, legitimatus non in emphyteusi fieri habilis, quia non vere legitimus, & propter nobilitatem Ecclesiæ, *Forst f.*

59 219. Respondet: quod imo † à tempore legitimationis sint vere legitimi, adeoque non immerito legitimatio, quando fuit restitutiua, etiam in præiudicium aliorũ, respectu tamen iuris, nondum realiter quæsiti, sed existentis in spe, retrotrahitur ad tempus natiuitatis, *Forster. folio 222. 224. 228. 232.*

60 Vigesimotertio: † Facit pro Actore, quia Carolus V. & Ferdinandus, in legitimationibus & priuilegiis suis, mandãt etiam ecclesiasticis Principibus & Prælatis, ne priuilegiis & inductis cõtraueniant. Accedit, quod Actor legitimatus,

61 possit succedere omnibus & quibuscunque, † ac omnibus in rebus. Quæ sane verba eum habent effectum, vt legitimatus succedere valeat, etiam in feudo *Menoch consilio 19. n. 14. allegat. Gozadin. consil. 4. 25. 46.* Idque tanto magis hoc casu, cum expresse præcipiatur etiam Ecclesiasticis, ne legitimatum impediant, *Gail. dict. obseruat. 140. numero 9. libr. 2.* Imo sufficit quando ex verbis aliquot, in Principis concessione expressis, colligi potest, Principem id voluisse, *Couarruu. de sponsal. part. 2. capite octauo. §. 8. n. 6.*

Ex his & aliis fundamẽtis, quæ præcipue *Forsterus* ibidem loci collegit, satis superque apparet, Actoris intentionem omnino esse fundatam, nec argumenta à domino Referente in suo voto præmisso allata, multum obstare, percipiam vero hac de causa melius sentientium iudicium.

Saluo.

Aliud votum in eadem causa.

62 D. Q. Concludit cum Referente: † Primo, per *Molin. in consuetud. Paris. §. 8. gl. 1. numero 59. part. 1.*

63 Quod scilicet † legitimatio valet, cum consensu domini, vel si legitimans sit directus dominus feudi, *adde Ias. in cons. 70. in fin. lib 3.*

64 Secundo: † Propter pudicitiam, & publicam honestatẽ, *Frid. Schenck. lib. 3. tit. 4. §. naturales, numero 1.*

65 Tertio: † Cõuenit hæc opinio moribus Ger-

66 manorum: ideo legitimati non assumuntur † in assessores, *Mynsi. obs. 31. cent. 4. facit obser. 26. cent. 3.*

67 Contraria † tamen communis opinio, vt per *Soarez in litera L. numero 117.*

68 Quarto: † Huius opinionis sunt recentiores Germaniæ feudistæ, *vt Zasdictis locis. Sonsbeck part. 9. n. 69. Petrus Loriot. de feud. succeß. Schenck d. loco. Isernia in d. §. naturales, numero 3. 4. & glossator eius, Nandus, in verbo, paterno in fin. ibid. Catellian. Cotta in memorial. lib. verb. legit. Imperat.*

Quinto: † Constat de mente Caroli Quinti, 69 qui noluit ad feuda legitimare, *glossa & Dd. in d. §. naturales.*

Sexto: † Defecit hic probabilis causæ in legi- 70 timatione expressio, *Ancharan, cons. 241. n. 4. Curt. Sen. cons. 16. nu. 17. Dec. cons. 292. num. 4* vbi dicit maxime in Comite Palatino legitimãte hoc requiri, Pancirol. *cons. 66. nu. 14. 15.* communem dicit *Curt. Iun. cons. 75. num. 4. Soarez. lit. L. num. 110. Gozad. cons. 6. nu. 25. & nu. 56.* Legitima autem † causa, vt 71 per *Curt. d. cons. 45.* est, vt ibidem habetur. Neque æque præsumitur de Comite Palatino, vt de Imperatore, *Paris. cons. 6 numero 36. 37. lib. 2.*

Septimo: † Videtur posse dici subreptitie im- 72 petratam legitimationem: ita per *Roland. cons. 49. num. 55. vol. 4.* Non esse simpliciter hereditarium feudum dicit, nec ita præsumi, sed potius ex pacto & prouidentia, *Sigism. Lofred. cons. 1. num. 127. & sequitur Iul. Clar. §. feudum. q. 9. nu. 6. 7.*

Octauo: † Accedit, quod Actori in alia con- 73 trouersia, propter allodialia, mota ab agnatis, obiecta natiuitas ex adulterino coitu, quia prior maritus adhuc vixerit, quod velint probare, &c. vt per *Dd. in capit. dominus. de secund. nupt. & capit. cum in præsentia, de sponsal.* Inde nec Imperator veram inducere potest legitimationem, *Cacheran. decision. 119. per tot. Guido Pancirolus cons. 66. per totum.* Concludit cum domino Referente.

VOTVM XXX.

In causa A. C. contra Episcop. C.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio ex remissione Imperatoris fundata, quã excitauit iurisdictionem ordinariam.*

2 *Camera ex contractu publico, statuumq; conuentione iurisdictionẽ cum Imperatore habet concurrentem.*

3 *Camera quandoque litigantium partium intuitu limitatam habet iurisdictionem.*

4 *Iudex aut ratione generalis officij, iurisdictionẽ ordinariam habet, eamq; retinet; aut ab initio non habet ordinariam. nu. 6.*

5 *Commissio specialis, in hoc casu, est excitatio, non delegatio.*

7 *Prorogatio sicut fieri potest per hominem, ita etiam per legem: Quodlibet namque officium prorogari potest. num. 8.*

9 *Camera habet iurisdictionem ordinariam, excepto casu,* der Außträge.

10 *Reus, omissa exceptione declinatoria, in causa procedendo, litem contestando, & concludendo, & prorogasse videtur.*

11 *Libelli conclusio inprimis obseruanda quia ampliat & declarat actionem intentatam & n. 268.*

12 *Ex libelli conclusione, an possessorium an petitorium, an vero vtrumq; in iudicio deductum, cognoscendum est; Et in quantum hoc procedat. n. 13.*

14 Nar-

14 Narrata non extenduntur, vltra vires petitionis.
15 Libelli conclusione ponderata, quid constet.
16 Ex petitione prima, huius casus, cõpetit interdictum, vti possidetis: Altera vero accommodatur actioni in factum, ex edicto prætoris, si quis ius dicenti, non obtemperauerit. num. 17.
18 Stylus iudiciorum, loco rationis obseruandus est.
19 Pœnæ mandatis insertæ, plerunque ex æquo inter partem & fiscum diuidendæ veniunt.
20 Non entis nullæ sunt qualitates.
21 Mandata, licet quo ad partem mandati, vires amiserint, tamen quoad iudicem, interim præcepta manent, vt nihilominus contumaci bannitio, aut pœna imungi possit.
22 Clausula iustificatoria non mutationem mandatorum, sed potius causam Principalem, eiusque cognitionem, &c. importat: Ratio huius quæ numero 23.
24 Clausula salutaris conclusioni libelli adiecta, apponitur in fauorem Actoris, & ideo in eius odiũ retorqueri non debet.
25 Actio in factum, in locum interdictorum successit.
26 Actores nõ ex duplici & diuersa petitione, ab vna aut altera destitisse, sed potius alteram cum altera coniunxisse putamus.
27 In interdicto vti possidetis, requiritur ex parte Actoris possessio vel quasi, & ex parte Rei turbatio: Seu in turibus incorporalibus, vsus & exercitium, cum patientia aduersarij, qui loco possessionis quasi haberi solet numer. 20.
29 In actione ex edicto prætoris, ad consequendam pœnã instituta, inter alia requisita, requiritur etiam inprimis contrauentio, ita vt id, quod de facto processit, de facto quoque cassetur.
30 Contrauentio quando in vna tantum parte mandati fit, in toto mandato, contrauentum dicitur.
31 Contrauentio huius negocij præsentis intuitu, omnino in turbatione consistit, qua probata, ipsa quoque contrauentio notoria erit.
32 Turbatio præsentis negocij non solum ex testiũ depositionib. sed & ipsiusmet Rei confessione, &c.
33 Actio siue iudicium hoc, ex edicto prætoris, ad consequendam pœnam, subsistit licet turbatio lite pendente, superueniat, etiamsi tempore litis contestatæ Actor experiri non potuerit, &c. Quia turbatio superueniens fundat hoc iudicium numero 34.
35 Turbatio debet probari, alias commissa dici nequit.
36 Priuatio sicut præsupponit habitum, ita turbatio possessionem, vel quasi.
37 Turbare non dicitur is, qui suo iure vtitur.
38 Turbatio includit vim.
39 Nobilitatem allegans, onus probandi subire tenetur.
40 Nobilitatem suam, in hoc casu, Actores vnde probent. & num. 47. 48. 49. 52. 56. 58. 63. 64.
41 Notorium, alia probatione non indiget.
42 Nobilis quis iudicandus est, ex antiquitate generis.
43 Nobilitas attribuitur antiquitati, ideo omne feudum antiquum nobile dici potest: Et feudum antiquum sapit nobilitatem, non autem nouum num. 44.
45 Nobilitas non nascitur in ictu oculi.
46 Ius scriptum nobilius est, iure non scripto, quia est antiquius.
50 Feuda nobilitant personas & num. 51.
53 Princeps conferendo alicui insignia, nobilitatem ipsam confirmat, & num. 54. 55.
57 Omnis, qui Principis lateri, permissu eius, adhæret, nobilis efficitur.
59 Nobilitas actorum in hoc casu etiam ex publicis apparet, vt sub nu. 60.
61 Princeps eo ipso, quod Consiliarij munus alicui demandat, vel ad alia summa exaltat, nobilitare eum dicitur: Sunt enim pars corporis principis. numero 62.
65 Singula quæ non prosunt, multa iuuant.
66 Nobiles à solutione collectarum excusantur.
67 Nullus duplici onere aggrauandus. & numero 86.
68 Nullitas vt Actores ab onere contribuendi releuet, necesse est, probent eam.
69 Antiquitas sola familiæ Actoribus huius causæ nobilitatem comparare nequit, nisi simul etiam accedat nobilitas, quæ ex antiquitate illustrior redditur.
70 Antiquitas non facit nobilitatem, alias sequeretur omnes antiquas familias esse nobiles, sed eam saltem ornat, illiq; splendorem attribuit.
71 Nobilitatem Actores huius causæ inde non probant, quod feuda nobilia teneant, eorumq; nomine seruitia præstent.
72 Vasallus pro se habens inuestituram, cur vincat litem.
73 Feuda potissimum in seruitiis personalibus consistunt.
74 Feuda non reddunt nobiles possessores, quia res hominibus accedunt, non rebus homines; Et persona nobilitat rem, non res personam n. 75.
76 Hominem non locus, sed locum homo sanctificat.
77 Nobilitas si ex feudis acquireretur, sequeretur, quod paupertas aliquem ignobilem faceret.
78 Possessores bonorum feudalium, non ratione bonorum ipsorum, sed dignitatis, quæ illis adiuncta est, nobilitantur.
79 Nobiles à muneribus patrimonialibus non sunt immunes. & num. 83. Quod tamen limitandum. nu. 81. Sed controuertitur. nu. 82.
80 Muneribus patrimonialibus collectæ connumerantur.
84 Ad functiones publicas omnes tenẽtur, qui non inueniũtur immunes. Hæc autem procedunt in bonis, de quibus nulla seruitia præstantur; secus vero in ijs feudis, quæ ad personalem præstationem domino sunt obstricta. nu. 85.
86 Iura communia in hoc casu, partim loquuntur de nobilibus ex dignitate, partim de militibus castra sequentibus.
87 Nodus dubius, in hoc casu, circa nobilitatem hic oritur. Resolutio eius. n. 89. 90. 91.
88 Nobiles quod non contribuant, quare non admittendum.
92 Nobiles quidem ipsi de bonis ijs, quæ seruitiis suis non redimunt, collectis subiacent.
93 Cessante causa priuilegij, quæ in seruitiorum præstatione consistit, cessat & ipsum priuilegium.

94 Mutatione personæ mutatur priuilegium, & conditio rei.

95 Priuilegium, propter quod nobiles de feudalibus bonis collectas non persoluunt, seruitiorum potius, quam personarum consideratione ipsis competit.

96 Quis vno loco potest esse nobilis, altero ignobilis.

97 Insigniorum collatio ab Imperatore facta, non reddit nobiliores.

98 Insignia sine priuilegiorum concessione non eximunt aliquem numero plebeiorũ; sicut nec virtus. nisi per Principem in eum ordinem collocetur.

99 Virtus, licet sit præcipua causa nobilitatis, non eximit aliquem numero plebeiorum, nisi per Principem in eum ordinem collocetur.

100 Nobilitatis dignitas plane est iuris ciuilis, non nostra voluntate, sed à principe paratur; Et est datiua, non natiua. nu. 101.

102 Nobilitas ex sola nominatione in literis insigniorum, non dicitur acquisita.

103 Nobilis qui ab Imperatore reputatur, verbaliter nobilis est.

104 Nobilem quem non faciunt missiuæ, vel literæ priuatorum, in quibus nobilium titulo ornantur, cum sint scripturæ priuatæ, quæ tertio non præiudicant; Ita nec vulgi varium præconium & communis opinio, quando iura improbant, numero 105.

106 Nobilitas precio comparari non potest, quemadmodum scientia.

107 Per Principem auferri non potest, ne inde occasio iniuriarum nascatur vnde iura nasci debent.

108 Mutatio non præsumitur, nisi probetur; Et quod non mutatur, quare stare prohibeatur.

109 Nemo sibi ipsi causam possessionis, maxime in præiudicium tertij, mutare potest.

110 Possessio ex vno aut altero actu nõ potest induci; Trinus actus autem tribuit possessionem. numero 111.

112 Possessio noua & recens, & à possessione maiorum suorum aliena, præsumitur clandestina.

113 Possessio vitiosa possidenti non prodest.

114 Priuilegium contra ius commune, & constitutiones imperij; Item contra ius tertij, quare non extendendum, nec contra dominum interpretandum. & numero 115.

116 Donatio, cum publicum bonum offendat, ipso iure nulla est.

117 Ecclesiæ conditionem meliorem, non deteriorem reddere Episcopus debet.

118 Contributiones Turcicæ, ob necessitatem omnibus imperij subditis indefinite impositæ sunt.

119 Ius collectarum tollitur per non vsum, spacio 40. annorum.

120 Fauorabilior est præscriptio libertatis contra seruitutem, quam econtra.

121 Oppositum quod operatur in opposito, idem operatur propositum in proposito; oppositorũ enim eadem est disciplina.

122 Præscriptio collectandi & immunitatis sunt opposita, sicut seruitutis & libertatis.

123 Verba ambigua ex consuetudine & modo vtendi declarantur.

124 Voluntas verbis & factis demonstratur; Et facta magis declarant animum, quam voluntas. n. 125.

126 Præscriptio contra imperium non currit.

127 Immunitatis possessio, huius causæ, vt probetur requiritur tempus immemoriale, item patientia & scientia Principis.

128 Possessio iurium, sine patientia & scientia, secundum placita interpretum, pro nulla habetur.

129 In præscriptione iurium huiusmodi, quæ substantialia requirantur ab Alexandro. vt numero 130. & 132.

131 Libertas per non vsum, præscribitur.

133 Præscriptio iurium, huius materiæ, nisi cum omnibus qualitatibus probetur, deficit, vna aliqua qualitate tantum deficiente.

134 Præscriptio, cum sit facti, in dubio non præsumitur.

135 In possessionis causa ambigua, Reus absoluẽdus venit.

136 Ius collectandi de consuetudine Germaniæ, Reo nostro, vt Principi Imperij, propter regalia, competit. Item de iure communi. n. 137. Ac de iure speciali, ex receßibus Imperij numer. 138.

137 Ius commune, eãdem principi tribuit potestatem in suo territorio, quam Imperatori in imperio.

139 Nullitates hic in Rotulo Rei aliquot deprehenduntur. vt num. 140. 141.

142 Dilatio quarta permittit documenta transumi.

143 Mandatum futura tantum respicit, & ad præterita retrahi non potest.

144 Delegatio iurisdictionis, de casu ad casum prorogari non potest.

145 Partes, licet substantialibus iurisdictionum renunciare non possint, acta tamen nonnulla nulliter facta, ad fidem faciendam, etiam tacita approbatione, approbare possunt.

146 Mandati pœna, ob spretum iudicis præceptum, tantum locum habet: Cui competat, n. 147. 149.

148 Vsus & consuetudo iudiciorum, pro lege est.

150 Libelli conclusio, in hoc casu, actionem in factum, ex interdicto, vti possidetis, præsupponit.

151 Narrata, in hac actione, potius petitorium, quam possessorium respiciunt.

152 Actio hic in tali dubio, primo ex intentione, secundo ex commodo & vtilitate Actoris, est ponenda.

153 Iudicia petitoria in rem illi pro quo, siue contra quem iudicatum. ius, veluti dominij ac proprietatis, vel tribuunt, vel denegant.

154 Interdictum vtile, vti possidetis, cumulatum cum negatoria, non tantum pro seruitutibus sed pro quibuscunque iuribus aliis incorporalibus, quæ naturam seruitutum sapiunt, competit.

155 Petitorium cum possessorio retinendæ, quando cumulari possit.

156 Actor in seruitutibus ac aliis iuribus incorporalibus, per confessoriam vel negatoriam asserendis vel negandis, non tantum dominus, vel quasi, sed etiam possessor, vel quasi esse potest. Ratio eius. nu. 157.

158 Confessoria ab initio instituta, pendente lite, possessorium retinendæ cumulari potest.

159 Conclusionis defectum in petitorio, vis clausulæ salutaris supplet.

160 De collectis imperij vniuersalibus tantum, non de particu-

particularibus singularium prouinciarum in imperio in hac causa agitur.

161 *Ad collectas Imperij vniuersales, propter pragmaticam sanctionem, siue Imperij Recessum, omnes imperio subiecti, nisi expresse ipsa lege excipiantur, tenentur.*

162 *Nobiles in Francia, Sueuia, & ad Rhenum, à collectis vniuersalibus imperij sunt immunes.*

163 *Obligationes non sunt liberæ voluntatis, sed necessitatis.*

164 *Collectæ imponuntur ab illis, qui iubendi potestatem habent.*

165 *Interdictum vti possidetis, cum actione negatoria, in quibus conuenit. & numer. 166.*

167 *In possessionis inuestigatione in nostro casu, quid imprimis obseruandum.*

168 *Actores nostri ad solutionem collectæ, cui se obtulerunt.*

169 *In iuribus incorporalibus, vsum cum patientia aduersarij ad possessionem inducendam concurrere oportet.*

170 *Possessio nostra factum requirit, & ab actu corporali proprio, siue eorum, qui nostro nomine quid agunt, tantum incipere potest.*

171 *Omnibus naturaliter inest, vt facile quæuis ad onerum, quæ nobis incumbunt, societatem admittamus.*

172 *Actus vnus vel alter, in iis quæ facultatis sunt, & sponte conceduntur, possessionem non inducit, sed requiruntur plures, vt ibid.*

173 *Fundamenta Actorum in hoc nostro casu quæ, & vnde. numer. 174.*

175 *Maiores quod fuerunt posteros quoque permansisse existimandum est.*

176 *Sine dignitate & iurisdictione omnimoda, etiam iure Communi, nullum feudum nobilitat.*

177 *Seruitia feudorum nomine præstita non inferunt nobilitatem.*

178 *Fides & seruitiorum necessitas, omnibus feudis, etiam minimis, & ignobilibus, tanquam eorum proprium adhæret.*

179 *Collectarum exactiones requirunt subiectionem.*

180 *Ad generis positionem, non sequitur præcise positio vnius speciei.*

181 *Immunitas onerum, liberationem ab omnimoda ciuilitate, non includit.*

182 *Testis cuiusuis depositio, sine vlla concludente ratione dictis suis apposita, est nulla.*

183 *Tituli inscripti,* den Edlen *&c. ad promerendum fauorem, eorum quibus scribitur, accommodari solent.*

184 *Amicitiæ actus possessionem non tribuunt.*

185 *Princeps, vel Papa, eo ipso, quod nobilem aliquem appellet, quenquam nobilitare non censentur, & n. 102.*

186 *Diuerso respectu, diuerso iure quis censeri potest.*

187 *Iura plura cum concurrunt in persona vnius, perinde est, ac si concurrerent in personis diuersorum.*

188 *Exemptus quis esse potest, respectu certæ rei vel loci, respectu vero alterius rei, vel loci, non erit exẽptus.*

189 *Actores nostri quatenus Vasalli Ducum Saxoniæ sunt, nobiles esse possunt: & quatenus Episcopi, vel Capituli, nihilominus ciues erunt.*

190 *Priuilegia nulla à muneribus patrimonialibus immunitatem præstant.*

191 *Vacatio, quæ per priuilegia de facto concessa est, ipso iure nulla est.*

192 *Lex, Vacuatis C. de decurionibus. lib. 10. omnium immunitatum priuilegiis erpresse derogat.*

193 *Immunitatis concessio, nisi cum clausula: non obstante l. Vacuatis. C. de decurionibus lib. 10. fieri non potest.*

194 *Princeps summus, cum clausula non obstante l. Vacuatis C. de decurion. libr. 10. immunitatem concedere potest.*

195 *Principes Germaniæ nostræ perpetui sunt, ac iura imperij, siue regalia possident, omniaq; possunt in suis territoriis, quæ Imperator in imperio: Ideoque cum clausula non obstante l. Vacuatis. C. de decurion. lib. 10. immunitatem concedere possunt. Etiam in reliquorum subditorum præiudicium, n. 196.*

197 *De Ducibus inferioribus Principe, quæ dicuntur, de illis intelligenda sunt qui iura Principis nõ habent.*

198 *Ab Episcopis quæ proficiscuntur, consensum capituli includunt.*

199 *Clausulæ, ex certa scientia, item de plenitudine potestatis idem operantur, quod clausula, non obstante tali lege.*

200 *In priuilegiis multum ponderis habet repetitio particularum vniuersalium.*

201 *Concessio generalis immunitatis, quamuis casus insolitos, & publicam vtilitatem concernentes non comprehendat: Attamen cum immunitas conceditur sub verbis geminatis, casus improuisi includuntur, etiamsi non exprimantur, n. 202.*

203 *Priuilegia ob merita concessa, ad onera, etiam publica necessitatis causa inducta, extenduntur.*

204 *Meritorum expressio facit, quod priuilegia in contractum transeant, nec vnquam reuocari possint, & n. 205.*

206 *Contractus cum subdito initi, potestati illius Principis non subiacent, sed in iis priuatus reputatur.*

207 *Reuocationes licet generales sint, & geminatæ, priuilegia tamen propter merita concessa, nõ censentur simul reuocata.*

208 *Bellum nullum, nisi vel ab ipso Imperatore, vel ipsius procerum Imperij decreto geratur, licitum est.*

209 *Immunitas quæ per expressionem oneris, præsertim belli, conceditur, ad omnes casus insolitos, atque improuisos extenditur.*

210 *Ad præscriptionem immunitatis implẽdam, tria potissimum probanda sunt.*

211 *Bonam fidem allegare, quando non erit necesse.*

212 *Necessitas interpellationis & recusationis hinc inde faciendæ non adeo requiritur. & numero 213.*

214 *Immunitatis possessio à tempore primæ impositionis incipit.*

215 *Ad immunitatis præscriptionem requiritur tempus 40. annorum.*

216 *Ius collectandi pertinet ad regalia.*

217 *Ius immunitatis iure communi cuiuis competit, quamuis sit contra ius commune.*

218 Col-

218 Collectæ quare habent causam discontinuam.

219 Iurium incorporalium causa potius continua, quam discontinua, quia personis competunt, & retinentur animo continuo.

220 Immunitatis concessio siue vsus, vnde satis probatus.

221 Patientiam in Episcopis, quæ demonstrant, & num. 222.223.

224 In priuilegiis & duabus sententiis dictis, acta titulum suppeditant.

225 Sententia legitimum præscribendi titulum præbet.

226 Probata quæ non sunt, elisione non egent. vt numer. 227. & 228.

229 Duo modi, quibus collectæ comportantur, propositi sunt, vt num. 230. 231.

232 In collectarum negocio, tantum subditi, quod iuri communi consentaneum est, cogi possunt.

233 Verba recessuũ Imperij, Da er g sessen / zugeben schuldig sey qualiter intelligenda.

234 Reo in hoc casu, quid probare incumbit.

235 Præsumptio est quod quisque eius loci, in quo degit, ciuis reputetur.

236 Probationes pro Reo, in hoc negocio quæ, vt numer. 237.238.240.244.246.247.249.cũ 5. subseqq.

239 Exclusio vnius, est inclusio alterius.

241 Exemptio & liberatio præsupponit obligationem: Nec exemptio cũ contra ius cõmune fit, extenditur vltra id, quod in ea comprehensum est.

242 Immunitas à muneribus patrimonialibus, non tribuit exemptionẽ à personalibus, multo minus à iurisdictione & foro.

243 Immunitatis concessio vsque adeo nõ tribuit omnimodam ciuilitatis liberationem vt etiã statutum loquens de ciuibus, locum habeat in ciuibus exemptis, non subeuntibus munera.

244 Priuilegia nostris Actoribus concessa, non personæ sed videlicet ædibus tributa sunt, vt illis fruantur: Et ideo cum tantũ rem, non etiam personam afficiant, nec personam alterare, nec ex ciue forensem, nec ignobilem ex nobili efficere possunt, nume. 245.

248 Dictio, alius, in proprio significato, implicat similia.

250 Ciuis ex honoribus & muneribus cognoscitur.

256 Nobilitas, & quauis alia conditio personæ, per famam rectè probatur.

257 Episcopi neminem, in præiudicium Imperij liberare possunt à collectis vniuersalibus.

258 Testibus duobus affirmantibus, generaliter plus creditur quam mille negantibus.

259 Testium dicta in dubio pro producente sunt interpretanda.

260 In bonis suis vnusquisque liberam facultatem habet.

261 Pœnale iudicium in vniuersum, nisi ex doli causa, nullum locum habet.

262 Connexorum vis facit, vt incapax gaudeat beneficio capacis.

263 Vacatio à muneribus, si vnis ex duobus sociis detur, proderit alteri.
Hocque maxime procedit in rebus pro indiuiso communibus, vt num. 264.

265 Nobilis si feudum cum plebeo habet commune, & nobilis dominum offendat, tamen feudo nõ priuatur, quod cum plebeo innocente habet commune.

266 Iure communi regulariter, summarie & executiue, etiam lite pendente, attentari potest.

267 Collectarum naturalis ratio est, vt in ea à præceptis executiuis initium fieri possit, nec reuocatio attentatorum sit permissa.

269 In libello semper attendendum non quid narretur, sed quid concludatur.

270 Libelli conclusio restringit narrata ad ea, quæ in conclusione petuntur, quia in conclusione stat modus agendi, substantialiter, ex q3 conclusione libelli apparet, qualiter præcedentia intelligãtur. & numer. 271.

272 Causa proprietatis nil commune habet, cum possessione, positiue vel remotiue.

273 Libellus pro commodo libellantis est interpretandus.

274 Præiudiciales tunc dicuntur, cum Reus eas exceptiones obiiciens, probare debet, priusquã Actor audiatur.

275 Præiudicialis, hic à Reo qualiter obiecta sit.

276 Adesse non sequitur hoc, quod potest abesse.

277 Actionis nostræ intentatæ effectus, quæ concernit. vt num. 278.279. & 280.

281 Actores in hoc possessorio nituntur actibus, tam vetustis, quam recentioribus.

282 Verba, zu rechtem Mannlehen / quid importent.

283 Vsus & consuetudo, more deprauato, contra iura introduxit, quod pro inuestituris Der Mannlehen / Laudemia Lehenwahr / siue Handlohn / soluuntur, & num. 284.

285 Laudemij quota secundum tempora mutatur.

286 Nobilitatis possessorij actus varij quibus verificantur. & sub num. 12. subseqq.

299 Priuilegium domus alicuius, sicut nobilitatem aut libertatem personarum & rerum aliarum, quæ non sunt de pertinẽtiis domus, haud infert, ita minime possidentium iura & qualitates, &c. rerumque habitarum ac acquisitarũ conditiones, transformare vel immutare potest. Ratio quæ, nu 300.

301 Nobilitatis & libertatis quasi possessionem, hoc loco, quæ confirmare videntur. & num. 302.

303 Die Bürgerschafft zu Bamberg in gemein / haben sich / tẽpore rebellionis rusticæ, zum Bawren geschlagen / vnd Bäwrisch worden.

304 Nobilitas & immunitas der Zölner / quibus probetur & nu. 305.306.308.

307 Priuatus sicut tenetur ad cõnotationes exactorum, ita collectarum solutio in scriptis redigenda, vt exactionis ratio per exactores reddi possit.

309 Bona cum ex inspectione æstimi præscripta non comperiantur, non cogitur quis pro illis onera subire: Eiusmodi. n. libris creditur, & maior fides illis adhibetur, quam testibus. num. 310.

311 Negatiua ex inspectione scripturæ probari potest.

312 Collectarum solutio probari debet per scripturas, non per testes.

313 Officiũ sculteti, prælatura, & assessoratus, &c. sunt actus indifferentes & medij, qui tam per ignobiles, quam

quam nobiles, expediri possunt, ideoque parum releuant & causæ inseruiunt. Attamen actibus his, si cum reliquis circumstantiis adiungerentur, negocio adminiculi aliquid præstare possunt. num. 314.

315 *Exactiones colligendi, olim alia atque alia ratio & mos obseruatus fuit. & numero 316. 317. cum 3. subseq.*

316 *Collectarum impositiones & exactiones An. 1495. sub Maximiliano primo exordium sumpsere.*

321 *Probationes Actorum, in hoc casu, quæ. & num. 323. 324.*

323 *Fundamentum vnicum, quod depositiones aulicas quorundam detegere potest.*

325 *Turbatio nostrorum Actorum vnde deprehenditur.*

326 *Argumenta, quibus Reus conatur probare Actores nostros eorumque subditos in Ciuitate & Episcopatu Bamb. domicilia habere, ibique iuribus ciuilibus subiectos esse, quæ. & num. 327. 328. & 329. 334. 335. 336.*

330 *Argumenta Actorum nostrorum ad euertendam Rei probationem quæ. & n. 331. 332. 333.*

337 *Ciues & municipes, etiam hodie proprie dicuntur, qui munera & onera ciuilia ferunt.*

338 *Ciues si non subeunt munera, repugnat alluſio vocabuli & dicuntur Ciues Castellani, seu terrigenæ Ciuitatis, castri vel terræ.*

339 *Ciuis non est dicendus is, qui in albo ciuium descriptus non est.*

340 *Literarum quarundam tenor.*

341 *Personæ in dispositione aliqua cum distinguantur merito fit, vt & epithetorum & qualitatum, debito modo, secundum circumstantias, & congruas personas fiat relatio.*

342 *Verisimilius quod est inspicitur, & quod plerunque fieri solet: Et quæ fuerit verisimilis sentētia eius, qui verba protulit.*

343 *Difficultates & dubia quædam in hoc casu, quæ inter cætera expendenda, vt sub n. 344. 345. 346. cum octo subseq.*

354 *Ad probationem communis famæ & æstimationis plurima requiruntur, vt sub numer. 355. cum sex subseq.*

356 *Testis deponens se audiuisse non sufficit, nisi probetur à quibus vt sciatur, vtrum à fide dignis, vel à maleuolis audiuerit, vel a maiore parte, vel ab vno tantum.*

359 *Testis debet rationem dicere suæ scientiæ, præsertim super notorio.*

360 *Testis productus super notorio & fama, nihil probat, nisi adsignet rationem sui dicti.*

361 *Testis vnicus, & plures singulares fidem non faciunt, nisi probent de iisdem personis, locis, tempore.*

362 *Periculosum & minime tutum, vt ex huius causæ actis, seruitus, siue ius ciuitatis, Reo adiudicetur, quare censendum. vt numer. 363. 364. cum sex subseqq.*

367 *Sententiam ferre contra sententiam est admodum graue.*

370 *Actores nostri agunt de damno enormi vitando: Dominus Reus vero principaliter de lucro captando, n. 372. & 399.*

371 *Ciues declarati omnib. oneribus,* Der Volg Reichs vnnd järlichen Stewer *subiiciuntur.*

373 *Recessus Spirenſis, licet neminem immunem relinquat, & solutionem collectæ summodo in locis habitationum faciendam imponat, tamen hoc limitatur quoad Nobiles Franciæ, & alios qui sunt in possessione libertatis, &c. num. 374. Imo & in genere quoque limitatur. vt num. 375.*

376 *Correlatiua sunt,* Obrigkeit seyn/ vnd Vnderthanen haben.

377 *Nemo priuandus est occasione aliqua suo iure & possessione, neue inde iniuriarum nascatur occasio vnde iura nascuntur.*

378 *Status Imperij non nisi nudum ministerium, tanquã commissarij Imperatoris, in collectione* deß gemeinen Pfennings/ *præstant.*

379 *Fauorabilior est causa libertatis, quam seruitutis.*

380 *Bona libera præsumuntur, nisi seruitus probetur.*

381 *In possessorio retinendæ, duo Actori probanda sunt, & Reus, si medio tempore possidet, Actor clandestinitatem vel violentiam probare debet. numero 382.*

383 *In possessione rerum seu iurium acquirenda quæ requirantur, vt n. 384 cum sex subseqq.*

391 *Actores, quod satis sua probarint, Reus vero probationibus suis longe minus præstiterit. Vnde colligitur. vt n. 382. cum 2. seqq.*

393 *In collectis hisce, vigore* Abschieds/ *quid attendi debeat: Et qua de causa n. 394.*

395 *Actorum quasi possessio exigendi & soluendi, est antiquior, quam Domini Rei. Ideo etiam inuenitur legitima possessionis causa. numer. 396. Ratio huius num. 397.*

398 *Nobilium in quasi possessione præuentio.*

400 *Exactiones & solutiones Bamb. quando secutæ. & quomodo dicendæ. numer. 401. & attendēdæ. num. 402.*

403 *Actus regulatur à fine, in quem dirigitur.*

404 *Expensæ quas ob rationes non videntur compensandæ, vt sub n. 405. 406.*

407 *Iudicis officium, in hoc iudicio requirit, vt lis præcidatur; & quare vt n. 408. 409. & 410.*

411 *Libelli petitio inspicienda.*

412 *Reo, in hac causa, iniungenda est paritio Mandatorum, sub euentuali solita.*

PRocuratoria iusta, nullitates nullæ, quæ attendēdæ: Iurisdictio † fundata ex remissione Imperatoris, qua excitauit iurisdictionem ordinariam, *c. licet in corrigendis. ibi gl. & Dd. de inoffic. ordin. c. graue. eod tit. c. cum aliquib. de rescript. in 6.* quam Camera alias ex contractu publico, † statuumq; conuentione, cum imperatore habet concurrentem: *Gail. obse. 41. n. 5. & 43. n. 3. lib. 1.* 1 2

Non obstat, quod præsentium partium initio, † Camera habet limitatam iurisdictionē, nec in prima instantia, inuitis partibus, ius dicere potuisset, *Ordinat. tit. 5. lib. 2.* Quia aut Iudex † ratione generalis officii, habuit iurisdictionem ordinariam & eam retinet. Specialis enim † illa commissio est excitatio, non delegatio *l. sæpe. de offic. præsid.* 3 4 5

6 Aut † non habebat prius ordinariam, in illa cau-
7 sa, *Angel. cons.* 214. *in princip.* Sicut enim † per homi-
nem potest fieri prorogatio, ita etiam per legem,
8 *l.* 1. §. *de qua. de iud.* Nam quodlibet † officium pro-
rogari potest, *Mynsing. obs.* 24. *numero* 6. Sed Camera
9 habet † iurisdictionem ordinariam excepto casu
der Außträg: merito eiusdem iurisdictionem, ex
Imperatoris remissione prorogatam: Idque eo
10 magis, quod & ipse Reus, † omissa exceptione de-
clinatoria, in causa procedendo, litem contestan-
do, & concludendo, &c. prorogasse videatur, *Bart.*
post glossam in l. si per errorem. in fin. & l. si conuenerit. de
iurisd. omn. iud. Mynsi. obseruat. 76. centur. 1. alias dubi-
taretur: An Imperator, partibus inuitis, contra or
dinationem, in quam per modum contractus cũ
stantibus consensit. *Gail. d. obseruat.* 41. Priuilegium
primæ instantiæ adimere queat.

Quæ actio?

Conclusio libelli imprimis attendenda, *l. si vo-*
luntatem. in fi. vbi Bald. C. de rescind. vend. Ea enim am-
pliat & declarat actionem intentatam: *Schneidew.*
§. actionum. numero 118. Et ex hac, an possessorium,
an petitorium, an vero vtrunque in iudicium de-
ductum, cognoscendum est, *c. literæ de dilat. c. ex par*
te. de foro compet. c. ex parte. la 2. de rescript. Iason. leg. na-
turaliter. §. nihil commune. numero 191. *de acquir. possess.*
13 Quod quidem vsque adeo procedit, † vt etsi in li-
bello seu articulis narrentur ea, quæ tam ad pos-
sessorium, quam petitorium referri possunt: Ta-
men si conclusio alterutrum horum complectatur
saltem, ea actio intentata censeatur, quam cõ-
14 clusio denotat. Narrata enim † nõ extenduntur
vltra vires petitionis. *Anton. Butrig. in c. fin. de iud. Ab-*
bas cap. ex parte. de foro compet. Hartman. Pistor. in quæst.
45. num. 23.
15 Ponderata autem † conclusione libelli, con-
stat Actores tam in positionalibus articulis, quã in
receptione, Bitt oder Begeren / 20. Matii in Came-
ra exhibita, *numero quarto*, & ex litis contesta io-
ne, petere zuerkennen vnnd außzusprechen / daß Epi-
scopo nicht gebüre / Actores also in sua possessione
nobilitatis, libertatis, & priuilegiorum zu turbiren /
vnnd daß er darumb in die Straff / beiden Mandatis
Emmerleibt / gefallen / &c. & de non turbando zu ca-
uiren schuldig / &c. Quæ sane, vt sunt duplices & di-
uersæ: ita etiam duæ separatæ actiones intentatæ
16 dici possunt. Et prima quidem petitio, † nempe,
pronunciandum, Reum iniuste molestasse, & ca-
uere debere, &c. conuenit interdicto, Vti possideti-
tis, *Bartol. l.* 1. §. *interdictum. vti possidet. Ferrar. pro tur-*
ba poss. in verb. ad cessandum, numer. 1. *Dd. in leg.* 1. *vti pos-*
sidet.
17 Altera, † qua petitur declaratio pœnæ, accom-
modata est actioni in factum, ex edicto prætoris,
si quis ius dicenti non obtemp. *Rosfred. eod. tit. de li-*
bell. Bartol. in leg. 1. §. *fin. numero* 4. *ibi Socin. numero* 6.
si quis ius dicent. non obtemp. licet *Oldendorp. classe.* 1. *art.*
2. *versicul. cui & aduersus. Iason & Wesemb in paratit. d.*
rubr. per d. §. *fin.* & alias rationes ibi adductas con-
tendant, hoc edictum esse publicum, & saltem
magistratui vel fisco competere, non autem liti-
gatori: Tamen communior & antiquior est opi-
nio *glossæ, Azonis, Bald. Salic. Alexand. in d.* §. *fin. quam*
sequitur Alciat. ibi. Dum hanc actionem ipsi etiam
litigatori competere asserit, confirmat stylus iu-
diciorum, † quem loco rationis obseruandum 18
dicit *Gail. obseruation.* 13. *de pignor.* Nam de eo pœ-
næ † mandatis insertæ, plerunque ex æquo, inter 19
partem & fiscum diuidendæ veniunt. Quo in ca-
su & ipse *Oldendorp.* antea pro contraria opinione
adductus, in hanc sententiam descendere vide-
tur, *in 5. defension. Rei conuenti. d. classe* 1. *action.* 2. dum
dicit, ita iam receptum, propter opinionum va-
rietatem. Quod in præsenti casu eo minus dubii
habet: cum ea mandata tam Actori, quam fisco,
dimidiam partem pœnæ applicandam statuant.
Nec impedit, quod dict. mandata cum clausula
emanarint, & per comparitionem resoluta, vt per
Dd. in l. de pupillo. §. *meminisse. ibi glossa de operis noui nũ-*
ciat. adeo, vt non videatur amplius locus relictus
ei actioni, ex mandato nunc resoluto, cum nõ en-
tis † nullæ sint qualitates. Nam licet, quoad par- 20
tem, mandati † vires amiserint mandata, & sic in- 21
stat simplicis citationis nunc obtineant: Tamen
quoad Iudicem, interim præcepta manent, vt
nihilominus contumaci bannitio, aut pœna in-
iungi possit, *Gail. libro* 1. *obser.* 19. *circa fin.*

Et clausula iustificatoria † non mutationem 22
mandatorum, sed potius causam Principalem, e-
iusque cognitionem vel probationẽ, ac iustifica-
tionem importare, ex *ordin. tit.* 23. *libro* 2. patet. Cõ
firmante id ipsum paxi. Longe enim alius est pro-
cessus, † quãdo citatione incipitur, & ordinaria a- 23
ctione agitur, & alius, quando ab huiusmodi mã-
datis proceditur.

Quamuis autem, vigore clausulæ salutaris, cõ-
clusioni libelli adiectæ, posset dici vtrunque, tam
petitorium, quam possessorium intentatum, ma-
xime, cum etiam vtrunq; in probationibus hinc
inde factis, in iudicium deducatur, & in conclu-
sione quoque der Probation vnd Exceptionschrifft vt
vtrunque cumuletur, vt potius secundum ea,
quæ probata sunt, quam secundum narrata, vel
secundum conclusionem libelli, ferenda veniat
sententia, *post Innoc. & Panorm. in cap. cum dilectus.*
de ord. cognit. tenet Iason in leg. naturaliter. §. *nihil com-*
mune. num. 199. Tamen cum hæc regula inter alias
exceptiones, etiam hanc admittat, quod clausulæ
salutaris, in detrimentum Actoris hunc effectum
non operetur, eo namque casu potius conclusio-
ni insistendum, quam libellus, ex d. clausula salu-
tari, præter intentionem Actoris extendendus:
quod videtur sensisse *Alexand. consilio* 200. *volum.*
2. vbi ait, huius clausulæ hunc effectum esse, vt id
remedium intentatum videatur, quod Actori fa-
uorabilius est, quod sequitur *Iason in* §. *omnium. in-*
stitut. de action. num. 15. & Clarius *Neuizan. consil.* 79.
Quoniam, inquit, clausula hæc † apponitur in fa- 24
uorem Actoris. Non igitur debet in eius odium
retorqueri. *c. intelleximus. de iud.*

Cum itaq; Actores in conclusione libelli, me-
ro insistant possessorio, huic potius inhærendum,

quam

quam in præiudicium Actorum, in petitorio iudicandum consultius esse, &c. Maxime cum vtroque, tam possessorio quam petitorio, simul in iudicium deducto, Iudici liberum sit, prætermisso petitorio, super solo possessorio cognoscere, vt est textus ex quo hoc notant *Abb. & Dd. in c. 2. de caus. poss. & propriet. Bartol. in dict. §. nihil commune. Iason ibid. num.* 180.

Concludit, quoad pœnam, ex actione in factũ, & edicto, *si quis ius dicenti non obtemp.* Sed quoad causæ principalis merita, vtile interdictum, *vti possidetis*, vel actio in factum, † quæ in locum interdicto 25 rum successit. Non enim ex duplici, † & diuersa 26 petitione Actores ab vna aut altera destitisse, sed potius alteram cum altera coniunxisse putamus: argumento *l. cum ex vno. & leg. namque. l. quoties. de action. & oblig. §. in summa. ibi gl. Institut. de iniur.*

Quod autem dicto interdicto vtili succurratur turbato in iure incorporali, notat *glossa. Bald. in l. vnica. C. vti possid. Bartol. l. iniuriarum.* 13. *§. si quis. n.* 3. *de iniur. Menoch. remedio* 3. *retinendæ. num.* 108. *Alexand. cons.* 136. *lib.* 2. *num.* 7.

An probata?

Quamuis actio in factum, ex edicto illo, *si quis ius dicenti non obtemp.* de sui natura & essentia alia sit, ab interdicto *vti possidetis*, vt patet ex illius extremis, eandem ab aliis actionibus discernentibus, de quibus Doctores passim *l. 1. si quis ius dicenti non obtemp.* maxime *Zas. in paratit. Old. class. 1. action. 2.* Tamen probatio huius aliquo modo videtur dependere ex probatione causæ principalis, vt in causa Speyer contra Speyer late deductum per dominos. Quemadmodum enim in in- 27 terdicto, † vti possidetis, quod respectu meritorũ causæ principalis modo dicimus intentatum, requiritur ex parte Actoris possessio, vel quasi *Menoch. d. loco remed. 3. numero* 556. & ex parte Rei turbatio: *gl. l si duo. §. 2. vti possid. c. licet causam, de probat.* 28 Seu in iuribus † incorporalibus, vsus & exercitiũ, cum patientia aduersarii, qui loco possessionis vel quasi haberi solet, vt *in c. cum Ecclesia. de caus. possess. & propriet. Rebuff. in præfatione. in materia possessoria,* 29 *nu.* 51. Sic etiam in actione † ex edicto prætoris, ad consequendam pœnam instituta, inter alia requisita ab *Oldendorp. dict. action.* 2. imprimis requiritur contrauentio: ita vt, quod de facto processit, id de facto quoque cassetur: *Bartol. l. eleganter. de dolo. Contart. leg. vnic. numero* 14. *Si de momento an.* Et quando 30 contrauentio † in vna tantum parte mandati fit, in toto mandato contrauentum dicitur. *Bald. in c. ad audientiam. de rescript.* Hæc autem contrauen- 31 tio † præsentis negocii intuitu, omnino in Turbatione consistit, qua probata, ipsa quoque con- 32 trauentio notoria erit. Constat autem † turbatio non solum ex testium depositionibus, sed & ex ipsiusmet Rei confessione, ad 37. 42. 44. positionales, & ex attentatorum libellis, qui partim à Reo non diffitentur, partim per testes ad dict. positionales comprobantur. Nam secundum *Bald. in cap. licet causam numer.* 31. *de probat.* iudicium hoc 33 subsistit, † licet Turbatio, lite pendente, superueniat; etiamsi tempore litis contestatæ Actor experiri non potuerit, cum vere Turbatus non esset. Quia Turbatio † superueniens, fundat hoc iudi- 34 cium: *Menoch. de remed. n.* 559.

Examinat iam ius, vel quasi possessionẽ Actorum, in quibus se turbari conqueruntur: de eo enim † si non docuerint, turbatio commissa dici 35 nequit. Sicut enim † priuatio habitum pręsuppo- 36 nit *l. 1. de suis & legit.* Ita turbatio possessionem, vel quasi. Nec turbare † dicitur is, qui suo iure vtitur: 37 Turbatio † siquidem inducit vim, *l. extat. de eo quod* 38 *met. caus. l. Creditores. ad l. Iul. de vi priu. Menoch. remed.* 3. *retinend. n.* 370 *§. 1. de iniur.*

Actores immunitatem & libertatem à collectis prætendunt, eamque partim ex nobilitate, partim ex priuilegiis immunitatum, partim ex præscriptione metiuntur.

Et principio quidem, quoad nobilitatem Iuris est indubitati, quod eam allegans, † onus pro- 39 bandi subire teneatur *glossa, in l. si vero. §. quæ pro rei. qui satisd. cog.* quam ad hoc singularem dicit *Iacob. Aluar. in § si miles aduersus. n.* 3. *de pace Cõstant.* Actores igitur nobilitatem prætensam, multiplici nomine, & ex variis & diuersis actibus conspicuam reddere conantur.

Primo, † ex antiquitate familię ipsorum, quam 40 à multis retro annis in flore fuisse, non solum instrumentis & monumentis vetustis, testiumque depositione, sed Rei ipsius confessione, ad primũ & vltimum positionalem, abunde patet, vt, tanquam notorium, † alia probatione non indigeat, 41 *l. emptorem. in princip. glossa ibi verb. manifestum. de action. empt.*

Quod autem ex antiquitate generis, † quis iu- 42 dicandus sit nobilis, notatur *in l. stemmata. de gradibus affinit. Aluarot. Cardm. Alexand. §. si miles aduersus de pace Constantiæ. numero* 2. textus, *in §. cæteri vero.* ibi *antiquis temporibus. quis dicatur Comes, Dux, vel, &c.* Inde notat *Bald. & Aluarot.* quod nobilitas † attri- 43 buatur antiquitati, ita vt omne feudum antiquum posset dici nobile: & idẽ *Bald. in proœm. feud. numero* 55. inquit: feudum † antiquum sapere no- 44 bilitatem, non autem nouum: quia nobilitas † nõ 45 nascitur in ictu oculi. Sic quoque *Dec. in rubr. de constitut. columna* 1. Scriptum ius, † nobilius esse, 46 iure non scripto, ait: quia est antiquius. §. *non scripto. de iure N. G. & Ciu. Institut. Tiraquel. de nobilitat. capitul.* 19. *per tot. vbi numero quarto*, dicit, non solum de iure Codicis, sed de iure Digestorum, *leg. 1. decensib.* constitutam esse antiquitatem, nobilitatem, &c.

Secundo: † Quod ab Episcopo Bambergensi, 47 Herbipolensi, Abbate Bantz. & aliis principibus, de feudis nobilibus inuestiti sint, eorumque nomine seruitia debita præstiterint, idque probant per inuestituras ad 3. 4. & reuers. ad 5. positionalem productas: Item † per testes, 19. 33. ad 15. posi- 48 tionalem: Et per documenta, † ad 17. 18. 20. 21. ar- 49 ticulos exhibita. Quibus adstipulatur testis 3. 6. Rei, ad 1. & 5. interrogatorium. 4. defens. Item 9. ad interrog. 11. &c. qui partim ex auditu, partim

ex propria scientia deponunt, daß die Zölner Episcopo gedient/& quidam addunt, im Türckenzug/ Marggräuischen Zug Landgräuischen Zug/ vnd daß sich Jörg Zölner/ tempore diffidii, inter Ducem Wilhelmum Saxoniæ, & Episcopum Bambergensem mit Wagen vnd Pferdten zu Diensten gebrauchen lassen: Extat assertio iudicialis, in sententia am Saalgericht/Rei publicata, & ad 12. positional. producta.

Ex quibus sane non paruum nobilitatis decus Actoribus accrescere videtur: Feuda enim
50 † nobilitare personas, tradit *Bald. in proœm. feud. numero 54. Gail. obseru. 31. numero quarto, libro secundo, Isern. cap. primo. §. persona circa medium. per quos fiat inuestit. cap. primo, colum. prima. vers. item propter dignitatem. de capit. qui cur. vend. & Guid. Pap. sing. 486. versic. infeudatio. & decis. 385.* vbi dicit: quod
51 feudum † de sui natura nobilitet: adeo, vt habentes castra cum territorio, & omnimoda iurisdictione, sint exempti à contributione subsidiorum, vt nobiles, licet sint plebei, & non ex nobili progenie. *Atque ita iudicatum fuisse in Parlament. Gratianopol. decisum.*

52 Tertiò: Quod † ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, Prælatis, Comitibus, & Nobilibus, & ipso denique vulgo, habiti nobiles, & adhuc pro nobilibus habeantur & reputentur. Quemadmodum id non solum ex missiuis, & publicis edictis ad Zolneros, variis de causis ab Ecclesiasticis & secularibus Principibus, Prælatis, &c. conscriptis & transmissis, partim ad *6.* articul. positionalem specificatis, partim iudicialiter hic in Camera, literis *A. vsque S.* inclusiue productis, recognitis: Sed etiam ex Imperatoris Sigismundi Wapenbrieff satis innotescit, in quo titulus Nobilis, ab Imperatore ipso, Zolnero tribuitur, & conceditur, solchs Wapen in allen ritterlichen Sachen zugebrauchen.

Quo ipso Imperator ipsis nobilitatem im-
53 pertiisse censetur. Princeps enim, † conferendo alicui insignia, nobilitatem ipsam confirmat: *Ioan. Rainaldt. in tractat. de nobilitat. in 1. quæstion. 3. q. primar.* Nam cum insignia sint nobilium tan-
54 tum, † Imperator, tribuendo ea videtur & eam qualitatem simul concedere, quæ ad eam deferendam requiritur: argumento *leg. quidam consulebat. & ibi not. de re iudic. Tiraquel. de nobilitat. d. c. 6. nu-*
55 *mer. 6.* Imo siue verbotenus, † siue diplomate aliquo summus Princeps in concedenda tali dignitate suam voluntatem edat, non est de ea ambigendum: aut si quis careat testimonio voluntatis Imperatoriæ, & tamen tanto temporis spacio eiusdem ordinis sit habitus, vt de hominum memoria non constet, quando ceperit talis reputari, tum delici de gradu eius ordinis iure non potest: Nam regulariter cursus temporis cuius initium non extat in hominum memoria priuilegii instar est, etiam ad regalia obtinenda. *c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif.* Vnde cum Actorũ maiores, & ipsimet, ab Imperatore ipso non solum nobiles nominati, sed etiam insignibus insuper ornati, & cõmuniter pro nobilibus habiti & æstimati fuerint, merito quidem & suo quodammodo iure, adhuc illi ordini annumerãdi veniũt.

Imprimis vero, & quarto, † nobilitatem 56
commendant, quod ex actis pateat, quod eorundem maiores, & partim ipsi Actores, in togata & armata militia, à lateribus principum fuerint, ad expeditiones publicas vna cum aliis vasallis nobilibus, non solum requisiti sed etiam armis & equis instructi comparuerint, teste 1. ad 1. position. & 8. 9. Epistol. In quibus ab Heinrico, Episcopo Bambergensi, Michael & Georg Zölner/ zum Bischofflichen ehrreiten beschriben worden: Et testantur literæ Appellat. von Lichtr. schreiben/ ad sextum articulum producta: Daß Matthes Zölner/ tempore deß Marggräuischen Tumults/ auff Hochfeld gedient. Et missiua 1. 2. 3. 4. 43. 44. ad sextum articulum special. Et missiuis lit. *A. B. M.* außgeschnitten Zettel/ ad 21. position. Qui actus, Zölner in possessione nobilitatis constituere videntur: Cum omnis, † qui Principis lateri, permissu 57
eius, adhæret, nobilis efficiatur: *Angel. l. omnium. lege prima, Codic. qui testam. fac. poss. Iason ibidem numero 1. Purpurat. l. 1. columna 8. de offic. eius cui mand. est iurisd.* & plærique omnes per textum, quem *Angel.* dicit notabilem, *in l. 1. in illis verbis: quos nostra lateris comitas illustrat. l. de præpos. lib. 12.* vbi tales immunitate dignos dici: Imperator, fac. tex. *l. 1. C. de domest. lib. 12.*

Quinto: † quod Zolneri ab ipso reo ad di- 58
gnitates, & quidem tales: quæ in primis nobilibus committuntur, adsciti: & contenderint am Saalgericht/ ratione bonorum suorum, vt ex Vrteilbrieff ad 12. posit. & alia sententia, ab Alberto G. in Episcopi Lehengericht/ inter Molber/ Actorem tum temporis lata, ad 29. articul. product Item 16. citationibus, in fine Actorum adiectis.

De officiis publicis apparet ex documentis, 59
daß † sie Schultheissen gewesen/ &c. vt ad 21. positionalem: Item Vrkundten vnder der Burgermeister Innsigel Item, † fuisse Abbates: Item, haben das 60
Lehengericht besessen/ wie auß dem Gerichtsbuch erscheint. Quæ dignitates videntur addere ornamẽtum nobilitatis. Eo ipso enim, † quod Princeps 61
consiliarii munus, alicui demãdat, vel ad alia summa exaltat, nobilitare eum dicitur, exemplo Romanorũ *l. fœminæ. de Senator. & l. 1. vbi notat Bart. & l. si Senator. C. de dignit. lib. 12. Tiraq. d. c. 6. n. 20.* sunt. n. pars † corporis Principis, *l. quisquis. in pr. C. ad l. Iul.* 62
Maiest. vnde Imperator *in l. ius Senatorum. C. de dign. lib. 12.* seipsum in ordinem horum nominat.

Sexto: † quod nobiles cæteri Franconiæ, ad pu 63
blicos eorum conuentus, deliberationes & cõtributiones eos conscripserint, & cũ iisdem quoque ad Imperii contributiones pensitant, atque hinc quoque quasi possessionẽ nobilitatis assecuti sint. Et quidem, quod ad Franconiæ nobilitatem vocati sint, ex literis *23. 26. 32. 45. 46. 47.* ad *6.* positiona. designat. & ex missiuis prius productis apparet. Item † attestantur *20. 30. 33. 37.* testes, ad *33.* 64
positionalem. Quod vero iisdem nobiles Franciæ, collectas Imperii à Zolneris, eorumque subditis

ditis exegerint, docent ex missiuis à 37. vsque 42. ad sextum articulum. Quod denique contribuerint, probatur per duas quietantias, Anno 45. 35. position. Item missiuis, mit der Probationschrifft eynkommen. Quibus Actores nobilitatis quasi possessionem acquisiuisse videntur: Cum experiẽtia teste, soli saltem nobiles, ad tales Franciæ nobilitatis conuentus & contributiones conuocentur. Ex his omnibus in vnum collectis, possessio
65 nobilitatis deducta videtur: quæ enim † singula non prosunt, multa iuuant. *Wesembec. consil. 85. n. 46.* Ideo ex hoc solo capite, aut prorsus immunes
66 à solutione † collectarum erunt. Quia nobiles excusantur, *l. præcipimus. l. Senatorum. 1. quia. C. de dignitat. lib. 11. Guid. quæstion. 384. Ioan. Maurit. in l. vnica. Codic. quo loco mulieres munera subire sol. num. 12. Tiraq. cap. 26. num. 66.* Aut, si contribuere teneantur videntur liberari, contribuendo, cum nobilibus Franciæ, ad quod se offerunt, & in hac quasi possessione contributionis, manutenendi, nec cogendi, vt Episcopo collectas soluant: Cum nemo etiam ignobilis, in duobus locis collectas soluere cogatur, & contra bonam
67 fidem sit, idem bis exigi, quia † nullus duplici onere aggrauandus. *Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 9. §. 18. in verb. da illabiles, n. 10. arg. l. onustæ. §. cum autem. ad l. Rhod. de iact.*

Sed his non obstantibus, intentionem Actorum, quoad nobilitatem, non esse, fundatam putat. Ad hoc enim, † vt nobilitas Actores ab onere contribuendi releuet; necesse est probent, se esse genere, seu de progenie nobilium, vel saltem in quasi possessione nobilitatis liberæ Francorum, cuius respectu specialibus funguntur priuilegiis, quæ ad cuiusuis ordinis homines extensionem non competit. *l. 1. ibi Dd. de constitut. princip.* Hoc autem tantum abest, quod probarint, vt potius contrarium ex actis elucescat. Nam licet negari non possit, eos esse ex familia antiqua, & satis clara: tamen omnes testes Actorum, ad primum, secundum, & vltimum posit. vno ore asserunt, quod maiores ipsorum, & ipsimet, fuerint ciues, & pro ciuibus habiti. Quod ipsum testes Rei, in vltimo additionali confirmant: adeo, vt sola an-
69 tiquitas familiæ, † ipsis nobilitatem comparare nequeat, nisi simul etiam accedat nobilitas, quæ ex antiquitate illustrior redditur, *Tiraquel. cd. 19. in princip. n. 1. 2.*

70 Non ergo nobilitatẽ † antiquitas faciat, alias enim sequeretur (cuius contrariũ in vsu) omnes antiquas familias esse nobiles; Sed eam saltem ornat, illique splendorẽ attribuit. Hinc *Bald. in §. si miles. de pace tenenda*, dicit, quemadmodũ vna hirũdo nõ facit ver: Ita non intelligi de nobili genere, nisi probaret, q̃ antiquitus maiores fuerint nobiles, *glos. l. stemmata. de gradib. affin.* Quod equidem Actores nostri, neque de maioribus, neque de parentibus ipsorum docuerunt, sed potius contrarium ex depositionibus testium propriorum, ad 1. & vlt. positionalem quam Rei ad vltimũ defensionalem, & documentis ab eodem Reo datis.

Præterea non releuabit Actores, † quod feu- 71
dà nobilia teneant, & eorũ nomine seruitia præstant: Nam licet, quod ad alios Principes, constet: Tamen quoad Episcopum conuentum, hoc non satis liquet: Imò aliud docent inuestituræ, quorum tenor attenditur, *cap. 1. de duobus fratribus, à cap. inuest. Wesemb. cons. 34. nu. 37.* vt rectè iudicasse dicatur *Aluarot. cap. 1. numero 2. de consuet. ver. feud.* Vasallum † vincere litem, qui pro se habet 72
inuestituram: propterea, quod per eam probet plene suam intentionem: *cap. 1. in fin. si de feud. defunct. Bald. quæ fuer. prima cauſ. Wesemb. col. 4. nu. 77.* Quia in ipsis de seruitiis personarum, ratione feudalium bonorum, quæ ab Episcopo habent, præstandis, nulla fit mentio, vnde eiusmodi feuda, nomen proprium feudorum non merentur, quę potissimum † in seruitiis personalibus consi- 73
stunt. *Curt. sexta quæstion. cap. 7. num. 2. & cap. 9. n. 3. part. 1.*

Nec possessiones † nobiles reddunt: Quia res 74
hominibus accedunt, non rebus homines, *l. iustissimè, de ædil. edict.* Et persona † rem nobilitat, nõ res 75
personam, *Masuer. de tallijs, verſ. 1a perſon.* quemadmodum nec locus † hominem, sed homo locum 76
sanctificat, *ca. illud. dist. 40.* Posito enim, feuda nobilitare personas: quilibet rusticus diues, emendo feudum nobile, fuerit talis, quod *Bald.* dicit, permissum rustico, *c. 1. de leg. Conrad.* quẽ sequuntur *Aluarot. n. 6. Card. Alex. col. 2. verſ. & est notandum. ibid. Panorm. cons. 3. part. 2. n. 12.* Quod fieri negat *Lucas de Penn. l. cum neque, in fin. C. de incol. lib. 12. facit lex 2. Codic. de prad. & omnibus rebus nauicul. lib. 12.* Imò si ex feudis † nobilitas acquireretur, sequeretur, 77
quod paupertas aliquem ignobilem faceret, *l. humilem, C. de incest. nupt.*

Quare possessores bonorum † feudalium, non 78
ratione bonorum ipsorum, sed dignitatis, quæ illis adiuncta est, nobilitantur. *Feudist. cap. 1. de his qui feud. dare poss. cap. 1. in princ. §. cætera, quis dicatur Dux.* dum Feudorum gradus constituunt, eaque tantò nobiliora esse dicunt, quantò maiore cum dignitate coniuncta sunt. *Et in hanc sententiam interpretanda sunt iura supra dicta.*

Sed ponamus, absque veritatis præiudicio, quod ratione bonorum feudalium, nobilitatis possessionem assecuti sint: non idcirco tamen ab onere collectarum publicarum se eximere possunt. Cum nec nobiles † à muneribus patrimo- 79
nialibus, quibus & collectæ connumerantur, † *l.* 80
rescripto, §. fi. & ibi gl. verb. incolis, de mun. & honor. immunes sint, *l. munerum, § patrimoniorum ibi Bart. n. 3. l. & qui originem, §. cæteri, eod. tit.*

Ex his decidit *Alberic. de Rosat. d. rubr. num. 7. de mun. & honor. supra dicta. Georg. de Iacob. de homag. n. 60. Tiraq. cap. 20. num. 159. Maurit. in l. vnica, Codic. de mulier. & in quo loco, lib. 12. verſ. cum tantum* Qui tamen excipit nobiles, Principum † aulas sectan- 81
tes, quos immunes à collectis esse pronunciat. Sed nihil aliud pro hac sententia adducit, quam *l. omniũ, C. de testament.* quæ lex, licet præsumat, Principes non esse sine nobilibus, tamen ob hoc † nul- 82

lum dat priuilegium nobilitatis. Vnde cum text. *in dicto §. patrimoniorum*, ab his muneribus, nec pri
83 mipilarem, † nec veteranum, nec militem, nec quenquam alium, priuilegio aliquo subnixum, immunem esse dicat, etiam nec tales nobiles ab eis se excusare posse existimo: siquidem ad publi-
84 cas functiones †omnes teneantur, qui non inueniuntur immunes, *l. omnes, Cod. sine censu vel reliquis.* quam allegat *Lucas de Penn. l. fin. col. 3. Codic. de fundis Limitroph. lib. 12.*

Hæc autem declarantur, vt procedant saltem
85 in bonis, † de quibus nulla seruitia præstantur: secus autem in iis feudis, quæ ad personalem præstationem domino sunt obstricta, *Luc. de Penn. d. l. final.* Quod feudatarii regni, non cogantur contribuere, quando seruitia præstant, sed de bonis aliis eorum, pro quibus seruitia non præstant: Hanc adducens rationem, ꝙ non duplici onere debeant grauari, argum. *l. nauis omissæ, §. aut. C. ad legem Rhod. de iact. Andr. de Isern. Aluarot. Præpos. & Aflict. cap. 1. verb plaustrorum, quæ sunt regal.* ex regula *l. eum qui, de iureiur. Iacobin. in dicto tractat. de homag. n. 63. Tiraquell. cap. 20. n. 6.* Et licet *Maurit. in supra citato loco* existimet, hanc rationem satis leuem & ieiunam esse, tamen nec ipse ab hac sententia discedit, sed hoc potius ideo statutum existimat, ne natura bonorum feudalium alteretur, quæ iure, ad personalis operæ præstationem sunt destinata, tamen sē tandem remittit ad loci consuetudinem.

Nec obstant prædicta in contrarium adducta,
86 quia iura communia † (vt dicit *Lucas de Penna, in dict. l. mulieres*) partim loquuntur de nobilibus ex dignitate, partim de militibus, castra sequentib⁹, *Tiraquell. dict. cap. 20. n. 159.* sic etiam *l. non tantam, de excus. tut.* Nobilibus plenam sibi, vt dicit *Maurit. d. l. vnic. fol. 133. vers. cum tamen.* ex ea immunitatem vendicantibus, patrocinari nequit.

Ex iam dictis, adhuc aliud videtur reliquum:
87 nam si sola nobilitas † non per se, sed propter seruitia, ratione feudorum, in vasallos collata, vacationem præstet: adeo vt etiam ignobiles, quibus ratione bonorum feudalium, eadem necessitas seruiendi, Principibus in expeditionibus ingruit, à tali onere immunes sint, quemadmodum post *Chassan. in cons. 64. viso processu, vers. ad primum. Tiraq. d c. 20. n. 164. Luc. de Penna. l. fin. col. 2. C. de fund. limit. lib. 11.* dum dicit: non admittendum esse, quod
88 nobiles non contribuant, † quia sunt nobiles, cum hoc nulla vnquam lege caueatur: cum personalia officia præstent Episcopo, & ad expeditiones publicas, cum aliis nobilibus conscribantur, etiamsi nobilitatis quasi possessionem non deduxerint, nihilominus tamen, propter seruitia, alio etiam onere, collectarum, grauandos non esse. Sed huius dubii resolutio ex ipsis actis & depositionibus testium, manifesta est.
89 Primò enim † inuestituræ Episcopi ad quartum positionalem adductæ, testantur, quod bonis, quibus ab Episcopo inuestiti sunt Actores, nulla seruita deberi.

Quibus adminiculatur responsum † Episcopi 90
Bambergensis, senatui Norimbergēsi datum, de Anno 6. ad 14. positional. productum. Accedunt testes, † vt 1. 19. 26. ad 4. defensionalem, & ad 1. 2. 91
interrog. eiusdem, vbi deponunt, daß wegen deß freyen Hauß die Zölner ein Pferd halten/ ꝛc. Idem confirmat testis 1. ad 2. interrog. 23. addition. daß er in Lehenbüchern gefunden. Cum itaque Actores de reliquis bonis suis, præter ædes liberas, nulla seruitia debeant, communia eorundem onera subterfugere, & sic collectæ solutionem recusare illis minimè licebit: etiamsi nobilitatis quasi possessionem satis superque demonstrarint. Nam, vt *supra dictum*, nobiles quidem ipsi † de bonis iis quæ 92
seruitiis suis non redimunt, collectis subiacent: 93
cessante enim † causa priuilegii, quæ in seruitiorum præstatione consistit, cessat & ipsum priuilegium.

Nec repugnat, ꝙ à *Tiraq. d. ca. 20. nu. 162. ex Guid. Pap. dec. 582.* adducitur, ꝙ nimirum absque delectu bonorum allodialium, vel feudaliū, nobiles à Talliis immunes sint. In quam sententiā inclinare videtur *Thom. Parpal. l placet. nu. 25. C. de SS. Eccles. allegat Bart. in l. Paulus, in fi. de acquir. hered.* vbi dicit 94
ꝙ mutatione personæ, † mutetur priuilegium & conditio rei. Quia hoc ex illo opinionis errore prouenit, ꝙ *Guid. Pap.* nobiles non bonorum, sed ipsius nobilitatis gratia, contra leges & rationes supra adductas, à collectis putauerit liberos.

Sic quoque *Parpal.* fundamentum concidit, personæ enim nobilium non ita sunt priuilegiatæ, sicut Ecclesiæ, à quibus arguit *Parpal.* Sed priuilegium, † propter quod nobiles de feudalibus 95
bonis collectas non persoluunt, seruitiorum potius, quam personarum consideratione ipsis competit, *Tiraq. d. c. 20. n. 165.*

Quamuis autem ex actis constet, neque etiam Reus diffiteatur, quod respectu aliorum bonorum, quæ Zolneri in ducatu aliorum Principum possident, seruitia præstant, cum aliis vasallis nobilibus communia: tamen ex eo Episcopo conuento præiudicium aliquod generari non potest, cum, quoad ipsos, liberas ædes habeat, *l. loci corpus, §. competit, si seruit. vend.* atque haud rarum sit, vt quis † vno loco nobilis, altero ignobilis, 96
vt Bart. l. 1. sub num. 62. 81. Codic. de dignitat. lib. 12. Plat. ibid. vers. ex his. quia loci & temporis idem est iudiciū, *l. vnum, si certum pet. l. fin. de trit. vin. & oleo.*

Collatio insigniorum † ab Imperatore facta, 97
non nobiliores reddet. Quia præterquam ꝙ illa conueniunt cum aliis ciuiū insignibus, &c. Non enim † sine priuilegiorum concessione eximunt 98
aliquē numero plebeiorū, sicut nec virtus, † quæ 99
tamen præcipua causa est omnis nobilitatis, nisi per Principē in eum ordinem collocetur, ꝙ tamē ex productis insigniorum literis factum esse nō constat: quia ea digniras † plane est iuris ciuilis, 100
non nostra voluntate, sed à Principe paratur, *Lagus part. 2. c. 20. n. 12. Bart. d. l. 1. C. de dignitat. lib. 12. nu. 61.* dicit, † esse datiuam, non natiuam, ita vt quis 101
propria authoritate crimen falsi incurrat, *Ioh.*

Plat.

Plat.d.l.1.col.2.vers.& ex his,Codic.de dignit.per l.eos,de fals.vel in l.Iul.maiest.committat.Bart.d.loco.n.64.part. 3.ad l.Iul.maiest.c.1.de reg. iur. in 6. Eadem quoque
102 ratione ex sola † nominatione in literis insignio-
rum nobilitas non acquisita dicitur. Nam licet ipse Papa aliquem ita nominet: *Clem si summus,de sent.excommun.* sic quoque Princeps non nobilitasse censetur, *Castrens.cons.125. dubitatur primò, an Comes, n.8.9.lib.2.Tiraq.c.20.num.23.Paris de Put. de re milit.lib.7.c.1.num.13.post Bart.in dict.l.1.in fin.* di-
103 cit,verbaliter † eum esse nobilem, qui nobilis re-
putatur ab Imperatore. Ex eadem ratione nec
104 missiuæ † vel literæ priuatorum, in quibus nobi-
lium titulo ornantur: cum sit scriptura priuata, quæ testio non præiudicat,*Bald.in rub. C. de fid. instrum.col.3.Bart.d.loco,n.64.ibi Plat.arg.l.si constat, de appellat.c.2.de elect.*

105 Sic quoque vulgi varium † & incertum præ-
conium non releuat:quandoquidem iura impro bent,quem vulgus & communis opinio homi-
num,nobilem æstimat,*Castrens.consil.22.visis omni bus,n.4.lib.2.Guid.Pap.decis.88.n.2.circa med.* per do-
ctrinam *Bart.d.l.1.n.97. C.de dignitat.li.12. Tiraq.d. c.20.n.6.* Hæc enim communis fama non sufficie-
nter deducta est. Quidam namque testes, vt primus,17.29.30.ad 1. posit.& 42.interrog.gene-
ral. ante artic. deponunt,Daß sie alte Leut/vnd sich zum Adel geheyrat/auch den Adel kaufft haben sollen.
106 Quæ tamen nobilitas, † quemadmodum scien-
tia, *l.1.§.est quædam,de var.& extraord.* precio com-
parari non potest, *Tiraq.c.7. n.14.* Quidam verò testes, vt 6.10.19.29.ad 24.interrogat.generale, eosdem nobiles sua depositione declarant. Qui-
dam,vt 3.4.5.&c. ad 3.& 42.intetrog. general.in dubio relinquunt,quales sint.Quum plurimi tan dem deponunt,ipsos,eorumque maiores, fuisse & esse ciues,& adhuc pro ciuibus haberi. Quibus adstipulantur omnes ferè testes Reorum, ad 4.de fens. vt ex hac varia & diuersa testium depositio-
ne magis eos ciues,quam nobiles iudicandos exi-
stimem.

Præterea nec propter dignitates. Quod enim Episcopum comitati sunt,& equis seruitia præsti-
terint,id cum aliis ciuibus commune ipsis fuit,te-
stante hoc ipsum experientia quotidiana, quod videlicet non solũ nobiles, sed etiam ciues aulam sequantur.Et quod alii æquè seruitia equestria, vt Zolneri, præstiterint, dicit 1. testis ad 4. defen sion.& alii alibi.

Sic etiam non releuat, ꝙ quidam Oberschultheiß/am Saal oder Lehengericht gesessen: quia & alii ciues eadem gesserunt.

Superest nunc vltimum Actorum argumen-
tum,quod videlicet in quasi possessione contri-
butionis cum Nobilibus Franciæ fuerint, & ad publicos eorum conuentus vocati: Ergo etiam in illa quasi possessione manutenendi. Ideo nec
107 per Principem auferri potest,† ne iniuriarum in-
de nascatur occasio, vnde iura nasci debent, *l.me-
minerint, C.vnde vi,l exprimere.vbi Bald. Cod. de duobus Reis.* etiamsi talis possessio sit iniusta. Nam si altius ipsorum possessio examinetur,& ad originem ea-
tur,*l.1.2.de orig.iur.* ex Rotulo Rei & Actorum ap-
paret,ꝙ ipsorum maiores,parentes & Actores,ab vniuersis & singulis,pro ciuibus habiti,& publi-
cis muneribus cum aliis præfecti, & in eius iuris possessione semper fuerint, vt proinde Actores, tanquã successores intelligantur, eandẽ maiorũ suorum possessionem, ex eodẽ iure & titulo con-
tinuasse,*l.1.de regulis,iuris l.cum heres,de diu.& tempor. præscript.* Nam mutatio non præsumitur,† nisi pro 108
betur,*l.si filius,de probat.l.siue possidetis.* per regulam, quod nõ mutatur, quare stare prohibeatur,*l.san-
cimus, C. de testamentis.* Quinimò nemo † sibi ipsi 109
causam possessionis,maximè in præiudicium ter-
tii,murare potest, *l.possideri.3.§.illud,l. qui bona, §.1. de acquirenda possession.* Et licet de An. 1542. Acto-
res à nobilibus Franconiæ, ad contributiones re-
quisiti sint,atque etiã An.45.contribuerint, ꝙ te-
stantur missiuæ,& iudicialiter exhibita alia,quod ipsum huic liti ansam dedisse videtur:tamen cum ille ipse actus sit nouus, & vix vnus aut alter, † 110
quemadmodum testis 2.ad 2.interrog.33.positio-
nalis deponit, Daß sie nur auff zween Ritters Täg beschrieben. Ex illo non potest induci possessio, *Wesemb.d.cons.20.n.6.Pap.sing.236.* Nota,† ꝙ tri- 111
nus actus possessionẽ tribuit *Bart.l.1. de itin. actuq; priu.Euerh.cons.107.n.10,venerabilis:*& ex hac ratione Canonicis denegatur restitutio possessionis deci-
marum,*c.decimas,de restit.spoliat.* Cum itaque ius commune,propter breue temporis spacium,quo Actores ad contributionem conscripti sint & et-
iam contribuerint,ipsis repugnat,possessio etiam hæc illis commodo non erit: siquidẽ illa, contra ius obtenta,nihil iuris confert,*c.quod contra, de re-
gulis iur.in 6.Wesembec.cons.4.n.28.* Quippe cũ hæc Actorũ possessio † sit noua & recens, & à posses- 112
sione maiorum suorum aliena,præsumitur clan-
destina,*Abb.cap si diligenti,n.20.de præscript.Bal.d.l.non ignorabit,C.ad exhibend. verficul. si vero.* Præterea etiã de actuali numeratione, & contributione collec-
tarum Actores,nisi de An.45.plane nihil,pbant: ex qua cum hæc lis orta sit,nullum ius possessio-
nis Actores extorquere poterunt, præsertim, cum ex dictis testium Reorum pateat, quod ad quorundam intercessionem Zolneri ad contribu tionem admissi sint.Sicut deponit testis octauus ad 34. defensionalem, testis decimustertius ad 34. defens. & ad 32. addit. vbi etiam testis octa-
uus dicit. quod H.& Zöllner zu Schweinfurt nit zugelassen/& testis 30. ibidem, & ad 33. addit. de-
ponunt. Accedit testis tertius ad 33. positiona-
lem.

Ex iam relatis depositionibus testium constat, possessionem Zolneri esse vitiosam,† & propter 113
ea illis non prodesse,*Menoch.de adipisc. possess. remed. 3.n.603.* vt in simili dicit *Bar.l.siue autem,de publican. §.duobus.Concludit,quasi possessionem nobilitatis & con-
tributionis, non esse probatam.*

Accedendo nunc punctum priuilegiorum im
munitatis, secundum quod priuilegium confir-
mationes subsequẽtes intelligendæ sunt, *Bald in l.*

nomina-

nominationes. in fin. C. de appellat. inquirendum venit, An & in quantum Actores releuet, & num ad eorum ſubditos extendi poſſit. Quod ex verbis priuilegii deſumendum. Non extendendum
114 contra ius commune, † & conſtitutiones Imperii; Item contra ius tertii, dicit *Iaſ. in l. ſi quando, nu. 3. C. de inoff. teſtam. Weſ. conſ. 78. nu. 8.* multò minus contra dominum interpretanda, *Weſ. con. 73. n. 6. Schurf. con. 59. n. 29. cent. 1.* Imò priuilegiũ eſſet nullum, *Bald. Bart. d. l. iubemus, de SS. Eccleſ. notab. 2.* Ver-
115 geret enim † in damnum & præiudicium deß Stiffts / quo caſu beneficium Principis ſtrictiſſimè interpretandum, *Iaſ. l. 1. nu. 32. de conſtit. Princip.* cum conceſſio ea iuri communi repugnet, *leg. ſi quando. ibi glo. de inoff. teſtam.* Quod ius Epiſcopo non competit, quia ipſe dando immunitatem, contra ius, immunitatem donaret: quæ donatio,
116 cum † publicum bonum offendat, ipſo iure nul-
117 la eſt, *c. 2. de donat.* Nam conditionem † Eccleſiæ meliorem, non deteriorem reddere Epiſcopus debet. Quis autem fingat & ſomniet, Epiſcopum Berth. à quo priuilegium primò venit, calamitoſum illum & improuiſum incurſum Turcæ, ante tam multos annos præſentiſcere potuiſſe, præuidiſſe, aut vnquam cogitaſſe. Imò nec Imperii ſtatus omnes id ipſum periculum coniecturare po-
118 tuerunt. Sed ob neceſſitatem, † omnibus Imperii ſubditis indefinitè, huiuſmodi contributiones impoſitæ ſunt, vt Abſchied An. 42. 44. atteſtantur, *Ioan. de S. Georg. de homag. 1. gloſ. nu. 36. cap. peruenit, de immunitat. Eccleſ. Mynſing. conſil. 64. n. 13.* Sed poſito, quod in genere de caſu eiuſmodi neceſſitatis eſſet cogitatum: tamen per Imperii receſſus eſſet derogatum.

Denique ea priuilegia aduerſantur nobilitati magis, quàm quod eam confirment. Nam cum Actores pro ſe hæc priuilegia produxerint eadem etiam contra ſe retorqueri patiantur neceſſe eſt, ex iuſtiſſima regula, *quod quiſque iuris in alium, &c.* Facit *Matth. Afflict. c. 1. § in quibuſdam, n. 17. de conſuetud. rect. feud.* Conſtat autem ex illis priuilegiis, quod nominantur ciues Norimbergenſes & Bambergenſes, & minimè nobiles fuerint: ideo non niſi ex ſpeciali priuilegio ſibi arrogare poſſunt: non opus fuiſſet priuilegio, ſi nobiles fuiſſent, vel, vt deponunt teſtes 6. 26. ad 15. addit. licet autem 5. 11. diuerſum dicant, tamen illorum dicta declarat Reus von Wachen vnnd Wuchengelt. Concludit, nec vigore priuilegiorum aſſertorũ, Actores à collectis publicis Imperii, non ſe nec ſubditos eximere poſſe.

Vltimo loco videndum, An eo ipſo, quod nunquam Epiſcopo Actores collectas ſoluerint, libertatem aſſecuti dicantur, & præſcriptione ſe tueri poſſint, quod poſtremum eorum eſt refugium. Et prima quidem fronte dicendum, quod ſic. Nam teſtes ferè omnes ad 16. artic. poſitionalem deponunt, quòd Zolneri Epiſcopo nunquã dederint collectas, teſt. 14. ad eundem. Sed ius
119 collectarum tollitur, † per non vſum, ſpacio 40. annorum, *Corn. conſ. 142. n. 12. part. 3. l. iubemus, C. de fund. patrimon. lib. 11.* quem textum etiam ad immunitatem à collectis applicant *Dd. Bart. conſ. 59. incip. commune Spoletum.* decidit, quod propter obligationem, certa ſeruitia, & vltra nil amplius præſtiterit, quod in poſterum eis non poſſint imponi *Alex. con. 30. vol. 5. verſ. quoad quintũ. Roman. con. 198. & 252. n 4. idẽ concludit Balb. 2. q. 2. part. 5. part. princip. Bart. in l. licitatio, § . earum, de publican.* facit, quod fauorabilior † eſt præſcriptio libertatis contra ſer- 120
uitutem, quam econtra, *Soarez conſ. 3. verſ. ad 2. quæſtionem, n. 30. Alberic. de munerib. & honorib. n. 9. Balb. 6. q. 3. p. 5 part. princip.* Confirmatur argumento ex natura oppoſitorum: quod enim † operatur op- 121
poſitum in oppoſito, idem operatur propoſitum in propoſito, *l. ſi ex toto. ibi Iaſ. de leg. 1. l. ſi mortis, in princ. qui & à quib. manumiſſ. lib. non fiant.* Oppoſitorum enim eadem eſt diſciplina. Sed præſcriptio collectandi † & immunitatis, ſunt oppoſita, ſicut 122
ſeruitutis & libertatis: Ergo. Idquè eo magis, cum prætenſa libertas, colore priuilegiorum, titulo fulciatur, eo quod Actores, vel eorum parentes & maiores ſemper Epiſcopo contribuerint. Quod non ſolũ ex ſupra enumeratis teſtium dictis probatum, ſed etiam ex ipſius Epiſcopi iudiciali confeſſione (in der Probation vnd Exceptionſchrifft / dum dicit, daß hiebevor deß Stiffts Notturfft nit erfordert hab) notorium eſt: ex longo vſu certam interpretationem immunitatis recepiſſe videntur, quod videlicet nec in poſterum Actores contribuere teneantur, ſed priuilegiorum vigore allegatorum, etiam in caſu neceſſitatis, ſint immunes. Verba enim † ambigua ex conſuetudine & 123
modo vtendi declarari, *arg. l. ſemper in ſtipulationib. de reg. iur. l. ſi ſeruus plurium, de legat. 1. l. minus, de leg. 3. Bart. in caſu fere ſimili, d. conſ. 59. n. 3.* Sic etiam *Romanus, conſil. 27. n. 4.* in caſu non admodum diſſimili, ex longo vſu interpretatur conceſſionem generaliter factam, &c. quia voluntas † verbis & factis 124
demonſtratur, *Roman. conſ. 96. n. 4.* Nam facta magis † declarant animum, quàm voluntas, *c. dilecti.* 125
ibi Dec. notab. 2. de appellat. Iaſ. in l. reprehendẽda, C. de inſtit. & ſubſtit. Et hæc quidem non ſolum in collectis prouincialibus in Landſteuer / ſed etiam publicis penſitationibus, ex receſſu Auguſtano, Anno 48. conſtare, vbi illis, qui ſe à contributione Imperii eximere volunt, permittitur, vt doceant, ſe legitimè præſcripſiſſe.

Quamuis autem † contra Imperium præſcri- 126
ptio non currat; tamen ſaltem contra Epiſcopũ, cum quo Actores potiſſimum contendunt, militare videtur, vt Actores, præſcriptione tuti, Epiſcopo contribuere non teneantur, ſed Epiſcopus ſolus (vt hactenus factum, ex ſua confeſſione, in der Probationſchrifft / ex ærario ſuo perſoluere tenetur) vt in ſimili conſuluit *Panor. conſ. 26. vol. 2. n. 5.* dum concludit, quod quamuis contra procurationem legatorum Papæ, & diœceſis, non currat præſcriptio: ſi tamen Clericus alicuius diœceſis, ſolus, vltra memoriam hominum, ſuſtinuit huiusmodi onera & procurationem, nec vnquã aliquid à monaſterio illius diœceſis exactum vel per-

persolutum fuerit, possint se monasteria iuuare ex præscriptione, non quidem introducendo eam contra legatos Papæ, aut Episcopum, sed contra Clerum, qui onera solus tamdiu sustinuit, vt vigore præscriptionis, teneatur soluere pro illis, & præscriptionem huiusmodi valere. Idem *Panorm. cons. 94. vol. 1.* vbi latè in hanc sententiam *Felin. c. accedentes. n. 10. de præscript.*

Sic hoc casu, cum non tractatur de aliquo præiudicio Imperii, sed tantum Episcopi, nempe, vt Episcopus de suo contribuat, & Actores contra ipsorum priuilegia, libertatem & præscriptionē non aggrauet. Nam in hoc Imperio nihil decederet, sed Episcopus Actores in eo, vt ante fecit, liberare, & Imperio satis facere tenetur. Et videtur ius suum negligentia sua amisisse, *Iaſ. leg. cum quid. lect. 2 ſi cert. pet. fac. l. omnis, C. de annon. & tribut. l. fin. §. ſi quis, de public. gloſ in l. vacuatis, C. de decur. lib. 10.* Hinc in recessu Augustano, An. 48. vers. vnd als durch die Kriegßverordneten / permittitur, vt quidam status eximantur: ita tamen, vt eximentes soluant pro ipsis.

Sed nec hæc releuāt Actores, quia præscriptio prætensa, in qua se fundant, nō est probata: testis .n. 1. 2. 3. 4. 11. 17. 20. 21. 23. 30. ad 16. positiō. expresè dicunt, daß die Zöllner/oder jhr Unterthanen/nichts geben / dann wann der Adel geben hab. Ergo non semper immunes fuerunt. Cui autem dederint, de eo non constat, nisi, quod primus testis dicat, Daß sie es jhrē Junckherrn gebē. Præsumitur ergo, vt ex quietatione constat, Anno demum 45. cum nobilibus Franciæ contribuere inceperint, quod ante illa tempora, Episcopo, tanquam domino feudi, dederint: ita testis 18. ad 16. position. rationem adponens: Dann die Zolneriſchen müſſen zu höchſter Recht nemmen vnd geben.

Hinc dicit Rei testis primus ad 15. defensionalem, quod nesciat, Daß Zolners Unterthanen jemals gefreyet geweſen / ſondern was andere / bey Lebzeiten Matthes Zolner gethan / haben ſie auch gethan. Item, Actorum testes 14. 25. 26. 27. 28. omnes dicunt, Daß ſeyther dem Bawren Krieg Steuwer gegeben worden. Sed cui datum, & quibus registris probetur, non constat. Ex quibus dictis sufficienter patet, libertatis præscriptionem non satis edoctam.

127 Ad hoc enim, vt probetur † huiusmodi immunitatis possessio, requiritur tempus immemoriale, *l. hoc iure, §. aquæ ductus, de aquæ quotid. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea. ibi Panormit. de verborū ſignificat. c. cum nobis, n. 11. de præſcript.* Qui insuper requirit
128 patientiam & scientiam Principis, † sine qua, secundum placita Interpretum, possessio iurium pro nulla habetur, *l. 2. ibi Bald. de ſeru. & aq. l. quoties 9, de ſeruit. Balb. 2. part. 4. part. princ. q. 1. nu. 10. & 15. Couarruu. c. poſſeſſor. part. 2. n. 8. de regulis iuris, in 6.* vbi dicit, esse communem, & *Panormitan. c. 29. de præſcript.* Vltra hæc duo requisita, *Alexander in conſi. 136. incip. in cauſa & lite pendente, vol. 2. col. pen.* tria adhuc exigit substantialia in præscriptione eiusmodi iuri-
129 um: Primo, † probet, se requisitum, vt soluat collectas, *Bart. in l. in filiis, C de decur. lib. 12.* Secundo, † 130
vt probet præscribens, aliquod factum, ex parte sua interuenisse, puta contradictionem: alioquin per non vsum † non præscribitur libertas, *leg. hæc* 131
autē iura. de ſeruitut. vrb. prad. Tertiò, † bona fides *Bar* 132
tol. l. 1. C. de ſeruitut. Hæc omnia coniunctim sunt probanda, *c. 1. de præſcript.* adeò vt nisi cum omnibus † qualitatibus præscriptio probetur, deficiat 133
ipsa, vna aliqua qualitate tantū deficiente. *Franc. & Dd. argum. c. 1. de præſcript. in 6. Balb. in tract. præſcrip. part vlt. part. 3. princip. q. 3 n. 7. Weſemb. conſ. 4. nu. 9.* Et ratio est: quia præscriptio, † cum sit facti, in 134
dubio non præsumitur, *Bart. conſ. 82. n. 7. vol. 1. Weſemb. conſ. 11. n. 23.*

Sed hæc non probata: imò contrarium ex Rotulo vtroque in 16. posit. 32. 33 addit. patet.

Nec obstant iura, pro altera sententia in contrarium adducta: nam illa, secundum hæc, declaranda veniunt, concurrentibus videlicet his iam dictis requisitis. Sic nec impedit, quod Episcopus hactenus non exegerit collectas, quia his opus hactenus non habuit, vt dicit in Probationschrifft/ *Natta conſi. 146. n. 15.*

Ex his omnibus concludit, intentionem Actorum, tam quoad quasi possessionem nobilitatis quam præscriptionem immunitatis, non esse probatam. Quo posito, de elisione non multum curandum, sed absque cunctatione pro Reo Episcopo pronunciandum. In causa enim † possessio- 135
nis ambigua Reum absoluendum, *Menoch. remed. 3. retinend. 758 facit l. Arrianus, de action. & oblig. l. fauorabiliores, de regulis iur. Dec. conſi. 564. n. 2.* Sic etiam Imperator ipse, *in l. qui accuſare, de edend.* Idque eo magis, cum Reus non solum possessionem nobilium priuilegiorum, contributionis & immunitatis, cuius prætextu Actores sese à collectis, quoad Episcopum, eximere conantur, satis superque in suis defensionalibus & additionalibus, eliserit. Sed etiam insuper ex recepta Germaniæ consuetudine, iure communi & speciali constitutionum Imperii, intentionem fundatam habeat. Et quidem de consuetudine Germaniæ, † Reo, vt Prin- 136
cipi Imperii, propter regalia, ius collectandi competit. Cui adminiculatur ius commune, † quod 137
Principi eandem in suo territorio, quam Imperatori in Imperio, attribuit potestatem *Felin. in c. 1. c. quæ Eccleſiarum, n. 32. de conſtit. Zaſ. conſ. 1. nu. 21. lib. 2.* De iure verò speciali, † ex recessibus Imperii de 138
An. 42. 44. eidem Reo, propter domicilii, quod in eius territorio Actores habere in confesso est, collectandi ius conceditur. Itaque, saluis dominorum votis, Reum absoluendum puto: compensatis, propter probabilem litigandi causam, expensis. In quam sententiam in puncto attentatorum similiter Reum absoluo.

Votum aliud in eadem cauſa.

D. X. Quoad procuratoria, & iurisdictionem, cum domino Referente. Nullitates † in Rotulo 139
Rei deprehenduntur aliquot: Primo, † quod 140
vnus Actorum solus citatus, comparuit. Secundò, † (quod scrupulo non videtur carere) quod 141

Commissarii sine Iudicis mandato, qui tantum testium examen ab initio commisit, documenta Rei transsumpserint.

142 Nec obstat, quod quarta † dilatio permittit documenta transsumi: ea enim decreta & Commissariis insinuata fuit, omni negocio commissionis iam finito. Mandatum autem † futura tantum respicit, ad præterita retrotrahi non potest, *l. si vero 12. §. si post mandat.*

Deinde nihil officit, quod Michael in transsumptionem consensit, quia delegatio iurisdictionis, † de casu ad casum prorogari non potest: idque contra *Innocent.* communi opinione receptum est, *Bened. Capr. reg. 53. nu. 55. verb. iurisdictio, in communibus opinionibus.* Verum respondet: cum nihil Actores de eo exceperint, tacita eorum comprobatio, documentis sic transsumptis, robur plenum ad probandum addidit. Quamuis enim sub stantialibus iurisdictionum † partes renunciare non possint: tamen acta nonnulla, nulliter facta ad fidem faciendam approbare possunt; & sufficit ad hunc effectum etiam tacita approbatio, *Felin. in c. de causis, nu. 6. de offic. delegat. Rota decis. 8. de offic. delegat. in nouis.*

144 145 142 143

Quæ actio.

In puncto mandati, quod eius pœnam, cum domino Referente concludit, eamque ad exactionem pœnæ, † ob spretũ Iudicis præceptum, tantum locum habere *Oldendorp.* ostendit, *classe prima act. 2.* Et quamuis stricto iure defendi possit, duntaxat Iudici, ad defendendã † iurisdictionem, eam competere: per ea, quæ *Oldendorp. d. loco & Zas. in paratit. & lectur. ad d. tit. si quis ius dicent.* addiderunt: tamen in magna Interpretum dissensione, vsus † & consuetudo iudiciorum, quæ pro lege est, vtriq;, † & parti & Iudici assignauit, quod in Camera sequimur, vt multoties decisum.

146 147 148 149

Quoad causam principalem, conclusio libelli † actionem in factum, ex interdicto Vti possidetis præsupponit. Narrata † potius petitorium, quam possessorium respiciunt, in tali dubio primò ex intentione, † secundo ex commodo, & vtilitate Actoris, actio est ponenda, *l. si quis intentione, de iudic. cap. literæ, de dilation. Socin in ea significantibus, numero 62. & cap. dilecti filii, numer. 53. de libell. oblat.*

150 151 152

De possessorii deductione, nullum est dubium. Quod autem & petitorium Actores simul intentare voluerint, apparere videtur ex Exceptionschrifft / & finalibus conclusionibus, vbi liquido asserunt, causam hanc quæstionem status concernere, & sic ad præiudiciales actiones pertinere, quæ ad petitoria iudicia proximè accedunt: quæ cum vi & potestate actionum in rem, † illi, pro quo, siue contra quẽ iudicatum, ius, veluti dominii ac proprietatis, vel tribuunt, vel denegant, *l. si. si libert. ingen. dic. l. 2. §. quidam, de interd. l. 3. in princ. de lib. agnosc.* Et ex re Actorum erit, vt si in possessorio superiores non possint esse, in petitorio iura ipsorum excutiamus, maxime cum probatoria ad petitorium potius accommodentur.

153

Concludit itaque, interdictum vtile, Vti possidetis, † cumulatum cum negatoria: quæ non tantùm pro seruitutibus, sed pro quibuscunque iuribus aliis incorporalibus, quæ naturam seruitutum sapiunt, (*Zas. in intellect. singul. c. 11. lib. 1.* seruitutes reales innominatas appellat, tangit, *consil. 6. n. 3. vol. 2.*) competit. *Bald. ad rubr. C. de vsufr. nu. 1. Fab. in §. æque, n. 2. Zas. ibid. in fin.*

154

Non obstat, quod petitorium cum possessorio retinendæ, † nisi cum ad diuersas possessiones agitur, propter contrarietatis obstaculum cumulari non possit, *Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 98.* Respondeo enim, in vendicatione rerum incorporalium id locum habere, in seruitutibus, ac † aliis iuribus incorporalibus, per confessoriam vel negatoriam asserendis vel negandis, Actor non tantum dominus, vel quasi, sed etiam possessor, vel quasi, esse potest, cum hic proprius dominii, † vel alterius iuris, rei inhærentis effectus sit, ipsa re vti, ac de ea per actus possessorios liberè disponere, *l. in re mandata, C. mandati.* Quia & cumulationem nostram *Ias. in dicto §. nil commune, n. 98.* stabilire videtur, vbi inquit: Si solum concludo super declaratione iuris mei, nulla repugnantia est, quo minus simul, & eodem tempore cumulari possint, petitorium & possessorium retinendæ. Addo, quod *Lanfr. in rubric. de caus. possess. & propriet. part. 5. versiculo quarto, concluſiue asserit:* cum ab initio confessoria † instituta est, pendente lite, possessorium retinendæ posse cumulari. Quare nulla causa est, cur non & ab initio fieri possit. Quod si autem hæc coniunctio domini non arriserit, vult insistere petitorio: atque id in hac causa, suffragante intento Actorum, præualere putat, eoque proposito, defectum conclusionis † in petitorio, vis clausulæ salutaris supplebit. *Panormitan. in cap cum dilectus, n. 32. de ord. cognit. Ias. d. §. nihil, nu. 191. Socin. d. c significantibus, nu. 88. Gabr. commun. opin. lib. 6. de clausul. concluſ. 4. n. 16.*

155 156 157 158 159

An probata.

Ex edicto, *Si quis ius dicenti non obtemp.* in fine attinget.

Quoad merita causæ principalis, duo præmittit. Primum est: agi in nostra causa tantũ † de vniuersalibus Imperii collectis, non de particularibus singularum prouinciarum in imperio. Et ad illas collectas, † propter pragmaticam sanctionem, siue imperii recessum, teneri omnes, qui imperio subiecti sunt, nisi ipsa lege expresè excipiantur.

160 161

Alterum est, nobiles in Francia, † Suecia, & ad Rhenum, ab eiusmodi collectis esse immunes, tum quod ex notoria consuetudine liquido constet, tum ex Abscheid videtur, videlicet de Anno 42. 44. § dem nach haben wir / similia in aliis etiam recessibus. Obligationes † autem non sunt liberæ voluntatis, sed necessitatis, *l. sicut, Codic. de oblig. & action.* Et collectæ † imponuntur ab illis, qui iubendi habent potestatẽ, *l. munus, de verb. signif. Iam ad probationes.*

162 163 164

Interdictum *Vti possidetis*, † cum actione negatoria

165

gatoria hoc habet commune, quod à parte Rei constituat turbationem: eaque nostro casu probatur eo ipso, quod Reus se in iudicio opponit, & possessionem libertatis negat, *Menoch. remed. 3. num. 467.*

166 Deinde † in interdicto, *possessio vel quasi*, in actione negatoria, præcipuè dominium, vel quasi, vel aliud quoddam ius à parte Actoris ponitur.

167 Nostro casu, in possessionis inuestigatione † id im primis obseruandum, non agi hic principaliter

168 de quasi possessione immunitatis: Actores † enim ad solutionem collectæ, An. 44. indictæ, quæ est causa litis, sese offerunt, sed non Episcopo, tanquam subditi eius, den Unterey nnemmern/ sondern in die Ritter: quemadmodum hanc eorum intentionem, die Protestation Actorum, & probata ad 36. positionalem attestantur.

Itaque potissimum in controuersia est: An Actores sint in possessione contribuendi in die Rittertruhen: illo casu, quod ad collectarum solutionem tenentur, atque etiam se exigi patiuntur. Hanc quasi possessionem probatam nusquã videt. Non probant hoc, die Quittung/ ad artic. 35. productæ, cum vix mensis spacio, ante mandati primi impetrationem signatæ, cuius mandati argumentum, patientiam Rei, ab Actorum solu-

169 tione longè remouet. In iuribus autem † incorporalibus, vsum, cum patientia aduersarii, ad possessionẽ inducendã concurrere, oportet *l. quoties, de seruitut. l. 7. C. de seruit. & aq.* Præterea Actorũ testes, nempe secundus, der acht Jahr der Ritterschafft Schreiber gewest/ tantum deponit de solutione der andern Stewer/ quam constituit, esse illam de Anno 44. de pœna, se nescire dicit. Eaque haud dubie est illa, quæ Anno 42. indicta & posteriori, de Anno 44. ratione deß gemeinen Pfennings / per omnia fere similis est. Ad rem nihil faciunt duæ missiuæ, simul & semel ab ordine nobilium Actoribus missæ, & ad sextum positionalem articulum productæ. Neque enim, quod tunc temporis vocati comparuerint, & collectam

170 soluerint, probarunt: possessio autem nostra † factum requirit, & ab actu corporali proprio, siue eorum, qui nostro nomine quid agunt, tantum incipere potest, *l. 3. in princip. l. qui iura 41. de acquir. possessio. toto titulo, per quas personas cuique acquir. l. 1. C. eod.*

Ad hæc notandum, Da das gemeine Außschreiben an die gemeine Ritterschafft Anno 42. außgangen/ non etiam Actoribus nostris vna scriptum, sed aliquantò post sub eo prætextu, Als wañ es auß Mangel der Botten verblieben: quod conuincit missiua, *sub nu. 37.* Ex quo probabile fit, quod testes deponunt, Daß man jhrer Beschreibung halben gestritten/ vt testis tertius. Item: Daß auff Anstifftung Georg Pferdfelders/ vnd darumb/ daß man jhrem Gelt nachgestellt/ jhnen geschrieben worden/ vt 8. & 13. testes ad 34. defensionalem.

Ponderando etiam, quod tantum ad solutionem collectæ sint inuitati, ad deliberationes eo nomine antè habitas (quas tamen in publicis nobilium conuentibus præcessisse, tenor missiuæ. *n. 38.* indicat) se etiam vocatos non demonstrarũt. Atque naturaliter omnibus inest, † vt facilè quẽ- 171
uis, ad onerum, quæ nobis incumbunt, societatem admittamus: In iis autem, † quæ facultatis 172
sunt, & sponte conceduntur, vnus vel alter actus possessionem non inducit, sed requiruntur plures, & quidem tales, quos exercuimus, tum scien te & patiente aduersario, tum iure nostro, & nobis de iure probabiliter constituentibus *Bart. l. 1. §. hoc autem interdicto, nu. 1. & 2. de itiner. actuq; priuat. Panormitan. in cap. cum Ecclesia Sutrina, nu. 20. de caus. possess. & proprietat.* Et cum nostro casu Actores eorum, quæ diximus, nil impleuerint. Concludit etiam, possessionem contribuendi in die Rittertruhen/ ab illis non probatam.

In petitorio ius assertæ immunitatis, † quo ad 173
Reos, Actores potissimum fundant, in iure sibi cum aliis Franconiæ nobilibus communi, videlicet, † Daß sie zu der freyen Ritterschafft auch gehörig. 174
Deinde, † in iure sibi priuatim cõpetẽte, partim 175
propter priuilegia Episcoporum, Imperatorum, Cæsarum, contra quorumcunque munerum patrimonialium exactionem illa concessa, partim propter immunitatis præscriptionem.

De primo, sic sibi constituit: Actores nihil minus probasse, quam quod sint de ordine nobilium Franconiæ. Antiquitas familiæ tantũ abest, vt proposito ipsorum seruiat, vt etiam vehementer resistat. Cum enim primi ipsorum maiores, ciues fuisse, acta demonstrent, ab illis ad posteros sic cõiectura ducetur, vt quod † maiores 176
fuerunt, posteros quoque permansisse, & consequenter Actores esse, existimandum sit, *l. siue possidetis, C. de probat.*

Illud fortius stringere videtur, Daß sie von Episcopo, vnnd derselben Stifft/ adeliche Lehen tragen/ vnd darfür/ wie andere vom Adel/ mit jhren Leibẽ/ Knechten vnd Pferden/ Dienst leysten. Verum neutrum, nec quod feuda illa nobilia sint, nec seruitia pro his præstent, probarunt. Quinimò nec inuestitura, nec res, quas à Capitulo & Episcopo tenent, nobilitatem vllam arguunt. Feuda vel in decimis, vel prædiis, aut aliis rebus singularibus consistunt: nullũ castrũ, aut territorium illis concessum aduerto, vt nulla etiam suspicio sit, iurisdictionem, ratione horum feudorum, illis competere vllã. Atqui sine dignitate & iurisdictione omnimoda, † etiam iure communi, nullum feu- 177
dum nobilitat, *Guid. Pap. decision. 385. & sequent. Vest. de collect. part. 4. c. 3. n. 1.*

Deinde, etiamsi seruitia † feudorum nomine 178
præstita essent nobilitatẽ tamen non inferrent: cum fides, & seruitiorum necessitas, † omnibus 179
feudis, etiam minimis, & ignobilibus, tanquam eorum proprių, adhæreat, *ca. 1. ex quib. caus. feud. amit. Curt. part. 1. quæst. 6. n. 13. Duaren. in consuet. feud. num. 8. cap. 2.* Atque hinc est, quod testes asserunt, Alle Hanermeister: quos tamen nullus eorum nobilibus adnumerat, sed etiam nonnullos rusticos seruitia paria cum nostris Actoribus præstare.

Inde consequenter etiam iudicium fieri potest de iis feudis, So sie von den Hertzogen von Sachsen/vnd Graffen zu Dett ngen tragen/vnd verdienen müssen. Plane, cum Principes Saxoniæ, suorum feudorum nomine, Actores etiam suæ iurisdictioni subiecisse videantur, quod patet ex collectarũ
179 † exactionibus, quæ subiectionem requirunt, de quibus in literis, *sub n. 25. & 36.* ad sextum positionalem productis, efficitur, ex eiusmodi feudorum conditione, eos immediatos Imperii, nedum Franconiæ nobiles liberos existere, prorsus exstrui non posse. Præterea, quamuis probatum est, nonnullos ex familia Zolnerorum, Schultheissen vel Abbates auff N. fuisse: tamẽ ex familia Actorũ eos processisse, minimè constat, & à Reo demonstratum est. Eius nominis alios complures, & ciues Bambergæ, & nobiles in Franconia
180 esse: ad positionem autem generis, † non sequitur præcisè positio vnius speciei, *Euerhard. in Topicis, à specie ad genus.*

Quod ipsum de Friderico & de Theodorico, Zolneris, Canonicis Bambergensibus, responderi potest: videlicet, eos non de Actorum, sed, quod verisimilius est, de nobilium stemmate Zolnerorum extitisse.

Eodem modo dabimus, probatum esse, daß die Zolner für dem Lehengericht gerechtet / tamẽ non patet, daß es am edlen Lehengericht geschehen / sonder auff Episcopi Saal / für jhme / oder seinen Gelehrten / oder Lehenmannen. Minus constat, quod tunc temporis iudicia, secundum feudorũ qualitates ratione vasallorum, nobilium & plebeiorum, fuerint distincta: quin contrarium, quod non euidens argumentum est, in citatione, *nu.* 14. ad decimumnonum positionalem, post examẽ producta, darinn Eberhard Zölner wirdt vorbescheiden / von wegen eins Lehens / so Cuntz L. Bürger zu Bamberg / von Episcopo getragen: daß aber die Zölner an deß Bischoffs Lehengericht gesessen / non esse probatum.

Veluti nec illud quod Matthes in der bäuwrischen Auffruhr der bürgerlichen Pflicht ledig gezehlt / & huius Matthæi ad 13. posit. producta amotio, in genere exprimit, wie die von Bamberg jhn seiner Pflicht haben ledig gesagt. Quod intelligi potest, & quidem verisimilius, de obligatione ad o-
181 nera, à quibus erat immunis, eaque immunitas † liberationem ab omnimoda ciuilitate non includit, *vt post dicetur.*

Omnium vehementissimè Actores vrgent, daß die Ritterschafft im Land zu Francken sie für Adels Personen gehalten / vnnd zu jhren Ritter Tägen beschrieben. Sed nec hanc nobilium dictorum, de se conceptam existimationẽ probarunt. Et quamuis nonnulli rustici, & alii inferioris conditionis homines, eos Junckherrn appellent, & appellari dicant: nullam tamen concludentem dictis suis
182 apponunt rationem, sine qua † testis cuiusuis depositio est nulla. *Paris cons. 56. n. 21. vo. 2.* Ex nobilib⁹ testibus, qui sui similes melius norunt, nemo pro consortibus eos agnoscit, ne quidem 19. Actorũ testis, qui eorum cognatus est: & dum vehementer pro ipsorum prærogatiua, non sine affectionis suspicione nimia, desudat: tamen ad 14. positionalem deponit se de ipsorum nobilitate scire nihil, sonsten hab er gehört / daß sie gute alte Leut / eines ehrbarn Geschlechts seyn.

Tituli etiam, in epistolis Actoribus inscripti, † 183
Den Edlen vnd Vesten / parum ad rem conferunt. Ad promerendum enim fauorem eorum, quibus scribitur, accommodari solent: ex quibus nihil iuris quæritur illis, cum actus † amicitiæ, ne qui- 184
dem possessionem tribuant, *Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto, de itin. & actu. priuat.*

Planè nec Princeps ipse, nec Papa, † nobilitare 185
quenquam censetur, eo ipso, quod nobilẽ ipsum appellat, *Tiraquell. de nobilit. cap. 6. num. 24.* eadem ratione, qua nec seruo ius filii accedit. Quamuis tamen, si hoc fiat actis interuenientibus, ex peculiari constitutione Iustiniani, seruitute liberentur, quod argumento est, iure communi nihil iuris eum inde consequi, *l. 1. §. simili, de latin. libert. toll. §. vlt. Inst. de adopt.*

Deinde, q̃p à nobilibus ad publicos conuentus An. 44. vocati sint, non reperitur, extra id, q̃p de solutione collectæ, in absentia exactorum, vel hospiti facienda, gen Culmbach, semel sunt vocati, Anno 42. Qui actus priuato fieri potuit, & licuit, nec possessionem induxit, quemadmodum *supra dictum.*

De literis quoque eorum nobilium, qui nomine Ducum Saxoniæ ad Zolneros nonnunquam scripserunt, hoc constituit, ponderari debere ex delegatione ipsorum Ducum. Et vt concedamus, Actores nostros, contemplatione Ducum Saxoniæ, vel aliorum quorumuis extraneorum, nobiles censeri atq; esse: non tamen inde sequetur, etiam quoad Reum, & liberos Franciæ nobiles, eos tales habendos: diuerso enim † respectu, 186
diuerso iure quis censeri potest *glos. in cap. cum Capella. de priuileg.* Et cum plura iura concurrunt † 187
in persona vnius, perinde est, ac si concurrerent in personis diuersorum *l. Tutorem ff. de his, quib. vt indign. l. cum quædam. C. de administ. tut.* † Hoc pacto, 188
respectu certæ rei, vel loci, exemptus quis esse potest, respectu alterius rei, vel loci, non erit exemptus. *d. c. cum Capella. & ibi Panorm. nu. 1. & seqq.* Sic Actores, † quatenus Vasalli Ducum Saxoniæ 189
sunt, nobiles esse possunt: & quatenus rei, vel Capituli, nihilominus ciues erũt: nec ex hac, vel illa conditione, liberi Franconiæ nobliles euadent, personam vasallorum in eis non quærimus, sed personam liberorum Franconiæ nobilium, in quo suo iudicio, operam perdimus: *Eberhard. in Top. in loco à tanquam. Iam de priuilegiis.* De quibus videamus primò. Quid sit in facto. Secundò, quid in iure. Quæ in facto, omnia instrumentis sunt probata. In iure generaliter definitum est nulla priuilegia, † immunitatem à muneribus pa- 190
trimonialibus præstare. *l. qui immunitatem. Codic. de muneribus patrimon. lib 10. l. nullus 29. de decur. lib. 10. Cacheran. decis. 95. num. 49.* Et vacatio, † quæ per 191

priui-

priuilegia de facto concessa est, ipso iure est nulla *l. vacuatis. 19. & ibi Dd. Codic. de decurion. libro decimo,*
192 quæ lex † omnium immunitatum priuilegiis expresse derogat. Vnde pro regula traditur: concessionem immunitatis, † cum effectu fieri non pos-
193 se: nisi cum clausula: non obstante *l. Vacuatis. Vestas. de æstimo. part. 4. cap. 7. numero primo, & seq. Boss. in pract. criminal. tit. de princip. numero* 135. Dubium ita-
194 que non est, quin summus princeps, † cum hac clausula, immunitatem concedere possit, *Bartol. Bald. & Alexand. in d. l. Vacuatis. Vestas. d. part. 4. cap. 5. num. 27.*

Item dicendo de Germaniæ nostræ principi-
195 bus, † cum perpetui sint, ac Iura Imperii, siue regalia possideant, omniaq; possint in suis territoriis: *Grauet. cons. 135. n. 2. Bursat. cons. 162. n. 11. vol. 2. Paris. cons. 69. per tot. part. 1.* Inde est quod statuta derogatoria iuri communi facere, ac in rescriptis iisdē clausulis vti possint, quibus Imperator vtitur, *Fest. p. 4. cap. 7. num. 18.* Addit, quod non minus, quam
196 Imperator ipse, etiam † in reliquorum subditorū præiudicium, immunitatem concedere possint. *Bursat. cons. 162. numer. 2. vol. 2. & Capella Tholos. decis. 349. & ibi præcipue Aufrer.* Vbi tamen notādum est,
197 quæ de Ducibus inferioribus † principe ibi dicūtur, de illis intelligenda esse, qui iura principis nō habent: quod patet ex versic. *& hoc intelligo in ciuitate*, plene *Vest. d. p. 4. c. 7. num. 20.*

Priuilegia actorum prægnantia sunt: quamuis enim nec ipsa authentica, nec eorum confirmationes d. clausulam, non obstante *l. Vacuatis*, vel alia lege, non contineant: Tamen quæ ab Episco-
198 pis † profecta sunt, consensum capituli includūt, & sic in concessione plenam causæ cognitionem, & certam concedentium scientiam interuenisse præsupponunt.

Confirmatio Caroli IV. de certa Imperatoris scientia, reliquorum Imperatorum confirmationes, quod etiam ex plenitudine potestatis processerint, testantur. Clausulæ autem, † *ex certa scientia.*
199 Item, *de plenitudine potestatis*, idem operantur, quod clausula, *non obstante tali lege. Gabriel. libro 6. commun. concluſ. titul. de clauſ. concluſ. 1. numero octauo, & 20. Cacheran. deciſion. 39. numero 19.* Deinde in ipsis
200 priuilegiis † multum ponderis habet repetitio particularum vniuersalium: *ab omni præstatione*: Item, *quacunque exactione.* Quamuis enim gene-
201 ralis immunitatis concessio, † casus insolitos, & publicam vtilitatem concernentes, non comprehēdat *Cacheran. decis. 91. num. 1. Capel. Tolos. d. q. 349. & ibi Aufrer. numer. 9. Capoll. cautel. 63.* eamque communem dicit *Vivius, in commun. opinion. verb. Immunitas.*

202 Attamen cum immunitas conceditur † sub eiusmodi verbis, geminatis videlicet, *omni, quocunque*: casus improuisi, scilicet *bellorum, pestis & similes*, includuntur, etiamsi non exprimantur. *Cacheran. decis. 39. num. 21.*

Præterea considerandum est, quod d. priuilegia tam à Carolo IV. quam ab Episcopo Leopoldo, propter merita, Gunthero confirmata sint, & aucta. Priuilegia autem † ob merita concessa ad 203
onera, etiam publicæ necessitatis causa inducta, extenduntur: *Roland à Vall. consil. 76. numer. 23.* vbi dicit communem, *volum. 2.* Meritorum quoque expressio facit, † quod priuilegia in contractum 204
transeant, nec vnquam reuocari possint, *Alexand. cons. 30. numero 17. volum. 5. Vestas. part. 5. c. 1. numer. 1. Gabriel. lib. 3. tit. de iure quæsit. non tollendo. c. 6. concluſ. 6. num. 6. 7.* Quod vsque adeo verum est, vt ne quidem princeps † de plenitudine potestatis, ea reuo 205
care possit: cum contractus cum subdito † initi, 206
potestati illius non subiacent, sed in iis vt priuatus reputetur, *Gabr. in tit. concluſ. 5. numer. 18. 19.* Vestas. vt *supra.* Et reuocationes cum fiunt, † licet ge- 207
nerales sint, & geminatæ: Tamen priuilegia propter merita concessa, non censentur simul reuocata: *Mandosius in regul. Cancellariæ, tit. de reuocatio. q. 13. n. 6. Bursat. cons. 6. n. 57.*

Ex quo sequi videtur, ne quidem illam reuocationem, quæ communiter publicis decretis Imperii, in dispositionibus de collectis inseritur, Actoribus quoque obesse.

Amplius pro Actoribus facit, quod confirmatio Caroli IV. multorum nouorum priuilegiorū concessiones, prioribus accumulat. Ex quibus ad propositum facit, quod in specie immunitatem ab oneribus bellorum exprimat. Quæ verba cum sint Imperatoris, nullumque bellum licitum sit, nisi † vel ab Imperatore ipso, vel ipsius procerum 208
Imperii decreto geratur, *Gail. de pace publ. c. 4. lib. 1.* consequenter libertatem ab ipsis oneribus Imperii, quæ per publica Comitiorum decreta inducuntur, (cum necessitates bellorum & munitionum contra Turcam concernant) Actoribus nostris competere. Quæ enim per expressionem oneris, † præsertim belli, conceditur immunitas, 209
ad omnes similes casus insolitos atque improuisos extenditur: quod ex magis communi asserit *Bursat. d. consilio 15. nu. 11. volum. 1. Cæpoll. d. cautel. 63. num. 2.*

His omnibus accedit, quod pro validitate dictorum priuilegiorum, in fauorem Actorum, bis in iudicio contradictorio est pronunciatum: Et quidem in terminis onerum, causa necessitatis publicæ, & propter Ducis Guilielmi incursiones impositorum, vt non immerito tam rerum iudicatarum authoritas, quam dictorum priuilegiorum potestas, Actores à Rei indictionibus immunes conseruare debeant.

Postremum Actorum fundamentum, est præscriptio iuris contribuendi cum nobilibus, siue præscriptio immunitatis, ab impositionibus Episcopi, præscriptionem contribuendi cum nobilibus nullam, Actores docere possunt, cum possessione careant. Atque hoc sufficere putaret hoc casu. Ad implendam immunitatis † præscriptio- 210
nem, tria potissimum probanda sunt: primo, quasi possessio: secundo, titulus; tertio, tempus quadraginta Annorum. Bona fides, † etsi concurrere 211
debet: Tamen quia præsumitur, maxime cum de titulo aliquo constat, ne quidem allegare eam;

neceſſe erit. *Vaſq. lib. 2. illuſtrium controuerſ. c. 70. numer. 15. 16.*

212 Neceſſitatem interpellationis † & reculationis, hinc inde faciendæ, ægre inter requiſita admitto: *Grauetta* eam omnino non requiri, multis argumentis demonſtrat, *in conſilio* 111. & iterum in *tractatu de antiq. temp. p. 4. cap. cum prædicta. numer. 36. 38.* vbi ſimiliter reſpondet ad *Alexandri* argumenta. Veſtas *part. 4. numero* 18. *Couarru. in c. poſſeſſor. §. de*

213 *reg. iur. in 6. p. 2 num. 8.* Alii exiſtimant, † tunc demũ non eſſe neceſſarium, cum titulus oſtẽditur, *Balb. de præſcription part. 2. 5. part. princip. quæſtion. 7. numero* 4.

Vtramuis opinionem amplectamur (quamuis mihi prima videatur verior & communior) facile hoc requiſito carebimus: cuius loco ſufficere exiſtimo, ſi definito temporis ſpacio caſus contigit, quo collectæ fuerint indictæ, nec tamen ſolutæ, *Grauett. d. conſilio 111. numero* 10. 11. Veſtas vt *ſupra.*

214 Cui conſequens eſt, vt dicamus, poſſeſſionem † à tempore primæ impoſitionis incipere: *Balb. d. loco. num. 5.*

215 Tempus autem † quadraginta Annorum cũ titulo ſaltem requiri, exiſtimarunt dictis locis *Grauet. numer. 11.* Veſtas *num. 1. & ſeq. Couarru. nu. 8. Balb. num. 5.*

216 Nec obſtat, quod ius collectandi † ad regalia pertinet, quæ immemoriale tempus poſtulant, *c. ſuper quibusdam 26. §. præterea. de verbor. ſign.* Reſpondetur enim, agi de iure immunitatis, & non de iu-

217 re collectandi: quæ iure † communi cuiuis cõpetit, quamnis ſit contra ius commune. Veſtas *part. 4. c. 7. num. 8. & c. 8. num. 8.*

218 Deinde non obſtat, collectas, † quia factum hominis requirunt habere cauſam diſcõtinuam.

219 Reſpondeo enim, iurium incorporalium, † quæ ſeruitutes non ſunt reales, habere potius cauſam continuam, quam diſcontinuam: quia perſonis competunt, & retinentur animo continuo, *Bart. l. iuſto. §. non mutat. numero 4. de vſucap.* Eamque ſententiam communiter receptam, teſtatur *Couarru. d. c. poſſeſſor. part. 2. §. 3. num 3. explicat. lib. 1. variar. reſolution. cap. 17. numero* 10. *Hæc de iure præſcriptionis dicta ſint.*

In excuſſione facti, quoad poſſeſſionem, quæ in omiſſione præſtationis collectarum conſiſtit, Actoribus noſtris neceſſe non eſt negatiuam, nõ factæ ſolutionis, probare: Sed ſatis eſt, ſi poſt primam impoſitionem factam, legitimum temporis curſum adimpleatur, *Grauet. d. conſil. 111. numero* 11. Notorium autem eſt Caſus publicarum Imperii collectarum, ante litem cœptam contigiſſe com-

220 plures, † quo ipſo, conceſſio, ſiue vſus immunitatis, ſatis eſt probatus, *Grauet. d. conſ 111 num. 3.*

Patientiam in Epiſcopis demonſtrat ipſorum

221 permiſſio, † dum Actores nihil ſoluere paſſi ſunt, ſine proteſtatione: *Henning. conſ. 2. tit. de iurisdict. nu-*

222 *mero* 48. Item: † ſolutionis requiſitio, & recuſatio, de qua conſtat ex Epiſtola Apell. von Lichtenſtein/ ad articulum 6. producta, cuius datum habetur,

223 Anno 91. Item † ex Iudicio coram Imperatore Wenceslao agitato. Anno 1396. Iam ſi computatio ineatur, ab Anno 1495. quo Anno eũ gemeine Pfleg/ꝛc. vſque ad Annum 1544. quo Actores primam turbationem ſenſiſſe videntur, conſtabit numerum temporis 40. annorum exceſſiſſe.

Titulum acta ſuppeditant † in priuilegiis, & 224
duabus ſententiis dictis. Sententiam autem † le- 225
gitimum præſcribendi titulum etiam præbere, *l. Pomponius, ibi Bartol. & Iaſon de acquir. poſſeſſ. Vaſq. de illuſtr. controuerſ. libr. ſecundo, cap. 77. n. 1. Hæc de requiſitis præſcriptionis, à parte Actorum.*

Inde apparet poſtquàm Reus, quoad Actores ipſos, nunquam probauit, quod vnquam collectam ſoluerint, præſcriptionem in eorum perſona eſſe indubitatam.

De collectis jrer Hinderſäſſen auff dem Land varie teſtes deponunt. Eorum, qui ſolutionem negant, dicta confirmant, primo, Capituli & Caſtners miſſiua, ad Matthes Zölner/ Anno *25. num. 81.* ad ſextum poſitionalem. Darinn er/ Caſtner/ nomine Epiſcopi & Capituli, an jhn begert/ daß er die ſeinen/ im Ampt Staffelſtein geſeſſen/ dahin verbotten/ vnnd bey der aufflag deß 20. Pfenning dem Vertrag gemeß/ perſönlich erſcheinen woll. Ex quo colligi poteſt, d. Matthæum, vel per ſemetipſum ſuos collectaſſe, vel ſaltem, ſine ſuo conſenſu, ab Epiſcopo collectari eos non potuiſſe. Deinde, ad idẽ faciunt literæ Decani & Capituli Bambergenſis, ad eundem Matthæum, vnnd andere Zölner/ auff Brand/ Anno 35. & ad *11.* poſitionalem productæ. In quibus ab eis petunt, daß ſie jhren Vnderthanen zu Staffelſtein/ befehlen wöllen/ jhr Gebürnuß an der Gemeinen/ vnnd vnder den Jnnwohnern da/ elbſten/ bewilligten Anlag/ zu Ablegung/ in caſu neceſſitatis publicæ gemachten Schulden auch zu erlegen. Hæc ſi coniungantur cum dictis teſtium, de contributione affirmantium veriſimilius eſt, Actorum ſubditos, ſi collectas vnquam ſoluerunt, ipſis Actoribus, non etiam Reo ſoluiſſe & conſequenter, præſcriptionem etiam in perſonis ſubditorum, quoad Reum probatam.

An eliſa?

Quæ probata † non ſunt, eliſione non egent. 226
In hoc numero ſunt, primo, † poſſeſſio contribuẽ 227
di in die Rittertruhen. Deinde ius † ſiue poſſeſſio 228
nobilitatis Franconiæ. Vnde cum non conſtet, Actores ex liberis Franconiæ nobilibus eſſe, ſequitur, eos ad contributionem publicarum Imperii collectarum eſſe obſtrictos.

Iam quæſtio eſt, vbi contribuere debeant? In
decretis Imperii † duo modi propoſiti ſunt, qui- 229
bus collectæ comportantur. Vel enim † ſpeciales 230
exactores in ſingulis prouinciis ordinantur, qui in communem arcam, collatam pecuniam redigunt, vel permittitur, † vt quiſque ſuos collectet 231
ſubditos. Vterque autem modus, quoad coactionem contumacium, in idem recidit: Cum in illo, executio factæ indictionis, in hoc ipſa indictio domino territorii in ſubditos competat. Ex quibus efficitur, in negocio collectarum, † tantum 232
ſubditos cogi poſſe: quod iuri communi conſen-

taneum

taneum est, *l. rescripto. §. fin. ibi Bartol. de muner. & honor. l. in forma. §. primo, de censibus l. cum neque. de incolis, libro* 10. *Schurff. consilio* 44. *numero* 11. *centur. prima.*

233 Et sic intelligit verba Recessuum Imperii, † Da er gesessen/zugeben schuldig sey: *l. domicilium. ibi gl. Bart. in l. libertus. §. sola. ad municip. Boer. decis.* 260. *numer.* 11. Proinde summam causæ Reus collocare videtur,

234 in exceptione subiectionis, videlicet, vt † probet, Actores, vel ciues, vel incolas Bambergenses esse. Ex Actoribus, Michael Bambergæ se domicilium habere fatetur. Alterum, Hansen/ ibi in der Löffelhöltzin Haus/ domicilium habuisse, testes probarunt.

235 Ex quo pro Reo nascitur hæc † præsumptio, quod quisque eius loci ciuis reputetur, in quo degit: *Felin. c. quoniam. 14. n 3. de offic. ordin. Sed clariores ciuitatis probationes sunt in sequentibus.*

236 Primo, † quod maiores Actorum ciues Bambergenses fuisse constat: sic in renouatione priuilegiorum à Leopoldo Episcopo, & Carolo IV. Heinrico Zölner facta, *ibi ciues dicuntur.*

237 Secundo: † Actores nostros alios Zolneros, Bambergæ habitates, fatentur suos esse agnatos, & Ciues: ergo & eiusdem conditionis esse eos necesse est, vt etiam habetur ad 26. articulum defensionalem, in responsionibus: Cum omnes ab eodem stipite nascantur. Nec præ illis quicquam habere queunt, quod in specie non demonstrant.

238 Tertio: † Etsi Actores immunitate à muneribus ciuilibus patrimonialibus donati, & quoad eam, præ agnatis, atque aliis ciuibus priuilegiati sint: quoad reliqua tamen, per omnia illis similes manent: cum exclusio vnius, sit inclusio alterius *l. cum prætor. de iudic.*

240 Quarto: eo ipso † quod ex priuilegiis se à muneribus ciuilibus vacationem habere contendunt, iuri communi se iidem subiectos esse fatentur, *l. 1. §. 1. de iurisdict. eius, cui mand. est iurisd. l. ex eo. de*

241 *testibus.* Exemptio enim & liberatio, † præsupponit obligationem, *l. decem. ibi Bartol. de verb. obligat. capit. quod vero non* 32. *quæst.* 2. Nec exemptio, cum contra ius commune sit, extenditur vltra id; quod in ea est comprehensum. *c. ex onere. ibi Panorm. de priuileg. Boss. in tractat. de princip. num.* 136. Sic immunitas

242 † à muneribus patrimonialibus, non tribuit exemptionem à personalibus, multo minus à iurisdictione & foro, *Alexand. consilio* 157. *numero* 13. *volum.* 2. Vsque adeo autem immunitatis concessio,

243 † non tribuit omnimodam ciuilitatis liberationem, vt etiam statutum, loquens de ciuibus, locum habeat in ciuibus exemptis, non subeuntibus munera: *Bartol. l.* 1. *numer.* 17. *ad municipal. Bald. in l. in orbe. de statu homin.* Tam enim ciues priuilegiati dicuntur, & omnibus commodis & fauoribus potiuntur, quibus ciues originarii: *Roman. cons.* 63. *num* 9. *Boer. decis.* 260. *num.* 23. *Dd. communiter, in l. si is, qui pro. de vsucap.*

244 Quinto: † Priuilegia, quæ nostris Actoribus competunt, non personæ, sed Rei videlicet ædibus tributa sunt vt illis fruantur: non respectu pro priæ qualitatis, personis eorum inhærentis: sed respectu qualitatis, quæ ex possessione ædium illis accedit. Ergo cum priuilegia ista, tantum † rem, 245
non etiam personam afficiat, sequitur, quod nec personam alterare, nec ex ciue, forensem, nec ignobilem ex nobili efficere possint.

Sexto: † Priuilegio Leopoldi, Episcopi, Hein- 246
rico Zolner/tanquam Ciui Bambergensi, propter merita Guntheri Doders/etiam ciuis, est concessum: in concessione cautum, ne in quenquam, qui Ciuis Bambergensis non est, domus transferatur. Ex quo colligit, tantum Ciuem Bambergensem, priuilegio ædium frui posse.

Septimo: † Confirmatio Caroli quarti, illius- 247
que nouæ concessiones, etiam in Ciuib. Bambergensibus tantum locum habere possunt: quod liquet ex verbis: Als ander Bürger zu Bamberg. Dictio enim, † *alius*, in proprio significatu, implicat 248
similia. *glossa in l. in bonæ fidei. de rebus credit. & in l. si fugitiuum. Codic. de seruis fugit. Felin in c. sedes, num.* 6. *ibi addit. de rescript.*

Octauo: † Actorum parentes, in senatu, & iu- 249
dicio Ciuitatis Bambergensis, munera personalia, & honores gesserunt: Ciues ergo eos esse oportuit, cum ex honoribus † & muneribus Ciuis co- 250
gnoscatur *l. ciuis. C. de incolis. libro* 10. *Iason dict. l. si is qui. num.* 300. *de vsucap.*

Nono: † Ipsi Actores, eorumque parentes, & 251
Agnati, seynd am Landgericht/ vnnd Bürger Lehengericht/als Bürger/gesessen/ quod testes affirmant ad 17. & 18. defens.

Decimo: † feuda ab Episcopo & Capitulo 252
Bambergensi, Actoribus concessa, in designatione der Registratur/à Reo producta reperiuntur.

Vndecimo: † Nobiles feuda illis concedunt 253
tanquam Ciuibus, eaque recipiũt per semetipsos, non substitutos, econtra, per substitutos nobiles accipere solent: quemadmodum testes deponunt ad 30. defens.

eſſe, niſi probetur, à quibus, *Decius conſil. 57. num. 4.* vt ſciatur, vtrum teſtes à fide dignis audiuerint, vel à maleuolis. *Alex. conſil. 50. in cauſa. num. 11. lib. 1. Ferrar. in for. poſit. Actoris, §. final. n. 7. Dec. conſil. 37. in cauſa, nu. 9. 10. Iaſ. l. non hoc, num. 10. Codic. vnde legit.* Item, quod teſtificent, † ſe audiuiſſe à maiore 357
populi parte, *Bartol. l. de minore, §. plurimum, nu. 2. de quæſt. l. 2. §. eius, de teſtib. Alexand. conſil. 59. in fin. lib. 5. & conſil. 117. nu. 4. vol. 2.*

Quodque non ſufficiat dicere, ſeſe audiuiſſe, † 358
quia poſſit ab vno tantum audiuiſſe. *Mont. tract. fin. reg. c. 56. n. 2. 3. 4. Franc. Turzan. com. opin. c. 43. per tot.* Ideo teſtes hic rationem ſuæ ſcientiæ dicant, etiam † non interrogati, præſertim ſuper noto- 359
rio, *Iaſon l. ſi vero, §. qui pro Rei, num. 14. qui ſatisd. cog. Mont. d. loco, n. 23.* Productus enim ſuper notorio & fama, † nihil probat, niſi aſſignata ratione ſui 360
dicti, *Dd. in cap. veniens 1. de teſtib. Alexand. conſil. 25. in cauſa. num. 6.* Quin etiam vnicus teſtis, vel plures ſingulares † fidem non faciunt, niſi probent de 361
iisdem perſonis, locis, tempore. Et ſit cauſa ſcientiæ ſeparata à depoſitione, late per *Zaſ. conſ. 3. num. 58. 59. & ſeqq. lib. 2.* Sed ſic eſt, vt & dominus Referens connotauit: teſtes noſtro caſu diuerſimodè deponunt: quidam enim dicunt pro Actoribus, ipſos eſſe nobiles & pro nobilibus reputari: quidam, quod cum nobilibus connubiũ contraxerint: quidam in dubio relinquunt: plerique verò Bambergenſium, ſe aliter non ſcire, ſe ita audiuiſſe, ſe reputare eos pro ciuibus. Sed nullus cum ratione ſcientiæ, & dicti, loquitur. Imò ipſis refragatur totius nobilitatis Franconiæ, quorundam Electorum, Principum, Prælatorum & Comitum teſtimonium, qui integrius iudicant de ſtatu nobilitatis, quam alii, qui ſuſpicione affectionis non carent, attento etiam, quod de forma ſtatus nobilitatis, per prouinciã Franconiæ,

coniæ, & non per ciuitatem solummodò, Bambergam, hic agitur. Quodque nec ibi, Bambergæ videlicet, sit communis & vniformis fama & opinio, testantur duæ quitantiæ, 10. Februarii An. 75. productæ, quibus confunditur asserta communis fama: fatentur enim duo Oblaier eius Capituli, his verbis: Daß der Edle vnd Ehrnuest Michel Zöllner An. 70. bezahlt/ꝛc. Et sequenti An. wirdt Hanß Zöllner per eundē titulum nobilitatis, von Oblaiern quitirt. Cum verò dominus Reus in suis cōclusionib⁹ fateatur, ꝙ testes à se ꝓducti, mehrer theils Bürger zu Bäberg: Itē, nobiles auch Dienstshalben daselbsten her kommen/ relinquitur hic sano iudicio, an tali testimonio, & quatenus fides adhibenda: iura hic inducere, & passum hunc discutere, superfluum puto. Cicero de Orat. inquit: Homines maximè paribus aut inferioribus inuident, cum se relictos sentiunt, illos enim dolent euolasse: sed etiā superioribus inuidetur sæpe vehementer. & eo magis, si æquabilitatē cōmunis iuris, pstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.

His, inquam, ita perpensis, non satis liquidū,
362 imò periculosum, & minimè tutum esse † puto, vt ex huius causæ actis, seruitus, siue ius ciuilitatis, Reo adiudicetur.

Quibus & id accedit, quod licet ex parte Rei, vt *supra dixi*, Extractum deß Bambergischen Bür-
363 gerbuchs sit productum: tamen nec ex eo † nec alias edoctum, Brandenses vnquam in album ciuiū, sicut alii ciues Zolneri, relatos esse vel se inscribi petiisse. Item, licet aliquando Bamberga
364 emigrarint, † extra Episcopatum, quod aliquoties contigit, tamen nunquam weder Steuwer/ Nachstewer oder Abzug exoluisse, quod ciuibus & rusticis minimè indulgetur, præsertim Bambergæ, vbi pro 100. dantur 10. fl.

365 Item, quod nullibi probatum, † Brandensium aliquem iuramentum ciuium, den daselbst gewöhnlichen Bürgereyd/ vnquam præstitisse. Quin potius, daß Matthes/ An. 25. davon absoluirt worden.

366 Item, postquam senserunt, † in quam consequentiam velint trahi, voluntaria ipsorum officia, & dignitates ciuiles, his postmodum sese præfici recusarunt.

367 Item, quod admodum graue nobis foret, † sententiam ferre contra sententiam. Nam ante centum annos, cum Senatus & Communitas einer Landstewer halben (ad quod Reus & in hac causa principaliter intendit) egit contra Jörgē Zöllner/ auum Actorum, vor dem Bambergischen Hoffgericht/ ad duo: Primò, daß er/ wie andere Innwohner vnd Bürger zu Bamberg/ sein Haab vnd Güter/ hie in der Statt/ vnd auff dem Land wöll anlegen lassen. Secundò, vt ostendat die limites seiner Behausung in Bamberg/ ne totam plateam occupet. Reus excepit, allegando suum priuilegium: Darzu/ daß er kein Bürger zu Bamberg/ sondern Episcopi Landsäß/ verdiene seine Lehen/ wie andere Landsässen. Darauff Actoribus nichts zuerkannt/ sed absolutus Reus: ita tamen, vt domus limites doceat, medio iuramento, cum duobus sacramentalibus.

Vt taceam de duabus sententiis, sub Wenceslao & Sigismundo, Regibus Romanis obtentis. Quæ vero sit vis, & qui effectus sententiæ, & rei iudicatæ, non curo referre.

Item, quod Imperatoris multum interest, † 368 nobilium Rittertruhen non extenuare, auch nicht zu gestatten/ inde res & personas per status Imperii in jhr Cammer Gefäll eynzuziehen/ vnnd vnter jhr Gebührnuß der Anschläg/ vermög deß Reichs Matricul/ eynzumischen: vnd also Imperatori, & communi bono patriæ, solch commodum, so jhrer Mayestät an stat der Ritterdienst gelieffert werden/ auß den Händen zu ziehen.

Item, & Francorum interest † libertati, iuri, 369 priuilegiis, & ipsorum litis pendentiæ in hoc non derogari. Quæ omnia deprehendi possunt ex libello der Ritterschafft/ contra Actores hic, in causa mandati producto, ratione eines Außstands jhrer tarirten Anlagen. Videatur nonus articulus, & conclusio libelli: dicitur ibi, ꝙ multum intersit nobilitatis, principaliter verò Imperatoris, der Ritterdienst halben/ vnd in ander Weg/ꝛc. petunt ꝓnunciari, daß Rei schuldig/ sich wie andere freye Adels vñ Ritters Personen/ der sechs Ort Francken/ꝛc. gleichmäßig zu erzeigen/ cum expensis.

Item, quod Actores, de vitando enormi damno agunt, † videlicet, de repositione status no- 370
bilitatis, in ciuilitatem, vel rusticita em, cum amissione libertatis, quæ non exiguam capitis diminutionem infert: sic & intuitu bonorum. Declarati enim ciues, † omnibus oneribus, der Folg/ Reiß 371
vnd jährlichē Stewer/ subiicuntur, vt ipsemet Reus intrepidè asserit, in der Exceptionschrifft: Et consequenter, mit Verlust deß zehenden Pfennings/ wegen der Nachsteuwer vñ Abzug von allē vermögē/ vnd aller Güter/ tam allodialium, quàm feudaliū: ad quod tamen nunquam obligati fuerunt. Sed dominus Reus † principaliter de lucro captando. 372

Licet enim recessus Spirensis † An. 44. §. vnd 373
nemlich/ꝛc. neminem immunem relinquat: & in §. damit aber solch/ꝛc. solutionem collectæ solummodò in locis habitationum faciendam imponatur; tamē hoc in suis solummodò casibus accipiendum est, prout singulariter in §. demnach haben wir/ꝛc. limitatur, † quoad nobiles Franciæ, & alios, 374
qui sunt in possessione libertatis, vnnd in den Anschlägen nit begriffen. Et §. doch sollen die gemeinen Bauwersleut/ꝛc. in genere limitatur ita: † Daß al- 375
len hohen vnd nidern Obrigkeiten/ (latè sumpta interpretatione, & de his, qui sunt in possessione libertatis Franconiæ, & subditos habent. Sunt an. correlativa, † Vnterhanen habē vnd Obrigkeit seyn: 376
quæ iurisdictionalia maximè dignoscuntur ex debito vel indebito, der Steuwer/ Folg vnd Reiß) das alles an jhren Rechten/ Gerechtigkeiten/ vnd altē Herkommen/ vnschädlich vnd vnvorgriffen seyn soll.

Et quod nemo † hac via & occasione priuan- 377
dus sit suo iure & possessione, neve inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur, expressis verbis statuitur in antiquis & recentissimis Imperii decretis, ꝙ referre superfluū puto. Sic q; e

378 ſtatus Imperii non † niſi nudum miniſteriũ, tanquam Commiſſarii Imperatoris, præſtant, in collectione deß gemeinen Pfennings / die auch jhrer Mayeſtät nicht fürzugreiffen: quod fauorabilior
379 eſt † cauſa libertatis, quàm ſeruitutis. Indebona
380 libera † præſumuntur, niſi probetur ſeruitus.

Vtque tandem finem faciam: In poſſeſſorio
381 retinendæ, † Actori probandum eſt, quod tempore turbationis, & litis conteſtationis poſſederit, §. *retinendæ ibi Ioh. Fab.* §. *commodum, de interdict. inſt. Ferrar. in form. libell. pro turb. poſſ. nu.* 1. Hoc enim ſine controuerſia ſufficit, cum Reus non probat, ſe medio tempore poſſediſſe: nam tunc præſumi-
382 tur continuata poſſeſſio. Alias, † ſi Reus medio tempore poſſidet, Actor clandeſtinitatem vel violentiam probare debet, vt *latè per Menoch. dict. remed. n.* 556. *& ſequentib.* Et ne tempus conſumam allegationibus, quaſdam generales theoricas *Dd.* referre ſufficiat: quod videlicet in acquirenda rerum ſeu iurium incorporalium poſſeſſione,
383 requirantur † animus, & congrui actus acquiren-
384 tis. Item † vſus, non vi, clã, vel precario. Item, ſciẽ
385 tia † & patientia aduerſarii. Item, quod in hoc interdicto (caſu, quod vterque probaſſet poſſeſſionem) is obtinet, cuius poſſeſſio conualidatur
386 optimis actibus. Item is, † qui habet prioritatem poſſeſſionis, niſi clam, priorem poſſeſſorem
387 inſcium deiecerit. Item, † quod clandeſtina vel violenta poſſeſſio probatur, eo ipſo, quod con-
388 ſtat de antiquiore. Item, † melius probat & obtinet, cuius intentio magis conſona eſt rationi, vt ſi vnus probet cum titulo, quia talis poſſeſſio ma-
389 gis iuſtificatur per viam rationis. Item, † fictione iuris non dicitur vterque probare, ſed ille ſolus, qui melius probat: quia fortior probatio mi-
390 nus fortem eneruat. Item, † illius fundata eſt intentio, de iure communi, qui poteſtatem, & ius Imperatoris potius defendit.

391 Quod autem Actores, † poſſeſſionem vel quaſi, libertatis, à ſeruitute, ſiue onere exigendi collectas, & quidem titulatã, per ſententiam & rem iudicatam, contra Epiſcopum, præſertim der Bürger vnnd Landſteuwer / auch Folg vnnd Reiß halben / ſatis probarint: dominus Reus verò ſuis probationibus longè minus præſtiterit, *ex ſupra enumeratis actibus, ſatis conſtare puto.*

392 Similiter etiam, † quoad gemeine Reichsſteuwer / indifferenter (cum receſſus Imperii eundem modum hodie præſcribant, & vna contributio in alterius locum ſucceſſerit, eademque vbique ſit
393 ratio) quia & in hiſce collectis, † vigore Abſchiedts / attendi debet, das Recht / Gerechtigkeit vnd alt Herkommen der gemeinen Land vnd anderer ſtewren / vt ſecundum ius & conſuetudinem earum contributionum, & hæ regulentur, & exigantur. Alias verba eius conſtitutionis, de Anno 42. 44. erunt
394 ſine effectu: cum ibidem noua forma, † & nouus modus, qui antea nõ ita fuit obſeruat⁹, videlicet, qualiter reponẽda & exigẽda ſit pecunia, & à quibus perſonis, in die Rittertruhen. Quo caſu, vnd ſo viel die Rittertruhen vnd gemeinen Pfenning antrifft / non poteſt, propter nouitatem eius, antiquũ ius & conſuetudo allegari: ſed potius id metiendum eſt, ex quaſi poſſeſſione vel libertatis, vel ſeruitutis, der jährlichen vnnd gemeinen Landſteuwer: & ſic id referendum & intelligendum de perſonis & rebus, quæ aliis ſtatibus Imperii mit Steuwer nicht vnterworffen / vt colligitur ex dicto §. Doch ſollen die. ibi: Sollen die Bauwren Güter ſo nach Sag dieſer Ordnung geſchetzt werden den Obrigkeiten die ſie zu belegen / von Alters hero in gerühigem Gebrauch hergebracht / anzulegen vnbenommen / ſondern vorbehalten werden. Ergo, à contrario ſenſu: Da es nicht alſo hergebracht / locum habet ſequens verſiculus, vt *ſupra dictum*: Quibus comprobatur, quod Reus, ratione der bürgerlichen Steuwer vnd der Landſteuwer / ſe malè fundet ex Abſchieden / deß gemeinen Pfennigs halben, cum vix ſit, quod ſibi magis aduerſetur, quam ipſe receſſus. Et ſicut Actorum † quaſi poſſeſſio exigendi 395
& ſoluendi den gemeinen Pfenning in die Rittertruhen / eſt antiquior, quam domini Rei, licet non magno interuallo ſequutæ turbationes. Ira etiam Actores iuuantur † legitima poſſeſſionis cauſa, 396
titulo & authoritate, tam ipſiuſmet Imperatoris, quam nobilitatis Franconiæ. Imperator enim initio harum contributionum, † Anno 44. & 397
poſtmodum Anno 67. per ſuos Commiſſarios Brandenſes, in ſtatum ſolutionis, in die Rittertruhen, repoſuit. Nobilitas verò † non minus ab 398
Anno 42. 44. & vſque huc, tam ſe, quam Actores, in quaſi poſſeſſionem der Rittertruhen / mit dem gemeinen Pfenning eyngeſtellt. Qui, quo iure, quave ratione ſua poſſeſſione deiiciendi ſint, non video. Si enim præoccupatio ſeu præuentio, aliquo caſu locũ haberet, maxime hic prout Imperatoris, & totius nobilitatis id attendi poſſet, cum Reus non, niſi de nouo lucro † captando, 399
contendat. Eas, inquam, exactiones & ſolutiones Bambergenſes, † demũ ſecutæ ſunt poſtulationes 400
& extorſiones, vt oſtendit proteſtatio Actorũ, de dato 30. Decembr. An. 45. & ſic initio An. 46. alia que facta, pendente lite, ſubſecuta: quæ per ſupra deducta, meo iudicio, † turbationes verius dicen- 401
dæ ſunt. Quæ turbationes minus, † quam agen- 402
tium, Imperatoris, & nobilitatis Franconiæ anterior poſſeſſio in exigendo, recipiendo & reponendo collectam deß gemeinen Pfennings in die Rittertruhen / attendendæ erunt.

Concludo pro Actoribus, in communi forma interdicti retinendæ pronunciandum eſſe: cum reuocatione attentatorum omnium. In vnum enim finem omnia ea ſunt acta. Sed cauſa finalis attendi debet: & regulatur actus † à fine, in 403
quem dirigitur: *iuribus vulgaribus.* Aliàs enim Epiſcopi parum vel nihil intereſſet: cum in tanta vrbe non deſint alii ciues idonei ad iudicia. Velim tamen Epiſcopo retinere ſuum ius, da Actores (ſicut alii nobiles, quorum, vt audio, plures nunc Bambergam inhabitant) Güter in der Statt jnnen hetten / oder poſſedirten / ſo in das Bürgerrecht vnwiderſprechlich bißhero gehörig geweſt.

Expen-

Expensas libenter compensarem. Obstat ta-
404 men generalis regula, † *l. properandum, §. sin autem, C. de iudic. ca. sinem litibus, de dolo & contum.* Quia victus victori in expensas condemnatur. Item cul-
405 pa, † & scientia iustæ causæ litigandi: quam hoc loco victus habere potest, ex sententia & re iudicata, vt *dictum*. Ex quieta possessione, vel quasi,
406 libertatis aduersarii. Ex geminatis Cæsareis † mandatis pœnalibus, ante litem cœptam, & aliis actibus, præsertim protestatione Actorum, & documentis, tunc Reo exhibitis, vt per tradita Doctorum in locis allegatis per *Menoch. remed. 3. n. 656. & seqq.* Si tamen compensationis iustæ rationes hoc casu adesse visum fuerit, quarum *Lanfrancus* quasdam recenset, *in praxi c. 11. de expens. n. 3.* nec mihi id displicebit.

Ad pœnas mandatorum quod attinet, licet per tradita Doctorum, in locis passim allegatis per *Menoch. remed. 3. n. 603. vsque 663.* non immerito dubitetur, quid statuendum: Placet tamen Dominorum Referentum sententia, vt id silentio prætereatur.

Saluo.

Aliud, in eadem causa.

Ex argumentis, vt per Referentes, dicit, Zolneros ciues esse. Satis imprudenter ex quibusdam dictis testium partialium & singulorum, (vt alii) Iuris præsumptionem esse pro Reo, quæ non est elisa per Actores. Ideo absoluit Reum ex Abschied An. 44. vult progredi in petitorio cum
407 Referente. Putat officium Iudicis, † præsertim hoc iudicio, requirere, vt lis p̃cidatur: maximè cũ
408 & possessoriũ † cũ petitorio liquidatũ decidi possit. *c. cum dilectus c. cum Ecclesia Sutrina. c. cum super, de*
409 *caus. poss. & prop.* ne nimirum † causæ continentia distrahatur. *l. nulli. vbi Ias. n. 3. Cod. de iudic. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 17. ad fi. vbi Iason n. 180. Ripa n. 81. de acquir. poss. Ferrar. in form. lib. de turbat. possess. verb. ad cessandum. n. 8.* præsertim si nulla (vt &
410 **hic factum**) **de se,** † petitorio non ingerendo aut intromittendo, vt loquuntur, protestatio interponatur. *Ias. in d. §. nihil commune. Boer. decision. 238. n. 5. versic. & hoc cum protestatio.* Vult clausulam reseruatoriam omittere. *In reliquis, vt Referentes.*

411 D. S. Petitionem libelli † inspiciendam, *Ias. §. omnium. institut. de action. nu. 129. Dec. consil. 62. vol. 2. Mynsing. respons. 25. n. 2.* Sed hic ita petitum: Ergo, &c. *l. vnica. C. vti poss. id. l. 1. §. Interdictum. ff. eod. Mynsing respons. 26. n. 1. Contard. in ampliat. n. 59. l. vnica. C. si de moment. Hostiens. de caus. poss. & propr. n. 3.*

D. L. Possessorio actum, Probatam nobilitatem, sed nõ quoad Franconiæ nobilitatem. Ideo dicit, eam non probatam. Concludit cum Referentibus, compensatis expẽsis, & adiecta clausula reseruatoria priuilegiorũ, vt Dominus Referens.

D. N. Concludit cum Q. in principali possess-
412 sorio, &c. Et Reo demum † iniungendam partitionem Mandatorum, sub euentuali solita.

D. C. Cum Referente.

D. S. Cum Correferente.

VOTVM XXXI.

In causa Nobilium Jac. von H. Contra Ha. von Wa.

SVMMARIA.

1 *Actione reali, hoc casu, quare agi non possit. Nec actione personali num. 2.*

3 *Actio personalis contra successorem singularem, nullo modo locum habere potest. & num. 7. 22. Limitatur. num. 23. Sed reali actione ad ipsa bona agitur. vt nume. 24. & seqq.*

4 *Causa petendi, siue medium concludendi, in libellis exprimendum est.*

5 *Narratio, quæ non proportionatur conclusioni, viciat libellum.*

6 *Iudicis officium non præsupponit obligationem.*

8 *Libellus regulariter ineptus dicitur, quando ex eo non concluditur ius agendi.*

9 *Sententia super inepto libello lata, est ipso iure nulla etiam parte non opponente: Nec Iudex appellationis talem sententiam reformare potest. sed necessario super nullitate pronunciare debet. num. 10.*

11 *Officium iudicis est latißimum, competitque ex mera æquitate, vbi obligatio deficit.*

12 *Probatio vlterior quare hic iniungenda non sit.*

13 *Is, cui per diuisionem res vel bona obuenerunt, debitum hoc, siue annuam pensionem, cuius nomine Actori alia quædam pensio per N. arrestata est, solus exolue re tenetur, neque illud in damnum cohæredis sui, vel denegare vel differre potest.*

14 *Actio personalis vt puta, Condictio ob causam, causa non secuta, vel condictio ex l. 2. C. de rescind. vendit. danda erit cohæredi Actori, contra alterum hæredem, in mora existentem, vel renuentem. & numero 15. Ratio eius numero 16.*

16 *Diuisio bonorum vel rerum, est instar emptionis, & permutatio quædam, habetque vim transactionis: Vnde præscriptis verbis Actio competere potest, ex Theilzettel/ tanquam ex contractu innominato. num. 17.*

18 *Emptor rei obligatæ, in pari quodammodo conditione, cum suo authore, siue venditore censeri debet.*

19 *Successor singularis, vbi constat rem vel fundum certo onere esse obligatũ, etiam conueniri potest. Cum res transeat cum suo onere.*

20 *Emptor fundi, quod non teneatur ex personali obligatione, ad præstationem frumenti, quando hoc procedit.*

21 *Pensio si super aliquo fundo constituitur, tunc fundus dicitur obligatus, & ad quemcunque fundus transit, & onus.*

28 *Actio personalis in rem scripta, transit etiam in singularem eius, cui competit.*

29 *Actiones in rem scriptæ quæ, & n. 31.*

30 *Iudicum officium in rem scriptum est, quoties æquitas dictat, vt detur in successorem.*

32 *Successor singularis, vel tertius à quibus possunt conueniri, & n. 33.*

34 *Fundus transit cum sua causa & onere, n. 21.*

35 *Actiones personales semper præsupponunt obligationem.*

36 *Actione nulla existente, Iudex ex officio repellere potest agentem.*

37 *Actori nostro qua remedia supersunt. & nume. 38. 39.*

40 *Actor cui adhuc in subsidium, vel actio in factum, vel officium iudicis competit, audiendus censetur.*

41 *Actio in factum quando dari potest, & cui competit. & n. 47.*

42 *Reus noster ex æquitate quadam propter scientiam qualitatis Rei emptæ, Actori videtur obligatus. Imò & ex ipsius confessione, licet limitata. numero 43.*

44 *Reus argumento singularis successoris, in rem vitio violentiæ affectam, scientia mediante obligatur.*

45 *Actor quando non tenetur expectare damnum futurum.*

46 *Actio extraordinaria & subsidiaria in factum, quandoque cum officio iudicis concurrere potest.*

48 *Ad iudicis officium spectat prouidere, ne fraudes committantur.*

49 *Actio personalis in hoc casu, an detur in subsidium, contra singularem rei successorem, Doctores non conueniunt.*

50 *Reus noster, tanquam emptor, quare sit obligatus ipsi venditori. vt n. 51. 52.*

53 *Actio personalis in rem scripta sequitur possessionem.*

54 *Actio mera personalis quando dicitur.*

55 *Actio in rem scripta, quando dicatur.*

56 *Actoris intentio hic ita fundata videtur, vt onus probandi contrarium, in reum quodammodo transferat. Rationes huius quæ num. 57. 58. & 60. 63. 64. 65. 66. 67.*

59 *Possessor rei obligatæ conueniendus est.*

61 *Venditio sub qua conditione facta.*

62 *Dictio vniuersalis, Beschwerden/quomodo hic intelligenda.*

68 *Propter præsumptiones plures concurrentes, probatio contrarii, merito in aduersarium reiicienda videtur.*

QVia ex narratis libelli non videt, Actionem competere aduersus Reum, ideoque causam ad correferendum dedit. Nam Actione
1 Reali, † agi non potest: Quia Reus nihil detinet, quod Actoris esset, vel, in quo Actor dominium prætenderet: Quod in reali actione, tanquam causa proxima, exprimendum in libello
2 *Gail. obs. 61. lib. 1.* Et actione personali † agere non potest: quia inter Actorē & Reum nihil contractū: Vnde Reus Actori non est obligatus, sed inter tertiū contractus celebratus, vt inter Wolffen/& Weß/ꝛc. Hinc est, quod Reus noster sit
3 successor singularis, † contra quem actio personalis nullo modo locum habere potest, *l. fin. §. fin. de contrah. empt. l. 1. §. heres ad Trebell.* Ita tenet & communem dicit *Alexand. consil. 10. volum. 1. Zas. consil. 12. nu. 34. vol. 1.* Cum itaque causa petendi, † 4 siue medium concludendi in libellis exprimendum sit, vt *not. in c. dilecti. verb. Electio ibi Abb. de iud.* Et in nostro libello aptum medium concludendi, & causa apta non exprimatur, libellum hunc vt ineptum reiiciendum putat. Nam narratio † 5 non proportionatur conclusioni: quod viciat libellum, per ea quæ tradit *Paris de Put. in tract. de Syndic. in verb. sententia c. 4. incipi. an dictum Capitulum n. 4. fol. 409.* Quia dicit se possessorem, & concludit, restitutionē dominii fieri. Imo nec Iudicis officium commode Actori dari potest. Nam illud †nō 6 præsupponit obligationem *l. qui per collusionem de action. empt.* Et constat nostro casu, inter quos contractus factus. Accedit officium Iudicis, non conceditur † contra singularem successorem: 7 *Panorm. c. sæpe. n. 8. & Ripa. nu. 9.* vbi dicit esse communem. *de restit. spoliat.* Quare non attenta litis contestatione, & quod nihil exceptum sit contra libellum in specie, sed saltem dicat in genere Reus in der Widerlegung Schrifft daß sich Actor nicht an mir/ sonder an einem andern/ seines Schadens erholen mög. Super hoc libello nihil pronunciarem, tanquam super inepto, quod ex eo non constet, Actori actionem competere aduersus Reum. Regulariter enim tunc libellus † 8 ineptus dicitur, quando ex eo non concluditur ius agendi *l. 2. C. de form. action. subl. ibi glos. in verb. si apta Gail. obs. 66. n. 2. lib. 1.* Cum sententia † super 9 inepto libello lata, sit ipso iure nulla, etiam parte non opponente. *c. cum dilecti. de empt. & vendit. c. examinata. de iudic.* Quod vsque adeo verum est, ꝙ Iudex appellationis † non possit talem sententiā 10 reformare: Sed necessario super nullitate pronunciare debet condemnando Actorem in expensis. *Gail. obs. 66.* Reum itaque ab obseruatione Iudicii absolueret, & Actorem in expensis condemnaret, reseruato ei iure agendi coram ordinario, ex alia causa, quam habere potest.

Verum cum multæ præsumptiones sint contra Reum, vt alleg nt ir partim in der Probationsschrifft/ partim in der Confutationschrifft/ & officiū Iudicis sit latissimum † *l. 1. de iurisd. om. iud.* & com- 11 petat ex mera æquitate, vbi deficit obligatio; *Bald. in l. si. §. sin autem. C. de furt.* Et imploratur pro sententia ferenda pro seruitute Rei: *Speculat. in tit. de primo & secundo decreto. vers. Quid sit.*

Si dominus visum fuerit, hoc casu Iudicis officium dare, non refragabitur. Sed hoc casu opus erit, † iniungere vlteriorē probationem: nam vter- 12 que pro se allegat sein theilungs Zettel: Quæ ita sunt exhibitæ in Copia, vt fidem facere non possint. Et hoc casu pronunciare existimaret, vt in originali exhibeant d. Zettel/ & desuper fieri, quid iuris.

Saluo, &c.

Aliud.

D. B. Quia super libello nihil excipitur, sed lis contestatur, & Reus pro dimidio Frumenti litigiosi se tenet: ad reliquū verò Actorē teneri contendit. Vnde se etiam absolui, & decem modios frumen-

frumenti Herbipolensi, pro Actore, errore quodam solutos, restitui sibi petit, merito dubitari potest: An nõ Actori Actio aliqua competat, & qualis instituta: Et an probata sit.

13 Et quoad primum, æquum videtur, quod † is, cui per diuisionem res vel bona obuenerunt: (Sicut Actor de quodam Wolffen von Renchen/filiis asserit) debitum hoc, siue annuam pensionem, cuius nomine Actori alia quædam pensio per Leuchtenberg arrestata est, solus exoluere teneatur, neque illud in damnum cohæredis sui, vel denegare, vel differre possit: Eo enim casu personalis a-
14 ctio † danda erat cohæredi, Actori, contra alterum hæredem, in mora existentem, vel renuentem, vt puta condictio ob causam, causa nõ secuta *l.1.vbi Bart. & Dd. communia vtriusque Iudic.*

15 Vel officium Iudicis. Vel condictio † *ex l.2.C.de rescind. vendit.* Tanquam læso & decepto. *Schurff.cõsilio 66. nu. 4.* vel similis: cum diuisio sit instar em-
16 ptionis, † & permutatio quædam, *Dd. in d l.1.* Et habet vim transactionis. *Marian. Socin. consilio 128. n.118.in 1.part.Baroc.de compromiß. quæst.4. n. 27. verb. diuisionũ.per l.tres fratres.de pact.* Vnde & præscriptis
17 verbis † Actio cõpetere potest, ex theil Zettel/tanquã ex contractu innominato. *Schurff.cons. 6. n. 2.*

Et licet translatum sit donus in Reum, sicque tertiam personam extraneam, titulo emptionis:
18 In pari tamen † conditione quodammodo cum suo authore, siue venditore censeri debet: nimirum, quoad iura dictorum bonorum, tam actiue, quam passiue. Nam vbi constat, rem vel fundum
19 certo † onere esse obligatũ: Tũc etiam singularis successor conueniri poterit: cum res transeat cum suo onere, *l.1.C.de annon. & tribut. libro 10. leg. seruitutem.de seruit. rustic. prædior. Bartol. in leg si tertius.§. si quis prius. numero quarto. de aqua pluu. arcend. Iac. Vent.de annua præstat.part. 2. quæstion.31. numero 4. 5. 6.Cæpoll.de seruit.vrb.præd.capitulo secundo, in fin. verscul.tertia est vtilitas.* Neque obstat *l.fin.in fin. de con-*
20 *trahend.empt.* vbi Emptor fundi, † non tenetur ex personali obligatione, ad præstationem frumenti, quia illa procedunt, quando promissum vel dictũ erat, præstati debere ex reditib., vel de fundo, vel ex prædiis. Quo casu nõ dicitur seruitus concessa, vel res obligata: Sed solum personalis actio contra assignantem competere: Et tunc alienato fundo, non transiuit onus in singularem successorem nec contra illum agi poterit. *Ripa l.prima, §. si hæres.in princip columna secunda, ad Trebell. Aretin. consilio 70.numero secundo.* Secus, si pensio constitue-
21 batur † super tal fundo: quia tũc res dicetur obligata, & ad quemcunque fundus transit, & onus. *Venent.dict.loco.Cæpoll.dict.cap.secundo, per tot.* perso-
22 nali tamen actione † regulariter non potest agi contra tertium, siue successorem singularem, *d.§. si hæres ibid. late Ripa.* vbi tradit reg cum 8. fallent. de quo *Guid Pap. decision. 576. numero 1.2.* Nisi sit legi-
23 tarius, † vel donatarius hæreditatis, quod est nomen iuris, & sponte velit subire Iudicium, ita quod non opponat, se non posse conueniri, vt *leg. 2.Codic.de pact.* Inuitus enim non potest cogi *l.fin. Codic.de hæred action leg.2 in fin.de hæred. & action.venait. Guid decision.260. numero 1. & 2.* Sed reali actio-
ne † ad ipsa bona agi potest, *argum. leg.fin. §. fin au-* 24
tem auaritiæ.Codic.commun de legat. de quo Bartol. in l. qui Romæ.§. duo fratres.de verb.obligation. Ripa ibid. numero 85. Nimirum vel hypothecaria, † *glossa dict.* 25
§. si hæres. verb. sequitur. Vel confessoria. † *Venent.* 26
dict.loco quæstion quarta. Vel officio Iudicis, † non 27
quidem personali, sed quod est in rem scriptum *Bartol. in dict. §. si quis prius. numero quinto.* Sicut etiam personalis in rem scripta, † transit in singula- 28
rem eius, cui competit, vt textus est *in dict. §. si quis prius.*

Dicuntur autem † in rem scriptæ illæ, quæ 29
non competunt alicui ex suo cõtractu, vel quasi, sed ex dispositione legali, vel ex facto vel delicto, occasione videlicet illius, cui competunt. *Castrensis ibidem numero secundo, & Ripa in dict. § si hæres. numero 44.* Vbi ex sententia *Bartoli* dicit, Iudicis officium esse † in rem scriptum, quoties æquitas 30
dictat, vt detur in successorem *per leg. qui bona. §. primo, de damno infect.* Vel vt ipse putat, † dici po- 31
test in rem scriptum, quando competit contra singularem possessorem: quia possidet per *d. l. qui bona.*

Quæ omnia tamen supra commemorata, suis casibus maxime procedere existimat, vt nimirum successor singularis, † vel tertius emptor, 32
conueniri possit ab illo, qui est dominus, vel possessor alicuius prædii dominantis, & cui ex re empta, vel alio titulo acquisita pensio, vel seruitus aliqua, tanquam ex fundo seruiente debetur, vt est in hoc casu Leuchtenberg & Würtzburg/*Iac. Venent.d.l.quæst. 4.* vel cui bona † sunt affecta, for- 33
te tanquam tributaria, pro collectis, & similibus. *Berous consilio 150.numero 14. cum seqq. volum. 3.* Non autem ab extraneo, sicut videri potest Actor noster, qui nihil omnino iuris in talem emptorem, vel fundum eius habet: quia ius prædii est, *l si mihi. §. fin. de seruit. rust. præd.* Et transit † fundus cum 34
sua causa *l.via. §. si fundus. eod tit.* Cui etiam recte dici possit: quoad te, liberas ædes habeo, *l. loci corpus. §. pen. si seru. vend.* Sicut & nostro casu, vbi Reus nõ solum nihil Actori arrestauit, & in nihilo ipsum turbauit, sed nihil etiam ex re sua empta eidem præstare tenetur, vnde actio aliqua realis ipsi cõpeteret.

Deinde actiones personales † semper præsup- 35
ponunt obligationem. *§. 1 instit. de action. l. licet §. ea obligatio de procurat. l. vnica. de condict. ex leg.* Qualis tamen hic non reperitur, nec actio personalis fundum prosequitur. *dict. l si hæres.* Vnde nulla existente actione, † Iudex ex officio potest agentem re- 36
pellere *glossa. Dd. & Bartol. in leg. vbi pactum. Codic. de transact. Socin. consil. 255. numero 5. vers. secundo posito. volum. 2. Boer. decis. 171. num. 21. 22.* Et præsertim hic, vbi Actori supereset aliud remedium, vt quod rectius † potest agere contra arrestantem ipsum 37
Leuchtenb. Vel vigore der Außträg. Actione negatoria, † vel simili, vel etiam in Camera, super relaxa- 38
tione Arresti. Quin & contra cohæredem † suum 39

(cuius nomine venditio facta est per patrem) vel eius hæredes intentare actionem potest.

Verum prædictis non obstantibus audiendum
40 Actorem censet,† vt cui adhuc in subsidium, vel actionem in factum dare possumus, vel officium
41 Iudicis. Illa enim datur,† vbi certum est, nullam competere actionem, sed æquum est dari: vt quia plurimum hic interest Actoris, vt ex diuisione æqualem possit retinere portionem, neque illa in dispendium ipsius, cum lucro alterius cohæredis, vel nunc emptoris & possessoris fundi, inique grauetur: præsertim cum quota Actoris, respectu litigiosæ pensionis, semper fuerit libera: nec de cõtrario facto constat. Hinc & ipse Reus (licet ter-
42 tia sit persona) ex æquitate quadam † videtur obligatus eidem Actori, propter scientiam qualitatis rei emptæ, hoc est, quod dictæ pẽsiones semper fuerint oneratæ, prout constat tam ex literis emptionis, quam vtriusque partis Theilzettel. Imo
43 ex ipsa confessione,† licet limitata, Rei, qui etiam per aliquot Annos exoluit pensiones: Idque vel
44 argumento singularis successoris,† scienter succedentis, in rem, vicio violentiæ affectam, qua scientia mediante obligatur, vt *Ripa, post Cardinal. in dict. cap. sæpe numero 9. de restitut. spoliat.* Quia igitur iam apparet, Actorem damnum debere pati
45 in futurum,† sicut & de præsenti damno agitur, non tenetur expectare illud: *Petrus Imol. in titul. act. in fact. de variis figur. causarum.* Quæ actio, extraor-
46 dinaria & subsidiaria,† potest aliquando concurrere cum officio Iudicis, quod est latissimum. *Petr.*
47 *Iacob. ibid. verb. sententia.* Et competit,† similiter, vbi æquitas suader, & nulla subest obligatio. *c. 1. 2. de offic. iudic. l. quoties. §. Pomponius. de annuis legat. Ripa d. c. sæpe. numero nono, post Cardin. numero 3.* Per quod etiam fraudi poterit occurri, vt ad quem spectat
48 prouidere,† ne fraudes committantur. *argum. leg. hoc autem. in princip. si cui plusquam, per l. Falcid.* Et in proposito, vt suum cuique tribuatur. Quo faciũt ea, quæ supra dicta sunt, de personali in rem scripta actione & de officio Iudicis, quod est in rem scriptum.

49 Nec in eo conueniunt *Dd.*† vt tradit *Ripa. d. §. si hæres. n. 23. 24.* Sicut nec in hoc, an personalis actio detur in subsidium, contra singularem rei successorem, vt *ibidem n. 13.*

Præterea certum est, Reum, tanquam emptorem,
50 † teneri ipsi venditori Caspar Wolffen von
51 Renchen qui, cum fuerit † pater Cohæredis, ideſt, Wolfgangi Wolffen prædefuncti, & sub illa qualitate scienter contraxerit: videtur, Reum similiter teneri & alteri hæredi. Idque propter vel ex-
52 pressum † vel tacitum pactum, diuisioni bonorum, vt verisimile est, adiectum, nimirum, vt Actoris, quota, in eo omnino libera, cohæredis autem, quoad ab antiquo obnoxia maneat, ratione der Gültkorn. Quemadmodum tale factum, permutatio, siue diuisio, vel ex ipsius Rei Kauffbrieff/ haud obscure deprehenditur. Vnde statim, etiam in ipso limine contractus, siue diuisionis, in qua datur comminatio reciproca, res illa pro dicta Korngült onerata (scilicet die drithalbẽ Lauben) Actori quodammodo fuit affecta, tanquam ipsis hæredibus antea communis: Idque pro suo iure ac interesse: nempe, vt seruetur ista mutatio, siue transactio, *fac. Bald. in l. ea l. 8. num. 18. C. de condict. ob caus. Boer. decis. 320. n. 7. part. 2. Bart. in l. fin. in fi. de oper. nou. nunc. & Tyraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. numer. 12. 13. 129. cum seqq. vsque n. 132.*

Quo pertinet & illud, quod actio † personalis, 53
in rem scripta (qualis & nostra videri potest) sequatur possessionem, *Tyraq. d. loco. §. 8. glossa 5. nu. 8.*
Vel potest dici, mere personalem esse † actionem, 54
cum intenditur aduersus primum venditorem, siue hic cohæredem. Et in rem scriptam esse † cũ 55
intenditur aduersus tertium, cui res vendita est per d. hæredem, *Tiraq. d. loco. n. 14.*

An Actio probata?

Posito igitur, aliquam actionem dari posse, vel competere: videtur illa non quidem sufficienter probata, sed ita tamen intentio Actoris fundata, vt † onus probandi contrarium in reum quo- 56
dammo transferat, vt per *Vasq. lib. 2. controu. illustr. c. 86. num. 8.*

Arrestum enim † imprimis non negatur: De- 57
inde,† quoad diuisionem, & bona affecta, siue o- 58
nerata, primo contra Reum plurimum facit, propria illius confessio, quod illa emerit, & possideat. possessor enim † obligatæ rei conueniendus est, 59
d. l. 2. C. de hæred. action. Cum realis præstatio: vt quæ fit occasione rei, sicut census, imo *Venet. d. loco. part. 1. q. 1.*

Secundo: † fortiter stringit Rei Kauffbrieff/ vbi 60
ea conditione venditio facta, † wie Philips von 61
Seeldeneck selbsten besessen/ sampt derselbẽ Beschwerden/ die Kauffer für sich selbsten auch abtragen sollen. Quæ vniuersalis dictio, Beschwerden/ † non pro 62
dimidio, sed pro toto: Sicut non tantũ de his drithalb Lauben: sed in genere de omnibus reliquorum bonorum, siue totius ipsius hæreditatis emptæ oneribus, intelligi debet, donec de contrario doceatur: vt idem ex altera quoque adiectione, nempe, wie Philips solches besessen (qui solidum semper exoluit, non dimidium) facile colligitur.

Tertio: † Die Verzeichnus/ per Actorem exhi- 63
bita, *n. 11.* (Cuius manus Eberhardi von G. recognita 6. Febr. Anno 79.)

Quarto: Altera quoque Verzeichnus/ per eun- 64
dem producta, *num. 16.* concordat per omnia cum priori atq; expresse continet, quod venditor, ideſt, Caspar Wolff von R. dictam annuam præstationem, ex d. bonis soluere teneatur, & huic drithalben Lauben zugetheilt worden. Et hanc designationem, cum suo originali concordare, testatur Notarius subscriptus.

Quinto: † vrget etiam, præsumptio, ex modi- 65
citate precii viginti florenorum, cum Reus tamẽ, emptor, inde 25. plaustra lignorum, annuatim recipiat. Si enim quota hæreditaria, Actoris altera dimidia parte der Korngült/ onerari voluisset, tam vili vtique precio res non vendita, eiusque in

d. lite-

d.literis emptionis, etiam expresse mentio fuisset facta.

66 Sexto: † Contrà Reum militat Herbipolensis Recessus, *n.13.* vbi ipsi, tanquam successori, onus hoc in totum iniunctum est, licet saluo regressu contra venditionem, & quemcunque alium.

67 Septimo: † Verisimilior est Actoris Verzeichnus/*num.16.* vt, quæ continet vtrosque Dominos recipientes die Gült. Cum econtra, Rei Verzeichnus/litera *B.num.13.* in protocollo, tantum mētionem faciat Herbipolensis, nec concordant in hac designatione die Metzen vnd Malter/vtcunque fiat computus, quoad mensuram. Ex quibus apparet, quod licet obscuritas sit in obligatione: tamen
68 propter plures concurrentes † præsumptiones: (ad quas etiam definitiue per Actorem conclusum est) probatio contrarii, merito in Reum reiicienda videtur. Attento maxime, quod in Epistola ad Herbipolensem, *d. numer. 13.* rotunde allegat, daß die Beschwerden zugleich getheilt worden: Idemque in hac lite contendit. Quare mallet ipsi Reo adhuc præfigere ex officio, terminum quatuor mensium, ad legitime docendum sein/im Gegenbericht/*numero 12* angeben nimirum, daß Actor den halben Theil/der darinn angezogenen vnd streitigen Korngült/zubezahlen schuldig sub commminatione conclusionis causæ. Quo casu etiam exhibere potest den rechten Theilzettel/darauff der Cammerraht zu Würtzburg Handschrifft/vt ipse dicit in responsione ad Herbipolensem, quæ habetur sub *d.num.13.* etsi Reus nihil amplius probarit, condemnarem illum, iuxta petitionem libelli; expensis tamen compensatis. Neodisplicebit, si Domini etiam Actori iniungere velint editionē sui original Theilzettels.

Quantum attinet ad petitionem in d. Gegenbericht/quoad restitutionē der zehen Malter Korns/& relaxationem der achtzehen Metzen: quia ista reconuentionem sapiunt, nec tamen in forma, siue per modum libelli repetuntur, posset pronunciari, wölle er Actorem deßwegen Sprüch vnd Förderung nicht erlassen/daß er sein Klag vorbringen mög/daß darauff ergehen soll/was recht ist. Vel posset hoc silentio præteriri, donec super vlteriore probatione partes audiantur, præmittatur solum d. interlocutoria.

D.N.N. Concludunt per omnia cum Correferente.

VOTVM XXXII.

In causa S.N. contra H.V.

SVMMARIA.

1 *Appellare licet non solum à delatione, sed etiam à iuramenti præstatione.*

2 *Contrahere volens cum alio tertio Tutore, procuratorio, vel institorio nomine mentionem officij sui vel mandati facere debet, & quare.*

3 *Mandatum suscipiens, quando videtur actum gerere nomine mandantis.*

4 *Procurator, vel institor, simpliciter cum tertio contrahens, nomine proprio præsumitur fecisse: Etiam respectu ipsiusmet mandantis, si præcedens mandatum fuisset valde generale. num. 5.*

6 *Institor, in dubio, proprio nomine contrahere intelligitur: Et inductio, quis semper contrahere præsumitur nomine proprio, etiam in rebus alienis. num. 7.*

8 *Actus ab hærede censetur gestus, proprio nomine, licet nomine alieno, scilicet eius, ad quem negocium spectabat, geri potuerit.*

9 *Institor finito etiam officio, conueniri potest.*

10 *Dominus in cuius nomine agitur, quando obligetur, & institor non, item, quando institor taliter contrahens obligetur num. 11.*

10 *Argumenta huius causæ, in libello Appellationis adducta quæ & num. 12. 14. 16. & 19. Et quare nihil releuent, num. 11. 13. 15. 17. & 20.*

18 *Iuramentum, vbicunque etiam contra semiplene probantem, est præsumptio aliqua, etiam leuissima, nunquam semiplenam habenti probationem defertur.*

21 *Præponens & præpositus, tanquam ambo ad idem in solidum obligati vti duo rei debendi conueniri, & iudicia cumulari possunt.*

22 *Creditor, vbi non potest consequi à priori conuentō totum id, quod sibi debetur, tunc de æquitate ei permittitur finito priori iudicio, cum alio agere.*

SVbmissum ratione admissionis grauaminum, quæ cum priora tantum contineant, definitiue pronunciatur.

Legitimationes iustæ: Quoad appellationē, à decreto primæ instantię, 17. Decemb. Anno 61. latæ, videri posset, illam desertam: cum demū appellatum sit 14. Ianuarii, anni sequentis. Verum quia non solum à delatione, † sed à præstatione etiam 1
iuramenti, appellare licet, Mynſ. *obſ. 39. centur. 1. & 14. cent. 2.*

Idque multis præiudiciis confirmari possit: Cum pars iuste dubitet, vtrum aduersarius tale iuramentum subiturus, & an forte Iudex secūdum illud, aut aliter, iudicaturus sit, præsertim cum grauamen sit irreparabile per appellationē à definitiua, secundum iuramētum latum, in quo cognoscitur, an etiam iuramētum recte delatum sit, vt *in l. admonendi de iureiur. Innoc. & Dd. in cap. fin. numero 4. quod met. cauſ. Abb. c. fin. in princ. numero 11. & ibi in princip. de iureiur.* Ideo recte saluari potest d. appellatio.

Deinde licet in secunda instantia desertio per Appellantem, siue Actorem allegata sit: Tamen & renuntiatum est exceptioni, ac protestatum sæpius, de impedimentis, ac non labendis fatalibus, prout ibi moris est, ita vt nihil ista ipsum moueant.

Deueniendo itaq; ad merita, Actum ex vendito, ad precium, *l. Iulianus. §. Ex vendito. de act. empti.* Requisita sunt, vt Rofred. *ibidem.*

An Probata? Sic per confessionem ad 5. & 6. defensionalem primæ instantiæ, vt & per test. ad *19.* interrog. confitetur Actor, ad 11. 12. 13. defensionales

nales & apparet ex instrumentis, *lit. B.C.* vbi proxenetæ testantur, quod non, nisi vno casu, institorio nomine, cum eo contraxerint: & Helmann magnæ fidei Antuerpiæ fuerit, ibique per institores exercuerit. Et est in cõfesso ad 8.9.10. defensionales.

Facit præterea, quod Reus in exceptionibus secundæ instantiæ ait, probari posse, quod, dum Actor fuit minister Iohann. de la Ville, ipse Reus sæpius diuersas merces, fide dñi sui, Helmãni, acceperit, idq; vidente, & audiente Actore, & quod dict. Villa in suo libro rationum posuerit, Helmãnum debitorem, ac merces signo eiusdem Helmanni signarit. Quod idem in 13. & 14. articulis nostri libelli repetitur.

Ad quod argumentum respondet Actor, contractum esse cum Reo, nomine suo proprio, nulla alia extrinseca qualitate adiecta, neque vlla mentione facta d. Helmanni, nec se eius fidem secutum, sed Emptoris, Rei. Idque ex testium dictis haud obscure colligitur. Siquidem ad 12. interrogatorium dicit testis primus: quod Reus etiam aliorum institor fuerit: Item ad 25. articulum quod etiam proprio suo nomine exercuerit negociationem. Cui concordant testes 2.3.4. ad tertium articulum cum bonis rationibus: vbi testis quintus similiter de Rei schedula obligatoria, tã suo proprio, quam Helmanni nomine prout certa summa pecuniæ mutuo accepta. Imo quod eandem quoque post fallimentum Helmanni, testi exoluerit & restituerit, clare deponit. Eodem modo testis 4. & 5. ad 20. interrog. iterum de seipsis dicunt, quod cum Reo, suo proprio nomine contraxerint.

Et testis 2. 3. ibidem asserunt, nonnullos plus fidei habuisse Reo, quam Helmanno. Quibus conuenit propria Rei confessio, in d. Exception. *fol.* 132. quod interdum se debitorem constituerit, nomine domini sui, apud eos, quibus dominus suus ignotus fuit. Adhæc testis primus iterum ad 21. interrogatorium ad 2. articul. dicit: Quod sciat, in contrahendo huius nullam factam fuisse mentionem. Qui in hoc habet contestem, ad d. secundum articulum.

Debet autem Tutor, Procurator, vel institor, 2 si † velit Tutorio, Procuratorio, vel institorio nomine, & sub tali qualitate, cum alio tertio contrahere, facere mentionem officii sui, ad hoc, ne possit is, cum quo actus geritur, vel contrahitur, ignorantiam mandati prætendere, seu allegare, *Alexand. l. 1. §. nunciatio. n. 14. de op. noui nunciat. Alciat. reg. 2. præsumpt. 24. n. 5. 6. 8. Felin. in c. cum M. Ferrariens. n. 2. de const.* vel facere mentionem de suo mandato: *Socin. cons. 113. n. 2. vol. 4.*

Non obstat, quod qui mandatum suscipit, videtur actum gerere, nomine mandãtis, etiã quod simpliciter actum illum gerat, *Roman. consil. 91. n. 9. Natta consilio 636. numer. 68. Alex. consil 25. libr. 2. alias consilio 90. numero 9. 10. volum. 3. Idem in l. qui in alien. 1. §. si is quis putabat. numer. 5. de acquir. hared. ibid Bartol. & Iason. Alciat. d. loco numero 1.* Quia illud procedit, † quoad mandantem & mandatarium: non 3 autem, quo ad tertium, *Alciat. ibid numero 5. Socin. consilio 68. numero 2. volum. 3.* vbi dicit: quod, quantum ad mandantem, pro eo dicatur quis actum gerere; & tamen respectu illius, cum quo actum gerit, proprio nomine obligetur, *Bartol. & Dd. in d. §. si is qui. Alexand. d. §. nunciatio. num. 14. vsque 17. de oper. noui nunciat.*

Vnde si procurator, vel institor, † simpliciter 4 cum tertio contrahat, præsumitur potius fecisse nomine proprio, per *supra allegata*, Etiam respectu ipsiusmet mandantis, † quando mandatum pro- 5 cedens fuisset valde generale, *vt Alciat. d. loco. num. 9. Fab. de Mont. de empt. & vendit. numero 3. quæst. princip. 16. q. vers. Item quæritur. numer. 29.* Et quod in dubio Institor † proprio nomine contraxisse intel- 6 telligatur, notatur *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb obliga. facit l. ex magis. de solut. & leg. quacunque ratione. vbi glossa, de procur. Dec. consilio 7. numero 5.* Quod in dubio † semper quis præsumitur nomi- 7 ne proprio contrahere, etiam in rebus alienis. Et in simili actus † censetur gestus ab hærede, pro- 8 prio nomine, licet potuerit geri nomine alieno, scilicet illius, ad quem negocium spectabat, *Bartol. l. gerit. 3. quæst. princ. vers. secundo modo. de acquir. hared. Iason l. pro hærede. §. Papinianus. numero 10. Socin. d. consilio 113. numero tertio.* Imo finito etiam officio, potest † institor conueniri, vbi est contractum 9 cum eo, eius contemplatione magis, quam præponentis, vt qui absens erat, sicut nostro casu. *Castrens. l. 1. §. exercitorem. numer. 4. de exercit. action. Ronchig. in l. 9. de duobus reis. in princip. numero 173. Bartol. Socin. consilio 154. in fin. volum. 2. per d. l. eandem.* quo loco recensetur *Socin. à n. 6. vsque ad 16. Incip. casus quibus. vol. 2.*

Nec releuant, quæ in libello Appellationis ex informatione iuris adducta sunt, † multisque an- 9 thoritatibus corroborari possunt, de quo *& Ronchig. dict. loco numero 175.* vbi tenet, non institorem, sed dominum obligari, per rationes, vt *ibi & numero 176.* Teneri quidem institorem solutionem procurare, vel soluere, de bonis præponentis, non autem de bonis propriis. *& num. 177.* Quia ista o- 10 mnia † suis in casibus procedunt, scilicet, quando apparet, contractũ vel actum esse institorio nomine: Sicut ad obligandum institore, *l. si. de inst. act.* illam qualitatem requirit. Secus in dubio, † & vbi sub tali nomine, qualitate, siue contemplatione, nec expresse contractum, nec præsumitur esse contractum: maxime considerata loci distantia, vbi præponens tunc temporis erat, & facile conueniri non poterat: Sicque magis ad contrahentem præsentem, quam absentem, qui nec bona ibi habebat, respexisse venditor videtur: vt in simili tenuit *Castrens. consilio 29. num. 3 part. 2. d. § exercitorem. per l. eum qui. C. si cert. petat.* Imo, quãdo contrahens institor, etiam proprio nomine contrahere solitus, vt hic, vnde ab vno ad alium casum male infertur.

Secundum argumentum Elisionis est, † signa- 12 ta esse Vascula & Saccos, propria manu Actoris, signo

signo d.Helmanni, vt in 6. defensionali. Sed re-
13 spondet Actor, † se signasse signo, prout Reus ipsi præscribit, nesciens, an fuerit Rei, vel domini sui signum: quod etiam apud me nihil certi cõcludit, tanq; in actu indifferenti, qui magis in consequentiam contractus, & repetita, siue subaudita priori qualitate, gestus dici potest.

14 Tertium argumentum: † Transmissas esse merces Venetias ad Helmannum, easq; ipsum accepisse, vt deponit filius d.Helmanni, de quo extat Instrumentum Notarij, in actis prioris in-
15 stantiæ. Respondetur: † hic magis contractum, eiusq; qualitatem, quam ea, quæ ipsum consecuta sunt, & Reus, emptor, postea suo arbitrio egit, ponderanda esse: nihil enim hoc ad venditorem.

16 Quarto: † offert Reus in informatione iuris, præstare iuramentũ, quod non aliter cum Acto-
17 re cõtraxerit. Respõdetur: † quod licet semiplenam habenti probationem, deferri possit, *glossa in leg. admonendi de iureiur. c. fin. eod. tit. c. ex insinuatione. dẽ procurat.* Tamẽ hic nondum semiplene probauit, cum ne vnicum quidem testem pro se habeat: Et vbicunque etiam cõtra semiplene pro-
18 bantem, † est præsumptio aliqua, etiã leuissima, iuramentum nunquam defertur: *Ioann. de Amicis. consilio 71. nume. 16.* Deinde & Actor sibi hoc in euentum deferri petit, videlicet in designatione testium, in secunda instantia exhibita: qui tamen intentionem suam plene probauit. Consideratis autem argumẽtis Elisionis, rectius illi deferendum putat, si maioribus ita concluſum fuerit.

19 Quinto, & Vltimo: † Actorẽ professum esse, se creditorem in hoc esse Helmanni, vt quia constituerit Michael Antonium Antuerpiam pro exigendo debito, à d. Helman in Ciuitate Colonienſi, prout alii ipsius creditores. Qui Antonius obtinuerit, nomine omnium creditorũ, à Senatu Colonienſi, quod Reus coactus fuerit, ipsi rationes reddere. Sicut habetur in 7. & 8. articul. non desertæ appellationis, & in d. Exceptionibus. Quo etiam pertinet documen-
20 tum *litera E.* Respondet Actor, † se non aliter d. Constitutioni subscripsisse nisi absque præiudicio huius causæ. Facit testis 1. ad 26. Interrog. Vnde colligo, quod in euentum tantum d.Helman pro debitore agnouit, vt si forte (considerata Rei exceptione) nihil in hac lite contra ipsum obtinere posset. Quæ præstatio, siue reseruatio (cuius tamen non facta legitima fides, nisi quod in specie non contradicitur) conseruauit ei ius suum, ex quo dependebat à facto solius præstantis: *Bart in l. non solum. §. morte numero 16. Alexand. nu. 13. de oper. noui nũciat. per d.l. qui aliena. glossa in l. vt debitum. verb. soluatur. Cod. de hæred. act. Felin. c. cum M. Ferrar. numero 77. de constitut. Ronchig. dict. loco in lege 3. versic. vtique. numero 38.* adeo, vt non videatur elegisse personam præponentis: aut in hoc variasse, & Reum penitus dimisisse, vt non haberet regressum contra illum. Imo posito, quod & Helmannum simul cõuenerit (sicut vno & eodem tempore, & præponens, & præpositus, † tanquam ambo ad idem, in solidum ob- 21
ligati, vti duo rei debendi conueniri, & iudicia cumulari possunt *Ronchig. d. leg. tertia. §. vbi duo Rei à numero 78. vsque ad numerũ 85.*) vel ab initio solum etiam elegerit: illa tamen electio non debet præiudicare agenti, quo minus & Reus noster interim, pendente etiam adhuc priore iudicio (si actori vel creditori ita visum sit) conueniri potuerit: non habita quoque ratione, vtrum is, qui primo conuentus fuit, sit soluendo, nec ne? *vt Ronchig. d. loco.*

Præterea, vbi quis nõ potest consequi à priori conuento, † totum id, quod sibi debetur, tunc 22
permittitur de æquitate finito priori iudicio, cum alio agere: Idque euenit in omnibus casibus, vbi electio vnius, nõ præiudicat: *Ronchig. dict. l. 9. in princip. num. 180.*

Concludit, per nullum, ex supra dictis argumentis, Actionem, quoad contractum ipsum, elisam, & pronunciandum, bene iudicatum, & male appellatum, *compensatis tamen expensis.*

Hinc etiam ad interesse quod attinet, ex iisdem rationibus (potissimum vt Reus iurare offert, *vt supra*) reformandam sententiam, & in eo male iudicatum, Reumq; absoluendum censet: quamuis hoc sit contra regulam *leg. curabit. Codice de act. empt. & leg. final. de peric. & commod. rei vend.*

Saluis.

D.L. Correferens: concludit simpliciter cum Domino Referente: placet etiam, vt sententia reformetur, quoad interesse: maxime cum nihil rei emptæ, ad Reum peruenerit, sed transmissa Venetias. Ergo & expensas compensat.

D.N.N. & N. Simpliciter per omnia cum Referente concludunt.

Sententia.

IN Sachen N. contra N. Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt/ daß die Vrtheil nechst vorgehender Instantz zu reformieren sey: alß wir sie auch hiemit reformieren/ nemlich der Gestalt/ das/ so viel die geklagte Kauffsumma belangt/ wol gevrtheilt/ vbel davon appelliert/ Aber daß Interesse betreffend/ vbel gevrtheilt/ wol darvon appelliert/ vnd daß gedachter Appellant davon zu absoluierẽ vnnd zuerledigen/ wie wir ihne auch hiemit absoluieren/ vnd erledigen. Compensatis expensis.

VOTVM XXXIII.

In causa I.H. contra C.H.

SVMMARIA.

1 *Tutori, quem pupillus non vult liberare, quot competant remedia.*

2 *Tutor, Curator, ac quilibet ministrator alienarum rerum, naturali & ciuili ratione librũ rationum conficere, rationem rerum à se gestarum, plenam, fidelem & diligentem reddere tenentur. Ratio eius, quare multo magis in administratione bonorum pupillarium quam in rebus omnibus receptorum*

rum & expositorum, exacta poscatur ratio quæ? numero 3.

4 *Rationes receptorum & expositorum, quare cum die & consule edi debeant.*

5 *Tutor, vel Curator, finita demum tutela vel cura, de iure communi, rationē huiusmodi reddere tenentur.*

6 *Tutor, vel Curator ad quod & in quantum minori, eiusue hæredi petenti teneatur, & nu. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Tutor vel Curator, prætextu ignorantiæ, aut quod inuentarium, vel librum rationum non habeat, sed amiserit potius redditam rationē administrationis, vel quod dimiserit, penes factorem aut adultum.*

12 *Tutor necessitate legis, pupillo illo adstrictus est ad conficiendum inuentarium, & ad omnia reddenda, quæ in inuentario sunt descripta.*

13 *Tutores solutionem rerum pupillariū in scriptis probare debent, per exhibitionem inuētarij, & omnium eorum quæ in scripturam redacta sunt, alias non liberantur: & quare. numero 14. Cautela tutorum hodie quæ. num. 15.*

16 *Pater administrator bonorum filij non est obnoxius. de illis conficere inuentarium, vel reddere rationem. contrarium. numero 18. & 21. Ratio quæ. numero 19.*

17 *Patris appellatione etiam auus venit.*

20 *Pater quando est legitimus administrator bonorum filij, non tenetur reddere rationem, nec inuētarium conficere: secus vero est si esset tutor.*

22 *Pater administrator bonorum filij, de quibus tenetur reddere rationem num. 23.*

24 *Pater maxime tenetur inuētarium conficere, rationemq; reddere cum transit ad secundas nuptias.*

25 *Tutores non tantum, sed etiam ipsorum hæredes tenentur ad rationes.*

26 *Tutor vel curator non modo exhibere, sed etiam libros rationum tradere, chartasq; rationis edere tenetur: Quin imo, quādo nullam scripturam profert, præsumitur in dolo esse. n. 27.*

28 *Obiectio quædam: Solutionis. num. 31.*

29 *Mors loco iuramenti succedit, vimq; iuramenti habet: Ratio quæ. num. 30.*

32 *Non omnis moriens præsumitur esse S. Ioānes Euangelista.*

33 *Iudici aut testi moribundo, deponenti, se malam tulisse sententiam, aut falsum tulisse testimonium, non creditur, nec alijs præiudicat.*

34 *Confessio propria alicuius litigantis in iudicio facta, dicitur probatio firmissima, nec amplius, cum ab aduersario acceptetur, reuocari potest. numero 35. Nisi probetur error. n. 36.*

37 *Partis iuramento in modicis, in ratione redden, da, statur.*

38 *Eucharistiæ sacramentum, sumere plus est, quam apud Iudicem iurare.*

39 *Nemo præsumitur immemor suæ salutis.*

40 *Assertioni iuratæ quando non sit standum.*

41 *Testi inimico, in criminalibus, non creditur, etiamsi infirmus ad mortem trahatur.*

PROCVRATORIA & formalia iusta: submissum in pūcto admissionis grauaminum, quæ continent omnino priora: Ideo definitiue pronunciandum, quia non opus habent probatione.

Quæ actio?

Bart in l. 3. §. contrarium. de cont. tut. act. dicit; Tutori, si pupillus eum non vult liberare, tria † re- 1
media competere: quibus addit quartum, officium scilicet Iudicis, quod hic imploratum esse statuit, adhoc, vt à pupillo, iudicio tutelæ liberetur. Exigit enim Actor noster, auus & legitimus tutor, à Reo nostro, suo nepote, & filio pupillo iam adulto, liberationem administrationis suæ, vt qui ei rerum à se gestarum, pro parte rationem & traditionem fecerit. Et vt qui reliqua, puta inuentarium, rationes, registra, & reliqua, si quæ fuerint, vltro acceperit & occupauerit ipse, ita plenarie ei satisfactum fuerit, & nihil penes Actorem & Reum restituendum residuum sit.

An probata?

Et sane relictis multis à tergo diuerticulis, constat, tutorem, curatorem, ac quemlibet † ad- 2
ministratorem alienarum rerum, naturali & ciuili ratione debere, librum rationum conficere, rationem rerum à se gestarum, plenam, fidelem & diligentem reddere: & reliqua, si quæ sint debere resoluere, textus & *Dd. in lege tutor, qui repertorium, de administrat. tut.* Nec debet se quisquam à tali ratione reddenda putare liberum, iure absolutum, aut conscientia tutum. Cum enim in rebus omnibus, receptorum & expositorum exacta poscitur ratio, multo magis in hac administratione bonorum pupillarium, vnicuique reddenda erit ratio, † vt boni scilicet admi- 3
nistratoris appareat fidelitas, mali vero coarguatur infidelitas, fraus & negligentia. Hæc enim duo, sine rationis redditione, nec certo apparere, nedum cognosci possunt. Atque ideo, vt dici solet, rationes † cum die & consule edi debent: 4
quoniam accepta & data, non aliter possunt apparere, *l. 1. §. rationes. de edend.*

Huiusmodi tamen rationem, † vt tutor vel 5
curator reddat, de iure cōmuni cogi nequaquā potest, nisi post finitam tutelam, vel curam, *l. nisi finita, l. si cum adhuc. de tutel. & ration. distrah. leg. 2. l. rationes, Cod. de administ. tut. vel curat.* At vero nostro casu, Actor in sua summaria petitione, ex sequētibus grauaminibus exhibitis fatetur: Quod pupillo, nepoti suo (cuius tutelā & curam per 20. annos administrauit, prout ex Gegenbericht/ 5. Februarii, Anno 75. product. constat) eam planam, fidelem & perfectam tutelæ gestæ rationem non dederit. Quin imo contra omne ius, omnemque æquitatem & pietatem, idem Reo nostro adhuc rationē administrationis suæ reddere, inuentarium, & librum rationum exhibere; quod Reus (vt apparet ex Conclusion- schrifft/ 14. Martii, eodē Anno, ad 8. & 9. artic. vbi

Reus

Reus maxime petit) detrectat, & nihilominus quietationem administrationis à pupillo exigit, atque eum ad hoc compelli petit: Cum ipse, vt
6 tutor & curator, ac quilibet administrator, † & eius heredes, reddere prius rationem administrationis, minori, aut eius heredi, petenti, vsque ad 30. annos obligatus sit. Quinimo debet ex-
7 hibere inuentarium, † ac librum rationum, ac petere, vt copia omnium extrahatur, per partem aduersam, & omnes actus administrationis suæ ostendere & instrumenta, res, nomina debitorum, bona, & reliqua omnia restituere, dicto minori, iam adulto: alias non dicitur reddita ratio, sed esse in dolo, vt pulchre tradit, & multis authoritatibus probat *Caualcan. in suo tractat. de tut. & curat. num. 202. 203. & sequent. Roland. à Valle, consil. 49. lib. 1. Socin. cons. 24. num. 1. volum. 1. Schurff. consil. 65. numero 4. cent. 1. Wesemb. consil. 47. in princ.*
8 *lib. 1.* Et potest † contra talem administratorem iurari in litem, *leg. tutor qui repertorium, de administ. tut.* Plane etsi fuisset facta quietatio administra-
9 tionis redditæ ab officialibus pupillorum, vel † ab aliis personis, aut à minoribus, cum consensu propinquorum, & iuramento, quod tamen cum iuramento est contra opinionem *gloss. in d. leg. 3. §. contrarium, de contrar. tut. act.* Et cum pacto de vlterius non petendo: talis quietatio & liberatio non nocebit pupillo. Quin etiam possit iterum
10 † d. tutorem vel administratorem cogere, ad ei reddendam rationem suæ administrationis, *Dd.* de errore rationis redditæ. *Caualcan. d. loco.*

11 Nec excusabitur prætextu ignorantiæ, aut † quod inuentarium, vel librum rationum non habeat, sed amiserit, post redditam rationem administrationis, vel quod dimiserit penes factorem, vel adultum, vt hic. *Rol. d. cons. n. 32. Caualcan. n. 204. Plot. in d. l. si quando, n. 246.* Quocirca, cum
12 necessitate legis, † tutor pupillo adstrictus sit, ad inuentariū conficiendum, & ad omnia reddenda, quæ sunt in inuentario descripta: tutores
13 solutionem rerum pupillarum † in scriptis probare debēt, per exhibitionem inuentarii, & omnium eorum, quæ in scripturam redacta sunt: alias non liberantur, nec liberationem meren-
14 tur. In scriptis enim obligati, † liberationem, scilicet, daß er bezahlt hab/itidem probare debent, Aut sane si hoc facere per negligēciam omiserit, grauantur in modo probandi, & coguntur, contra regulas iuris, hoc ipsum quinque testibus, probatæ opinionis probare. *Textus, & ibi Sichard. num. 3. l. testium, C. de testib. vbi idem Sichardus*
15 in terminis monet, hodie tutores, † abeuntes officio, recte facere, si post rationes factas petant securitatem à magistratu loci. Quare cum Actor noster, neque vel per minimam scripturam, neque iuxta *d. leg. testium. C. de testib.* querelam suam Iudici, in summaria petitione expositam, probauit: imo quatuor tantum testes, in diuersum finem produxerit. Concludit, Reum à sua petitione absoluendum, & in eo, sententiam priorem condemnatoriam reformandam esse.

Non obstat primo: quod pater † administra- 16
tor bonorum filii, non sit obnoxius, de illis conficere inuentarium, vel rationem reddere, *Bart. Bald. & communiter scribentes, in leg. non extat, §. ne autem, Cod. de bon. quæ lib.* Quod lex tribuit paternæ reuerentiæ *leg. fin. §. sin autem ex. ibi paterna reuerentia, Codice eod tit.* Et quod patris nomine, auus quoque demonstrari intelligatur, *l. iusta interpretatione, de verb. signif. leg. liberorum appellatio, eod.* Sed pater ob reuerentiam paternam, & ex magna confidentia, quam lex habet à patre, erga liberos, non tenetur suæ administrationis rationem reddere, *l. si quis prioris, §. fin. Codic. de secund. nuptiis. Pinell. leg. prima Codice de bon. matern. part. 2. numero 20.* Ergo nec auus: cum appellatione patris † etiam auus veniat. Ita etiā limitatur gene- 17
ralis regula, *d. l. tutor qui repertorium, de administ. tut. vt Bald. & alii, post gl. in l. orphanotroph. Cod. de Episc. & Cler. Boer. decis. 61. n. 5. Pinel. d. loco, n. 21.* Et hanc opinionem, tanquam veriorem, à Camera approbatam esse, tradit *Mynsi. obs. 93. cent. 2.* Atque ita obseruatum fuisse, dicit in causa Johan Trost/ contra N. Sed supra dictis non obstantibus, *Spec. tit. de instrum. edit. §. final. vers. quid de patre.* quem sequitur *Cuman. consil. 89. numero 3. Pinel. supra d. loco, numero 22.* tenet: quod pater, † administrator bo- 18
norum filii, teneatur inuentarium conficere, & rationem reddere. Pro quo facit iuris regula: † 19
Ne fraudi occasio detur, *l. in fraude, C. de rei vend. & reg. leg. 2. solut. matrim. facit lex 1. si quis cautio. ibi. neutri parti onerosa.* Quinimo regulariter obligatus restituere, tenetur inuentarium conficere, *Arius Pinell. d. loco, numero 23.* contra supra dictos scribentes, putat, verius esse, vt etiam pater, legitimus administrator, possit cōpelli, vt inuentarium conficiat: malim tamen assignare rationem, scilicet quod lege differat ab onere rationis reddendæ: cum inuētarium ad hoc conficiatur, vt ratio reddi possit: & eos tantum respiciat, qui sunt obnoxii, ad reddēdam rationem, & non alios, *l. orphanotroph. ibi Bald. num. 7.*

Quicquid sit, dic, quod iura illa, quæ dicunt, non teneri patrem rationem reddere, adeoque inuentarium conficere, procedere in patre, † le- 20
gitimo administratore. Diuersum enim est, vbi pater tutor fuerit, vt hic: vt notant *Bald. Castreus. Corn. in d. leg. non oportet, §. sed cum tacitas. de bon. quæ lib. Bald. dicto loco. Arius Pinell. d. loco part. 2. numero 27. Bart. d. loco. facit textus l. licet, Cod. ad leg. Falcid.* Ratio differentiæ manifesta est, quia pater, legitimus administrator, totum commodum habet, solaque proprietas est filiorum, qui sub eius potestate sunt. Pater autem tutor est, non filiorum in potestate, sed emancipatorum, *leg. si superstite, Cod.* 21
de dolo. Ex quo sequitur, patrem vel auum † non excusari à reddenda ratione, & aliis oneribus tutorum, *gl. in l. final. §. sin autem, verb. reuerentia ibi Bald. & alij, Codice de bon. lib. glossa in l. si quis prioris, §. final. Cod. de secund. nupt. gl. in d. l. cum oportet, §. si cum tantos, C. de bon. quæ lib. Wesembec. d. cons. 47. n. 3.* Inde- 22
que pater tenebitur ratione † reddere de bonis

filii, in quibus vsumfructum non habet: vt redditibus, præbendæ, vel dignitatis: secundum *Bart Bald. & Dd. in l. litis, §. pen de negoc. gestis.* Et vbi
23 ex donatione, † legato, aut aliter acquisito, res spectaret ad filium, quia tunc censetur esse quasi extraneus, *Boer. dicto. loco. numero 9. Pinel. d. loco. numero 29. Facit Corn. consil. 105. vt Mynsyng. in d. loco*
24 *allegat.* Tum vero maxime tenetur pater † inuentarium conficere rationēque reddere, cum transit ad secundas nuptias, *Auth. de nupt. § placet.*

Secundo, non obstat, quod auus, tutor, iam
25 sit mortuus: quia nedū tutores, † sed etiam hæredes ipsorum tenētur ad rationes, *l. 3. §. hæc actio. de nag. gest. l. tutelæ, leg. omnes, Cod. arbitr. tutel. Schurff. cons. 65. nu. 6. cent. 1. Wes. d cons.* Et sane Reus noster magis culpat hæredem, iam appellatum, quam defuncti tutoris negligentiam, vt quod ille in culpa sit, fueritq;, quod ei de articulatis non debita fuerit data ratio, & facta solutio.

Tertio, non obstat, quod Actor fere in omnibus productis suis offert præstare iuramentum suppletorium, quod Reo nihil vlterius debeat, vel ad eū quod spectet habeat; & quod in fidem istius, Eucharistiam sumpserit, & quod in præsentia quatuor testium hoc ipsum affirmarit, allegando senium suum, & quod desuper, se paratum mori, edixit. Quia quoad iuramentum suppletorium, licet semiplenam habenti probationem, deferri possit, *glossa & Dd. in lege admonendi de iureiur.* tamen hic nondum semiplene pro-
26 batum: cum non modo exhibere, † sed etiam tradere libros rationum, & chartas rationis, edere debuisset: quorum neutrum præstitit. Obtulit quidem den Schatzettel vber die Ring beyzulegen: sed nec hoc præstitit. Quinimo Actor no-
27 ster, † ex quo nullam scripturam protulit, præsumitur esse in dolo. Quo casu iuramētum nunquam defertur: imo contra talem iuratur in litem, *dicta. leg. tutor qui repertorium, de administr. tut. l. tutores, Codic. eod. l. final. arbitr. tut.* Si ergo iuramentum deferendum esset, Reo potius iuramentum ad interesse, declarandū in litem, quam Actori, suppletorium, iure deferri posset. Et hoc videntur Iudices priores intellexisse: alioquin verisimiliter Actori iuramentum detulissent.
28 Sed dices, Actor noster, † dum adhuc in viuis esset, obtulit præstare iuramentum, daß er Reo weder Heller noch Pfenning schuldig: nunc vero mortuus est; quocirca oblatum à defuncto iuramentum, pro præstito habetur, & sic nostro casu non opus esse iuramento heredis. Mors enim,
29 † loco iuramenti succedit, & vim iuramenti ha-
30 bet: eo, quod quilibet † præsumatur memor salutis suæ, nec velle mori in peccato, cum mendacio, *l. final. Codice ad legem Iuliam repetundar. 'capite sancimus* 1. q. 7. communiter *Doctor. in dicta lege. ad-*
31 *monendi.* Respondet, hoc verum esse, † & procedere in iuramento in litem, à defuncto, dum viueret, oblato, vel à Iudice accusatori (quod magis probatur) delato & in iuramento damnum passi, *Gailius observatione* 43. *libro 2. Zas. consil. 5. num.* 58. *libro 1.* In quibus terminis nos non versamur. Quin supra ostensum, naturam huius actionis non admittere, vt hoc casu Actori vllum iuramentum deferatur, *leg. tutor, de in lit. iurand. leg. in instrumentis, eod.* Quemadmodum ergo sacramentum hoc Actori non opitulatur: eodem plane modo nec eum adiuuat, quod Eucharistiæ Sacramentum desuper sumpserit. adeoque super eo mori paratus sit, vel fuerit. Quæ assertio & attestatio non probat, nec pupillo nostro præiudicat, *lege, si quis graui valetudine, §. si quis moriens, ad Senatusconsultum Syllan.* maxime attenta personarum, & huius negocii qualitate, & vbi præsumptio iuris contra Actorem, ex iuribus supra dictis militat. Hinc *Bald. de pace Constant. & Felin. in capit. literas. numero 20. de præsumption.* dicit, non omnes mori, † sicut Ioannes Euāgelista. *Bartol. in* 32
dicta lege. si quis in graui, §. si quis moriens, notat; Moribundo Iudici vel testi deponenti, † se malam 33
tulisse sententiam, aut falsum dixisse testimonium, non credi, nec aliis præiudicari.

Quarto & vltimo, non obstat, nec Actorem à ratione vlteriori reddenda excusat, quod Reus in actis allegatum Schanck auffthun lassen. Et sic per consequens, nec obstat *dicta lex. si quis in tantam. Codice. vnde vi, & dicta lex. extat.* quia non sumus in terminis illarum legum. Nec ea violentia, quam illæ leges requirunt, probata est ita vt mirū sit, quod priores Iudices ex illo capite arsi fuerint, Reum condemnare, & Actorem absoluere, suæque interlocutoriæ, quæ & in rem iudicatam abierat, contrauenire: res non caret suspicione, priores Iudices, plus Reo, quam Actori, fauentes fuisse. Si enim Reus potuit vendere domum, darinn der Schanck gestanden/ cur non posset eum aperire, maxime cum ab emptore pluries requisitus, vt ei d. Schanck euacuaret, prout emptor domus, primus testis ad secūdum articulum deponit.

Præterea lis non est super illis bonis, quæ in illo Schanck fuerunt, vel quod ex eo illi minus sufficiens ratio & traditio facta sit: sed super 20. Decembr. Ann. 47 articulatis defectibus: & vt maxime edictum D. Marci, quod violētum creditorem, vel alium occupantem debitum, iure debiti priuat, statuamus hic locum habere: tamen vniuersali actioni tutelæ Reus noster decidisset, sed tantum pro illis rebus quæ fuerunt in dicto Schanck *gloss. Dd. in d. l. extat*, adhuc igitur culpandi sunt priores Iudices.

Denique Actor, iuxta sententiā 2. Febr. Anno 77. latam probare debuisset, quod Reus non hunc Schanck solum, sed & plerosque alios, ausu proprio aperuisset, atque ita sibi ius in omnibus rebus dixisset: quod non factum. Quinimo faber ferrarius, quartus testis qui dictū Schanck aperuit, ad secundum articulum deponit, quod apertioni des Schancks interfuerint reliqui testes. Ergo nō vi, vel clam, apertio facta est. Hinc concludit, Appellatum Appellāti ad denuo reddendam rationem obnoxium esse, & prius Appellan-

pellantem ad quietationem non teneri. Ad reliqua in articulis designata, præstanda, Appellantem nondum condemnare potest: quia illa sciri non possunt, nisi reddita prius ratione, quæ incipit à facto, scilicet computando: ex illis peruenitur ad dandum, vel præstandum, *l. cum seruus. de cond. & demonstr. Expensas vult compensare.*

Aliud, in eadem causa.

D. Ibs. Satis deductum, auum teneri ad reddendas rationes. Eidem consentit: maxime vero, quia à magistratu, tutoris officium habet, cum aliis duobus defunctis, & quod facile præsumi potest, dictum auum in diuersis matrimoniis fuisse, cum Reus noster, quantum coniicio, non sit. Iam quod non plenas reddiderit rationes, omniave tradiderit, ex propria confessione
34 Actoris constat: quæ quidem confessio † firmissima est probatio, *lege confessio, Codice. de confess. leg. quæ de inofficioso, de inoff. testamen.* Ea, cum à Reo sit
35 acceptata, † non ita amplius reuocari potest, ex quo dicitur ius parti quæsitum, *Bald. in l. Gallus, §. quidam recte, col. 2. de lib. & posth. Alexand. consil. 90. vol. 1. numero 2.* Idque eo minus, cum geminata sit confessio, *fol. 1. & 5. in actis*: quæ non potest re-
36 uocari, † nisi probetur error. *Alexand. consil. 92. numero 9. libro 5. In reliquis cum Referente.* Putat tamen pronunciandum, vt iniungatur repetitio rationum, & vt hoc hic fiat in Camera: ne denuo appellationi locus sit. Et iniungeret etiam Reo, vt ipse ederet inuentaria, & Schatz Zettel/ quas penes se habet: *Compensatis expensis.*

Aliud, in eadem causa.

D. Bq. Aperturam capsulæ deß Schancks/ non esse in consideratione: Deinde, videri priorem sententiam æquissimam putat. Sed dubitatur iam, quibus rationibus Iudices recesserint ab ea sententia? Putat, forte factum pluribus rationibus adeo, quod ipsi iuramentum recte delatū sit: quia Actor fuit persona honesta, & in dignitate. Causa non adeo magna. Rationes semel redditæ. Omnia inuentaria, registra, Reo tradita, quæ petit sibi à Reo rursus edi, *Bartol. in dicta leg. admonendi, numer. 58.* Et quod in ratione redden-
37 da, † in modicis stari debet iuramento partis, *c. administratorijs.* Et etiam in modicis, si personæ qualitas, verisimilitudo, & motus Iudicis ita cōcurrant: quia ab eis non est exigenda stricta ratio, sicut ab extraneis. *Marian Socin. consil. 46. num. 2. consil. 73. num. 2. volum. 1. Abbas consil. 12. numero 5. vers. puto tamen part. 1. Plot. de in lit. iur. §. 13. numer. 5. in fin. arg. l si quis pro redemptione, Codic. de donat. l. fin. §. in computatione. ibi gloss. verb. approbauerit, Codic. de iure delib. Grau. de antiq. temp. §. 1. §. 4. limitatur num. 24. 28. 29. 30.* vbi idē procedere dicit in summis magnis.

Nec obstat, quod ad *obseruat. Gailii 43. libr. 2.* dicitur quod procedat in iuramento ad litem, vel iuramētum damnum passi: quia idem in iustificatione rationum, vt mortuo scribente, liber rationum probet, cum eius mors habeat vim iuramenti, *Grauet. d. loco, n. 48. Cast. cons. 301. num. 4. vol. 1. Alciat. præsumpt. 4. n. 6. Bart Soc. cons. 161. num. 3. vol. 2.* Secus autem, si adhuc viueret scribens: & tunc non solum cogeretur exhibere librum rationum, sed etiam desuper iurare. *Dd. supra dictis locis.* Licet autem Actor nec ad iuramentum admissus, nec ea, quæ adhuc ligitiosa videātur, per rationes, & alias liquidata: sed ex alio capite, vt primo intuitu apparet, absolutus: mihi tamen verisimile non est, quod solum ad istam apertura Iudices respexerint, quin potius alias circumstantias ponderarint. & maxime, quia etiam iam senex, vt forte ipsius bona fides eis bene perspecta. Quin & cōtutores habuit, rationesque & inuētaria iam reddiderit: Imo & Eucharistiæ † Sa- 38
cramentum sumpserit, quod plus est, quam si apud Iudicem iurasset.

Item, ex communiter accidentibus, tam iuris, religionis & pietatis consideratio, contrarium verisimilius: cum nemo † præsumatur immemor 39
salutis æternæ, vt *Gram. voto 2. num. 16. 17. & consil. 1. post decis. n. 74. 75. Hippol. cons. 109. nu. 31. vsque 40.*

Deinde quod dicitur, non standū esse assertioni iuratæ, etiam morientis: maxime procedit, † quando agitur de probando crimine occulto, 40
contra tertium, exempli gratia, cōtra vulnerantem, vel socium alterius criminis: quia tunc ei non creditur, quoad torturam, absque aliis indiciis, nisi contra seipsum, vel, quando tertius ille excusatur, vt per Criminalistas, *Gram. dict. vot. numero 15. dicto consil. 1. numero 37. Guatand. in praxi crimin. reg. 33.* Idque fauore liberationis, & condemnationis odio; Idem *reg. seq. Hercul. in tract. negatiuæ, num. 159* Hinc & testi inimico, † in simili- 41
bus, non creditur, etiamsi infirmus ad mortem trahatur. *Gram. consil. 46. numero 1. Hieron. Gigas de crim. læsæ maiest. libr. 2. q. 2. nu. 3. 4.* Quibus casibus noster non est comparandus.

Præterea Iudices Actorem nostrum forte etiam ideo ab onere iurandi releuare voluerunt, cum antea fuerit iuratus Senator, & tutor, cui in rebus magnis creditur, scilicet, auff der Rechen Stuben. Et deputando ipsum ad Saigerhandel. Et quia admodum senex, vt ex eo liquet, quod tum, Anno 64. in compromisso des Saigerhandels/ deposuit, se esse vltra 60. annos. Et sic tempore huius litis, vltra septuaginta annos: qui etiam omnium à se gestorum, & pluribus vicibus Reo datorum, ob senium, verisimiliter non amplius recordari potuit, cum post longum tempus etiam obliuio præsumatur. Nec ipse forte suspicatus, quod nepos hic contra officium pietatis & reuerentiæ, atque acceptorum beneficiorum immemor, exactiores ab eo rationes vnquam petiturus, adeoque se erga ipsum ingratum & inhumanum exhibiturus esset.

His tamen omnibus non obstantibus, dominorum Referētium sententiæ accedit: tum propter rationes adductas: tum vero maxime, quia auus ille, in senectute sua per filium (vt verisimile est) multa administrauit: Et,

quantum ipse quidem pater sciuit atque voluit (vt iterum veritati consentaneum est) omnia syncere ac fideliter peracta: adeo, quod sine dubio ipse pro sua persona, salua conscientia, iurare potuisset, sicut & sumere corpus Domini. Quod idem tamen de filio herede, qui nec similiter se iuraturum obtulit, nec eiusdem qualitatis est, cum patre, affirmare nō potest. Item, quia postæ quædam omnino incertæ, quibus nec sufficienter responsum, an, cui, quomodo, & quando traditio facta: ita vt prior sententia, de 6. Augusti, Anno 75. omnino æqua videatur, quæ & in rem iudicatam abiit, nec iusta aliqua causa allegata. Quare etiam respectu defuncti tutoris ab ea recedēdum fuit: cum sola reiteratione calculi, non potuerit dici admodum grauatus, & in supplementum adhuc ad iurandum ipsi heredi suo iudicio terminus præfigendus, vt *supra dictum*.

Concludit pronunciandum, grauamina, tanquam superflua, non acceptanda, sed reiicienda, & pronunciandū, antea male iudicatum, bene appellatum: Vnd daß die zwischen ermeldten Partheyen zuvor/den 6. Augusti, Anno 75. daselbst ergangene Vrtheil nachmals würcklich volnzogen werde/darzu auch Appellans, die in actis angezogene Register/ Verzeichnuß/ Rechnung/ vnd Schatzzettel/so viel er deren empfangē/oder zu Handen genommen/zu haben/bey seinem Eyd erhalten kan/sonder Gefährde/beyzulegen schuldig seyn soll/als wir ihn auch hiemit darzu condemniren vnnd verdammen: *Compensatis expensis*. Hac enim ipsa priori sententia Appellans contentus fuit, & adhuc est, vt in suis grauaminibus videre licet: vbi si iterum grauabitur, patebit sibi recursus ad Cameram, qua ratione etiam Appellatis, quoad quietationem, satisfieri poterit, qui de iniquo Iudice, ansam conquerendi non habent.

Aliud, in eadem causa.

Quia in hac causa agitur de reddendis rationibus, & desuper præstanda liberatione, & quietatione: in actis vero nostris, nullæ rationes reperiantur, putat, in principali vix pronunciari posse: sed forte ex officio, hæredibus Actoris, per interlocutoriam iniungendum esse, vt ante omnia coram deputatis, Senatus F. vigore statutorum illius loci, rationes infra certum terminum reddant, & desuper in hoc iudicio postea relationē faciant, ferner darüber ergehen zu lassen/ was recht ist. Si vero dominis aliter visum fuerit, non vult separare.

Aliud.

D.P. Concludit cum Referentibus. Controuersum enim sibi videtur inter partes, An tutelæ ratiocinia adeo exacte reddita sint, vt quietatio pupillo, nunc maiori sit præcipienda: Quod cum in definitiua, à qua appellatum, priores Iudices Reo iniunxerint, & nunc ex actis constet, rationes esse imperfectas, mancas & mutilas, vt tutor adhuc liberandus non sit, putat pronunciandum, vt Referentes: quia præpostero ordine quietatio, ante calculū satis completum, iuncta est, si postmodum Reo rationibus his vlterioribus, erit satisfactū, magistratus à quo, eum ex officio ad quietationem adigere potest: nec opus est, vt propter solam quietationem, denuo, antequam grauetur, ad summum hoc tribunal conuolet: quod facere necesse haberet, si per interlocutoriam hic relationem rationum asseruaremus. Nec mouetur, quod Actor contutores habet: eosdem enim coram ordinario conuenire potest. Et sibi imputet, quod nec in prima, nec in hac instantia, exceptionem diuisionis obiecit: neque illis litem simul denunciari curarit: *Compensatis expensis*.

Aliud.

D.N. Pariter cum Referentibus: quia vero actio & causa primordialis super quietatione fienda, instituta est, & sententia à qua, ei conformiter lata, puto etiam iam in hisce terminis nobis insistendum. Nec ratione pronunciandum, quia hic punctus per se in eo comprehensus est, & præcedere debet, de quo Appellatus nondum egit, nisi quod per exceptionem opposuit. Fuerunt & alii contutores, qui forte etiam ad rationes, & non solus auus tenetur. Imo & ipse Appellatus potest fuisse hæres.

Sententiam vide *supra in fine voti D.Bq.*

VOTVM XXXIV.

In causa T.M. contra E.C.

SVMMARIA.

1 *Actio ab executione non est inchoanda.*
2 *Descriptio bonorum ex quinque causis, in hoc casu, iuste facta, vt num. 3. 4. 7. 8. 9.*
5 *Cōtumax dicitur, is, qui latitat, & impedit, ne citatio ad eū peruenire possit; Item, qui minus instructus comparet. numero 6.*
10 *Verba non sufficiunt facto vbi opus est.*
11 *Arrestum per satisdationem, quando non relaxatur.*
12 *Ad cautionem iuratoriam quando quis non admittendus.*
13 *Exceptiones in hoc casu positæ, in quibus consistant.*
14 *Interrogatum vel capitulatum semel, non est vlterius interrogandum.*
15 *Litis causa principalis hic quæ.*
16 *Sequestratio vbi regulariter prohibita est, descriptio tamen & pernumeratio, siue inuentarium bonorū permittitur. Hinc Iudex, iustæ alicuius causæ ratione, præcipere potest, vt ostia alicuius domus claudantur & sigillentur. n. 17.*
18 *In bonorum descriptione decernenda principaliter duo, in hac causa obseruanda, & quænam num. 19 & 28.*
20 *Appellantem creditoribus suis viam prosequendi debita duriorem reddere conatum fuisse, in hoc casu, ex quib. apparet & n 21. 22. 23. & 24.*
25 *Suspectus an quis sit, magistratui & religioni Iudicis permittitur.*
26 *Coniectura omnis crescit contra fallitos, qui sunt faciles ad mentiendum.*

27 Iudex

27 *Iudex ex iusta causa cautionem omittere & remittere, nec non cauere iubere potest.*

29 *Iudex, nisi fuerit imploratus, cur nõ partiatur officium suum & nu. 30.*

31 *Debitorum defraudationis causa absentium bona à creditoribus possideri debent.*

32 *Creditores priuati quando præferuntur fisco.*

FORMALIA iusta: Stephani Braunschweigers/ viduæ legitimatione non indigemus. Duas esse submissiones; vna, in pũcto exceptionis contra grauamina; secunda, in puncto Commissariorũ. Quoad tutores, & sic, quoad primũ; Polonos non esse legitimos tutores. Iure enim quatuor requirũtur, vt habetur *in leg. ius dandi. de tut. dat. ab his, l. etiam, l. neque à præside, Codice. qui dar. tut. vel. cur. poss.* Non sunt dati ad litem, licet hoc fieri possit à quouis Iudice, quia à Iudice litis fieri debet, *Mynsi. obs. 87. cent. 1.* Hinc omnia per ipsos gesta, erunt nulla. *Vant. de nullit.* Ita & appellatio, nomine B. à tutoribus facta valet: ideo de interesse d. B. non amplius hic inquirendum, & sic extra litem, Grauamina esse impertinentia, & non admittenda putat. Inde & punctus commissionis corruit.

Actio non proposita: Ergo nulla dari potest. Est appellatum ab executione: Inde quæritur, an recte inceptum ab executione? Nõ inchoan-
1 dum esse † ab executione, iuris est notissimi. Sed
2 contra facit, quod descriptio bonorum † iuste facta, ex quinque causis. Primo, propter malos
3 mores Rei, † *§. fin Instit. de suspect. tut. Ferrar. in form. sequestr. §. sapiens, numero 2.* & qui reddunt eũ suspectum, de mala administratione. *Abb. c. cum dilectus, numero 7. de sequestr. possess. glossa verb. officium, lege si fideiussor, §. satisdatum, qui satisd. cog.* De dilapidatione & fuga, *l. Imperatores. de appell.*

4 Secundo † Contumacia Appellantis, in contemnenda citatione Iudicis, *c. ex literis, de dolo & contum. Bal. n. 121. Curt. in tr. de sequestr. 2. notab. nu. 12. Innoc. c. 1. de sequestr. possess.* Is enim dicitur contu-
5 max, † qui latitat, & impedit, ne citatio ad ipsum peruenire possit, *c. quoniam, §. 1. §. fin. vt lit. non contest.* Item, † qui minus instructus comparet, *c. 1. de elect. in 6.*
6

7 Tertio: † quia præsumptio est contra Appellantem, quod litiget animo protrahendi iudicium, vel differendi saltem solutionem, vt interim ille nihilominus bonis suis vtatur & fruatur, *Clem. 1. de sequestr. Pan. d. c. dilectus, num 16.* vbi dicit, quamuis præsumptionem sufficere

8 Quarto: † Quod hic sequestrum petitur, tam in commodum Appellantis, quam Appellati, & ad conseruandum ius vtriusque, *Guid. Pap. decis. 246. Mynsi. obs. 11. cent 2.*

9 Quinto: † Quia citatus appellans, tanquam is, de cuius præiudicio agẽdum. Sibi ergo imputet, quod contumax fuit. Cumque hæc omnia requisita adsint, concludit, bona iustis ex causis, & legitimis requisitis interuenientibus, esse descripta, & in publicam tutelam recepta.

Reliquæ exceptiones Loitzen/ *quod non citatus, nec debitum liquidum, &c.* esse friuolas, quia satisdatio sufficiens non oblata, *Curt. d. tract. de sequestr. q. 14. numero 55.* per textum *legis, si pecunia, §. finali vt in possess. bon.* Quia vbi facto opus est, † verba 10
non sufficiunt, *iura vulg.* Secundo: Per satisdationem † non relaxari arrestum, quando sumus 11
inter personas, in quas non cadit satisdatio, *Bald. in lege 1. Cod. de proh. sequest. per l. Imperator. ad Trebell.* Appellantem autem neque fideiussoribus, nec bonis suis cauere posse, exactis notorium, quia animam debeat ipsam. Quare † nec ad iuratori- 12
am cautionem admittendus, qua quidem alias tollitur sequestrum, si persona est fide digna, & non suspecta de fuga, *l. sciendum, qui satisd. cog. ibi. gloss. Gail. obs. 47. numero 13. libr. 2.* Sic etiam acta testantur solemniter esse processum, præmissam, vt puta citationem, productam ad docendum transactionem, quam Appellans negare nequit. Vnde liquido apparet, præambula causæ cognitione, bona cõtrouersa descripta esse. Non enim ordinaria & plenaria, hoc in articulo, sed saltem summaria cognitio requiritur: & sufficit, debito modo, semiplene, absque publico instrumento probatum esse, *Panorm. in dict. c. dilectus, de sequestr. Curt. d. loco, q. 12. num. 49. Guid. Mynsi. dd. locis. Bart. in l. per hanc, C. de erogat. militar. lib. 12.*

Concludit, reiectis grauaminibus pronunciandum, bene actum & processum, male appellatum, cum expensis, & condemnatione in pœnam temere litigantis.

Votum D. Correferentis, in eadem causa.

Formalia appellationis, & procuratoria, vt Referens. Litem istã, præsertim in hac instantia, consistere solummodo inter Stephan Loitzen & Dauid Braunschweigern/ non etiam inter tutores Polonos. Cõstat ex eo, quod de tutorio & curatorio omnino nihil est doctum. Imo licet ad contradicendum oppositioni Appellati, in eo puncto indultus sit terminus sub comminatione, tamen nihil actum, sed purificatus est terminus: & sic tacite is punctus confessionatus. Et quantumuis tutorium esset productum: iterum tamen disputãdum foret, an datio tutorum, per Regem Poloniæ facta, subsistere possit: per rationes, vt in ipsis actis, & quæ à domino Referẽte deductæ sunt inter cæteras; quod filia Loitzen subest ciuitatis Lunæburgensis iurisdictioni: eius bona ibidem sita: ipse pater primo tutores inibi constituit: postea vero, non nisi vt diuexarentur creditores, alios peregrinos adiunxit. Cui machinationi Senatus, officio magistratus, per sentẽtiã obstrepuit, vt ex forma sentẽtiæ productę liquet, cui & partes acquieuerũt. Ipse pater est in viuis, cuius hæreditas nondũ deuoluta in filiã, nisi prætẽsiue, & in fraudẽ creditorum. Sicut & consuetudo Lunæburg. refragatur cessioni, & tutelæ quæsitæ. Inde puto Polonicos tutores omnino non attendendos, sicque nec filiæ Loitzen

ius

ius cessum, mediantibus illis prætẽsis tutoribus, per appellationem (quæ in effectu nulla est) ad Cameram deuolutum.

Inter iam dictas partes submissum est principaliter super admissione grauaminum. Exce-
13 ptiones consistunt † inter cætera in eo, quod libellus appellationis, siue grauamina, per omnia conueniunt cum actis primæ instantiæ, & sunt mera repetitio priorum. Sed verum est,
14 quod semel capitulatũ † vel interrogatum, non est vlterius interrogandũ: per ea quæ communiter ad hoc allegantur, *Gail. obs.* 121. *lib.* 1. *Ordin. tit.* 33. *lib.* 3. §. *pen.* Collatis itaque his, reperio sic se habere ea omnia, vt per Referẽtem deductum.

15 Principalis causa, † siue κρινόμενον litis, est impetratio descriptionis, siue inuentationis bonorum Loitzen/ & non tam sequestratio, quam arrestatio, vel potius inhibitio, & manus præclusio suspecti debitoris, ne conturbentur fortunæ & rationes in damnum creditorum. Quæ descriptio, Iudice adito, semper concedenda est, *l. si. in princ. de requir. Reis, l.* 1. §. *pen. de vẽtre in poss. mitt. Dd. in l. vnica, C. de prohib. pecun. sequestr.* præsertim quãdo suspicio est, & creditores intelligunt debitorem decoquere: tunc Iudices in hoc se faciles præbere debent, *per iura iam allegata.* Vbi enim
16 † sequestratio regulariter prohibita est, descriptio tamen & pernumeratio, siue inuentarium bonorũ permittitur, *Bartol. in d. l.* 1. §. *finali. incipit eligitur, de ventre in possess. mittend. & lege defensionis facultas, Cod. de iure fisci libro* 10. *Ias in lege si fideiussor. §. si satisdatum, numer.* 28. *qui satisd. cog.* Hinc po-
17 test Iudex, † ratione contumaciæ vel alterius iustæ causæ, præcipere, quod ostia alicuius domus claudantur & sigillentur, vt per *Ang. in lege* 1. *Cod. vt nemin liceat sine iudic. auth. sing. reb. impon. alie. facit l. si iniuriæ, de iniur. refert Ias. in d.* §. *si satisdatum numero* 29.

An vero Iudex primus, siue magistratus Lunæburgensis, legitime processerit, decernendo descriptionem bonorum: sicque in eo obseruauerit necessario obseruanda. Puto principa-
18 liter † sibi duo fuisse attendenda. Primo, † an
19 causæ sufficiẽtes extiterint pro suspicione conturbationis fortunarum & rationum. Quo loco ex actis satis docemur, Appellatum statim ab
20 initio, † & quidem ante implorationem Appellatorum, conatum fuisse suis creditoribus imponere, & viam prosequendi debita duriorem
21 reddere. Argumento est, † prætensa & inualida cessio bonorum, facta filiæ: quæ cessio indicium facit pro consuetudine Lunæburgensi: alias enim superflua fuisset. Et quod Appellãs in fraudem creditorum ea bona à se abdicauit. Item,
22 † argumento est datio tutorum, diuersorum locorum, & quidem longissime dissitorum. Item,
23 † quod & alii creditores, ex iisdem suspicionibus, bonorum Loitzen arrestationem dudum so-
24 licitarunt. Item, † quod quasi publice notum est, Loitzen propter æs alienum hisce locis cessisse, & in latebris Poloniæ asylum quæsiuisse: præsertim, cum & mali mores, & personæ qualitas, quæ forte dolo desiit possidere accesserint, declarat *Bald. in l. si fideiussor, §. fin. qui satisd. cog.* Inde magistratui & religioni Iudicis † permittitur æ- 25
stimare, an quis sit suspectus, eiusque arbitrio id relinquitur, *Dd. in l. si cui* §. *ijsdem, de accusat. Bald. in c. significauit. circa med. de testib. & in d. leg. si fideiussor. ibique text. ibi. si hoc Iudici sederit. Iohann. Baptist. Cacial. in tract. de debit. suspect. q.* 1. *numero* 11. *& Boer. decis.* 215. *numero* 15. dicũt quod omnis coniectura † 26
crescit contra Fallitos, qui sunt faciles ad mentiendum: sunt etiam infamissimi, qui voce antiquissimæ legis dari deberent creditoribus lacerandi, adeo, quod propter dolum suum non debent habere beneficium cessionis, quod est subsidium miserorũ, non præsidiũ dolosorum: sunt verba *Baldi in consil.* 400. *num.* 3. 4. *vol.* 5. *per iura, vt ibid.* Et quemadmodum Iudex potest in casu, iure non expresso, † cum æquum sibi videbitur, iu- 27
bere cauere, *l. quod si Ephesi, in fi. de eo, quod certo loco.* ita etiã omittere & remittere potest cautionem, si ex iusta causa sibi videbitur. *late Tiraq. de retract.* §. 1. *gloss.* 18. *numero* 45.

Secundum, † quod Iudici, siue magistratui 28
Lunæburgensi præcipue fuit attendendum, est: quod creditores, in primis vero Appellatus, per hoc iuris remedium magistratus subsidium postulauit: alias enim id non datur, *lege* 4. §. *hoc iudicium, de damno infect.* Quia ad priuatam partis vtilitatem † Iudex non partitur officium suum, ni- 29
si fuerit imploratum, *dicto* §. *hoc iudicium:* ne ipse, † qui inter vtramque personam litigatorum, 30
medius esse debeat, *l. vbi, Codice de fals.* le quodammodo partem constituere videatur.

Alia requisita ad processum arrestorum, non puto anxie nostro casu expetenda, cum ea in potioribus, & magis præiudicialibus casibus ordinata sint: hic vero in nudis descriptionis & (vt vocant) pernumerationis terminis grauaminum causæ consistant: vbi nec citatio solemnis, & debiti liquidatio, vel alia stricte desideranda, *per supra d. leg. fin. in princip. de requirend. Reis. & Bonauent. Strach. in tract. de decoctorib. part.* 7. *numer.* 14. Quando enim absunt, & † defraudationis causa lati- 31
tant debitores, aliud non quærendũ, quam quod bona possideri vndique iubeat Prætor, *l. Fulcinius,* §. 1. *quib. ex caus. in possess. eatur. Stracha d. loco, num.* 10. *& 11.* Licet nec ea nostro casu omissa esse videantur: vbi etiam dicit *Stracha,* quod tales fugitiui, ad bonorum cessionem non admittantur, & habeãtur pro confessis, per *Boer. d. decis.* 215. *n.* 5. 6.

Hinc satis liquere puto, primam appellationem friuole interpositã, tam à tutoribus, quam à Loitzen: ideoque Iudicem secundæ instantiæ recte pronunciasse, & ab eo male huc appellatum. Sicque reiectis grauaminibus, confirmandam sententiam proximam, cum expensis.

Temere Appellantis pœna Loitzen irrogatur merito, secundum ea, quæ admonet *Gail. obs.* 152. *in fine lib.* 1. sed non video, quomodo sententia possit hac in parte effectum sortiri, quin potius

timeo,

timeo, sumptus, labores, molestias, & omnia, in puncto executionis fore inania. Ideo consultius videtur, vt dissimuletur hoc casu pœna, alias minime remittenda. Fisco enim aliquid adiudicandum foret, quod ius sibi veniret ex causa pœnali, & mere lucratiua. Quo casu & quando non
32 constat de prioritate iurium, † sed sumus in casu dubio, priuati creditores præferũtur fisco. Communem opinionem esse dicit *Neguz.* conciliando opiniones *Dd. in tract. de pigno. & hypoth. 4. membr. 2. part. princip. num. 118. Saluis Dominorum votis.*

Aliud.

D. Bq. Tergiuersationem summam Loitzen/ esse perspicuam: trãstulit sua bona alio, & ipsum domicilium Quibus, & aliis rationibus, per Referentem in specie adductis, putat, sententiam Senatus fuisse æquissimã, propter suspicionem, quam Loitz incurrit. Concludit cum Referente. In pœnam tamẽ temere litigantis omnino condemnaret: quia ordinatio vult, & aliis exemplo esse potest. Fiscalis postea deliberet, an suo periculo mulctam prosequi velit.

D. Q. H. per omnia cum Referentibus concludunt, & fuit sententia in forma cõmuni concepta & publicata.

VOTVM XXXV.

In causa T. contra Episcop. C.

SVMMARIA.

1 *Priuilegij continentia hic quæ.*
2 *Iurisdictio omnis à summis Principibus tanquam à fonte profluit.*
3 *Rotvvilensibus certi casus in suo iudicio ventilandi, in suo priuilegio à Maximiliano I. Anno 1496. concesso, & in reformatione noua à Maximiliano II. constituta, reseruati sunt.*
4 **Ehehafft** *definitio.*
5 *Rei banniti in eo sunt casu, qui remitti non potest.*
6 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
7 *Inter bannum delicti & cõtumaciæ, hoc casu nihil, aut parum discriminis.*
8 *Verba illa,* Daß die Vnterthanen zu Rotweil nit sollen geächt werden/ *priuilegio Bambergensi inserta, quando habeant locum.*
9 *Auocatio à iudicio Rotvveilensi cur hoc casu non habeat locum.*
10 *Priuilegium posterius speciale, per generalem clausulam derogandi, priori priuilegio generali merito derogare debet.*
11 *Imperator non solum suo alicui antea concesso priuilegio, sed & aliorum Imperatorum derogare potest.*
12 *Priuilegij insinuatio, id est, editio, de stylo fieri debet.*
13 *Expensæ quare hic compensandæ.*
14 *Appellans indistincte Appellato condemnandus est in expensas.*

VOTVM domini Referentis Q. Quia lis omnis est super declinatoria fori: videndum primo, An d. exceptio probata? Deinde, An elisa? Tertio, Quid pronunciandum?

Quoad primum, putat probatam exceptionem per priuilegia Episcopi Bambergensis, ab Imperatoribus concessa: quæ in alia causa in originali, in hoc iudicio sunt exhibita, & nunc repetita expresse continẽtia, † Daß Bambergische 1
Vnterthanen vnd Verwandte/ &c. *vt ibidem.* Talia autem priuilegia exemptionis à summis Principibus, † à quibus omnis iurisdictio, tanquam à 2
fonte profluit, concessa valere, sæpe in hoc iudicio decisum est, & præcipit illa obseruari ordinatio *part. 2. tit. 1. in princ. Gram. decis. 46. num. 1.* Concludit, probatam esse.

An elisa?

Opponitur replicando priuilegium Rotvvilense, quod intelligit de illo, quod à Maximiliano Primo, Anno 1496. est concessum & in aliis causis hic productum: Item, allegãt reformationem nouam, à Maximiliano II. constitutam: in quibus decernuntur certi casus, † reseruati Rot- 3
vvilensibus, in suo iudicio ventilandi, quos casus ad auocationem statuum priuilegiatorum, non coguntur remittere, prout expresse disponitur in d. priuilegio, §. Item so möchte, *& in reformatione part. 2. tit. 15. in princ.*

Ex his autem casibus reseruatis, qui **Ehehafftin** vocantur, vtroq; in loco prima **Ehehafft** est, † wann einer ein offener verschriebener Echter oder 4
ein Bänniger ist / vnnd solches mit gnugsamen Brieffen oder Vrkundẽ auff jhn bracht/ oder sonst kündlich gemacht. Cum itaq; hic in confesso sit, Reum, † qui auocatur, bannitum esse: perspicu- 5
um est, eum esse in casu, qui remitti nõ debet. Et ideo recte in eo iudicio causam retentam esse.

Non obstat, quod Appellans obiicit: primum illum casum der Ehehafft/ de bannitis ex delicto intelligi: nam id probatum non est, & cõtrarium docet Curiæ Rotvvilensis vsus, qui hanc distinctionem hactenus nõ admisit, & recte respondetur, vbi † lex non distinguit, nec nos di- 6
stinguere debemus: præsertim cum nulla hic adducatur causa distinguendi: Est inter bannum delicti & cõtumaciæ, † hoc casu nihil aut parum 7
discriminis, vt testatur *Gail. obs. 12. n. 3. lib. 2. de pace pub.*

Deinde negatur, quod hæc prima **Ehehafftin** cum 15. propter contrarietatem, conciliari non possit: nihil enim impedit, quin vtraque de bannito propter contumaciam recte etiã intelligi queat. Nec dici potest, quod posterior, superflua sit futura, cũ illa aliquid addat, quod in priore nõ continetur: Videlicet, quod etiam absolutus à banno, auocari non possit, si ea conditione absolutus sit, vt Rotvvilæ se conueniri patiatur.

Nec etiam obstant verba priuilegij Bambergẽsis, daß die Vnderthanen zu Rotweil nicht sollen geächt werden. Nam hoc tum locum habet, † cum 8
fuerint antea ab Episcopo auocati: alioquin enim frustra in d. priuilegio poneretur, daß auff Episcopi Abforderung/ die Vndertanen sollen gewisen werden. Ergo auocatio necessaria fuit, quæ si omit-

si omittitur, recte ad condemnationem & bannum proceditur.

Nec referre videtur, quod Episcopus nescierit, Reum citatum esse, ideoque de auocatione tempestiua cogitare nequiuerit. Quia cum priuilegium Rotvvilense, † simpliciter, sine vlla 9 distinctione bannitos nõ remitti ad ordinarios disponat, & de stylo etiam Iudicij illius quotidie ita practicetur: existimat, hoc casu auocationem amplius locum non habuisse. Sed forte Episcopũ si placuisset, pro suo Interesse à declaratione Banni appellare, vel nullitatem eiusmodi apud superiorem deducere potuisse.

Nec obstat, quod priuilegium Bambergense in genere omnes causas, quæ vel corpus, vel bona subditorum cõcernant, includit. Rotvvilen- 10 se enim priuilegiũ, † cum sit speciale, & posterius, Anno sc. 1496. concessum per generalẽ clausulam derogãdi, priori priuilegio generali Bambergensi, merito derogare debet. *c. 1. ibi glos. in verb vt libere de rescript. ibid. Abb. numer. 10. Felin. numer. 3. Franc. Marc. decis. 267. in 1. part.* Quod autẽ impe- 11 rator Maximilianus primus, † non solum suo, antea d. Episcopo, cõcesso priuilegio, sed & aliorum Imperatorũ, derogare potuerit, tradit *Bald. in l. si se patris. Codic. vnde lib. & de pace Constant. in verb successori*: quia in Iurisdictionalibus potest hoc. *Gram. d. decis. 46. num. 2, 3. Gab. l. 3. tit. de iur. quæs. conclu. 6 nu. 22. & conclus. 7. numero 7.*

Concludit, exceptionem declinatoriã esse elisam, & pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum: Compensatis Expensis.

Aliud.

D. Bq. Correferens, concludit cum Domino Referente: quia priuilegiũ Rotvvilense expresse continet hunc casum. Nec refert, quod Bambergensi est posterius, quia is casus non est exceptus.

Habet & Rotvvilense clausulam derogatoriam. Nec illud Bambergense, est insinuatũ *Cag. nol. in auth. qui rem. num. 63. Cod. de SS. Eccles.* Item, est 12 de stylo, † quod insinuatio fieri debeat, id est, priuilegij editio. *d. c. cum personæ de priuil. in 6.* Sed hoc post bannum est factum. Non obstat clausula: *vt Gail. lib. 1. obser. 1. num. 1.* Non obstat ignorantia subditi quia de ea non constat. Intelligit casus *1.* & *15.* Ehehafftin/vt appellati.

Concludit: quia hic agitur de bannito, & sic locum habet Ehehafft/ siue priuilegium, in ordinatione antiqua expressum: Ideo simpliciter cum Domino Referente: nisi quod cum expensis, &c.

D. G. Quia non apparet ex actis, priuilegium ante bannum insinuatum Rotvvilensibus: Ideo sine vicio nullitatis ipsos procedere potuisse, ex priuilegio generali, ipsis concesso, putat, & auocationẽ nimis sero factam: ideo locũ non habere isto casu. Concludit igitur cũ Referente: Cum expensis tamen.

D. Ql. Cum Referente, quia priuilegia sint satis liquida, & serius facta auocatio: compensatis expensis: Quia † appellans verisimiliter videtur 13 habuisse ignorantiam de robore priuilegij.

D. S. Siquidẽ auocatio vigore priuilegij Bambergensis, non facta est, re adhuc integra, sed demum post declarationem Banni, & impetrationem der Anleidsbrieff/ sicque sumus in casu, vbi Bannitus auocatus est: Puto cum Dominis Referentibus causæ decisionem nunc solummodo dependere ex allegata dispositione, antiquæ ordinationis Rotvvilanæ *p. 3. §. 5.* nec non stylo, consuetudine, & vsu eius curiæ dudum præscripto. Ideo concludo, bene iudicatum, & male appellatum.

Cumque exactis vix colligi possint sufficientes causæ, pro compensandis expensis: præsertim cum pronunciandum sit contra Appellantem. Ideo nobis à Iuris regula nõ facile recedendum erit, quæ habet: Appellantem † indistincte 14 Appellato condemnandum in Expensas: *gloss. in c. finem litibus. de dolo & contum c. sæpe. de appellat. c. irreprehensibilis. c. vt debitus eod. tit. Gail. obs. 152. num. 4. libro 1.*

D. L. Cum dominis: Expensas vult compensare, vt Q. non vult tamẽ se separare in hoc à Dominis.

D. H. Cum Referentibus, & cũ expensis: quia priuilegium non sit ante ibi insinuatum.

Sententia.

IN Sachen weiland Herrn X. Veitẽ jetzt Herrn Martin, Bischouen zu C. Appellanten/ eins/ wider Friderich vnd Jacoben X. & consortes, weyland Jörg X. nachgelassene Erbẽ/ in actis benannt/ Appellaten/ anders Theils. Ist allem Vorbringen nach zu recht erkãt/ daß durch Richter Voriger Instantz wol gesprochen/ vbel davon appelliert/ die Gerichtskosten an diesem Keyserlichen Cammergericht auffgeloffen/ jhnen den Appellaten nach rechtlicher Ermessigung zuentrichten vnnd zubezahlen fellig ertheilend/ Doch ermeltem Appellãten an seinem habendẽ Priuilegien in andern Fällen vnabbrüchig.

VOTVM XXXVI.

In causa Comitis T. contra Principẽ Electorem Sb.

SVMMARIA.

1 *A sententia super possessorio lata, appellare licet.*
2 *Appellationes coram Notario & testibus etiam sine protestatione, quod Iudicis copia haberi non possit, validæ sunt.*
3 *Apostolos à iudice petere vel non, liberum est.*
4 *Causa coram Commissariis intra annum finiri debet, elapso q; anno, ipso iure ad Cameram statim deuoluitur.*
5 *A sententia Commissariorũ vbi appellatur, non solum priora, sed etiam noua deducere prohibitum est.*
6 *Ordinationis litera copulatiue & disiunctim duo requirit. & quæ.*
7 *Iudex in deferendis iuramentis cautus esse debet.*
8 *Iudex, qui verisimiliter peieraturo iuramentum defert, dicitur homicida.*

9 *Dictum*

9 *Dictum Platonis in suis legibus quod.*
10 *Imperij summi status, non debent esse durioris conditionis, quam priuati.*

VOTVM Domini Referentis, G. Submissum est in puncto (exceptionem contra Grauamina in euētum) Deuolutionis, Responsionum, admissionis Commissariorū, iuramenti Calumniæ, & damnorum.

Adductæ exceptiones contra deuolutionem Appellationis suo iudicio, plane sunt irreleuantes. Nam licet varient Dd. vtrum à sententia, †
1 tes. super possessorio lata, appellari possit: Tamen in Camera receptum esse palam est, in possessorio plenario, in quo hic versamur, Appellationes recipi, prout in ordinatione expresse, statuitur, *tit. 1. §. Vnd so das Vrthel. §. wo aber der Beklagt. li. 2.*

Ideoque hoc casu processus decreti sunt cum inhibitione, & notorium quoque est, quosdam Imperij status impetrasse, ne ab illorum sententiis in possessorio appelletur. Sane Appella-
2 tiones coram Notario & testibus, † etiam sine protestatione, quod Iudicis copia haberi nō possit, validas esse, constat quoque ex ordinat. *tit. 29. li. 2. §. Item* so soll einem ieden/so sich mit Vrthel beschwert/nicht allein von dem Vnderrichter/vnnd in seiner Gegenwertigkeit/sondern auch im Abwesen. Quod intelligendum, vt hactenus semper vsitatum fuit, siue copia haberi possit Iudicis vel non, &c. Von einem Notario vnnd Zeugē zu appellieren zugelassen sein soll. Et hinc quoque liberum
3 relictum, † à Iudice petere Apostolos, vel non, *§. Item* so soll. *& tit. 30. §. 1.* Sicque rigor antiquus plane sublatus est. Cōcludit, d. Exceptiones non obstare.

Atque alio fundamēto, ab Appellatis non allegatum, causam scilicet non deuolutam, sed desertam dici posse. Sed id non solum, quoad Comites, sed etiam quoad Electorem. Cum enim agitur, Vermög der Außträg/der Entsetzung halben/die nit Landfridbrüchig/vt sic factum, necesse est, à die interpositæ appellationis, intra trimestre, vt ordinatio, *in d. §.* Wo aber der Beklagt. & sequenti, habet, die Appellation in Camera anzubringen vnd anhengig zu machen Quod ipse intelligit, vt ordinatio. *§. 1. tit. 30. li. 2.* declarat durch Außziehung/Verkündigung vnd wider Einbringung der Ladung.

Ex actis autem relucere, appellationes quidem intra decendium hinc inde interpositas, & processus, intra trimestre impetratos, & insinuatos: post trimestre vero, quinto mense, viua voce, & post, nono die, post terminum, realiter reproductos. Nisi velimus desertionem hoc pacto saluare, quod partes hinc inde non intenderint procedere summarie, vigore singularis constitutionis, illius *tituli* 8. *lib. 2.* vt ex processu videre est. Causa enim hæc per septem Annos integros, plenarie agitata est, coram Commissariis,
4 † cum intra annum finiri debuisset, *iuxta d. constitutionem.* Vel in eo statu, quo lapso Anno fuit ipso iure ad Cameram statim deuolui, & apud priora acta quoque expressim reperitur, quod procedere voluerint partes, Vermög des achten Wegs *tit. 4. lib. 2.* Et sic Vermög der gemeinen Außträg: in quibus fatale non inuenitur arctatum, quoad trimestre, & in hanc sententiam ipse inclinat, tanquam mitiorem: maxime cum nemo partium id vrgeat, & hic quoque de spolio, stricte sumpto non agatur.

Porro, quod contra grauamina excipitur, quod saltē priora acta sint articulata: & ideo non admittenda ad probandum. Ista quidem exceptio satis relcuans est.

Nam non solum priora sed etiam noua deducere, † eo casu, vbi à sententia commissariorum 5
appelletur, prohibitū est §. 1. *tit. 6. lib. 2.* Ideo videtur grauamina nō posse admitti ad probandum.

Verum cū *in d. §. 1.* additio ista annexa sit: Es were dann durch den Eyd ꝛc. & sic si iuretur, admitti debeant (vt habetur forma ibidem) oder darfür halte/daß solch new Eynbringen zu Erhaltung d' E' erechtigkeit dienstlich sey/& Comites in Replicis expresse dicant, daß sie entlichen fürhabens/nicht allein etwas newes vnd weiters, quam prius eynzubringen vnd zu beweisen/sonder auch daß jenige/so in priori instantia fürgebracht/noch weiter außfündig zumachen: Ideo ipsis tale iuramentum deferendum esse existimat. Ist erkant/wöllen vnd mögen gedachte Appellanten/für sich selbst/oder ihren vollmächtigē Anwald/in Zeit vier Monat/so ihnen von Amptswegē hierzu angesetzt/einen Eyd zu GOtt/vnd auff das heilig Euangelium schweren/daß sie jres angegebenen newen Eynbringens in erster Instantz nicht wissen gehabt/oder damals daselbs nicht eynbringen mögen/auch darfür halten/daß solch new Eynbringen/zu Erhaltūg jhrer Gerechtigkeit dienstlich sey/daß solches gehört werden/vñ sie thun solches also oder nit/als dañ auff ferner anruffen in der Sachē ergehen sol. W. R. J.

In reliquis punctis expectandum esse.

Votum D. Correferentis, in eadem causa.

Præcipua submissio concernit admissionem grauaminū: Causam enim esse deuolutam, non desertam.

Nullitatē commissam propter continuationē processus vltra cōstitutionis, vel ordinationis terminum, cum Domino Referente censeo.

Concludo etiam cum Domino Referente, Grauamina ad probandum esse admittēda. Sed id non tam propter iuramētum, ab Appellante, ob hoc præstandum, quam ex causis, propter quas alias de iure communi & stylo Cameræ, grauamina quotidie ad probandum admitti solent. Dubito enim, nū casu nostro commode, iuramēto causante, id fieri possit: Cum litera Ordinationis † copulatiue & coniunctim, duo exi- 6
gat: nempe vt iuretur, Appellantē ignorasse, vel non potuisse iam deducenda, in prima instantia producere & quod putet nouam inductionem & probationem sibi vtilem fore. Hanc partem recte quidem iurare Appellantes comites pos-

sunt, sed priorem, vt ex actis satis dilucide constat, ægerrime, & non nisi graui conscientia: Cum & scire, asserta iam documenta penes suos subditos, & facile ab eis exigere, & producere potuerint. Non nihil itaque periculi hoc casu subest, ne vel periuriis fenestra aperiatur, vel Comitibus denegetur, quod alias generaliter Appellantibus permittitur.

Ad primum enim quod spectat, Iudex cautus
7 † esse debet in deferendis iuramentis, *glossa in c. clericos. verb. redeuntes. de cohab. cleric. & ibi Abb. numero 2. & §. nos igitur Auth. de nupt. Felin. c. Apostolice. num. 2. de except.* dicit: Iudicem homicidam fore,
8 †cum verisimiliter peieraturo defert: *ex c. ille & c. qui exigit. 22. quæst. 5. Menoch. consilio 186.* Et residet ea non parum in iudicis arbitrio, vt notant: *Bald. Castrens. & Ias. in l. 2. Codice de edict. viduita. tollend.*
9 Inde Plato † in suis legibus dicebat: Prudens legislator, in iudiciorum executione, iusiurādum litigantium prohibebit, vt tam accusatoris intentio, quam defensoris deprecatio, sine iureiurando in iudiciis conscribatur.

Secūdo vero loco, summis etiam statibus eriperetur, quod infimæ conditionis hominibus, & priuatis, permittitur. Cum facile contingere possit, vt quis sibi persuadeat de bona lite & causa, & in prima instantia se instruat probationibus, quas sibi sufficere arbitratus est, donec lata sententia, euentus aliud docuit. Quo casu, si postmodum deducantur noua fundamenta, & rationes à prioribus dependentes, vberioresque probationes victoriæ seruientes, etiam priuatis appellantibus viæ non arctantur: Vix itaque
10 fieri potest, vt summi status Imperij, † durioris sint conditionis, quam priuati: præsertim attento, quando tale iuramentum à parte non petitur.

Si vero Domini putarint, literam ordinationis de rigore hactenus fuisse obseruatam, præiudicioq; nuperrime in causa Baden cōtra Oesterreich/hoc nostro casu simpliciter insistendum esse, tunc nec ego refragabor.

Salvis.

Aliud.

D.Q. Cum Domino Referente in omnibus, nisi contraria præiudicia nata sint, quod iuramenti huius non habita fuerit ratio: sibi enim imputent status, quod hanc legem sibi ipsis tulerint.

D.Bq. Si grauamina releuantia sunt, vt Referentibus videtur, & noua adiuncta & addita prioribus, placet vt grauamina ad probandum admittantur. Quo ad delationem iuramenti, de nullo præiudicio sibi constat, præter allegatum, Baden contra Oesterreich. Et quia ibi delatum, poterit etiam comitibus hic deferri.

D.I. Similiter cum Dominis concludit.

VOTVM XXXVII.

In causa Comitis Q.O.

Contra P.

SVMMARIA.

1 *De punctis duobus hic principaliter agitur.*
2 *Actorem nostrum super spolio aduersus citatum agere non posse, vnde constat.*
3 *Spoliatus dicitur is, qui cum possideret, deiectus est.*
4 *Possessionis recuperandæ duo extrema quæ.*
5 *Possessionis recuperandæ remedium, in quibus sibi non vendicet locum. & num. 6. & 7.*
8 *Ignorantia cum adest, cessat peccati ratio.*
9 *Spoliator quis dicatur & impropriissime & quis proprie. num. 10.*
11 *Possessor vel Successor non præsumitur scire, rem esse vicio violentiæ affectam.*
12 *Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur: In facto nimirum alieno. num. 13.*
14 *Pupilli patris sui successores, si soluere negarēt pensionem, quam pater soluere consueuit, licet post obitum eius nunquam soluissent, super spolio conueniri possunt: quod tamen limitatur. num. 15.*
16 *Spoliatio simplex & impropria largo nomine sumpto dicitur spoliatio.*
17 *Spolia simplicia & impropria huiusmodi reformatio Rotvvilensis tit. 5. inter casus reseruatos, qui remitti non debent, non constituit.*
18 *Verba de iure principis firmissima esse debent.*
19 *Concessio prima, non secunda valet.*
20 *Princeps contra factum suum propriū veniens, contrariamq; concessionem faciēs, prima valebit concessio, & non secunda.*
21 **Ehehafft** *Rotvvilensium non loquitur de omni genere violentiarum, sed magis de vi compulsiua, ablatiua, vel expulsiua: Quare actio hoc loco competat. numer. 22.*
23 *Interdictum recuperandæ quare hoc in casu non habeat locum.*
24 *Obliuio post longum tempus scilicet decem Annorum præsumitur.*
25 *Possessio ciuilis, quæ animo retinetur, decem annis amittitur.*
26 *Ecclesia non moritur.*
27 *Ecclesiæ præiudicatur, propter negligentiam prælati non repetentis rem Ecclesiasticam: Sicut & dolus & violentia eius nocet Ecclesiæ. numero 28.*
29 *Ecclesia interdum potest petere restitutionem in integrum, vel ipsum negligentem conuenire.*
30 *Spoliatio vel violentia in iudicium deduci non potest, cum de nulla possessione constet.*
31 *Priuilegium posterius, cui clausulæ, ex certa scientia: plenitudine potestatis: motu proprio: &c. inserta sunt, derogat priuilegio priori concesso.*
32 *Priuilegium ob remunerationē & bene merita concessum, & sic ex iusta causa, transit in cōtractum, fitq; irreuocabile, nec ei doli exceptio obstat.*
33 *Priuilegium derogatorium in specie est probandum.*
34 *Verba relatiua sæpius repetita repetitionem faciunt omnium præcedentium cum qualitatibus suis.*
35 *Clausula derogatoria noua Reformationi Rotvvilanæ inser-*

inserta, à statibus Imperij vt sua, nondum est approbata.

36 *Clausula illa generalis*, non obstantibus quibuscunque priuilegiis &c. *nō est sufficiens ad tollendum exemptionis priuilegium alterius, cum clausula derogatoria: Et quid vltra requiratur. nu.37.*

38 *Priuilegium dicitur per viam legis concessum, quando est generale.*

39 *Priuilegium Rotvvilense nouissimum, siue reformatio, quare remaneat simplex priuilegium, nec in legem generalem transeat.*

40 *Feudum non tribuit iurisdictionem.*

1 D.L. Referens. De duobus punctis principaliter agitur. Primo, † quod sententia contra exceptiones prolata. Secūdo, quod non causa spolii sit.

An probata?

Si merita concernantur, apparebit, Actorem super spolio aduersus citatum agere non potuisse. Primo, † quod ex narratis libelli patet, Actorem nūquam in possessione deß Zehenden zu B. fuisse. Eumque d. decimas eo loco nunq̄ subleuasse: Et sic non potest dici spoliatus: † q̄ is dicitur, qui cum possideret, deiectus, est. §. *recuperandæ. de interdict. l.1. §. deiicitur. de vi & vi armat.* Quin imo Reum, eiusque hæredes, ab Anno 39. in possessione vel quasi, d. decimas subleuādi fuisse, & hoc quidem de cōsensu & voluntate primordialis Actoris, tunc temporis commendatoris, zu Straßburg/ vt patet ex articulo libelli 12. Qui articulus patefacit, cum patre nostrorū minorennium actum esse, vt is zu Fischolß/ nomine d. ordinis Controuersam auenam subleuaret, & porro Argentinæ Commēdatori pro ea pecuniam, vel aliud traderet. Quin ergo potius nō agit, vt illa conuentio, ceu cōtractus cum patre, à suis hæredibus compleatur. Si habet ergo Reus ab Actore, vel eius antecessore, eam possessionem, vel quasi, perperam allegat, eum spoliasse. Et sic 4 duo extrema illa, † recuperandæ possessionis, desunt; possessio scilicet, ex parte Actoris, & Turbatio, ex parte Rei. *c. cum ad sedē de restit spoliat.* Cum ergo pater non spoliauit, nec super spolio vnquam conuentus fuit, vanum est, eius successores & hæredes tanquam spoliatores, velle conuenire, maxime cum iure prouisum sit, quod remediū, eius interdicti, locum sibi non vendicet, 5 contra successorē, † qui ignorat, possessionem esse viciosam, *Menoch. de recup. poss. remed. 16. n. 10. &* 6 *seq.* Quin contra singularem successorem † scienter in viciosa possessione succedentē, non dari hoc interdictum, tradit *Menoch. ibid.* prout non 7 conceditur contra successorem, † qui ex post facto cepit habere scientiam violentiæ: *Ripa c. sæpe. de restitut. spoliat. numero 41. Cæpol. consil. 6. colum. 4. Menoch. d. loco. nu. 10.* Quia aliæ actiones aduersus tales successores cōpetunt. Et cum adest ignorantia, † cessat peccati ratio, ob quam hoc remedium inuentum est. Possessor etiam, † in quem 9 ex post facto superuenit mala fides, & rei alienæ scientia dicitur impropriissime spoliatus *l. sed et si. §. etiamsi ante de petit. hered.* Spoliator enim, † seu 10 prædo, is proprie dicitur, qui scit rem ad se non pertinere, nec possidendi causam habere: quod contingit, præsertim, cū is, per vim deiecto possessore, ingressus fuerit possessionem: *d. l. sed etsi. §. quod autē.* Quod hic nec à defuncto patre, minus vero ab ipsius hæredibus, Reis conuēctis, factum apparet, aut factum esse narratur. Et ex quo Rei nostri conuenti, adhuc minores, præsumuntur ignorare possessionis & d. auenæ vicium, in qua successerunt, & ad cuius possessionem, vel quasi, peruenerunt: Cum & alias possessor, vel successor, † non præsumatur sciuisse, rem fuisse vicio 11 violentiæ affectam: *Menoch. d. remed. 27. & seq.* Quia ignorantia præsumitur † vbi scientia non 12 probatur. *c. præsumitur. de reg. iur. in 6. ibi Din.* Quod intelligitur † in facto alieno. *lege finali in fine.* 13 *pro suo.* Aliud sane dicendum esset, si nostri pupilli, † patris sui successores, negarent soluere 14 pensionem, quam pater soluendo consueuit: Quia tunc, etsi nunquam soluissent post obitum sui patris, super spolio conueniri possent: *Menoch. de recup. possess. remed. 1. numero 89.* Quod tamen etiam non procedit, † quando talis spoliator præstationis vellet probare titulum legitimum non soluendi vel præscriptionem immemorialem, vel priuilegium non soluendi. Ita in terminis de decimis, *Corset. in reg. quod spoliat. ante omnia. fall. vit.* Verisimiliter vero nostri Rei conuenti, titulum habere poterunt. Et ex assertione Actoris ipsiusmet patet eos, præscriptione se defendere posse: cum plus quam per 30. Annos d. auenæ annuam præstationem non soluerunt.

Iam, vt maxime constituamus, citra tamē veritatis præiudicium, spolium ob negatam solutionem commissum esse, hæredesque ob id conueniri potuisse: Tamē negatio istius auenæ præstationis non inducit casum reseruatum, scilicet ein Ehehafft/ & qui remitti non debeat: quia simplex & impropria, † largo scilicet sumpto nomi- 16 ne, spoliatio est: quæ alias dominij exceptionem admittit, & largissime spoliator dicitur, &c. *lege si ex stipulatione. de acquir. poss. Menoch. dicto loco numero 110.* Reformatio vero Rotvvilensis, † *titulo* 17 *5.* huiusmodi simplicia, & impropria spolia, inter casus reseruatos, qui remitti non debent, non cōstituit, vt ex casu 26. patet, in verb. **Aber schlechte Turbirung/ vnd Betrübung/ so sich etwann vnder den benachbarten zutragen/ damit nicht gemeint seyn sollen.** Quod ipsum Procurator Actoris Replicando, contra die **Abforderung**/ disertis verbis profitetur, **daß die Gewalthätige Entsetzung Sachen/ von Hoffgerichts Freyheiten nach** &c. Referendo se ad eandem reformationem. Deinde, cum prætensum spolium non sit, non reseruari, sed ad instantiam & auocationem comitis remitti debuit.

Concludit male iudicatū, bene appellatum. Ideo non opus, multum disputare, an Hanoense priuilegium fori, per Renouationem Rot-

vvilens. quoad casus, in ea reseruatos (quos Ehehafftin vocant) sit sublatum: quia sufficit, quod in cõmunibus casibus subsistat, prout subsistere Actor palam in Replica, contra auocationem fatetur. Quamuis etiam hoc comitis priuilegium, quod ad casus in eo reseruatos, noua reformatione nõ obstante, firmum robur habere existimet, propter multifarias clausulas derogatorias, ibi insertas. Et quod de iure principis, † verba 18
firmissima esse debent *c. ad Apostolicæ. de re iudic. Mynsing. obser. 17. cent. 1.* Et quod concessio prima, † non secunda, valeat: Cum reuocando præsumatur circumuentus, ex obliuione, vel facto impetrantis, etiamsi id faciat motu proprio: *Decius consilio 286. nume. 4. 5. 6. Alexand. consilio 122. nu. 26. vol 4. Roman. cons. 298. per tot. Mynsing. obs. 61. cent. 3.* Vnde si veniat contra factum suum proprium, † & contrariam faciat concessionem, prima valebit, & non secunda *Dd. vt supra & ex aliis argumentis, ab Aduocato Comitis, sub num. 17. adductis.* 19 20

Quod vero Comes noster suos vasallos auocare potuerit, ei tribuit priuilegium Fridericus III. Et declarat: Maximili. II. quæ habet, quod Comes etiam suos vasallos auocare possit, sine discrimine, quo genere actionis impediti fuerint. Conuentos vero suos vasallos esse, satis doctum esse: nec hoc inter partes disputat: neç Reus contradicit auocationi.

Concludit auocationem locum habere, male iudicatum, bene appellatum, reformando priorem sententiam, cum expensis.

Aliud votum in eadem causa.

D. Bq. Correferens: Putat, male denegatam remissionem, propter priuilegium Comitis.

An elisa?

Repetit dicta aduocati argumẽta: Item, quod non actum super spolio. Deinde, Ehehafft/ Rotvvilẽsium, † non loquitur de omni genere violentiarum. Sed magis de vi compulsiua, ablatiua, vel appulsiua, vbi aliæ atque aliæ dãtur actiones, † quam de vi inquietatiua, vel turbatiua, vt vti possidetis agitur: *glossa in l. extat. quod met. caus. & c. ad audientiam. verb. causa eodem tit. Menoch. in prælud recup. numer. 38.* Et qualiter quid dicatur vi possessum. *Bartol. in l. 4. §. si fundum. de vsucap.* Nostro autem casu nulla eiusmodi vis commissa est, & magis in omittẽdo, quam faciendo peccatum videtur. 21 22

Tertio, Interdictum recuperandæ, † non locum habere: quia, vt Actor fatetur, nulla facta receptorum fructuum compensatio, ita vt ciuilis & naturalis possessio simul amissa dicatur. 23

Nam post longum tempus, † scilicet decem Annorum, præsumitur obliuio, vt communis opinio est *Doctorum: Vasq. lib. 2. c. 61. numero 6.* Et quod possessio ciuilis, † quæ animo retinetur decem Annis amittatur, *Menoch in 7. remed. recup. possess. numero 25.* Etsi, tanquam vacans, ab alio possidetur, non dicitur vi possessa *Bartol. in d. l. si fundum.* Imo, quia est in possessione vel quasi cõtra quam est ius commune: Tamen adhuc est in ea tuendus, si aduersarius tolerabat, & dissimulabat, seu patiebatur aliquandiu: Quia ex tali patientia ille, qui suam intentionem fundatam habebat, videtur ius possessionis amisisse idque in possessionem migrasse, vt iam de possessione agi non possit, sed tãtum de proprietate: *Vasq. d. loco c. 86. n. 12.* 24 25

Nec obstat, quod dominium & possessio sit apud Ecclesiam, & nomine Ecclesiæ possideatur, & Ecclesia † non moritur. *c. non super. ibi Innoc. de causa possess. c. in literis. in fin. de restit spol.* Quia respondetur, quod propter negligentiam prælati, † non repetentis rem Ecclesiasticam, præiudicatur Ecclesiæ. *c. placuit. 16. quæst. 4. c. 1. de præscript.* Sicut & dolus † & violẽtia eius, nocet Ecclesiæ *c. cum dilectus. de ordin. cogn. Afflict. & iterum si celericus. num. 7. in fin. in tit. de cap. Conrad.* Vnde etiã Ecclesia † interdum potest petere restitutionem in integrum, vel ipsum negligentem conuenire, *glossa d. c. placuit. verb. pertineant.* Cum itaque de nulla Actoris possessione constet, † merito nec violentia, vel spoliatio in iudicium deduci potest, adeo vt male in eo se fundet sententia. 26 27 28 29 30

Quarto, posito, de mero hic spolio agi: Tamen quia Comes etiam in hoc, sicut in omnibus Ehehafftin/ priuilegiatus est cõtra Rotvvilenses, nihil releuare potest.

Secundo, opponitur, Rotvvilenses antiquius habere priuilegium, de non remittendis causis der Ehehafftin. Respondetur: quod licet Comes ante Annos 16. primum nactus suum priuilegium, & sic Rotvvilense antiquius sit: Pluribus tamen modis per id derogatum est. Primo: † coniunctis simul sequentibus clausulis, *ex certa scientia: plenitudine potestatis: motu proprio*: de quibus in replicis, *& per Dd. ibid.* allegatos. 31

Secundo: quod ob remunerationem, † & bene merita cõcessum, & sic ex iusta causa, id quod transit in contractum, & fit irreuocabile, nec obstat exceptio doli. *Grammat. decis. 65. numero 24. Iohann Zephal. consilio 58 nu. 82. lib. 1.* Tertio per clausulam: idque in specie contra Rotvvilense priuilegium, vt *supra ostensum.* 32

Tertio opponitur: Rotvvilenses ab immemoriali tẽpore in possessione fuisse, denegandi eiusmodi remissiones. Respond. quod in specie † hoc non probatum de Hanauw/ multo minus in facto simili, quando scilicet de nulla vi, nec possessione, vel quasi, constat. 33

Quarto: priuilegium Comitis non habere clausulam cassantem, respectu Rotvvilensis priuilegij: Quia contrarium patet ex eo, quod illud in specie, respectu Rottweyl/ impetratũ sit: Ergo clausula derogatoria sequens, non minus de illo ipso iudicio, quam de aliis intelligi quoque debet: atque ita satis specifice eidem derogatum est: præsertim hoc casu, vbi extensio Maximiliani ad solos Rotvvilenses extenditur. Quo etiam pertinent verba d. clausulæ derogatoriæ, Daß ob eynverleibter Keyserlichen Confirmation/ Declaration vnd Erklärung wiederwertig seyn/ &c. & illa sæpius repetuntur. Nam eiusmodi verba relatiua,

34 ūa, † repetitionem faciunt omnium præcedentium, cum qualitatibus suis, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. in fin. de postuland. l. talis scriptura. de reg. iur. Paris. consil. 78. n. 43. volum. 1. Curt. consilio 156. numero 7.*

35 Quinto: noua reformatione Rotvvilā † priuilegiatam, cum clausula derogatoria. Respondet: illam à statibus nondum vt suam, approbatam, & dominos hactenus semper dubitasse, num in iudicando sequenda sit. Deinde clau-
36 sulam illam generalem, †*non obstantibus quibuscunque priuilegiis, &c.* non esse sufficientem, ad tollendum exemptionis priuilegium Comitis, cum clausula derogatoria: Sed etiam necesse fuisse, de
37 ista clausula † facere specialem mentionem, & quod illi derogatum esset in specie: *Felin. cap. accedentes. numero 4. de præscript. Ruin. consilio 226. numero 5. 6. 7. 8. volum. 1 Zephal. dict. consilio numer. 84. Ruin. consilio 196. libr. 1.*

Nec obstat, quod secundum priuilegium tollit primum, habens etiam clausulam derogatoriam, *Calderin. cons. 11. Ruin. d. consil. 226 Felin. d. loco.*
38 Respondetur enim, † quod tunc diceretur per viam legis concessum, quando est generale: *Ruin. d. loco. num. 12. notatur in auth. quas actiones Cod. de SS.*
39 *Eccles.* Rotvvilense autem nouissimum, † siue reformatio, non est tale, cum tantum contemplatione certi loci, id est, dicti Iudicij concessum: Ideo remanet simplex priuilegium, nec transit in legem generalem, *l. 1. de constit. princ. l. 3. ibi Bald. C. de ll. Calderin. in d. cons.* loquitur de lege generali. *Ita Ruin. d. numero 12.*

40 Præterea cum feudum † non tribuat iurisdictionem: Ita etiam verba priuilegij, vbi loquitur de Lehenleuten / non loquitur de aliis vasallis, quam qui coram eius Hoffgericht conueniuntur. Sed priuilegium loquitur indistincte, licet forte liberū sit vasallis, se subiicere eius iurisdictioni, vel non: Et casu hoc, nolint, tamen in eo militat priuilegium, quod in Rotvvilēsi iudicio conueniri non debeant.

Concludit, ex quo verba priuilegii Comitis, ad omnē casum, clara sunt, & per illud Rotvvilensi penitus derogatum: & intentata actio, vel potius factum ipsum, ad spolium verum, proprie intelligendo, & prout verba Rotvvilensis priuilegij, & antiq. Ordin. Sonant, propter defectum possessionis, recte accommodari non possit, male iudicatum, bene appellatū, vnd daß die Hauptsach an gebührende Orth zu remittieren / als wir sie auch hiemit remittieren / & compensatis expensis, cum Appellatus pro se habeat Reformationem: Item, quælibet turbatio ibi pro spolio, licet improprie, & abusiue accipiatur, & pro Ehehafft arripiatur. Sicut in multis iniuriarum causis factum, & semper contra Rotweyl iudicatum in Camera.

D.I. Cum Referentibus: Expensas vult compensare

D.G. & S. Pariter.

VOTVM XXXVIII.

In causa A. contra Ciuitatem Imperialem T.

SVMMARIA.

1 *Articulos impertinentes, vel irreleuantes Iudex ne quidem cum clausula: Saluo iure impertinentium & non admittendorum, admittere debet, alias litem faciat suam. Contrarium. num. 5. Ratio eius ibid.*

2 *Confessione iudiciali, nulla probatio fortior inueniri potest.*

3 *Ad iudicis officium pertinet curare, vt finis litibus imponatur.*

4 *Defensio habet vim exceptionis, estq; iuris naturalis.*

6 *Superflua admittere securius est, quam necessarium reiicere.*

7 *Iudici pars illa, quæ minus onerosa est vtrique litiganti, & per quā vtriq; consulitur, semper eligenda est.*

8 *Appellationem, in dubio iudicatur, non esse desertam, quia vtrique parti consulitur, & ius alicuius non læditur.*

9 *Probationes & allegationes non audire, periculosum est. Itemque Aduocatos partium. num. 10. Ratio eius. num. 11.*

12 *Probatum vbi non satis, ibi nec tuto pronunciari potest.*

13 *Probationes in causa inducere, est officium partis, non pertinet ad officium iudicis.*

14 *Iudex cito pronuncians, non præsumitur bene iudicasse.*

15 *Iudex post conclusionem in causa etiam dubia mouere potest.*

REFERENS putat submissum super admissione articulorum defensionalium, 22. Ianuarij & 27. April. Anno 74. productorū. Quinimo Actores definitiue submiserunt 18. Ianuarii, Anno 76. petendo, daß Gegentheil auch beschliessen soll. Hocque vt faciat, Wildhelm 15. Febr. petiit tres mēses. Sed Rieffsteck noluit tantum tempus concedere. Vnde 17. Februarij Anno eodem, per sententiam d. Wildhelm præfiguntur 6. Wochen / auff mündlichen Beschluß / 18. Ianuarij beschehen was sich gebürt zuhandlen / sub commination, daß die Sach in demselben Puncten für beschlossen angenommen seyn soll. Inde 14. Martij d. Wildhelm. dicit, se velle ad proximam concludere, prout 27. Martii in pūcto defensionalium concludit, petendo: eos ad probandum admitti: In puncto der Probationschrifft / repetendo 18. Ianuarii angethanen Beschluß / auch den 11. Martij, Anno 75. Concludendo.

Et omissis superfluis, dicit conclusiue, non esse admittendos articulos defensionales: quia ex tenore eorundem manifeste patet, quosdam esse repetitos ex libello: quosdam in responsionibus ad eundem affirmatos: aliquos captiosos, illatiuos, nonnullos iuris: reliquos vero omnes impertinentes, & irreleuantes, vnde probati,

non

non releuabunt: Ideo non admittẽdi. Quin imo,
1 quoties apparet, † esse impertinentes, vel irreleuantes, Iudex nõ debet illos admittere ne cum clausula quidem: *Saluo iure pertinentium, & non admittendorum. Specul. in tit. de poss. §. 6. 7.* alias facit litem suam, *glos. in c. cum contingat. verb. nihilominus. de offic. deleg. ibi Canonist. Dd. in leg. 2. §. prætor ait. de damno infect. Bartol. in leg. ille à quo. §. si de testamento numero 4. ad Senatus Consultum Trebell.* Sane vt plane releuantes aliquis statuat (quod tamen non concedit) quod forte aliquo modo causæ adminiculentur: Tamen ad probandum nõ posse admitti: Quia Actores in Responsionibus suis veros credunt illos articulos, quorũ respectu essent admittendi. Cum ergo quosdam articulos, quorum respectu defensionales ad probandum essent admittendi, veros credunt Actores, superfluum erit, eos ad probandũ admittere, qui con-
2 fessione iudiciali † probati essent, qua nulla fortior probatio inueniri potest. *l. vnica. C. de confess. l. qui de inofficioso testamento. de inoffic. testam.* Rei scilicet communitas ponunt art. 3. quod nõ sciant: Item in responsionibus ad octauum articulum positionalẽ. Sane si istius loco apposuissent, se ex alia obligatione d. censum soluisse, ex articulata autem obligatione se nihil vnq̃ soluisse, prout dicit Episcopus libẽter d. articulos admitteret, si hoc Actores negassent: Sed fatẽtur disertis verbis, se nescire, ex qua obligatione d. cẽsum 25. lib. soluerint. Tantũ abest, quod probare velint, se ex alia causa soluisse. Plane si naturã actionis inspiciamus, Actoris erit, vt affirmantis, probare, quod d. censum, 25. lib. ex ista obligatione soluerint: non vero Reorum, qui negarunt. Eorum vero esset, (scilicet Reorũ) probare se ex alia quadam obligatione d. censum 25. lib. soluisse, sed fatentur, se nescire, ex qua causa soluerint.

Denique articulo sexto cõmunitas: quia scilicet ignorant, ex qua causa actoribus d. censum soluerint, ponũt sequi: quod si ex articulata obligatione Actorum, illa 25. debeãt per specialem contractum illis, quod supereſt, remissum esse, quod factum est. Quia non sequitur: si ex aliqua obligatione mihi dabis 20. & soluisti decem, nesciens ex qua obligatione, vt hic, quod reliquos decem tibi remiserim: Sane si Rei hoc loco posuissent, daß durch einen beſondern fürgehendẽ contractum oder Vertrag/der vbrig Reſt ihnen wird nach gelassen: Tunc similiter ad probandum admitteret. Sed hoc Rei nõ audent dicere: quia eo ipso faterentur, se illa 25. lib. ex ea obligatione præstitisse. Imo essent sibi contrarij, vt qui ante professi sunt, se nescire, ex qua causa d. 25. lib. præstiterint. Et recte & bene respondent Actores, das es ein vngereumbt consequens sey.

Reliqui vero defensionales articuli, parum momenti habent, nec poterunt Reos releuare, vt *supra dictum*. Et sane cũ articuli defensionales releuantes quibus Rei intentionem Actorum elidere possunt, probati sint, per confessionem Actorum & reliqui probati non releuarent, non vult Reos inutilibus sumptibus grauare, & protrahere litem: maxime cum hæc actio oriatur ex obligatione, de qua ex actis satis constat: illaque, quæ in defensione, & contra d. obligationem adferuntur à Reis, ab Actoribus non inficientur: causaque satis sit instructa, per positiones scilicet Actorum, defensiones Reorum, & vtrinq; confessiones partium: eiusque decisio in puncto iuris cõsistat, an obligatus scilicet alicui ex contractu, vel alia obligatione, soluere annuatim 10. certos denarios, libras, marcas, de moneta antiqua, si is per centum & vltra Annos soluerit de alia moneta, valoris & ponderis minoris: aut sane plane nihil, an is intelligatur præscripsisse, quod amplius ab eo decẽ peti non possint. Vult itaque d. defensionales, quatenus irreleuantes, reiicere, & causam pro concluſa acceptare, & definitiue pronũciare, quod iuris est: prout quotidie in Camera obseruatur, quando huiusmodi articuli irreleuantes, ad probandũ admitti petuntur per tex. *in l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appell.* Ad iudicis enim † officiũ pertinet, curare, 3
vt finis litibus imponatur *c. finem litibus. de dolo & contum. l. properandum. Cod. de iud.* Releuantes vero in elisione vult attendere: quia defensio † habet 4
vim exceptionis, quæ est iuris naturalis *leg. siquidem. l. defensiones. C. de except.* Ideoq; si articuli releuantes nõ essent, confessione partis confessi, eos admitteret: Sed cum probati nunc sint, nihil opus est: imo superfluum esset. Proinde cum constituerit, quosdam articulos releuãtes, quosdam non, aliquos probatos, nonnullos vero non esse probatos: Cõcludit per supra dicta, illos nõ esse admittẽdos, sed in causa pronũciãdum, quod iuris: quia vnica exceptio, scilicet præscriptio opponitur. Nec causa est obscura & difficilis.

De recognitione sigillorum, quid faciendum sit, facile vult conuenire: Si ex generalibus argumentis Domini velint ex officio Reis auff die Probationschrifft vnd Beylagen Handlung auffzulegen/licebit per illos. Defensionales nullo modo posse admitti.

Aliud votum in eadem causa.

D. R. Correferens. Examinatis articulis si Iudex dubitat, vtrum sint releuantes, nec ne eo casu non reiicere, sed cum d. clausula *Saluo iure impertinentium & non admittendorum, &c.* † admitte- 5
re eos debet: Quia securius est, † superfluum ad- 6
mittere, quam necessarium reiicere, *per iura, vt Gailius obseru. 81. numero 7. Allegat Specul. Castrens. & Alexand.* Et semper illam partem eligit, † quæ 7
minus est onerosa vtrique parti & per quã vtrique parti consulitur. Sic etiam in dubio iudicatur, † Appellationem non esse desertam, quia v- 8
trique parti consulitur, vt ibid. *Gail. num. 9.*

Est q; periculosum, † non audire allegationes 9
& probationes, *l. argentarius. §. cum autem de edend. Paris de Put. de Syndic. c. 1. verb. allegationes. n. 3.* Item, † Aduocatos partium: Eo ipso enim † Iudex se 10
facit suspectũ: *Lanfr. in clem. sæpe. verb. de pleno. de verb* 11
signif. facitq; litẽ suam, nõ admittens exceptiones legiti-

legitimas. *leg. si quis in conscribendo. C. de pact. Specul. in tit. de disputat & alleg* §. 6. *n.* 1. Imo etiam non petenti, debet dari defensio, cum sit iuris naturalis, *late Paris de Put. c. 4. n. 1. 2. verb. condemnatio.*

Quibus accedit, quod neuter partium suam intentionem satis probasset hoc casu: ideoq; sequi-
12 tur, quod dici solet, vbi non satis probatum, † ibi nec tuto pronunciari potest, *l. hoc autem,* §. 4. *quib. ex caus. in poss. eatur. Innoc. c. solent, in fin. de sent. excom-*
13 *mun.* Probationes enim † in causa inducere, est officium partis, non pertinet ad officium Iudicis, *l. per hanc, de appellat. l. non ex omnibus, de arbitr.* Et Iu-
14 dex † cito pronuncians non præsumitur bene iu-
15 dicasse, *Paris de Put. c. 8. n. 1. 2. per late ibi allegat. verb. sententia.*

His omnibus præmissis, submissum puto super admissione articulorum defensionalium. Actores enim exceperunt in genere, super impertinentia & irreleuantia eorum, nullam in specie allegando vel deducendo rationem. Verum dominus Referens in suo voto dilucidius ostendit, ex quibus capitibus articuli admittendi non sint: inde huius puncti difficilis redditur decisio.

Mea tamen sententia, exceptio obiecta, adeo liquida non est, vt defensionales statim reiici debeant, nec intentio Actorum, ex productis literis obligatoriis, adeo vel fundata, vel non fundata, vt abrupto vlteriori processu, aut causa minus instructa, nec Iudice satis informato, pro alterutra parte, condemnando vel absoluendo pronunciari possit. Mihi enim dubium non est aliam quantitatem, siue summam esse confessam & solutam, & aliam petitam & probatam: & nisi laicus verisimiliter ostendatur, vel doceatur, confessam & solutam summã descendere ex ea, quę petita & probata est, vix obtinebunt Actores.

E diuerso, si reiectis defensionalib., nudis Reorum negationibus insistamus, iterũ periculosum & graue erit, ob dubiam & non sufficientem probationem Actorum, statim Reos absoluere: qui ipsimet per petitionem admissionis articulorum tacite fatentur, suas exceptiones adhuc tenues esse ad effectum elisionis: ideoque latiore eas indigere probatione.

Cum itaque communitas K. vt ego intelligo, tertium ipsorum articulũ, & Rei simul, in responsionibus ad 8. positionalem, si non succinctis, tamen æquipollentibus verbis, negent, se 25. libras nummorum debere, & hactenus soluisse, vigore literarum productarum, (quæ negatiua, quia nõ est pura & simplex, sed aliqua correctione potest esse coarctata, & aliquid ponere in esse, sicque probabilis est) *Lanfranc. c. quoniam contra, de probat. numero* 15. *Grammat. decision. 59. numero 18.* Et sic hic articulus, & alia dependentia ab eo, per iam dicta, concurrentibus & aliis, quæ vlteriori processu magis liquidiora fieri possunt: præsertim vero perpensis recentioribus literis obligatoriis (quæ ostendunt, vel per successiones hereditarias, vel alios contractus, à primis creditoribus, ad alios plures possessores, quorum sunt septem, diuersæ familiæ, creditum primæ obligationis, siue censum translatum & diuisum esse, nec verisimile sit, ea iura diuersa, iam demum in vnum parentem, videlicet Actorem, reuoluta) ita se habeant, vt ex eis Iudex ad minus incertus & dubius sit, an articuli ad probandum admittendi, vel reiici debeant: non enim dico, sa. is liquide de eo constare existimo tali dubio, vbi Iudex etiam in principali, nec ex probatis, nec ex confessis, satis informatus est, statuendum, vt refert *D. Gail. in allegato loco, obseru. 81. vt supra in principio huius voti latius dictum.*

Et concludo, tutius, & quodammodo necessarium esse, vt admissis defensionalibus, partes vlterius audiantur, & examinatis responsionibus, superiis detur interlocutoria, tempus ad vlterius agendum statuatur (v. puta, prout reperientur Referentes, & quatenus ratione cognitionis sigillorum opus fuerit.)

Saluis votis dominorum.

D. Bq. Concludit cum Correferente, considerandum esse medium concludendi, & petitionem: dicit, intricatam esse causam: repetit quadam ex articulis & responsionibus, vbi dicitur de ignorantia Reorum, quoad causam factæ solutionis: quod literæ non expresse probent hanc summam.

Saluis.

D. Is. pariter.

D. Q. Similiter, vt causa fiat planior, quia Iudex † potest etiam post conclusionem in causa 15
mouere dubia.

D. G. etiam vult causam melius discuti.

VOTVM XXXIX.

In causa nobilis L. contra Illustrissimos Marckgrauios C.

SVMMARIA.

1 *Possidens Iudicis authoritate, bonæ fidei possessor est.*
2 *Expensas non refundit is, qui iustam habuit causam litigandi.*
3 *Attentata officio Iudicis implorato, de plano, sine libello & litis contestatione reuocari possunt.*
4 *Præcipua, quæ debent attendi, in reuocatione innouatorum quæ. & n. 5. 6.*
5 *Attentatum esse intra tempus appellationis quæ requirit. & n. 8.*
7 *Iudex pronunciando, siue bene, siue male, semel functus est officio suo.*
10 *Iudicis inferioris iurisdictio per appellationem ad superiorem ostenditur.*
11 *Attentata siue innouata, quando sint reuocanda.*
12 *De iuris notorio defectu, siue de non iure petentis, quãdo locum habere videatur.*
13 *Reuocatum penitus non dicitur, si reuocatio ea quoad possessionem tantum, & non etiam quoad fructus fieret.*
14 *Attentatis reuocatis, fructus ad domum spoliati portandi sunt, expensis innouantis.*
15 *In possessionem missus Iudicis authoritate, inordinate*

& non rite procedentis, fructus quos percipit, non facit suos; quia Iudicis authoritas eo casu immissum in possessionem non excusat. nu. 16. Contrarium tamen in quibusdam causis obseruari videmus, vt nu. 17.18.19.21.22.24.26.27.28.

20 *Iudex si ignorat appellationem, sine metu attentatorum procedere potest.*

23 *Fructus necessariam sustentationem sororum, &c. respicientes, sunt alimenta debita ex cursu naturæ.*

25 *Maritus, in causa matrimoniali, compellitur præstare alimenta, lite pendente, nec dicitur attentatum.*

1 POssidēs authoritate Iudicis, † bonæ fidei possessor est, *l. qui authoritate, l. non videtur, de reg. iur. leg. iuste possidet, de acquir. poss. c. quod quis mandato, eod. in 6.*

2 Expensas non refundit, † qui iustam causam litigandi habuit: & quæ sit ea causa, est arbitrariū: in specie aliquot causæ sunt, quas refert *Menoch. de arb. iud. quæst. fol. 177.*

In præsenti autem causa petuntur officio Iudi-
3 cis, attentata reuocari, † id quod de plano, sine libello & litis contestatione fieri potest, *notatur in c. non solum. ibi Canonist. de appellat. in 6. Bald. & alii in l. appellatione, C. eod. tit. Specul. tit. de appellat. §. nouissime, 2. col. Franc. c. dilecti, eod. tit. Vestr. in pract. tit. vt lite pend. vers. quod si agatur.*

Præcipua vero sunt, quæ debent attendi, in re-
4 uocatione innouatorum: Primo, † sententiam esse latam. Et hoc demonstrant nostro casu, acta primo producta, *fol. 57.* vbi extat tenor sententiæ definitiuæ, 29. Martii Anno 71. latæ. Secūdum est,
5 ab † ea sententia esse appellatum, idque factum 2. April. *fol. 69. actorum.* & habet productum instru-
6 mentum appellationis, *n. 4.* Tertio, † intra tempus appellationis esse attentatum, *notatur in d.c. non solum, & in locis supra citatis.* Et hoc ipsum duo requi-
7 rit: Primo, † vt doceatur, quod petens reuocationem, tempore appellationis rem possederit, aut
8 in alio statu res fuerit. Deinde eū, † qui nouauit, eam iam occupet ac teneat. Sed & hoc liquidū est, tam ex sententia Anno 69. super restitutione bonorum maternorum lata, quam ex ipsa relatione immissionis, actis *fol. 62.* insertæ.

9 Cum itaque Iudex pronunciando, † siue bene siue male semel functus sit officio suo, & per ap-
10 pellationem ad superiorem, † iurisdictio inferioris suspensa: succedit regula generalis, quod inno-
11 uata sint reuocanda: † præsertim, cum facta sint intra sententiam & appellationem, & sic tempore decendii, per textum *in d.c. non solum. & notat Herculan. c. 29. n. 15. in tract. de attent.*

Licet autem è diuerso obiiciatur inter reliqua præcipuum illud, appellationem videlicet esse manifeste & notorie friuolam, vt quia notorie constat, de non iure petentis reuocari attentata: prout iuris est, *c. constitutus, de fil. presb. ibi Innocent. Dec. consil. 97. in prin. plura allegat Herculan. d. tract. cap. 30. num. 74.*

Obiicitur etiam pro iustitia Appellatorū, causam esse confessam, probatam, & cōuictam. Quia tamen ea omnia ex actis adeo non sint liquida & plana, prout asseruntur: continent enim grauami na appellationis, non tantum in puncto nullitatis, causas satis releuantes. Verum & iniquitatis deductio, quæ incipit ab articulo 33. vsque ad finem, eiusmodi continet capita, quæ si probata fuerint, prout petunt & offerunt Appellantes, iustitiam appellationis non parum iuuabunt & cōfirmabunt.

Et quod dicitur de notorio defectu iuris, de non iure petentis: putatur † habere locum, tum 12 demum, quando de beneficialibus potius, quam vbi de prophanis agitur, *Vestrius in pract. d. titul. vt lite pendent. post num. 16. Franc. c. bonæ memoriæ, numero 15. post medium Manfred. in tractat. attest. lib. 1. partit. 7. num. 66.*

Inde concludo, non esse adductas vel probatas causas satis releuantes: quare dictæ petitioni non sit locus dandus: ideoque attentata reuocanda, siue immissionem factam cassandam & retractandam.

Ad fructus, à tempore immissionis perceptos, quod attinet, pertinet & ipsorum restitutio ad reuocationem attentati, *per text. in d. cap. non solum in verb. penitus & omnia.* Non enim dicitur † penitus 13 reuocatum, si reuocatio ea fiat, quoad possessionē tantum, & non etiam, quoad fructus. *Herculan. d. cap. 29. num. 12. 13. 14. Dec. cons. 200. num. 1. notat Grauatius ad Vestr. lib. 8. c. 4. num. 43. Hercul. c. 21. numer. 13. & 17. Marant. part. 6. num. 395.* Et sunt fructus, † re- 14 uocatis attentatis, portandi ad domum spoliati, expensis innouantis, *Bald. & Franch. in d. c. bonæ memoriæ, num. 6. de appellat.*

Prout & alias, missus in possessionem, † autho- 15 ritate Iudicis, inordinate & non rite procedentis, non facit fructus suos, quos percipit, *Ias. post Innoc. & Bald. quos allegat in l. iuste possidet, de acquir. possess. num. 21.* Quia authoritas Iudicis † eo casu non ex- 16 cusat immissum in possessionem, *Abb. in c. cum causa, de offic. deleg. numer. 5. & sequitur Iason. in iam d. loco, num 27.*

Ex quibus rationibus & motiuis, quoad restitutionem fructuum percep. orum, Appellatis, vix procedendum erit.

Sunt tamen quædam causæ, † quæ diuersum 17 suadere possunt, adeo, vt si non omnino condemnatio fructuum in sententia reuocationis attētatorum remittenda: tamen ad minus, vsq; dum causa principalis discutitur, differenda sit. Primo, quod † Appellati tam ex inspectione prius proba 18 torum, quam ex præambula sententia diffinitiua, iustam causam præsumptiue fouēt: & sic in principali obtinebunt, nisi plenius per Appellantes probatum fuerit. Extat & præsumptio: Filiæ sunt, ergo heredes, *iuribus vulg.*

Deinde, † nō propria, sed Iudicis authoritate, 19 possessionē suæ portionis & quotæ obtinuerunt: cum non fuit inhibitum, qui tempore immissionis, quæ 2. Aprilis fuit mandata, de appellatione

nihil

nihil sciuit, quia nondum sibi insinuata, cui nec ipse detulit. Sed quando Iudex ignorat appellationem, † sine metu attentatorum potest procedere, *Franc. d. c. bonæ memoriæ, n. 42. sequitur Manfred. lib. 2. concluſ. 217.* Et licet iam dicta non satis fortiter stringant, vt patet ex traditis *Doctorum, circa sæpius allegata.* Nec forte pro bonæ fidei possessoribus habendæ sint, quoad fructuum retentionem, per notata *Ioannis Lap. in tract. de fructibus lib. 2. tit. 2. cap. 3. & 4. per tot.*

21 Hisce tamen succurrit, tertio, † quod propter notoriam exactis appellatarum sororum, præsertim Gillæ paupertatem, difficilis, & quasi impossibilis erit reuocatio attentatorum, ex hac parte fructuum: quo casu cessare reuocationem sentit *Franc. c. dilecti, la 3. col. 2. vers. secundo limita, de appellat. sequitur & refert Manfred. concluſ. 219. & lib. 1. part. 7. num. 55. Vestr. in pract. lib. 8. num. 16 circa finem.*

22 Quarto: † Cum d. fructus sine scrupulo respiciant alimenta, & necessariam sustentationem dictarum sororum, & sic causam piam, vt per *Tiraq. in præfat. tractatus priuilegiorum piæ causæ, circa medium.* Ideo nec hic fructus facile reuocandi erunt. Sunt

23 enim † alimenta debita ex cursu naturæ, à quibus non appellatur, iuxta allegata per *Manfred. libro secundo, concluſion. 157.*

24 Quinto: † Non dicitur attentatum hoc casu, attenta æquitate, vt in simili habet *Afflict. in deciſ.*

25 *152. num. 6. 7.* vbi in causa matrimoniali, † maritus compellitur præstare alimenta, lite pendente, nec dicitur attentatum. Et dicit *Afflict.* hunc casum addendum ad alios positos per *Specul. in tit. de appellat. §. pen. in principio.*

26 Sexto: † Licet ante decisionem causę principalis plenaria sit facienda executio, super attentatis fructibus & expensis: si tamen hoc non fiat in sententiis super attentatis, Iudicem super negocio principali hoc facere, & sic suspendere & differre posse, refert *Manfred. lib. 2. concl. 25 in fin. & Herculan. cap. 20. n. 16.*

27 Septimo: † Puto præiudicia existere, vbi fructuum condemnatio quandoque omissa, quandoque & expressa reseruata vsque ad finem litis, vt vidi in sententiis Sayleri, 11. Martii An. 23. 22. Iunii Anno 23. 18. Maii Anno 71.

28 Tandem, † in hac ipsa nostra causa idem esse factum & obseruatum, ostendit tenor sententiæ, de Anno 69. vbi nec fructuum, nec expensarum condemnatio facta. Concludo itaque idem & iam fieri posse, vt videlicet non facta mentione speciali fructuum & expensarum, ea tacite reseruentur, vsque ad finem litis. Saluis Dominorum votis. Quibus tamen non refragabor, si in condemnatione fructuum, siquidem casus est dubius, aliter visum fuerit: & præfigantur tres mensis ad agendum ad grauamina, sub comminatione confessatorum.

D. Bq. Potuisset ferre, vt diffinitiue pronuncietur. Quoad fructus, putat, rationes allegatas per dominum Referendarium, non satis stringere, nisi duas vltimas. Concludit tamen cum domino Referente, vt scilicet de fructibus, silentio præteratur.

D. H. & Q. similiter.

VOTVM XL.

In causa E. contra ciuitatem N.

SVMMARIA.

1 *In appellationis causa, super ijsdem articulis & causis, aly vel ijdem testes in principali produci non debent, idque præcipue secundum ius Canonicum, quod attendendum putatur. num. 2. Contrarium tamen, vt n. 3. 4 & 6.*

5 *Ius Ciuile & Canonicum vbi inter se pugnant, quodlibet in suo foro seruandum est.*

7 *Dictio hæc, Schier, id est, quasi, fere, quodammodo, est nota improprietatis & diminutionis; ideoq; veritatem & existentiam denotare non videtur. n. 8.*

9 *Exactio iuramenti à Commissariis vsu non est recepta, nec de stylo Cameræ.*

10 *Nemo tenetur armare aduersarium suum, præsertim Reus; Quod tamen fallit, vt n. 11. 12 & 13.*

13 *Statuta à superiore sunt edenda subditis; Quare. n. 14. Et quatenus sint edenda. n. 15.*

16 *Fundamenta Appellantis sunt tria. & n. 17. 19.*

18 *Sequestratio, quando dubitatur, quis possideat, & propter illud dubium oritur metus armorum, locum habet.*

20 *Iudex ad sequestrationem, nisi quatuor concurrant, procedere non debet, vt n. 1. 22 23. 24.*

25 *Sequestri causa subesse non præsumitur, nisi probetur.*

26 *De sequestri iustitia non creditur, nisi quatenus ex actis probetur. alias est nullum, & cassari debet.*

27 *Vsusfructus retentio infert confessionem possessionis, eiusque constitutionem.*

28 *Paria sunt retinere vsumfructum, & rem tradere.*

29 *Vsufructuarius naturaliter possidet.*

30 *Possessio eadem penes duos in solidum esse non potest.*

31 *Possessio in feudalibus continuatur in heredes.*

32 *Dominus contra agnatum defuncti offerens sui iuris probationem in continenti, in possessione præfertur agnato.*

33 *Sequestratio locum habet, quando partes sunt in procinctu armorum.*

34 *Sequestratio est remedium extraordinarium & subsidiarium.*

35 *Sequestrationi non est locus, quando iure ordinario prouideri potest.*

36 *Sequestratio omnis regulariter prohibita est, nisi in casibus in iure expressis & specificatis.*

37 *Pro regula pronunciandum est, nisi contrarium probetur.*

38 *Regulam, quæ debet attendi, quem habere pro se sufficit. Fallit tamen vt ibi.*

39 *In petitione hereditatis cautio de bonis, lite pendente, non minuendis.*

IN primo puncto consideretur primo admissio grauaminum. Deinde & consequenter admissio Commissariorum & commissionis.

Ex tanto cumulo articulorum, &, vt ex aduerso prætenditur, superflua repetitione & recapitulatione priorum actorum, potest colligi, Appellãtem non nisi protelationem & intricationem causæ quærere, contra textum *in l. ampliorem, §. 2. C. de*
1 *appell.* Nec debent in causa appellationis, † super iisdem articulis & causis, alii, vel iidem testes in principali produci, *notant Dd. in c. fraternitatis, & c.*
2 *intimauit, de test.* Idque præcipue secundum † ius Canonicum, quod attendendum putatur, *per not. in c. licet ex suscepto, de for. compet. & c. cum per venerabilem, qui fil. sint legitimi.*

Verum hisce & aliis non obstantibus, puto, nõ admodum dubitandum, quin sint admittendi.
3 Primo: † quia Appellanti liberum est, suum libellum vel summarie producere, vel acta prioris instantiæ, loco grauaminum, repetere. Sed neutrum horum commodius fieri potest, nisi per distinctos articulos, idque permissu Ordinationis, *titul. 31. §.*
4 *wo aber von einer.* Deinde, † quia admittuntur articuli, eorumque probationes, dependentes à veteribus, & facientes ad causam, *clem. 2. de test. Dd. in l. per hanc, de temporal. appell. Abb. Felin. in d. c. fraternitatis, de testib. & Dd. in auth. at qui semel, C. de probat.* Et licet ius ciuile à Canonico discrepet, in receptione testium, super iisdem articulis, prout notatur & habetur in iam dictis locis. Regula tamen est:
5 Vbi ius ciuile & Canonicum † pugnant inter se, quodlibet in suo foro seruandum esse, *per notata in c. possessor, de reg. iur. in 6. Mynsi. respons. 85. numer. 6. & quasi per totum.*
6 Accedit, quod † Iudex in dubio debet admittere articulos probatorios, & capitula. *Hostiens. & Imol in c. per tuas, de testib. Iason in l. 1. si quis caut. in iud. sist. non obtemper. Alexan. Iason in l. si duo, §. idem Iulianus, circa finem, Rota decis. 644. in antiq.* Idque in hoc casu tanto magis, quod aperte & directe ab Appellatis non asseritur, capitula esse plane eadem, cum veteribus, & sic non admittenda. Sed diuersum ipsimet videntur innuere & fateri, dum dicunt in responsionibus, es sey schier in den grauaminibus nichts anders begriffen dann die recapitulatio.
7 Sed dictio hæc, † (schier) quæ accipitur pro quasi, fere, quodammodo, est nota impropri etatis & diminutionis, *Bald. in l. fin. num. 34. C. de edict. diu. Adr. toll. Iason in §. sed istæ, num. 26. & §. præterea, numer. 41.*
8 *Institut. de action.* Ideoque ea dictio † veritatem & existentiam denotare non videtur. Et in producto, quod intitulatum, Ableynung / de die 15. Iannuarii, Anno 74. referunt & ipsi Appellati, se ad futuras probationes, dum asserunt, An secundus vel tertius Gisbertus, per verba, zu rechtem Mann Lehen inuestitus fuerit, werd ex futuris probationibus sich der Grund finden. Per quod vlteriores probationes potius admittere, quam impugnare constat.

Cum itaque articuli sint satis prægnãtes & releuantes, & in priori instantia iura Appellantis plene haud dubie deducta non fuerint, periculosum esse puto, si petita admissio ad probandum, in causa tam ponderosa & graui denegaretur. Ideoque meo voto d. grauamina ad probandum admitto.

Nominibus Commissariorum in specie nihil obiicitur, nisi quod dicit Appellatus, d. Silberborn esse affinem Licentiat Rheinhardts / aduocati Appellantis. Et quod reliqui omnes, sibi sint ignoti. Si tamen præstiterint iuramentum, loco Iudicis, à quo sunt delegati, vult ferre, quod iuris est.

Cum itaque exceptiones contra personas, sint irreleuantes, & petitio iuramenti sic se habeat, vt licet quilibet Iudices ab exordio sui officii iurare debeant, *per l. rem non nouam, C. de iudic.* Idque intelligatur tam de ordinariis quam delegatis, chartulariis, arbitris, & aliis, vt *per Bald. & alios ibidem.* Tamen exactio eiusmodi iuramenti à Commissariis, † cum vsu recepta non sit, nec de stylo Cameræ, & sic consuetudo in contrarium existat: puto, 9
consuetudinem magis attendendam: cum ea solemnitas non sit substantialis, cuius omissio non viciat ad hoc, vt processus non valeat, *gl. in d. l. rem non nouam. & Bald. ibid. n. 7.* præsertim hoc casu, vbi omnes nominati Commissarii, sunt iuratæ personæ Cameræ, vt arbitror: Et Commissarii haud falsum committere possunt, propter frequentem adiunctionem personarum, æque peritarum ex aduerso.

Secundum punctum, Ließ ich es bey den gegebenen responsionibus bleiben / vel, acceptarem responsiones pro puris, propter responsiones euentuales. Sed prior forma magis placet: quia in primo puncto admissa sunt grauamina, ideoque superfluum putarem, iterum sub euentuali pronunciare.

Tertio puncto examinandæ sunt responsiones.

Quarto, ad petitionem editionis der Begnadung priuilegii, vel statuti Monasterienſis, obiectum est: quod † nemo tenetur armare suum ad- 10
uersarium, *iuribus vulg.* præsertim hoc locum habet in Reo, *Felin. & alii, in c. 1. de probat. & Dd. in l. 1. §. 1. de edend.* Fallit tamẽ hæc regula in pluribus, vt per *Socin. in fallent. reg. 112. & Alexand. in l. & qua, numero 6. & deinceps, de edend.* Imprimis vero, † vbi in- 11
strumenta vel libri, ad coadiuuandam intentionem Actoris faciunt. Item, † quando aliqua ra- 12
tione possunt instrumenta vel libri, esse communes ipsius Actoris & Rei aliisque modis, vt *ibidem.* Sed in specie, quod statuta à superiore sint edenda, † patet ex eo, quod statuta sunt publi- 13
ca, & ius proprium illius loci, vbi asseruantur, *§. ius autem, Institut. de iust. & iure, l. omnes populi, ff. ibid.* Ideo omnibus † subditis eius loci communia, 14
& per consequens, nemini deneganda. Et tali casu compulsoriales decernuntur in in Camera, *D. Gail. obseruation. 106. numero 8. libro 1.* Edi tamen debent, † quatenus iure cautum est, nec vltra ea, 15
quæ petenti necessaria, vel petita sunt, *vulgatis iuribus.* Sufficit enim edere eam partem, quæ est causæ petitæ editionis, vt *per Felin. in capit. ex epistola verbi, numero 52. de probat.* Et est hoc casu tanto minus dene-

deneganda petitio, quod non, nisi conditionaliter, & in euentũ, si omittantur cauillationes, & Appellati Kisten vnd Archiuen nit gemeynt werden/ ex aduerso excipitur. Et sic videtur ipsemet Appellatus tacitè consentire in eam editionẽ, quam & ego decerno, vt petitũ, nempe, vt per compulsoriales edatur latinus tenor d. Begnadung sampt derselben neuwen Declaration. Posset verò & hoc per commissionem petitam expediri, eique inseri clausula compellendi ad petitionem, prout videtur ibidem in effectu petitum: quia tamen Appellans sponte sumptus postponit, nec non styli sit, vt per compulsoriales exactio fiat, ei, vt dictũ, acquiesco.

Quintus punctus. Hic aliud non est petitum, nisi vt adigatur aduersarius contra se, & in suum præiudicium fateri. Cum itaque hoc sit iniquum, & iuri aduersum, nec respondens vltra iuramentum calumniæ, vel iuramentum respondendorũ adigi possit, puto, deneganda esse petita.

Sextus punctus. Hoc loco nihil petitur ab Appellante, sed prætenditur solummodò, ad informationem Referentis scriptum esse productum. Aduersarius verò petit reiici, præsertim additiones, & imponi, vt secundum ordinationem & stylum Cameræ procedatur. Cum itaque ibi nihil aliud agatur, nisi ꝙ ex confessionibus aduersarii, & actis primæ instantiæ, aliisque circumstantiis, præcipua puncta causæ principalis deducantur, idque immaturè & præcipitanter, puto, id non, sed additionales articulos qui ex Repetitionschrifft deducti, & in numerum contracti sunt, attendendos.

Quoad additionem, & reuocationem quorundam articulorum, ex variis Dd. traditis, puto constare, ꝙ cæ mutationes & additiones articulorum, principales qualitates actionis non concernant, nec petita mutentur, vel aduersarii principalia fundamenta per hoc conuellantur. Et ea omnia, non nisi ad consanguinitatis arbotis declarationem, ꝙ competitores principaliter concernit, extenduntur. Siquidẽ articulus 95. aliud non declarat, quam ꝙ Otto fuerit filius Gisberti 2. quæ est circumstantia & qualitas negocii minus principalis, respectu Münster. Sic etiam artic. 155. à priori non, nisi verbo, zweyten / vnd / quoad iuris effectum, discrepant; & art. 158. in verb. dem dritten/ & verb. dem nachfolgenden. Sic etiam duo additionales declarant potius, quam vt iuuent in tentum ponentis. Reuocati articuli ex aduerso negati sunt: & sic reuocatio in ipsorum commodum tendit: ideo admittenda. Cum itaque correctio & emendatio articulorum libelli, in non substantialibus, & vbi non mutatur causa agendi, etiam post litis contestationem, declarando obscura, addendo ad qualitates minus principales, detrahendo, resecando superflua, fieri possit, notatur *in §. si minus. ibi Ias. & alii, Instit. de action. & in l. 1. de edend.* Concludo, quod primum membrum huius puncti, *vt suprà*. Deinde interloquendum, vel ꝙ mutatio, additio & reuocatio sit admissa, daß man es bey der / ꝛc. bleiben laß/ refusis expensis dilatæ litis: alias enim hæc non admittẽda, *Bald. Saly. in l. edita, C. de edend. & in l. vnica, C. ne lic. tertio prouoc. prout Zas. per plura, in l. sancimus, C. de iud.*

Septimus punctus est similis priori, habet præmaturam & præcipitem repetitionem priorum Actorum, contra ordinationem. Siquidem hoc post probationes & publicationem eorundem fieri debeat. Est, mea sententia, hoc satis expeditum & planum, ideoque ad congruum tempus, & ordinatione præscriptum reiiciendum. Posset etiam procurator propter tales excessus contra ordinat. nach Ermessigung gestrafft werden. Sed putarem sufficere, si reuciantur, cum reseruatione, vt supra.

Quod verò attinet petitionem exclusionis à probatione, non video, quomodo hoc locum habere possit, cum nemini probandi facultas sit facilè deneganda. Licet enim Abschied de An. 70. dicat, quod iuxta articulos probatorios separatim in supplicatione, vel coram deputatis, Commissarii peti debeant: tamen, vt puto, hoc non adeò strictè, cum effectu præclusionis obseruatur. Ideoque fortè ex officio, tempus adhuc præfigi posset, sub comminatione præclusionis, (nota, kan diese submissio ad 3. punctum gezogen werden) id quod ego facerem, saluo tamen iudicio dominorum, ita: Ist das Begeren / ꝛc. abgeschlagen / sonder D. Reiffsteck/ zu Benemmung der Commissarien/ oder was sich sonst ferner zu handlen gebürt/ von Ampts wegen Zeit N. Monat bestimbt vnd angesetzt/ sub comminatione præclusionis, propter Abschied/ An. &c. 70.

Octauus punctus. Hoc loco Appellans suam petitionem præcipuè fundauit ex tribus causis. Primò: † quia contentio sit de vtili dominio eius- 16
que vacua possessione. Et in hoc Appellanten esse potiorem. Hæc eius assertio, iuris habet subsidium. Quando enim neutra pars est in possessione, & vtriusque iura sunt omninò ita æqualia, incerta, & obscura, vt cuius causa, quoad vsum & possessionẽ rei controuersæ ꝓponderet, planè ignoratur, tũc eo casu sequestratio iure fieri potest, alias secus, *Bald. in l. vnica, n. 1. C. de prohib. sequestr. pecu. Dd. in l. æquissimum, de vsufr. Bald. l. fin. num. 10. de edict. D. Hadr. tollend. idem Bald. in l. pen. C. vbi pupill. educ. deb.*

Secundum fundamentum Appellantis † est, 17
subesse timorem armorum & tumultus, & vtrinque, tam de possessione, quam de dominio contendi, ꝙ æquè iuri & rationi consonũ est. Quando enim dubitatur, quis † possideat, & ꝓpter illud 18
dubiũ oritur metus armorũ, locum habet sequestratio, *Hostiens. in summa, tit. de sequestr. possess. & fr. Panor. c. 2. n. 14. eod. tit. Ferrarien. in form. libell. sequestr. in princ. n. 3. Bald. c. 1. n. 3. 6. 7. de sequestr.*

Tertiò ꝓtenditur, † posito, ꝙ ab appellato Epi- 19
scopo ante petitionẽ esset apprehensa possessio, tamẽ in continenti doceri posse de nullitate & iniquitate eius apprehensionis. Et hoc dependet à prima causa, & posset per eam verificari, si modò veritas narratis adsistit.

Sed ex aduerso principaliter obiicitur, Appellantem in possessione rei controuersæ non fuisse, nec de præsenti esse. E diuerso, à morte Comitis Iodoci, acquisiuisse, & adhuc habere possessionem rei controuersæ, idque constare & probari per documenta, simul cum duplicis producta: inter cætera verò lit. *D.* per quam copiam ostenditur, Comitissam viduam defuncti Iodoci, ab Episcopo in feudum accepisse d. Herrschafft / allein zu jhrer Leibzucht/vnd zu Leibzüchts Recht. Id ℘ nec Appellans diffitetur, quantum ex actis apparet. Copia verò sub lit. *E* continet ein Bericht / ibidem nominati Canonici, ℘ Episcopus Wilhelmus Kettler / quibusdam mandauerit, die Beampte der Herrschafft N zu beeydigen. Quod deinde sub Episcopo Bernhardo iterum factũ est, probatur per instrumentũ, litera, *I.* Tertio dicitur ex hac parte allegatũ periculũ & timorem armorum non existere: siquidẽ Appellatus meliori iure, tam in possessorio, quam petitorio nitatur, & ob hoc non molestandus, sed defendendus in possessione.

Si itaque hinc inde allegata & deducta fundamenta, nec non circumstantiæ causæ, cum documentis conferantur & ponderentur, puto, Appellantis petitionem non subsistere, & eam per obiecta & probata ex aduerso elisam. Idq; confir
20 mo: Non enim † debet Iudex ad sequestrationem procedere, nisi quatuor concurrentibus. Primò,
21 vt † summarie constet de iure petitoris. Secundo,
22 is † vocetur, contra quem petitur. Tertiò, id fiat
23 ad † sui iuris conseruationem, & non causa calumniæ & æmulationis, idque iuretur.
24 Quartò, † vt emineat & appareat suspicio, aut via facti, siue violentia, timeatur, per ea quæ tradit *Guid. Pap. decis. 246. per tot.* Ex quibus omnibus, nostro casu præcipuè attendendum esse puto, an iusta causa sequestrationis subsit, & ea causa proba-
25 ta, & Iudici cognita existat. Non enim † talis causa iusta subesse præsumitur, nisi probetur, *Panor. c. 2. n. 22. de sequest. poss.* Nec creditur de iustitia se-
26 questri, † nisi quatenus ex actis probetur, *Dec. cons. 366. n. 13. Anch. cons. 292. nu. 2.* aliàs est nullũ, contra iuris ordinẽ factum, & cassari debet. *Rom. cons. 258. circa nu. 2. 4. Schurff. cons. 6. nu. 4. & cons. 15. nu. 5. cent. 3.* Quod vero hoc casu ius Appellantis nondum sit liquidum, nec Iudici de iustitia principalis causæ satis constet, manifestum, & ex prioris instantiæ sententia, præsentique lite coniiciendum puto: sed & possessio rei litigiosæ consideranda, an vel penes Appellãtem, vel Dominum Episcopum & Capitulum ea sit, asserit ipse Appellans, eam esse vacuã & vtrinque de possessione contendi, sicque fatetur se in possessione non esse. Verum è diuerso, ℘ Appellatus in hoc potior sit, non obscurè constare puto: siquidem iuris, ℘ penes dominum feudi, simul cum dominio directo, etiam ciuilis est possessio ipso iure, *gl. magna in fi. l. licet. ibi Dd. C. de acqu. poss. & l. 3 §. ex contrario, eod tit.* Et propter hanc ciuilem possessionem, propria authoritate possessionem bonorum feudalium apprehendere, & etiam resistentes repellere potest, per ea quæ dicit *Bart. in l. 1. § nunciatio, nu. 8. de operis noui nunciat. & l. clam possidere, § qui ad nundinas, de acquir. poss. ff.* præsertim si hoc fiat in continenti, *Bart. in l. 1. §. quod ait prætor. ibi in addit. verb. tenet. hic, vti possidetis.*

Deinde constat ex vtriusque partis confessione, viduam D. Iodoci Baronatum controuersum ab Episcopo pro vsufructu retinere. Quæ retentio vsusfructus † infert confessionem pos- 27
sessionis, eiusque constitutionem. *Tiraq. tract. de iur. const. possess. 1. part. nu. 25. & part. 3. limit. 9. num. 12.* Paria enim sunt, † retinere vsumfructum, & rem 28
tradere, *l. quisquis, § si quis argentum, §. sed si quidem C. de donat.* Et licet opiniones sint inter *Doctores*, vtrum naturalis possessio sit penes proprietarium, vel vsufructuarium. Communior quidem est, † 29
vsufructuarium naturaliter possidere, *Dd. l. naturaliter, in princ. l. possessio. de acquir. possess. Boer. decis. 172.* Altera verò non minoribus rationibus sustinetur, *Alex. Ioan. de Imol. Francis. de Aret. Ias. Lud. Bologn. in d. l. naturaliter.* Tamen hoc casu alterutrum sufficit, in eum effectum, quod neutra possessio penes Supplicantem reperitur. Cum eadem possessio † penes duos in solidum esse non possit, *l. 3.* 30
§. ex contrario, de acquir. poss.

Accedit etiam, quod subditi & officiales domino proprietario iam præstiterunt in eum iuramentum, de quibus *in c. 1. qualiter iuram. deb. vas. fidel.* (videlicet domesticitatis & subiectionis) testantibus documentis: & quod secundum communem opinionem, à die retentionis vsusfructus, naturalis possessio cum ciuili, vsufructuario fingitur consolidata, *d. l. quisquis, §. finitur. Instit. de vsufr. & allegata per Boer. d. decis. 172. n. 13.* Et huic iuri & possessioni domini Appellati, non parum opitulatur sententia prioris instantiæ, vt potior inde videri possit.

Nec iuuatur Appellans, si dicat, in feudalibus possessionem † continuari in heredes, *Beluis. Aluarot. in c. 1. de feud. cognit.* Quia hic nec de herede, nec de descendente agitur: sed de collaterali, in quo cessat ratio, quod videlicet descendens cum viuente patre possideat, & quod fictione identitatis ius patris facilius continuatur. Cum itaque hic diuersa sit ratio, Ergo, &c. *l. adigere, §. quamuis de iure patron.* Sed quod nec in feudis possessio transeat ipso iure in filios, vel heredes, allegat ad hoc *Tiraq. in tract. le mort saisit. 4. declarati. præsat. n. 3. 4. & seq.*

Et quod dominus contra agnatum defuncti offerens † probationem sui iuris in continenti, 32
(prout hic in exordio exceptionum articulata ũ coniicitur) in possessione agnato præferatur, notatur *in l. fi. C. quorum bon. & Afflict. ca. 1. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat. nu. 5.* præsertim hic, vbi præsumptio feudi masculini obstat, & quidẽ ex inuestitura Gisberti, 1 vel 2. hic non negatur.

Quod demum ad secundam præcipuam causam petitæ sequestrationis attinet, timorem videlicet armorum, & scandali: ea pariter allegata quidem, at non liquidata est. Sequestratio enim † 33
locum habet, quando partes sunt in procinctu

armorum

armorum *l. equissimum, de vsufructu, & l. fin. de offic. proc. Cæsar.* Quod hic non existit. Quia supplicantis pater, & primarius Actor, elegit ordinariam iuris viam, & sic postposuit viam facti, quod meritò & filius faciet, & præsumendum est. Cum in omnem euentum securus esse possit, lata pro se sententia, tam quoad Baronatum ipsum, quam quoad fructus perceptos, dum nec dilapidationis periculum ex aduerso timendũ. Sequestratio
34 enim † est remedium extraordinarium & subsidiarium. Et quando iure ordinario prouideri po-
35 test, † non debet huic locus esse, *Bald. l. vnica, nu. 2. C. de prohib. sequestr. Schurff. consil. 15. n. 6. cent. 3.*

Cum itaque regulariter omnis sequestratio
36 prohibita sit, † nisi in casibus in iure expressis & specificatis, vt per *Ferrarien. in form. sequestr.* Sed
37 pro regula † pronunciandum, nisi probetur con-
38 trarium. Sufficit enim, quem habere † regulam pro se, quæ debet attendi, quamuis aliquæ sint fallentiæ in contrarium, vt in terminis, *Schurff. d. cons. 15. n. 6. cent. 3.*

Verùm cum hoc negocium nulli casui earum fallentiarum accommodari possit, & primo loco obiecta pro mea sententia per iam enumerata diluta sint, puto Appellanti suam petitionem denegandam.

Et licet in casu, vbi constat quis possideat, alteri parti mandari potest, ne ad possessionem alterius accedat, vt per *Bald. in d. l. vnica, n. 10. C. de ed. diui Adr. tollend. & in c. 1. n. 6. & 7. de sequestrat.* Idque hoc casu ab Appellatis petitum sit; dubito tamen hic, & putarim quidem non opus esse tale mandatũ impertiri: cum de procinctu armorum, & imminenti tumultu nihil constet, nec præsumendum, quod Appellans contra Episcopum, tanquam assertum dominum feudi, aliquid sit moliturus, *per supradicta.* Consultius meliusque faceret Appellans, si hac petitione sequestrationis omissa, postularet cautionem de bonis, pendente lite non
39 minuendis, sicut † in petitione hereditatis decerni solet, *l. Diuus. ibi gl. & Dd de petit. hered. & in l. quod si in diem, eodem tit. Saluis votis dominorum melius sentientium.*

VOTVM XLI.

In causa Nobilium E. contra C. Ablösung eines Pfandschillings betreffendt.

SVMMARIA.

1 *Pacta legis commissoriæ omninò propter detestabilem vsurariam auaritiam creditorum sunt prohibita, imò nec iuramento, neque consuetudine confirmantur, vt n. 2. & 4.*

3 *Iuramenti vinculum, cum sit spirituale, non transit ad heredes.*

5 *Pacto legis commissoriæ pignori adiecto nunquam iuri reluendi pignus præscribitur.*

6 *Ignorantia iuris in casu legis commissoriæ bonam fidem ad præscribendum non inducit. Ratio quæ. num. 7.*

8 *Mala fides defuncti in heredem & vniuersalem successorem transmittitur.*

9 *Præscriptio ex mala fide nullo vnquam tempore procedit. & n. 10. 11. 12.*

13 *Fructus tam percepti, quam percipiendi ex re pignorata, computantur in sortem; imò sors per fructus perceptos attenuatur, ipsumq; pignus liberatur.*

14 *Pactum de fructibus lucrandis ex re pignorata, tanquam vsurarius contractus non valet, nisi sumptus & expensæ custodiæ æquiualeant reditibus.*

15 *Oblatio à debitore verbalis sufficit.*

16 *Fraus præsumitur, quando pacta apposita claudicant.*

17 *Præsumitur malam habere fidem, qui contra iura mercatur.*

18 *Reus in hoc casu, quibus vtatur defensionibus, & n. 19. 20. 21. 27. 42. 43.*

22 *Deceptio vsque ad dimidium iusti precii in contractibus fieri potest. Fallit, si dolo emptoris venditor ad vendendam rem, quam alius non erat venditurus, esset inductus, n. 23.*

24 *Pactum l. commissoriæ ob interuentũ iuramenti non firmari, quatenus procedat. & n. 25. 26.*

28 *Iuri offerendi licet regulariter præscribatur, hoc tamen fallit, vt n. 29. 31. 32.*

30 *Præscriptio immemorialis excluditur, vbi ex scriptura de initio contractus constat.*

33 *Mala fides vbi ex titulo iniusto & inualido resultat, meritò cessat præscriptio; inve qua mala fide, & in quantum hoc procedat. n. 34. 35. 36.*

37 *Mala fides indubitata, etiam regulariter tantum indiciis & coniecturis probari potest.*

38 *Præscriptio malæ fidei ex ostensione tituli iniusti non sequitur: & tunc de iure Canonico procedit præscriptio longissimi temporis, 30. vel 40. annorum, & multò magis immemorialis, nu. 39. Ratio huius quæ. n. 40.*

41 *Ad præscriptionem titulus putatiuus quoque sufficit.*

44 *Fructus à litis contestatione, quare adiudicandi.*

45 *Expensæ quare compensandæ, vt numer. 46. 47. 48. 49.*

50 *Antichresis legibus permissa & non incognita est.*

51 *Leges propter fructuum incertitudinem patiuntur, vt creditor fructus pignoris habeat, tanquam periculi precium, quibus in omnem euentum, contentus esse debet.*

52 *Ratione incertitudinis, dubiiq; euentus, lucri vel damni, multa permittuntur, quæ alias non valerent.*

53 *Contractum interpretari in æquiorem partem, tanquam celebratum bona mente, bono studio, & absque fraude, ad officium Iudicis pertinet.*

54 *Suspicionem sinistram in nostro casu cessare faciunt, quod eiusmodi contractus per totam Germaniam olim & hodie sint frequentati, à viris probis & laudatissimæ opinionis, &c.*

55 *Pacta intermedia quare pacto l. commissoriæ non opitulentur. & n. 56.*

57 *Pactum*

57 *Pactum l. commissoriæ hic quare inutile.*
58 *Fructus quare hic in sortem non computandi & nu. 59.60.61.63.64.66.67.68.*
61 *In pactis l. commissoriæ requiritur precii oblatio realis & effectualis, non verbalis. & n 62.*
65 *Applicatio nostræ antichrisis qualis.*

IVrisdictio fundata, procuratoria iusta. Actum pignoratitia directa. Actor enim Reo iudicialiter oblato debito, scilicet 600. Goldgülden / mutuo à suis maioribus acceptis, petit restitutionem decimarum, pignoris loco prædicti mutui nomine, apud eundem existentium, vna cum expensis, damnis & interesse: Item, perceptis fructibus, à tempore oblati debiti. Planè hanc actionem dari contra creditorem, iuris est notissimi. Oblationem quoque iudicialem totius summæ, pro qua pignus obligatum, sufficere ad pignoratitiam, & non opus esse depositione & consignatione, recusante præsertim creditore *Fab. §. actionũ, n 53. de act. Petr. Lac. de pignor. act. direct. nu. 2. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. num. 21.* præterea damna & interesse in hanc actionem venire, patet *ex l. 2. l. creditor, l. final. C. de pignor. action.* Requisita satis probata, per documenta in actis, & confessionẽ partis. Ex his. n. constat, Actoris maioribus mutuo datos esse 600. florenos aureos, & occasione istius decimas petitas, pignoratas, & traditas, easdemque Reum etiam hodie possidere. Item, Reum, oblatione facta iudiciali, recusasse receptionem debiti.

Præterea auo Actoris à nepte Margaretha, Conradi Echters / per transactionem, omnes actiones ex hæreditate Conradi, & ipsius patris N. cessas esse, ad conseruandam familiam: Sicque Actorẽ rectè agere, ex tenore transactionis, palam est. De cessione actionum, latè *Porcius concluſ. 43. lib. 3.* Et sic intentio Actoris fundata.

An elisa?

Reus allegat, se & suos maiores, titulo emptionis, d. decimas vltra centum Annos possedisse: Ius redimendi ab initio intra quinque Annos quidem reseruatum, sed post tantum temporis curriculum, nullum ius Actori amplius competere: maximè cum venditor, tempore venditionis, fide & fideiussoribus datis, se omnia rata habiturum, nec vnquam contrauenturum. Et hoc probare vult iisdem documentis, quibus Actor suam intentionem fundat, nempe per Kauff vnd Reuersbrieff.

1 Verum † ritè examinatis istis duobus documẽtis, facilè videre est, emptionis & venditionis contractum principaliter non fuisse celebratum, sed mutuo datis 600. gfl. decimas obligatas, & traditas, loco pignoris. Tali pacto in continenti prohibito adiecto nisi prædicti mutuo dati 600. gfl. intra tempus quinquennii, vel quinto Anno, decimæ oppignoratæ à mutuante diuenditæ non fuerint, quod tunc, &c. Sed hæc pacta, quæ spectant ad acquisitionem dominii rei pignoratæ, legis Commissoriæ pacta appellata, planè prohibita & inualida esse, siue directis verbis fiant, *vt Neguz. part. 4.* vel obliquis, propter detestabilem vlurariam auaritiam creditorum, tex. *us in l. 1. & fin. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. Commiſſ. Couarru. variar. reſol. lib. 3. c. 2. Tyraquel de retract. conuent. ad fin. tit. 120. Elegantissime omnium Gabr. in tract. de pignor. C. de pact. leg. Commiſſ.* Imò nec iuramentum obstat, † licet 2 sit seruandum, non petita relaxatione, ab eo qui iurauit, non autem ab hærede: Cum vinculum illud iuramenti † Spirituale, non transeat ad hæredes, *Tyraq. dict. loco. Franc. Marc. deciſ. 488. n. 2. parte 2.* 3 Nec consuetudine † confirmatur, *arg. ca. vult. de* 4 *conſuetud. Bald. l. 2. C quæ ſit long conſuet.* Licet alias aliquid in dubio tribuat consuetudini, ad excusationem conuentionum. *Decius conſi. 170.*

Præterea tali pacto pignori adiecto, † nunquã 5 præscribitur iuri reluendi pignus, licet alias ex multorum sententia, quæ tamen in Camera non est recepta, iuri reluendi præscribi possit, *Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. verſ. 2. quæro. n. 6. Bald. in c. 1. n. 5. de feud dat. in vic. leg. commiſſ.*

Iuris quoque ignorantia † hoc casu bonam fi- 6 dem ad præscribendum non inducit. Cum, quoad iuris effectus, † error iuris resistentis, prout 7 nostro casu, ob grauissimã culpam, qua errans afficitur, potius malam, quam bonam fidem producat: dum non adhibet quis eam diligentiam, quam adhibere tenetur in inquirendis legibus, quæ ad illius actus, quẽ gerit, iustitiam pertinent, argumento *l. legis ſacratiſſimæ. C. de ll. Couarru. in c. poſſeſſor malæ fidei. de reg. iur. in 6. ſecundæ partis relect. §. 7. n. 7. & variar. reſol. li. 1. c. 3. n. 8. Henning. conſil. 1. de reſcript. pign. eſt vltimum conſil. n. 37. 38.*

Planè malam fidem defuncti † in hæredem, & 8 vniuersalẽ successorem transmitti, *l. cum hæres. de diuerſ. & temp. reſcript. l. fi. C. commun. de vſucap. c. diligenti. de præſcript.* Idque hoc casu sine dubio, cum penes successorẽ documenta semper fuerint: ex quibus scire potuit, se ab initio nullo valido titulo dominiũ decimare habere. Præscriptionẽ † ex mala 9 fide nullo vnquã tempore ꝓcedere *c. ſi. c. vigilanti. de præſcript.* Et vt inquit *Couarru. d 2. part. relect. §. 8. n.* 4. Nulla ratio, quæ veræ rationis nomine digna sit, † adduci poterit vnquã, vt ex ea permissum cui 10 quam sit, rem alienam sibi tempore acquirere, si malitiam & culpam in eius possessione habuerit. Concludit *Couarruu.* certè & firmiter, † præscri- 11 ptionẽ etiam cuiuscunque temporis, nullam habere vim: Licet præsumptio malæ fidei tollatur spacio triginta Annorum: si tamen probatũ sit, possessionem vere malam fidem habuisse, nusquam vitium istud remittitur à possessione. *Grauert. de antiq. temp. 4 part. verb abſolutis. nu. 59. 60.* vbi dicit: si producatur titulus, † qui appareat vicio- 12 sus & inualidus, non ꝓdesse præscriptionẽ cuius nõ extat memoria. *& verſi. materia iſta n. 20.* Sequitur ex præmissis per prætensum titulũ emptionis, item ꝓmissionem bona fide, loco iuramenti factam, nec non longissimam possessionem & præscriptionem immemorialem, intentionem Actoris non elisam.

Simi-

Similiter non releuat, quod Reus prætendit, tempore venditionis, decimas pluris, quam 600. fl. vendi non potuisse, sicque iustum precium interueniſſe. Et licet de eo constaret, tamen creditorem cogi posse, soluto debito, pignus dimittere *Couarru. variar. resol. lib. 3. c. 2. n. 8. in fin.*

Ne dicam, quod omninò verisimile non sit, tam exiguo precio tunc temporis tantũ emi potuisse. Et quod ex sententia *Molinæi, & Mudæi*, pactum, vt res pignori tradita, si in tempore debito non soluatur, iusto precio empta sit, quoque inualidum esse, *n. 360. de vsur. hic, nu. 36. de pact. l. Commiss.*

Insuper quæ adducuntur de euictione: Item, quod decimas tanquam feudum possideat: & sic alia, quæ à Reo adducta sunt, nihil quoque releuant, prout ex productis, clarè relucet, ex quibus omnia ad nauseam liquent.

13 Quod ad fructus, licet iuris sit, † tam perceptos, quam percipendos, ex re pignorata computari in sortem: quin imò ipso iure per fructus perceptos attenuari sortem, ipsumq; pignus liberari *l. 1. & 2. Codic. de pign. action. l. 1. Cod. de distr. pig. cap. 1. 2. cap. conqueſtus. de vsur.* Neque valere de fructibus
14 lucrandis, † tanquam vsurarium, nisi sumptus & expensæ custodiæ æquiualeant reditibus, *Canonist. in d. locis. latè Henning in dict. consil. nu. 26. vsque ad num. 53.*

Tamen hoc nostro casu, cum ab Actore tantum fructus petantur à die oblati libelli, & secundum consuetudinẽ Germaniæ, secundum quam hic in Camera iudicatum intelligit, receptum sit, interueniente pacto, de lucrandis fructibus pignoris: maximè, vbi Castra & ciuitates pignoratę sunt, eosdem cedere creditori, *Guid. deciſ. 432. n. 14.* putat, à die cœptæ litis & oblationis debiti, iudicialiter, Reum ad restitutionem fructuũ perceptorum teneri. Et sic non elisam intentionẽ Actoris, & Reum condemnandum ad petitionem Actoris. De expensis dubitat: putat tamen condemnandum: quia maiores Rei expresè contra ius contraxisse constat, eundem nunc restitutionem decimarum iniustè denegasse Actori.

Aliud, in eadem causa.

D. Bq. In processu nihil desiderat, Actum pignoratitia directa: *Oldend. classe 3.* vbi videantur re-
15 quisita. Verbalis † sufficit oblatio. *Neguz. 2. part. Chassan. consi. 33. n. 21. Ruin. cons. 70.*

An probata?

Narrat requisita ex Rofredo, & quædam satis probata esse autumat. Non esse venditionem putat, nec perpetuam antichresin contractam, *Molin q. 35. n. 62. de vsur.* Putat, obligationem veram antichresin interuenisse, vt distinguit *Molin. dict. loco. n. 62.* Cui pacto vicioso accessit & aliud, æque illicitum scilicet, Legis commissoriæ: Sicque in d. contractu plures nullitates commissæ sunt, *Guid. consil. 71.* Et quamuis propter adiectum pactum intermedium, de vendendo iusto precio, res non careat scrupulo, maximè si debitor acquieuisset: Tamen quia tria illa substantialia formalis pacti l. commissoriæ, (vt *Molin. d. loco. q. 52. n. 365.*) hic concurrunt: quæ sunt, vt *Molin. ibid.* Non potest se non ad Actoris partes conuertere: præsertim vero propter mutuum, super quo contractus est initus, *Molin. ibi. nu. 367. 376.* Sed fortius videtur corroborare Actoris sententiam ex literis reuersalibus eadem die confectis, vt quia ibi clarius patet, quendam Kilianum inhiasse his decimis.

Nec obstat, quod d. Hauptbrieff/promissio, facta, de vendendo creditori, præ cæteris iusto precio. Quia huic pacto alia duo extrema, vel contractus adiecti sunt in continenti, eodẽque contextu, & sic vnus post alium, vnde etiam dicuntur correspectiui, ita, quod vnus non sit factus sine alio, *Grauet. consil. 98. Molin. q. 60. n. 407.* Ex quo consequitur q̃ pactũ intermediũ, de iusto precio, magis in prætextum & simulatè sit ꝓpositum, sapiatq; naturam pacti in continenti subsequentis, hoc est, commissi pro debito: & q̃ sine eo, contractus, vel pactũ præcedens sit nullum. Emptor. n. nisi dubitasset fraudem detegi, statim præteritis 4. Annis, decimas sibi emptas pro suo mutuo sibi haberi voluisset, idque verbis apertis expressisset. Apponi etiam fecit intermediam & præambulã illam clausulam, *ea præsumitur spe & intentione*, q̃ emptores alii tã citò inueniri non possint. Quod idem tamen pactum in continenti omissum in reuersali, & aliter ibi cum filiis actum. Item, quod in feudum aperuit, habet similiter suspicionem fraudis, adiectis varietatibus pactorum, *Grauet. consil. 1, 6. nu. 11. part. 1.* Imo timor reluitionis ex eo apparet, cui spe certi patrocinii voluit consulere. Nec probatum, nec allegatum, quod in quinto Anno decimæ expositæ fuerint venales. Nec repertus aliquis, qui plus obtulerit. Vnde iterum simulatio, & fraus, vel ad minus, creditorem ipsũ impedimento fuisse præsumitur, ex paruitate illa precii, cum pacto de vendendo, sibi, præ aliis. Certo etiam termino præfixo ad hoc finali: *Afflict. c. 1. n. 60.* Item fraus præsumitur, † quando pa- 16
cta apposita claudicant: *Afflict. n. 25.* Sequi igitur, meram esse pignorationem, & conditionẽ illam adiectam nunquam ita purificatam, quod in venditionem transiuisset. Ideo & proprietas & possessio (extra ius tamen vtendi, fruendi) penes debitorem pignorantem, & eius hæredes semper fuisse. *Berous consil. 204. vol. 1 Vasq. lib. 2. de succeſſ. cre. §. 15. n. 71. Wesemb. consi. 15. n. 28.* concludit, Actionem probatam.

An elisa?

Qui contra iura mercatur, † præsumitur ha- 17
bere malam fidem. Reus vtitur defensione. Primò, † luitionem pignoris per quinque Annos 18
tantum reseruatam. Ea autem non facta, nec distracto pignore, venditionem realiter subsecutã, & perfectam. Hic cardinem versari, vt per Aduocatum Actoris hoc discussum, vt etiam ex prædictis patet.

Secundò, † precium iustum interueniſſe, tem 19

pore contractus: quæ releuans esset, si esset probata, quia tunc cessaret ratio. Quare prohibitum est pactum legis Commissoræ, videlicet, omnis deceptio præsumpta: Et hoc casu fieret æstimatio per iudices, *Cæpoll. cautel.* 241. Vrget autem Reus hoc potissimum, ꝙ in quinto conuento Echter plus consequi non potuerit: quod tamen minime probatum est, vt *supra dictum.*

20 Deinde allegatur in conclusionibus, † quod bona immobilia olim duabus ferè tertiis parti-
21 bus minoris fuerint precii, quam nunc. Item, † ꝙ non habeant istæ decimæ 30. plaustra vini, vt Actor prætendit, sed multò minorem, & quidem, pro temporum varietate, incertum, ac solummodo, Fůderlin/ non Fuder. Sed etsi de his aliquid probari posset, nec primum pariat verisimilitudinem, vt patet: Tamen non solum admodum difficilis foret probatio, & quidem in specie, tam quoad valorẽ, quam quoad fructus, temporis antiquissimi, qui in primis incerti, an in tanta quantitate tunc fuerint, vel non, sed etiam ad cursum communem; nullus videtur habitus respectus, ad hanc summam, maximè cum illud ob moram præmissi secundi pacti, sicq; ratione commissi, & per extorsionem, neutiquam verò loco iusti precii, vel intentione legitima appositum censeatur: alias in vltimo isto pacto, controuersa verba ista intermedia, ibi, nach gleichem /&c. iterum repetita, vel similia apposita fuissent. Imò in reuersali, d. pactum omninò omissum est: & ratione precii; relatio tantum facta ad primum instrumentum vt eo magis præcipitentur debitores, sicque ad longe aliũ finem, quam nunc prætenditur, quem pacta etiam præ se ferunt, omnia tendant. Præterea neutiquam apud me verisimile est, quod etiam solum Fůderlin/ & non Fuder reperiantur: Tanta copia, vel minor etiam quantitas vini olim non plus, quam 30. aureis (quod est legitimũ interesse de hoc mutuo) valuerit. Nec releuat,
22 ꝙ læsio fieri possit, † vsque ad dimidiam iusti pre-
23 cii, per *l. 2. C. de rescind. vẽd.* Quia hoc fallit, † si dolo emptoris venditor esset inductus, ad vendendã rem, quam alias non erat venditurus, vt in proposito apparet: Tunc enim nõ tenet contractus, ex quo dolus causam dedit contractui: *Afflict. d. c. 1. n. 49. vers. secundo fallit. de feud. dat. in vi. facit Vasqui. lib. 3. de succes. creat. §. 28. limit. 22. nu. 29. Molin. q. 35. n. 266. & q. 14. n. 170.*

De iuramento appositio, & nobilium fide adducta, nihil opus est vlterius refutare. Nam quam
24 uis sit communis opinio, † quod licet per interuentum iuramentum, non firmetur pactum l. Commissoriæ (cuius tamen contrarium, & ferè æquè communem, defendit *Vasqui. dict. loco, dict. §. 28. limit. 47.*) Iuramentumq; seruandũ sit, donec vel remittatur à Creditore, vel detur absolutio ab Episcopo: secundum eandem communem opi-
25 nionem, vt *ibidem Vasqui.* Tamen illud † in iurante procedit, & non in eius hæredibus, vt *supra ex Francis. Mar. & Wesemb. allegatum, & Vasq. dict. loco nu. 49.* dicit: quod ipsa Respubl. se huic iuramento opponere, † vel Iudex ex officio id facere pos- 26
sit, & quod tale iuramentum, hæredem & successorem minimè ad periurium obliget, etiamsi contractus is à iuramenti adiectione vires acceperit, tradit *Couarruu. c. requisiuisti. n. 2. vers. tertio ex his. de testibus.*

Obseruandum etiam, quod non interuenerit iuramentum solenne, de quo Dd. loquuntur, sed tantum promissio, loco iuramenti, quod minus quidpiam videtur, quam alterum, præsertim vbi de periurio & absolutione agitur.

Item, † præscriptum esse vltramemorialiter: 27
vbi non curetur titulus, nec bona fides: Respondetur. Quod licet regulariter iuri offerendi † præ 28
scribatur, secundum multorũ sententiam, à qua etiam plurimi dissentiunt, *vt Porc. lib. 3. conclu. 32.* Fallit tamen hoc, primo, † in iure offerendi, ꝙ 29
consistit in mera facultate, vt nostro casu, *Port. ibid. limit. 1 vers. tenendo primam. Balb. Neguz. Wesemb. consil. 2. nu. 45. part. 1. Gail. obseru. 18. num. 4. lib. 2. Mynsi. obseru. 16. cent. 1.* Imò quod actioni pignoratitiæ, & iuri luendi vel offerendi pecuniam debitam, nec per mille Annos præscribatur: quoniam non existit talis actio, priusquam debitor luat, per *Dd. vt Wesemb. d. loco n. 48.* Hinc non opus fuit aliqua speciali reseruatione in perpetuum: quia id ex natura pignoratitii contractus, sine tali pacto semper fieri possit, vt *supra dictum:* de quo in Replicis. §. Das verkehrt *Berous consi. 205. vol. 1.*

Item, quod præscriptio, † immemorialis ex- 30
cludatur, vbi ex scriptura de initio contractus constat, *Wesemb. d. loco. consil. 14. nu. 25. & 26. Gravet. part. 4. nu. 40. Balb. 2. p. tertiæ part. princip. q. 6. n. 25.*

Secundò fallit † in contractu pignoris vsura- 31
rio, *Port. d. loco, post 3. limitat. vers. tenendo. Tyraq. §. 1. gl. 2. n. 33. Chass. cons. 11. n. 40.*

Tertiò fallit, † si contractus alio modo esset 32
illicitus & reprobatus, vt si in pignore esset pactũ legis commissoriæ: quia tunc odio creditoris, nullo tempore præscribitur, *Balb. 4. part. 5. part. princi n. 4. Neguz. in 1. part. tert. membr. 5. part. princi. n. 53. Tyraquel. d. loco. n. 34. 38.* Quia igit ex tali titulo † 33
iniusto & inualido resultat mala fides, meritò cessat præscriptio. *Dd. c. peruenit. de casibus. Chassan. con. 11. n. 29.* Et hoc procedit in mala fide, † certa, vera, 34
& indubitata (qualis ex obligatione, quam Reus & maiores sui semper habuerunt, apparet) quo casu iure Canonico (quod etiam in foro ciuili seruatur) illa nocet hæredi, † non solum in præscri- 35
ptione 30. Annorum, à seipso quoque inchoata, licet secus sit in ficta vel præsumpta mala fide, *Vasqui lib. 2. controuers. c. 37. n. 9. 14. 18.* Sed etiam in præscriptione † temporis immemorialis, *Vasc. 81.* 36
n. 10 Et quamuis *d. n. 10.* se non videre dicat, quomodo mala fides indubitata probari possit, nisi per confessionem. Tamen regulariter † tantum 37
indiciis & coniecturis probatur, *l. pen. Cod. de euict.* Item, *n. 11* Quod ex ostensione † tituli iniusti non 38
sequitur præscriptio malæ fidei: & tunc de iure Canonico † procedat præscriptio longissimi tem- 39
poris, 30 vel 40. Annorum, & multò magis immemo-

memorialis. Quia ex longiori domini tolerantia,† ea res nobis quasi concessa videtur: Sicque
50 ea voluntas domini nobis accedens, fugat nostram malam fidem præsumptam, eamque purgat. Ex quibus infert *n.15.* minimè admittendam opinionem *Grauettæ part.4.verb.absolutis nu. 60. & vers.materia ista.n.30.* vbi vult, propter titulum etiam iniustum, infici præscriptionem immemorialem. Tamen hoc casu nostro, vbi ex pignoratione nullus plane titulus allegari, nec ex pacto l. Commissoriæ, tanquam inutili & inualido, idem dominium vel possessio transferri, vt *supra dictum,* & consequenter nec descriptio, ob defectum bonæ fidei, tanquam in re clara, & vbi non est locus coniecturis, vnquam procedere potuit. *Vasquii* sententiam periculosam putat, & aliam sequi vult. Quod in tali præscriptione impedit etiam dubietas supina, *Vasq.cap.77.* alias titulus putati-
41 uus,† sufficit ad præscriptionem. *Natta consil. 636. num.58.tom.3.* Loqui *Vasquin* casu, vbi non est certa mala fides, nec præsumpta.

42 Quintò,† opponitur alienatio. Quod non releuat, quia sine consensu facta alienatio, *Wesemb. dict.cons.2.num.93.colum.2.part.1. Chassan. d. cons.33. num.9.13.*

43 Sextò:† Actorem non esse hæredem Conradi. Sed ex deductis & probatis de hoc non esse ambigendum. Insuper etiam Actor offert vlteriorem probationem.

Concludit, Actionem non elisam, & iuxta libellum pronunciandum.

Quoad fructus, non obstat, vt *Berous consil.205. vol.1.* Quia hic longe aliter se habet, cum sit vsufructuarius, qui habet talem, donec desistat. *Chas-*
44 *san.d.consi.11.* Sed fructus † à litis contestatione adiudicaret: quia non facta depositio.

Quoad fructus præteritos, quia petiti non sunt, non insuper pronunciandum, *Berous.d.consi.205. n. 1.Molin.q.35.n.260. Castr.l.1.de pign.*

45 Expensas compensandas: Primò,† propter an-
46 tiquitatem temporis. Secundo,† propter adiectum pactum intermedium, de iusto precio reuendendo, & possibile, quod inter contrahentes
47 postea aliud sit actum. Tertiò:† quod facilè errari potuit, tam in iure, quam in facto, præsertim è
48 tot successoribus. Quartò:† & quod non facilè præsumenda mala fides, vt per *supra dicta ex*
49 *Vasqui.* Quintò:† quod non est in mora, aut mala fide, qui non restituit petenti, priusquam probat, se hæredem esse, *Bartol.in l.si quis depos.*

Aliud, in eadem causa.

In processu nihil video desiderari. Sunt & merita causæ à Dominis Referentibus satis examinata: Inde Actoris intentionem fundatam, à Reo nostro non elisam, & ego sentio.

Ex literis obligationis à Reo productis, colligo originem conuentionis fuisse super contractu mutui, interueniente pignore, ita, vt creditor pignus non solum teneat, sed & proptiè, vt vsufructuarius possideat, eoque vtatur fruatur, quo maior vtilitas pignoris sit: Idque non ex natura pignoris, sed speciali conuentione ex pacto, bona fide inter contrahentes inito. Hæc antichresis † 50
legibus permissa & non irrita ea conuentio, *d. l. legata supellectile.§. fin. de supell. leg.* vbi IC. meminit pignoris, & in vsu creditoris est, voluntate debitoris. *l.si is qui.§.2.de pignorib. l.si pecuniam.de pignorat. action.* vbi talis conuentio dicitur antichrisis, & nihilominus datur pignoratitia actio, soluto debito. Idque tanto magis, si intra modum legitimæ vsuræ consistat, qui modus in præsenti causa ex actis non satis liquet. Imò patiuntur leges,† 51
propter incertitudinē fructuum, vt creditor eos habeat, tanquam periculi precium, quibus in omnem euentum, contentus esse debet. Ideoque ob hoc placita rescindi non possunt, inquit textus *l.si ea lege C. de vsur.* Et in simili, est textus *in l. si ea pactione eod.tit.* quibus iuribus probatur, multa permitti,† ratione incertitudinis, dubiique e- 52
uentus, lucri vel damni: quæ alias non valerent, vt per *Tyraq. plurima ad hoc allegantem, vt in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. verb. donatione largitus. n. 131. & de retract. conuent. ad fin. tituli. n. 135.*

Et faciunt hoc nostro casu qualitates personarum, nobilium & coniunctarum, fœnerari minimè solitarum, nec non aliæ circumstantiæ contractus, vt non præsumam, vel Iudicem, actum contrahentium fuisse vsurarium. Pertinet enim ad officium Iudicis,† contractum interpre- 53
tari in æquiorem partē tanquam celebratum bona mente, bono studio, & absque fraude, præsertim vsurarum, *Tyraqu. latè, de retract. conuent. ad finem tituli. n. 128.* Facitque cessare sinistram suspicionem. † & eiusmodi contractus per totā Ger- 54
maniā, olim & hodie sint frequentati, à viris probis & laudatissimæ opinionis, etiam maximi nominis, qui se labe vsurarum non videntur polluere. *Tyraq. d. loco n. 132.*

Et conuentioni nostro casu annexum est & pactum legis Commissoriæ, iure prohibitum, directis verbis, vt ante me satis ostensum. Cum pacto l. Commissoriæ, pacta intermedia non opitulari puto. Primum enim† (vt habent literæ o- 55
bligatoriæ) vel est superfluum, vel ob limitationē temporis, iniquum & nullum. Alterum tolerabile† quia in effectu habet, vt Anno quinto post 56
contractū, pignoris fiat distractio, & iusto precio creditori vendatur, secundum specificum casum *l.1.C. de pact. pignor.* Sed ob non existentiam conditionis, & lapsum tanti temporis, inutile, & nullius effectus. Sicque iam sumus in meris terminis conuentionis antichriseos, quam quidem validam, sed pactum legis Commissoriæ inutile esse existimo. Eo enim † pacto Reus ex literis reuer- 57
salibus tantò minus se iuuare potest, & idipsum conditionem habet, quæ condirio nunquam extitit, videlicet, daß creditor zuvor die Auffkündung gethan/vnd debitor mit Erlegung der sechshundert Goldgülden seumig worden sein soll. Reliqua puncta, An sit præscriptum iure luendi pignus, & deuolutum sit ius ad Actorem: Item, quatenus dicta pacta vicient, vel vicientur: etiam satis

discussa à Domino Referente: quibus acquiesco.

Ad fructus quod attinet, satis deductum est, secundum naturam Actionis institutæ, eos in sortem computandos. Et singulariter in hoc contractu antichrisεως, ex doctrina *Molin. refert Gail. obseru. 3. lib. 2.* In perpetua antichrisi, fructuum rationem exigi posse.

Mea tamen sententia id in hac facti specie locum non habet. Primò: † quia bona fide, syncero animo, & licite à partibus contractum, nec subest firma p̃sumptio fraudis vsurariæ: per *supra dicta.*

58

59 Deinde, † quod, sicut rerum Domini fructus acquirunt: Ita & ii, qui dominorum loco habentur: vt sunt fructuarius, *l. 4. de vsufruct. l. in venditione de bon. auct. iud. possid. & tot. tit. de vsufru.*

60 Accedit, † quod hæc antichrisis non multum distet ab emptione, sub pacto redimendi. Et licet hæc nonnihil differant: Tamen quoad commodum fructuum, nihil distant, *Molin. d. loco n. 268.*

61 Sed in eiusmodi pactis † requiritur precii oblatio, realis & effectualis, non verbalis, & fallax cum consignatione & depositione, pro lucro fructuum, prout *Tyraquel. in multis locis retractus conuentionalis*, diuersis occasionibus eius rei facit mentionẽ, & varie discutit. Tandem verò dicta Doctorũ ad concordiam reducendo, dicit, opus esse consignatione & depositione, † ad lucrandos fructus

62 perceptos, post ipsam consignationem & ita proprie loqui, qui dicunt, consignationem esse necessariam, alias autem ea non opus esse, *in §. 4. glo. 6. n. 4. Idem repetit ibid. ad fi. tit. 84 circa medium.*

63 Quinò: † Esset que contra æquitatem, retinere vsum pecuniæ, & simul recipere fructus rei petitæ: idque pugnaret cum bona fide, quæ in hac partium conuentione & actione proposita spectatur, *arg. l. Iulianus. §. ex vendito. de act. empt.*

64 Sextò: † Nec dicendum, hunc contractum ob creditoris quæstum & emolumentum magis, quã iuuandi debitoris causa initum, si exordium obligationis inspicitur, imo non perpetua, sed temporalis antichrisis ostenditur, si subsequentia pacta prioribus iungantur: Et sic vtrique casui hæc antichrisis nostra applicari potest in eum effectũ,

65 † vt fructus sint creditoris, secundum opinionem *Molinæi, relatam à Gail. dict. loco.* Debet enim hisce casibus inspici, an contractus dicatur reprobatus ob id, q̃ pactum est appositum, non dulcedine vsurarum, sed in gratiam debitoris. per late allegata *Tyraquel. d. lo. ad fin. tit. n. 134.*

66 Septimò: † In specie vero, quod tali casu, ante realem solutionẽ, vel depositionem & consignationem fructuum non sit habenda ratio, videtur in iure satis clarum esse, nempe per tex. *in l. si à te. C. de pact. inter empt. & vend. & in l. si. de leg. commiss. facit textus in l. si pecuniam. de pignor. act.* vbi text. dicit: Si pecuniam debitor soluerit, recuperabit antichrisin. Ea confirmat authoritas *glo. in l. 2.* verb. *oblatio. C. de pact. inter empt. & vend.*

67 Octauò: Mouet † me etiam, quod adiudicatio fructuum tali casu magni foret præiudicii, quod vix sine scandalo, inter præcipuos status Imperii contingere posset, quod nouerunt rerum periti (non solum amitteret sortem, sed & insuper magnam summam restituere teneretur.)

Nono: † Denique præiudicia quædam id suadent, vtputa in causa der Herrschafft Kreutznach / contra Graff Weirichen von Falckenstein. Quo casu ante litis exordium fuit depositus der Pfandschilling / & eius documentum simul cum libello productum, & in conclusione libelli adiudicatio fructuum petita: Tamen postea, An. 49. 11. Decembris, in sententia nulla est facta mentio fructuum, sed præteriti sunt. Similiter fuit per maiora conclusum, in causa Bůlaw contra Bůlaw / daß Dorff Radum belangend / 22. April. An. 78. 68

Hinc concludo, fructuum in sententia non faciendam mentionem, sed Reum ab ea petitione tacitè absoluendum.

In expensas Reum condemnarem, non obstante præcedente meo concluso: diuersi enim vtriusque possunt esse respectus. Fructuum quidem, quod Actor ex sua parte omisit faciendum, depositionem videlicet & consignationem debiti, & sic sua culpa fructus non consequitur. Sed expensarum, quod Reus, malè suscipiendo litem non dedit locum luitioni pignoris: Tamen & eas compensari ex causis probabilibus posse puto.

Saluis Dominorum votis.

D. L. Cum Referentibus: Compensatis expensis.

D. Q. Cum Dn. Referentibus: Sibi tamen videtur satis dubium, & mouetur per sententiam & opinionem Dd. qui volunt non sufficere verbalem, sed reali opus esse: *Bartol. & Anchoran. in locis supra allegatis*, inclinat tamen ad partes Referentium.

D. Bq. Iterum mouet ex suo voto, quod in casu adiudicationis fructuum, à tempore oblationis, putarit fortè habendam rationem retentæ pecuniæ, & sic vsuras posse per Reum retineri ad modum legitimæ vsuræ,

Sed Referens noluit attendere, propter culpam & moram ipsius creditoris, qui noluit oblatam recipere, sed negauit totam restitutionem decimarũ, & luitionem pignoris, nec voluit propria culpa recipere pecuniam, & sic nemini, nisi sibiipsi imputet, si damnum inde sensisse videtur.

Sententia.

IN Sachen weyland N. jetzt dessen Erben in actis benannt / Kläger eins / wider auch weyland Thomas / jetzt Hans Jörgen von B. beklagten andern Theils / ist allem fürbringen nach zu Recht erkannt / daß gedachter Beklagter / der begerten Widerlosung statt zuthun vñ den angezogenen versetzten Wein Zehenden zu Eberstatt / sampt allen desselbẽ ein vñ Zugehörungen / auch davon auffgehabenen Nutzungen / von Zeit an gerichtlich angebottenen Pfandschillings vñ Hauptsumma / jhnen den Klägern würcklich wider umb einzuantworten / vnnd zuzustellen schuldig sey / Als wir jhn darzu condemnieren, vnnd verdammen. Compensatis expensis.

VOTVM

VOTVM XLII.

In causa M. contra Episcopum N.

SVMMARIA.

1 *Punctus primus quare in hoc casu reddatur dubius.*
2 *Difficultas huius in quo consistat.*
3 *Exceptio subiectionis quando ante paritionem attendatur: Et quando non. num. 6. 7. 8.*
4 *Subditus quis proprie dicitur, ratione domicilij habitationis, & num. 5.*
9 *Ratione delicti quis iurisdictioni alicuius subiicitur, subditus vero per hoc non fit.*
10 *Quæ vlterius hic consideranda sint.*

SVbmissum in puncto paritionis, & commissionis ad perpetuam rei memoriam.

Primus punctus redditur hoc loco dubius, propter exceptionem subiectionis oppositam. Quia 1 hodie,† cum ea exceptio requirat indaginem altiorem, & merita causæ concernat, longamque discussionem exigat, ante paritionem, non admittitur, nec eam impedit, præsertim si pignoratio concernat captiuos. Saltem difficultas hoc casu 2 in eo consistit,† An non obiecta subiectio eiusmodi sit, vt ex circumstantiis possit, eam paritionem 3 suspendere. Quando enim in confesso † est, captum esse subditum pignoratoris. Vel vbi pignoratus allegat solummodo mancipia sua, vel homines proprios captos esse. Vel etiam quando Iudici notorie cõstat, narratam qualitatem subiectionis esse falsam: Tunc subiectionis exceptio attenditur ante paritionem, vt per *Gail. de pignor. cap. decimoquinto*, vbi concludit & sentit, vt iam dictum, in casu, vbi Princeps aliquis subditos suos, alterius vero Principis, vel status Imperii Emphyteutas, Agricolas, colonos, aut censitos, ratione prædiorum censualium, in suo territorio existentium, pensitare, & agros in censum, iuxta formam censualem, referre vult, & contumaces subditos 4 capit & compellit. Proprie enim † subditus dicitur, ratione domicilii, habitationis. *gl. in clem. vnica verb. subditos. de foro compet. Gail. d. loco, numero 6.* Pro- 5 ut in simili, omnes, qui habitant,† siue habent, domicilium in regno, dicuntur subditi Regis, *Afflict. cap. primo, numero 1. qualiter vasall. fidel. iur. deb. & late numero 11.* Comprobat, qualiter dominus terræ habeat iurisdictionem in terra feudali: Et Rex iurisdictionem generalem, in toto Regno, adeo, vt inhabitantes, & domicilium ibi obtinentes, iurare fidelitatem Regi debeant: cum in terra domini dicantur recipere substantiam elementorũ, per ea quæ ibidem allegat *Afflict.*

Sed nonnulla obstant, quæ vix patientur hanc exceptionem subiectionis ante paritionem atten- 6 di. Cessat enim † hoc casu notorietas subiectionis, vt patet ex narratis supplicationis.

7 Deinde nec confessio partis hic,† sed potius contrarium extat. Licet enim in exceptionibus Rei numero septimo, præsertim articulo *3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.* deducatur & asseratur, vasallum, & eius homines, siue subditos, tam in criminalibus, quam ciuilibus, nõ alium superiorem, quam Dominum Reum cognouisse ab antiquis: Tamen Actor id negat, & non nisi ius puniendi delicta, die Peinliche vnnd Malefitzische Obrigkeit/ei competere: sibi vero dictos captiuos in reliquis iurisdictionalibus esse subiectos affirmat: vt nobis exhibent narrata supplicationis: & articuli ad perpetuam rei memoriam exhibiti, nempe, 6. 7. 8. 97. 125. & alii sequentes, vbi in specie ius der halben Holtzgrafschafft deducitur, quodque die Verbrecher in communi fuerint puniti, & mandata publicata: deductis & aliis actibus deß bawens.

Cessat & hoc casu præsumptio,† quæ posset ve- 8 nire ex iure controuerso, cum id non dependeat necessario, & connexum sit mero Imperio, & iuri puniendi delicta, prout est ius pensitandi agros, de quo *supra*. Attenditur enim, an pignoratio facta sit in casu, vbi pignoratus mit Eyden/Pflichten vnnd Diensten pignoranti zugethan/& pignoratio in eo facta est, vbi tanquam subditus, ratione subiectionis superioritatis, vel iurisdictionis verisimiliter pignoranti tenetur.

Sumus insuper & hic in casu dubiæ subiectionis, id quod tacite innuit Dominus Reus, parendo mandato, alias vix oblitus fuisset eius exceptionis, quin eam statim ante paritionem obiecisset. Et licet ratione delicti† quis subiiciatur iurisdi- 9 ctioni alicuius, tamen per hoc non fit subditus, *Gail. supra d. loco, numero 23.* Ea qualitas subiectionis in libello supplici allegata, in decernẽdo hoc processu, pro sufficienti, ad fundandam iurisdictionem fuit habita, ideoque adhuc attendenda est: Tribuit enim iurisdictionem, vt d. exceptione non obstante, parendum sit mandato, per notata *in l. cum quædam puella. de iurisdiction. omn. iud. & Gail. obseruation. 31. libro primo, obseruation. 15. de pignor. num. 9.*

Considerandæ etiam † qualitas pignorantis: & 10 ex parte Actoris allegatum periculum, ratione subditorum, qui multis modis possent exagitari, nec non necessario vsu ligandi, sibi competente, priuati.

Tandem etiam constat ex narratis, multas personas innocentes captas, & adhuc obstrictas esse iuramento, quæ occasione iuris controuersi supprimi possunt. Inde licet dubi' reddatur: quia tamen de subiectione allegata non satis liquide cõstat, præsertim quod attinet ad seruitia, & iuramẽtum subiectionis, der Erbhuldigung halben (licet in nostris locis minus forte dubii esset) puto altiori indagine opus esse, in discutienda hac exceptione. Ideoque magis inclino in eam partem, vt, non obstantibus exceptionibus, Reo plenariam paritionem iniungere velim. Et in puncto Commissionis Abschlagen/ sonder bey dem ordentlichen Weg Rechtens bleiben lassen.

VOTVM XLIII.

In causa Nobilium E.
Contra C.

SVMMARIA.

1 *Contumax est is, qui tribus edictis vel vno peremptorie vocatus, præsentiam sui facere contemnit, præsertim si insinuatio personaliter & ad domum facta sit. num. 2. 17.*

3 *Contumax, etiam vnica emissa citatione, citatus dicitur, si expresse dixerit, se non venturum. & numero 18.*

4 *Citatus à iudice incompetente, quando teneatur comparere, & quando non, & num. 5.*

6 *Citatus tenetur comparere ad suum priuilegium incompetentiæ allegandum: alias contumax reputatur, num. 7.*

8 *Exempti ope exceptionis, non ipso iure, & notorie, tenentur comparere & allegare exceptionem.*

9 *Notorium, si eius certitudo est penes partes nõ releuat: Secus si penes iudicem.*

10 *Super incompetentiæ exceptione, quando de ea ex actis, quatenus formiter & cum effectu sit facta nihil extat, interloqui non est necessarium.*

11 *Iudex incompetentiæ exceptionem, licet iudicialiter opposita sit, tacite eam reiicere videtur, procedendo ad vlteriora, postquam de ea plene cognouit.*

12 *Immissio decreta ad possessoriam bonorum hæreditatis petitionem, & diuisio ex iudicio familiæ herciscundæ, per sententiam in contumaciam inuncta, vim & effectum rei iudicatæ assequitur. & numero 13.*

14 *Contumax, sicut litis pendentiæ exceptionem opponere non potest: ita nec incompetentiæ exceptio ab eo obiecta attenditur.*

15 *Contumax priuilegium fori allegare non potest, sed in pœnam suæ contumaciæ perdit, vt non possit opponere exceptionem declinatoriam fori: Nec ab eius exceptionis reiectione appellari potest, propter veram contumaciæ præexistentiam. n. 16.*

19 *Contumax verus, quod non appellet, est iuris aperti: Id que maxime procedit in contumace, in non veniendo & non comparendo. num. 20.*

21 *Contumacia maior est in contumace, in non veniendo & non comparendo.*

22 *Ab executione sicut non appellatur, ita nec à sententia de exequendo: præsertim si ea pronunciatio non nouum, sed idem grauamen continet.*

23 *Exceptio incompetentiæ in puncto executionis in effectu proponi non potest.*

24 *Nullitas, deserta appellatione, non deseritur.*

25 *Medium deuoluendæ causæ & iurisdictionis fundandæ est legitimum tempus appellandi.*

26 *Sententia in dubio, cum causæ cognitione, & non præcipitanter sine probatione, præsumitur prolata.*

27 *Coram iudice non volens respondere, habetur pro negante, vel confitente, secundum quod ei magis est præiudicium.*

28 *Sententia absque probationibus lata, quare valida in rem transeat iudicatam, si ab ea non appelletur.*

SVbmissum in puncto non deuolutæ Appellationis. Exceptiones Appellati principaliter consistunt in eo, sententiam videlicet causæ principalis trãsiuisse in rem iudicatam. Exceptionem declinatoriam, contra executionem non posse obiici, nulliterque appellatum ab executione. Inde quæritur primo, An ea sententia in contumaciam lata, fuerit valida. Secundo an postmodum recte ab executione sit appellatum.

Ad primum quod attinet, ex actis satis constare puto, Reos in vera extitisse cõtumacia. Tribus enim citationib. † peremptorie ad ipsos emissis, t passi sunt Iudicém contra se in contumaciã procedere & iudicare. Sed qui tribus edictis, vel vno peremptorie vocatus, præsentiam sui facere contemnit, contumax est. *l. contumacia. de re iud.* præsertim si insinuatio † sit facta personaliter, & ad do- 2
mum, *Marant. 6 part. verb. contumacia. numero 8.* Et citatus expresse dixerit, † se non venturum: quo 3
casu & vnica citatio sufficit, *l. Fulcinius. in fin. quibus ex caus. in poss. eatur. Wesembec. consilio 96. num. 26. Marant. verb. citatio. numero 19. circa princip.* Verum ex actis prioribus constat, tres citationes legitime esse insinuatas Reis, eosque primam citationem Notario iudicii remisisse, significando, se nolle respondere coram hoc iudicio, dann sie Stiffts Junckern/darumb zu antworten nicht schuldig. Sunt aliæ citationes rite executæ: nec non factum proclama, ante immissionem decretam, prout & post eam bonorum possessionem iudicialiter assecutus, sicque loco coniugis defuncti successor pronunciatus & effectus est Actor, vt per *Bartolum in l. 2. de bonor. poss.*

Deinde iterũ fecit Reos peremptorie zu allem Vberfluß/ bis citari, pro facienda diuisione. Quib. executionibus rite factis, alter respõdit, quod nolit in hoc iudicio respondere, alter vero noluit acceptare citationes, sed remisit Iudici, primam tamen legit, antequam restituit nuncio. Sic & hoc loco expresse suam declararunt contumaciam.

Nec releuat Appellantes, & originarios Reos, quod prætendunt, se à iudice incompetente citatos, & licite non comparuisse. Quia respondetur, id procedere, † quando Iudex est incompetens 4
de iure communi: Secus, † si est competens de iu- 5
re communi, sed potest aliquo priuilegio declinari: Tunc enim valet citatio, & tenetur † cita- 6
tus comparere ad suum priuilegium allegandum *l. 2. si quis in ius voc. non ier. l. si quis aliena. de iud. ibi Dd. Gail. obseruat. 16. numero tertio*, alias potest † contu- 7
max reputari, *Marant. part. 6. verb. citatio. numero 39.* Quia tales, non ipso iure, & notorie, sed ope exceptionis dicuntur exempti, † ideoque compare- 8
re tenentur, & allegare exceptionem, *leg. sene oportet. §. sufficit. de excus. tut.* Prout etiam nec notorium releuat, † quin debeat proponi, si ei certitudo sit 9
penes partes: secus si penes iudicem, per allegata per *Iasonem d. l. 2. numero 36.* Sed hoc casu ex actis

constat.

constat, Reorum parentem & Auum vsos fuisse iure illius Ciuitatis, quod & ipsi in grauaminibus fatentur: Item Reos præsumptiue originarios eius loci esse ciues, Bona hæreditaria ibidem sita, & eo loci casum delatæ hæreditatis contigisse. Et sic incompetentiam non notoriam, sed plus quam dubiam esse hoc casu.

Deinde non obstant allegatæ protestationes & prætensæ exceptiones incompetentiæ: quia de his ex actis, quatenus formiter & cum effectu sint factæ, nihil extat. Ideoque super ea exceptione non necessarium fuit interloqui. Imo licet iudicialiter oppositæ essent: Tamen tacite videretur Iudex eã reiecisse, procedendo ad vlteriora, postquam de ea plene cognouit. *Iaſ. in d. loco. nu. 46.* vbi late eam quæstionem examinat.

Cum itaque Rei nõ citati ex aliena iurisdictione, sed in loco, vbi nati, educati, & præcipuas suas facultates à parentibus acceperunt, contumaciter emanserint, suasque exceptiones non proposuerint. Imo id facere expresse recusarint, puto, Iudicem potuisse contra ipsos procedere, & propter veram contumaciam eius processum tenuisse, siquidem non fuit euersa iurisdictio, ius dicentis, vt per *Bald in d. l. 2. circa princip. & Iaſ. in paratit. l. eod. tit. num. 1. 2.*

An vero (idque vt *supra dictum*, secundo loco) recte ad Cameram sit appellatum? Censeo, ex actis non minus liquidum esse, ad possessoriam bo
12 norum hæreditatis petitionem, † decretam immissionem, & demum per sententiam ex iudicio
13 familiæ herciscundæ, † in contumaciam iniunctã hæreditatis diuisionem, vim & effectum rei iudicatæ assecutam esse, & ob id appellationi locum relictum non fuisse. Tum quod istæ sententiæ sunt latæ, vna quidem 7. Iulii Anno 73. Altera vero 26. Martii Anno 74. & statim Reis insinuatæ & certificatæ, vt earum notitiam adepti sint. Sed ab his non appellarunt, donec sequenti Anno executoriales 11. Augusti impetrati, & desuper exceptum atque pronunciatum fuerit. Tum quod
14 sicut contumax, † exceptionem litis pendentiæ opponere non potest, vt per *Gabr. libr. 2. concluſ. 1. num. 19. Marant. dict. loco. numero 25.* Ita nec incompetentiæ exceptio ab eo obiecta attenditur: siqui-
15 dem contumax priuilegium † fori allegare non potest, sed in pœnam suæ contumaciæ perdit, vt nõ possit opponere exceptionem declinatoriam fori, *Afflict. decis. 133. numer. 4. 5. Grauatius ad Vestrium lib. 3. c. 2. num. 24.* Ideoque nec ab eius exceptionis
16 reiectione † appellari potest, propter veram contumaciæ præexistentiam. Dicitur enim verus cõ-
17 tumax, † qui legitime citatus tribus edictis, vel vno peremptorio, sciens non vult comparere *Marant. d. loco, n. 8. Grauat. lib. 3. c. 3. 22. 53.* Maxime vero,
18 † si expresse id dicat: *Nepos à Monte, de except. rei, tit. 12. circa princ. Marant. verb. contumacia, num. 22.* Sed
19 aperti iuris, quod † verus contumax non appellat, *l. & post edictum, §. sciendum est, §. fin. de iud. Marant. iam dict. loco, num. 17.* Idque maxime procedit
20 in contumace † in non veniendo & non comparendo, quia † hic maior est contumacia, *l. ex consensu, § final. de appellat. l. 1. Cod. quorum appell. non recip. late Decius consi. 33. n. 2.* 21

Tandem, sicut ab executione non appellatur, ita † nec à sententia de exequendo: præsertim si 22
ea pronunciatio non nouum, sed idem grauamẽ contineat, *Marant. p. 6. verb. appellatio, n. 249.* & hanc communem esse dicunt *Anton. de Butr. Alex. Felin. Corn. Dec. Ruin. in locis relatis per Gabr. libr. 2. de appell. concluſ. 4. n. 1. 2.*

His iterum non obstat, quod prætenditur, in
23 puncto executionis † propositam esse incompetentiæ exceptionem, id enim fieri non potuisse cum effectu *supra ostensum est.* Nec releuat, quod
24 deserta appellatione † non deseratur nullitas: quia hoc casu non sequitur effectus deuolutionis nullitatis: obstat enim res iudicata, vt quia legitimo tempore appellatum non est, & sic † deficit 25
medium deuoluendę causæ, & iurisdictionis fundandæ. Integrum tamen est, principaliter nullitatem in iudicio proponere, & de ea agere. Nec videtur in vltima sententia pronunciatum super incompetentia principaliter, sed solummodo prior sententia declarata est, vt acta satis docent.

Tandem male obiicitur, Actorem ante sententiam, & in processu contumaciæ nihil probasse: ideoque sententiam esse nullam, quia in dubio præsumitur sententia cum causæ † cognitio- 26
ne, & non præcipitanter, sine probatione, prolata, *Vant. de nullit. tit. nullitatis ex defectu proceſs. num. 33.* Est ius controuersum succedendi, & cognatio partium præsumptiue per se liquida & indubitata: cui partim accedit confessio Appellantium in gra uaminibus, nec non effectus contumaciæ, quo non volens respondere coram Iudice, † habetur 27
pro negante, vel confitente, secundum quod est ei magis præiudiciale, *Marant. d. loco, de contum. num. 30.* Quodque etiam sententia lata absque probationibus, † non sit nulla, cum non sint de ordine 28
substantiali iudicii, teneatque sententia, & in rem transeat iudicatam, si ab ea non fuerit appellatũ, quia ex iusta & vera causa lata præsumatur, probat & tenet *Vant. in iam citato loco, num. 38. 39.* Inde concludo, causam hanc ad hoc iudicium non deuolutam: sicque pronunciandum, & eam ad priorem Iudicem remittendam: quia nulla inhibitio est facta: (ita D. N. & O. sed male, quia non remittitur tali casu) *Cum refusione expensarum.* Saluis Dominorum, melius sentientium votis. Ita placuit omnibus Dominis.

VOTVM XLIV.

In causa Comitum T.
contra T.

SVMMARIA.

1 *Quæritur, an recusatio Principis requisiti, iuxta* Reichs Außträg *faciat causam statim deuolui ad Cameram. Quod negatur.*

2 Dispo-

2 *Dispositio* §. wo sich aber begeben/ *titul.* 8. *lib.* 2. der Reichs Außträg/*qua.*

3 *Ordinatio iniungit requisito Principi absolute vt causam suscipiat & expediat.*

4 *Ordinatio Actori viam, siue facultatem compellendi Principem requisitū subministrat. Et hoc casu, causa ipso iure deuoluitur ad superiorem. n.* 5.

6 *Princeps Reus conueniendus, si intra mensem nollet nominare Principes, tunc compellendus venit, vel per impetrationem promotorialium, vel mandati cum clausula.*

7 *Actor vnde se hoc loco fundet.*

8 *Reorum defensio.*

9 *Modicum propter magnum præiudicium non curandum, & iustas causas impedimenti.*

10 *Difficultas à mora & pœna excusat, & difficilia pro impossibilibus habentur.*

11 *Actor, quare in mora fuisse, & causam intricasse, videatur. Et Rei similiter. n.* 12.

13 *Ordinationis casus, quo causa deuoluitur ad Cameram, loquitur, cum mora solummodo est penes Reum.*

14 *Dispositio non est extendenda in effectum odiosum, præsertim quando vtrinque, & quidem maior culpa ex parte Actoris reperitur.*

15 *Rei quare in hoc casu ad certum tempus nominandi Principes, non fuerunt præcise adstricti, vt & nu.* 16. 17. 18.

19 *Ordinatio videtur disponere de primo actu nominandi Principes, non vero, quando interim exoritur impedimentum ex facto tertij, vel culpa Actoris.*

20 *Ordinationis litem, in* § darauff soll der/ *versic.* vnd ob der erkorn *Commissarius, &c. exigit, vt defuncto Principe electo, alius Princeps nominatus ab iso Actore eligatur, nulla facta mentione Rei.*

21 *Euentus, cuius nullus est effectus, frustra expectatur.*

DVo principaliter hoc casu occurrunt dubia: 1
Primo, An recusatio Principis † requisiti, iuxta Reichs Außträg/faciat causam statim deoluui ad Cameram? Et videtur, quod sic, per iura, quæ de protracta & denegata iustitia promulgata sunt, vt *per auth. vt differentis iudic.* §. *et si tamen contigerit, & in auth statuimus, C. de Episc. & Cleric. ibi Dd. facit Ordin. titul.* 1. *in fin. & titul.* 26. *lib.* 2. In specie vero, & singulariter in casu der Reichs Außträg/ *tit.* 8. §. wo sich aber begebe/ *lib.* 2. *facit quod refert Gail. obseru.* 28. *per tot. lib.* 1. Sed licet hoc ipsum aliquando fuisse disputatum reperiam, & nonnullos dominorum censuisse, causam tali casu ipso iure deoluui ad Cameram: tamen per maiora diuersum esse cõclusum, & promotoriales decretas, in quadam causa Senatus zu Cölln/contra Archiepiscopum *ibidem.* Sicque hactenus obseruatum puto. Hic enim casus non est expressus in ordinatione. Et di- 2
sponit allegatus † §. wo sich aber begebe/ in speciali casu, *spolij videlicet*, & vbi Elector, siue alius Princeps, vel Fürstenmässiger alium spoliauerit, & sit conueniendus. Et hoc videtur non obscure in- 3
nuere litera ordinationis, dum iniungit † requisito Principi absolute, vt causam suscipiat & expediat: ficque Actori viam, † siue facultatem com- 4
pellendi ipsum subministrat; aliter, quam si Reus siue conueniendus nollet intra mensem nominare Principes: quia hic expressam dispositionem habemus: quo ipso iure † causa deuoluitur ad Su- 5
periorem. Ibi vero compellendus venit Princeps, vel † per impetrationem promotorialium, vel 6
mandati cum clausula, vt receptum & frequentatum est, *Gail. obs. 18. lib. 1. num.* 3. Deinde fauor legis siue constitutionis, qua Reis beneficium primæ instantiæ confertur, facili arte posset eludi. Imo frustra imposita esset à lege, necessitas recipiendi causas, si hoc factum recusationis effectum inferret deuolutiuum: quæ duo simul existere nõ possunt. Sicque tali casu Reus amitteret beneficium legis, non sua propria culpa & mora, sed facto tertii. Inde diuersum hisce casibus obseruari voluisse status sentio.

Secundo principaliter dubitatur, An post requisitionem Actoris, talis mora, siue culpa, in nominandis tribus Principibus, penes Reos existat, vt per id causa huc deuoluta sit?

Actor se hoc loco fundat † ex eo, quod ad lite- 7
ras requisitoriales, de dato 16. Augusti, Anno 77. Rei intra tempus debitum non scripserint ad Lãd grauium, & ex sua parte ipsum non requisuerint. Sed vltima Augusti, & 2 Septembris, solummodo schedulas, & vt vocant, recepisse, nunciis dederint, & tandem 18. Nouembris attentarint, siue curarint insinuari nouam nominationem Commissariorum Actori, quam recipere detrectarit. Quia causa non solum ob hoc ad Cameram deuoluta, sed etiam processus iam 31. Octobris ibi impetrati fuerint. Imo simus nunc in terminis tituli, *ex quib. caus. ad eund. iud. eatur.* Et sit causæ continentia non diuidenda.

Rei vero è diuerso obiicitur, † se satisfeciisse or- 8
dinationi, rite nominando Commissarios: sed per obitum electi Commissarii, causam rediisse in statum, quo fuit ante requisitionem. Ad nouam requisitionem iterum nominatos esse tres Principes: & licet nominatio paucis diebus seriis secuta forte sit; tamen hoc modicum † non curandum, 9
propter magnum præiudiciũ, & iustas causas impedimenti. Esse enim plures correos, die zum theil vber dreyssig Meyl von einander jhr Hoffhaltung haben/ non potuisse tantillo tempore von jhnen die Vergleichung erlangt werden. Sed difficultatem † à 10
mora & pœna excusare, & difficilia haberi pro impossibilibus, *per iura vulg.*

His ita collatis, video vtramque partem in mo- 11
ra fuisse, † & causam intricasse, quo minus recte processum sit. Actorem, quia serio non institerit, vt nominatorum Principum, alter post alium vigore ordinationis processerit, sed aliam viam minus conuenientem susceperit. Rei vero, † prout 12
Actor obiicit, quod non statim scripserint ad Lãd grauium, facta requisitione ab Actore. Sed casus ordinationis, quo † causa deuoluitur ad Ca- 13
meram, loquitur, cum mora solummodo est penes Reum. Non ergo extendenda dispositio est

† in effe-

14 † in effectum odiosum, præsertim, quando vtrinque, & quidem maior culpa ex parte Actoris reperitur.

Deinde, Rei ad nouam requisitionem magis superfluè quam necessario, de nouo nominarunt tres Principes, quo significare voluerunt, se adhęsuros beneficio primæ instantiæ.

Hinc est, quod nec præcise adstricti fuerunt
15 ad certum tempus nominandi, imprimis, † cum verisimilia & legitima impedimenta allegentur, distantia videlicet locorum, & longinquitas habitantium Reorum Comitum: prout & ordina-
16 tio, † vbi mensis spacium statuit, loquitur, quando vnus Reus, vel conueniendus requisitus est. Secus ergo, vbi ex iusta causa & impedimento, vt iam dictum, maius tempus requiritur. Ad quod
17 facit † Ordinat. §. würde aber/*titul. 30. partit. 2.* vbi in prorogandis iuris terminis, fatalium videlicet, loci distantiæ ratio habetur. Et specifice in casu
18 der Reichs Ordnung vnnd Außträg/† videtur inseruire textus §. vnd soll derselbig/*titul. 8. lib. 2.* vbi in casu spolii finiendo intra anni spacium, & sic citius, quam aliæ causæ, tempus mensis, ad nominandos tres Principes, ob legitima impedimenta extendi permittitur ad sex septimanas. Multo igitur magis ea ratio obtinere potest, etiam in casibus, tam succinctum processum non exigentibus.

19 Videtur etiam ordinatio † disponere de primo actu nominandi Principes, cui hoc loco notorie satisfactum est: non vero, quando interim exoritur impedimentum ex facto tertii, vel culpa Actoris.

20 Denique litera ordinationis, † in §. darauff soll der/*versic.* vnd ob der erkorn *Commissarius, &c.* exigit, vt defuncto Principe electo, alius Princeps nominatus, ab ipso Actore eligatur, nulla facta mentione Rei. Imo licet quis putet, hoc non stringere: tamen adhuc obstabit iuris axioma: Frustra expe-
21 ctatur euentus, † cuius nullus est effectus, *iuribus vulg. c. cum contingat, de offic. deleg. Franc, c. peruenit, de appellat.* Constat enim ex documentis *numer. 21. 22.* Landgrauium bis se excusasse, & perseueranter (vt ipsemet Actor fatetur) petitionem suam, quã Rei (testante instrumento nominationis, *numero* 6.) expresse ratificarunt, denegasse. Denique nec dubium facit, prætensa causæ continentiæ diuisio. Licet enim plures sint Rei conuenti, hi tamen omnes (vt ex actis satis constat) in vnum Iudicem eligendum per Actorem, iuxta Außträg/ consentiunt. Nisi itaque dominis placuerit, litium materiam amputare, & emanatos processus sustinere potius, quam Reis primam instantiam indulgere, meo voto pronunciarem, cassandam citationem, & partes ad Commissarios, siue Iudices, vermög der Außträg/ remittendas esse. *Saluis Dominorum votis.*

D. Q. & R. concludunt cum Referente.

VOTVM XLV.

In causa S. contra L.

SVMMARIA.

1 *Exceptio litis pendentiæ & causæ non diuidendæ, quod fundata sit ex quo patet. & n 2.*

3 *Dominus vtiliter pro se & subditis, quando vel spoliatur, vel pignorantur, & domino simul sua possessio & iurisdictio detrahitur, agere potest.*

4 *In Camera quotidie multi processus, tam mandata, quam citationes, dominis in causas subditorum decernuntur.*

5 *Causa eadem, inter easdem personas, propter connexitatem euidentem, diuersis processibus agitari non debet, & quare. n. 6 7.*

8 *Exceptio litis pendentiæ, quæ etiam hoc casu locum habet, impedit litis ingressum. & n 9.*

10 *Iudici bono incumbit, reique publicæ interest litium materiam amputare, & præcauere, ne lites in immensum crescant. & n. 11.*

PRimæ citationis, (den grossen Weydgang betreffendt) quod exceptio litis pendẽtiæ & causæ non diuidendæ, si fundata, † patet ex eo, (& 1
primo, quoad factum der sechs abgepfändtẽ Pferd) quod septimum mandatum impetratum est, ratione ipsiusmet facti, quod contigit 7. Maii, Anno 77. Quodque in hac causa primæ † citationis, 2
iterum in iudicium & disceptationem deduci ur. Articuli enim elisiui, septimi mandati, vtputa 3. 4 5 6. 7. per omnia concordant cum articulo 2. 3. 4. 5. 6. libelli primæ citationis, vbi pariformiter deducitur ius Actorum Reichshouensium, & insuper facta pignoratio & turbatio. Est & petitio vtrobique omnino eadem. Nec possunt dici personæ diuersæ, cum in dicta mandati causa, Episcopus Argentoratensis, tãquam directus dominus, omnium iurium atque per inētiarum, dicti oppiduli, tam iurisdictionis & sui directi, quam etiam subditorum vtilis dominitatione, quoad ius pascendi, & mandatum impetrauit, & iuxta naturam interdicti, vti possidetis, petitionem instituit, vbi & omnino eædem probationes vtrinque futuræ sunt. Sicut & eadem omnia in pignoratoris articularis causis, præsertim 36. 50. articulis, & in petitione ibidem proponuntur & aguntur. Inde constat, quod septimum mandatum ex nulla alia causa, nisi ob pignorationem 7. Maii Ann. 77. factam, impetratum sit, de quo facto & iure rursus in hoc libello agitur.

Ad alterum factum (deß abgepfändten Rindviehs) quod attinet: Ex actis octaui mandati partem talis liquet, plane super eodẽ facto & iure rursus actionem instituta: prout collatio septimi, 8. 10. 11. 12. 18. 19 elisiui (octaui mandati) cum octauo, 9. 10 positionali huius causæ, satis denotat. Nec vlla ex parte, petitiones vtriusque processus discrepare videntur. Res & personæ eædem vndique expresse nominantur. nec per viam eludendi, siue per defensionales aliud vel inducitur, vel decidi petitur.

Confessio partis, quoad Viehsleger/ non sufficit ad causandum separatum processum, quia decisio

causæ octaui mandati, planum faciet mandatum huius puncti, & sententia eiusdem, pariet etiam hic exceptionem rei iudicatæ, id quod aperte fatetur Reus in suis duplicis, *sub num.* 7. Cum itaque in causis mandatorum, & in hoc processu primæ citationis, super eadem re, siue iure, ex eodem facto, iisdem narratis & articulis, & per eadem petita litigetur: & dominus Episcopus æque principaliter, ratione iuris pascendi, vnd deß Kühlegers/ auff dem Großwald/ in vsum subditorum, quam suæ iurisdictionis prætensæ, & directi dominii,
3 mandata extraxerit. Agit enim dominus † vtiliter pro se & subditis, quando vel spoliantur, vel pignorantur, & simul domino sua possessio vel iurisdictio detrahitur, textus est *in c. 5. de dilat. & ibi Innoc.* Potest enim per hoc perdere suam iurisdictionem, *l. inter quos, §. damni, de damno infect.* Faciũt notata per *Gail. obser. 125. lib. 1. num.* 5. vbi dicit: quo-
4 tidie multos processus, † tam mandata, quam citationes, dominis in causis subditorum in Came-
5 ra decerni. Ita vt eadem causa, † inter easdem partes, propter connexitatem euidentem, diuersis processibus agitari non debeat, ne vnum idem-
6 que factum, † pluribus impetitionibus, ad eundem finem tendentibus, frustra inquietetur: neve
7 diuersis processibus, † de eodem facto & iure, cõ-
8 trariæ ferantur sententiæ. Ideoque tali casu † habet locum exceptio litis pendentiæ, *l. 1. & 2. Cod. de ord. cognit. c. cum dilectus, & c. tuam, de ord. cognit. Socin. cons. 38. colum. 4. num. 7. vers. nam etsi, volum. 4.* Quæ
9 impedit † litis ingressum, *l. vbi acceptum, de iudic. leg. nulli, Cod. de iudic. cum concordant. vt notat Gail. obseruation. 32. numer. 4. lib. 1.* Et incumbit bono † Iudici,
10 reique publicæ interest, litium materiam amputare, *§. 1. ibi Bart. vers. venio ad vnum. C. de nouo Cod. fac. facit l. properandum, in princ. C. de iudic.* & præcauere,
11 ne † lites in immensum crescant, *l. apertissimi, Cod. eod. tit.*

Concludo, hunc processum esse superfluum, & Reum à citatione absoluendum: *Compensatis expensis.* Posset tamen reseruari deductio sui interesse, si voluerint Actores, & sibi vtile visum fuerit.

D. Bq. putat, tutius esse vt cassetur citatio, quã absoluatur à citatione, & vult eos remittere ad causas mandatorum: *Compensatis expensis.*

D. I. D. Q. item Dn. R. concludunt cum Referente.

VOTVM XLVI.

In causa M. contra S.

SVMMARIA.

1 *Exceptionis obiectæ præcipua fundamenta in hoc casu quæ & n. 2. 3.*
4 *Ad iurisdictionem fundandam, diuersæ summæ coniungi, & census, siue pensiones cum sorte cumulari possunt.*
5 *Priuilegium Hamburgense quæ verba contineat; eorumque verborum effectus quis. n. 6.*
7 *Libellus qualis est in causa principali talis est in causa appellationis.*
8 *Iudex appellationis non cognoscit, nisi de eo, de quo cognouit Iudex causæ principalis.*
9 *Pars sibi imputet, qui talem sibi patronum elegit, vel quod non correxit errorem, sed potius eadem petita in processu iterando ratificauit & acceptauit.*
10 *Præscriptionis punctus pertinet ad causam principalem.*
11 *Priuilegiorum ratio quoque habenda, & qualiter.*

SVbmissum in puncto non deuolutæ appellationis. Præcipua fundamenta obiectæ exceptionis sunt: Primo, † summam libelli primæ in-1 stantiæ non esse conformem priuilegio Hamburgensi, quod est 600. Goldgülden. Secundo: † nec 2 satisfactum esse priuilegio, per præstationem iuramenti appellationis, siue calumniæ. Tertio: nec vigore † eiusdem cautum esse ratione expẽsarum. 3 Denique de meritis causæ principalis, quædam annectit: inter cætera vero de exceptione præscriptionis.

Quod ad secundum & tertium attinet, res nũc est expedita, quia per documentum, *numero 12. 13.* eis requisitis iam satisfactum est. Sed contra primam partem exceptionum replicatur: causę controuersæ summam, Hamburgensi priuilegio non inferiorem. Licet enim procurator primæ instantiæ in libello per errorem petierit summam 600. Marck/ mit sampt dem interesse, debuerunt tamen ea simul melius specificari, prout & acta priora satis ostendunt, quod per Actorem semper, neben der Summa der 600. Marck / auch auff die gantz Rechnung der gantzen Societet getrungen worden / vult in processu causæ deducere maiorem summam, quam priuilegium postulat: quia in prioribus actis non editas rationes, ab Anno 56. vsque 62. si summæ, quam quisque sociorum primo contribuit, addantur interesse cuiusque anni, vsq; ad Annum 80. longe maiorem fore priuilegii summa.

Verum his posthabitis, prælibatas exceptiones prævalere censeo, in confesso enim est, ex producto, *numero 14. fol.* 8. prout & copia priuilegii (cui non obloquitur Appellãs) imo & eius insinuatio correspondet, priuilegium continere 600. Goldgülden / sed libelli petitio, non nisi 600. Lübisch Marck/ id est, 300. Thaler/ Hauptsumma/ sortis, cõtinet, prout patet *ex folio actorum 3. & fol. 19.* Et licet ibidem interesse quoque petatur: tamen id ipsum non, nisi ad 383. Marck æstimatur, *fol. 16. 17. actorum*, quæ summa, si adiiciatur sorti principali, nondum attingit dictam priuilegii summam 600. Goldgülden/ deficiunt enim 60. fl. si rite computetur.

Hinc constat, minus apte allegari, quod notatur *ex l. si idem cum eodem, de iurisd. omn. iud. vt & Gail. refert obseruat. 123. libr. 1. num.* 2. Ad hoc, quod diuersæ summæ coniungi, † & census, siue pensiones 4 cum sorte cumulari possunt, ad fundandam iurisdictio-

dictionem. Aliud enim ostendit litera ordinationis, *titul. 28. libr. 2.* Imo & d. priuilegium apertis verbis est limitatum, ad 600. Goldgülden / der Hauptsachen. Loquitur & allegatus textus *in l. si idem cum*, de sorte principali diuersarum summarū, vel, quod loco sortis principalis, aut simul cum ea, specifice in libello petitum est, vt sunt certi annui reditus, siue pensiones.

5 Continet etiam d. priuilegium hæc † verba, Da die anfänglich Klag oder Hauptsach / nicht vber 600. Goldgülden Rheinisch / in Geldt. Quę verba o-
6 stendunt, † non releuare Appellātem, si in secunda instantia velit sorti principali, vel summæ, adiicere interesse, vt per hoc conformis fiat priuilegio.

Accedit, quod & iuris est, appellationem naturam litis non mutare debere, *Clem. sæpe, de verb. si-*
7 *gnif. Clem. dispendiosa, de iud.* Et qualis † est libellus in causa principali, talis est in causa appellationis,
8 nec cognoscit Iudex appellationis, † nisi de eo, de quo cognouit Iudex causæ principalis, *Bar. in l. 1. C. si aduersus libert.*

Neque his obstat, quod prætenditur, procuratorem non recte petiisse in libello primæ instan-
9 tiæ. Imputet enim sibi pars, † quod talem sibi patronum elegit: vel, quod non correxit errorem, sed potius eadem petita in processu iterando ratificauit & acceptauit, vt ostendit die Probation-schrifft in actis *fol. 13.*

Sic & punctus præscriptionis, intempestiue
10 iam inducitur. Pertinet enim † ad causam principalem: & ostendit extractum statuti Hamburgēsis, in fine exceptionum, contra deuolutionem adscriptum, id ipsum Appellantes parum releuare.

Concludo itaque pronunciandum, causam non deuolutam, non remittendam, quia non inhibitum, vt & Hamburgenses petunt in missiua, *num. 6. Cum expensis.*

D.L. non vult remittere: & compensare expensas.

D.P. Müssen sie bey dem priuilegio bleiben lassen / werden sonst die census & pensiones ad summā capitalem, siue sortem geschlagen: secus tamen de
11 expensis litis. Habetur & ratio † priuilegiorum, an sonent de Hauptsachen / vel simpliciter dicant: Da die Sach nit vber die Summ der 600. Goldgülden. Non vult remittere, quia non inhibitum: *Compensatis expensis.*

Saluo.

VOTVM XLVII.

In causa Nobilium I. & X. contra S.

Con-Inter-& Reconuentionis.

SVMMARIA.

1 *In hoc casu omnium submissionum propositarum, quatuor occurrunt principaliter considerāda; & quæ, vt num. 2.*

3 *Actio interuentionis, ex qua motiua per interlocutoriam, hoc casu videatur admissa.*

4 *Disceptatio harum partium, per quæ satis perimi videatur. & n. 5. Contrarium, n. 6. 7.*

8 *Litis definitio in hoc casu quare differenda, donec de iure tertij appareat. & n. 9.*

10 *Causæ cognitio, ob difficultatem & quodammodo impossibilitatem conspicuam, sicut & executio, est differenda, donec plane de iure tertij oppositoris appareat; idque quare tanto magis in hoc nostro casu locū habere videatur. n. 11.*

12 *Considerandum, in hoc casu, quid veniat secundo.*

13 *Ad denegandam commissionem, ad perpetuam rei memoriam, quib. rationibus fuerit adductus. & n. 14.*

15 *Articuli, quando Iudex dubitat, an sint releuantes, admitti debent, cum clausula*, Saluo iure impertinentium & non admittendorum.

16 *Superfluum admittere securius est, quam necessarium omittere. Et pars illa eligi debet, quæ litigantibus minus est onerosa, & per quam vtrique parti consulitur. n. 17.*

18 *Disceptatur inter Dd. An & quando, publicatis attestationibus, tertius possit super ijsdem articulis alios testes producere.*

19 *Infans, & in pupillari ætate constitutus, ignoranti comparatur.*

20 *Restitutionis punctus in integrum hoc casu, quare superfluus. & n. 21.*

22 *Rei ex quo iure omnes suas defensiones, in hac causa, proposuerint.*

23 *Iudex ex officio, nullo opponente, agentem vel excipiētem, vbi eius non interest, repellere potest.*

24 *Exceptio de iure tertij non releuat excipientem, nec potest se quis defendere ex iure tertij.*

25 *Actus omnis regulatur in fine, in quem dirigitur.*

26 *Iniuriæ procedentes ex aliquo actu, super quo litigatur, non possunt prosequi, nisi post litem illam finitam.*

27 *Actiones iniuriarum, ne tempore vel morte pereant, licitum est, contestando litem, eas in tutum redigere.*

28 *In Camera receptum est, vt in eiusmodi causis iniuriarum, citationes decernantur, & vsque ad litis contestationem processibus locus detur.*

29 *Causa subesse possunt, ex quibus* der Landfriedbruch *excusatur, & actio iniuriarum firma manet.*

30 *Actio iniuriarum absoluto Reo ex hoc non fundatur, vel præiudicium parit, quin Actores in hoc se defendere possint.*

INter omnes submissiones † propositas, quatuor occurrunt principaliter considerāda. Primo, † An causa conuentionis inter primordiales 1 2
Actores, & Reos, finaliter concluſa, ante omnia debeat decidi, non expectato fine causę, siue puncti interuentionis?

Actores quidem id magnopere efflagitāt, nec aliter fieri posse, ex iuris depositione cōtendunt. Id quod ex crebris supplicationib. ad dominum Iudicem, nec non ab eis, iudicialiter petitis satis conspicuum est.

Verum è diuerso prætenditur, interuentionis
3 actionem per interlocutoriã esse admissam, † sine dubio ex ea motiua, quod præsumptiue, & quodammodo ex facti euidentia visum est, eam fundatam esse, quod Actores, concludendo in causa conuentionis, studio processum puncti interuentionis anteuertere intendant. Sed videtur, hanc
4 partium disceptationem † satis perimi per ea, quę dicit *Innoc. in c. veniens, de testib. & Alexand. ad Bartol. in addit. in leg. is à quo, de rei vendic. Bald. in cap. 1. §. duo, de pace tenend. Secutus Innoc. in d. cap. veniens*, vbi volunt,
5 differendam esse litis definitionem, donec appareat de iure tertii oppositoris. Ei tamen decisioni repugnat tex. *in d. l. is à quo, & text. in l. penult. de petit. hered. & quod not. Ang. in leg. si suspecta, de inoffic. test. Rota decision. 4. de iudic. in antiq. Felin. c. cum super, de sent.*
6 *& re iudic. numero 17.* vbi decidunt, † non esse impediendam definitionem, neque examinationem litis, quæ inter duos tractatur, ex eo, quod tertius seipsum opponat, & petat rem litigiosam sibi dari. Ideoque nihilominus admittendam ad proprii
7 iuris probationem, † absque læsione illius status, in quo causa inter Actorem & Reum versatur. Quia vero & hæc decisio quasdam admittit modificationes, putarim (posito, quod interuentionales ad probandum admitterentur) nostro casu differendam esse litis definitionem, donec appareat de iure tertij.

8 Constat enim ex actis, † causas actionum & defensionum, respectiue, tam con-quam interuentionis, ita coniunctas esse, vt non, nisi cum magna difficultate, intricatione, rixarum & confusionũ materia in cognoscendo & exequendo, separatio processus, siue decisionis fieri possit. Imo non
9 sine præiudicio irreparabili, † vel male reparabili: id quod ex circumstantiis rerum controuersarum, & qualitate litigantium, facile colligi potest.

Sed quando talis difficultas, & quodammodo impossibilitas conspicitur: tunc cognitio cau-
10 sæ, † sicut & executio, differtur, donec plane de iure tertii oppositoris appareat, vt per *Alexand. in consil. 17. num. 7. vol. 1. & Fel. in d. c. cum super, de sent. & re iud. num. 17.*

Accedit & difficultas, ratione prothocolli iudicialis, in quo promiscue, trium causarũ, con-inter-& reconuentionis acta designantur, quæ vix separari, & vna ad referendum dari potest, dum adhuc agitentur processus in reliquis præsertim interuentionis causa, cuius decisio omnino connexa, & eadem est cum prima, vt *dictum.*

Idque tanto magis locum habet nostro casu,
11 cum † oppositio per interuenientem facta sit, lõge ante testium publicationem, vel conclusionem in causa Ad quam sententiam etiam inclinare videtur *Couarruu.* qui alias contrarium defendit *in c. 14 pract. quæst. num. 4. in fin.* Sunt & ipsi Actores non modicum in culpa dilati processus, cum ab Anno 73. quo proposita est interuentio, & dati articuli ad probandum, cum petitione cõmissionis, &c. ipsimet sese frustra opponendo, causam vtramque retardarint, & litis contestationi, & probationi articulorum, quod interim facile expediri potuisset, hactenus restiterint.

Cum itaque testes specificati, quorum numero pauci sunt, non magno spacio tẽporis, & sumptu, etiam ob paucitatem articulorum probãdorum, & dehinc alia processus necessaria expediri possint: puto commodius, & quidem necessariũ fore, vt, siue conuentio prima decidatur, denegata probatione, siue interuentio ad probandum admittatur, cognitio vtriusque actionis, differatur donec & in altera causa cõclusio fiat: id quod interuenientes maturare velle, non obscure ex nouiter productis consequitur, & in præfixione terminorum attendi & promoueri potest. Saluo tamen iudicio Dominorum. Quia & D. Funck/ cum Anno 77. referret ex his actis, putauit causam conuentionis decidendam, & non expectandam conclusionem alterius puncti.

Secundo, considerandum occurrit, † an arti- 12
culi interuentionales & additionales, ad probandum sint admittendi. Examinatis itaque articulis, qui ad probandum admitti petuntur, facile apparet, eos, qui in facto consistunt, fere omnes pure confessionatos, & ita, sicut & reliqui, qui in iure consistunt, nulla probatione indigere, ne superflua & impertinẽtia concedãtur, & inutilibus probationibus & sumptibus partes grauentur, *Specul. in tit. de probat. §. 10. n. 1.* Imo & lis siue causæ processus proteletur, & quodammodo immortalis reddatur.

Verum quibusdam rationibus moueor, vt putem, eos admitti posse, & debere, cum clausula consueta, saluo iure impertinentium, & non admittendorum: partim quia intelligo ex prothocollo Notarii, quod prior Referens, imponendo litis contestationem, simul etiam articulos ad probandum admisit. Denegando enim commissionem ad perpetuam rei memoriam, expressis verbis eam assignauit rationem, quod videlicet † in- 13
terueniens sit in ordinario processu, & sic vulgarem commissionem petere debet. Moueor etiam, quod † quidam articuli, in facto consisten- 14
tes, sunt negati: qui si probarentur, aliquid ad causam facere possunt: vt puta tertius, quo loco Actores primarii negant, interuenientem, proximam esse heredem Iohannis Iunioris Item 18. art. vbi in effectu negant, interuenientem adiisse hæreditatem, & sic intendunt, actionem sibi non competere.

Prætenditur etiam, quod duo additionales probati, aliquid cõmodi sint habituri. Sed quando non satis constat, imo Iudex dubitat, † an ar- 15
ticuli sint releuantes, tunc admitti debent, cum clausula, *Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, &c.* Quia secutius est, † superfluum ad- 16
mittere, quam necessarium omittere: imo debet illa pars eligi, † quæ litigantibus minus onerosa 17
est, & per quam vtrique parti consulitur, per allegata à *Gail. obseruat. 81. numer. 7. 8. lib. 1.* Et licet inter *Dd.* disceptetur, An & quando, † publicatis atte- 18

sta. 10-

stationibus, tertius possit super iisdem articulis, alios testes producere: quia tamen hic interueni-
19 ens, tempore cœptæ litis, infans, † & cum darentur interuentionales: in pupillari ætate, sicque ignoranti similis fuerit, puto, d. publicationē non remorari hanc probationem, per distinctionem *Bart. in l. si per lusorio, §. 1. de appel. refert & tenet Gail. obs. 71. n. 12. lib. 1.* Concludo, tutiorem viam esse, vt admittantur.

Quoad punctum euentualis restitutionis in
20 integrum, puto, † eam superfluè peti: licet enim cessio legitima facta, & per omnia valida esset, ita vt cedens nec agere, nec transigere, nec reuocare eam possit, præsertim obstantibus his, quæ enumerantur *in l. 3. C. de nouat. & not. Guid. Pap. decisione*
21 *530. post princip.* videlicet, † quando lis est contestata per cessionarium, vel aliquid est acceptum de eo, super quo facta fuit cessio: vel quando possessori denunciatum sit, ne rem domino restituat. Quia tamen ex omnibus actis satis liquidè con-
22 stat, Reos non ex iure cesso, sed ex proprio, † ipsi matri competente, omnes suas defensiones proposuisse: sicque nec vtilem, nec directam actionem, siue defensionem, ex cessione prætensam: imò ipsius cessionarii præscitu, & expressa permissione, tertium interuenientem, suum ius deduxisse, vt patet ex producto 1. Septembr. Anno 74. Quo ipso cessionarium nonnihil de iure suo si ꝙ habuit, remisisse, intelligi potest.

Item, quod nihil interest obiicientium eam cessionem, siue Rei, siue interueniens obtineat in causa: quia vtrinque, tam defendendo, quā interueniendo, ad eundem finem, exclusionem videlicet, ab hereditate controuersa agitur. Et potest
23 Iudex ex officio, † nullo opponente, repellere agentem, vel excipientem, vbi eius non interest, vt latè per *Blanch. de compromiss. p. 4. except. tua non interest, nu. 100.*

Item, quod exceptio respicit ius tertii, cessionarii videlicet, & non ius obiicientium eam cessionem. Ideoque meritò non attenditur. Excepe-
24 tio enim † de iure tertii, excipientem non releuat, nec potest quis se defendere ex iure tertii, *Bartol. & Castrens. in l. 1. & 2. de excep. rei iudic. Bald. in l. si cui, de non num. pecunia.*

25 Accedit, quod omnis actus † regulatur à fine, in quem dirigitur *l. si is qui in aliena, §. 2. verb. nemo enim, de acquirendo rerum dominio, l. verum, de furt.* Sed Rei attigerunt hanc cessionē, non vt impugnent eam, vel eo ipso actionem interuenientis elidant, sed solummodò in finem detegendæ assertæ collusionis, & protelationis litis: prout ex Anzeig vñ Bitt *n. 89.* apertè constat. Sed ea prætensio collusionis & protelationis, per dictam interlocutoriā 21. Ianuarii decisa est.

Concludo itaque, hoc casu non opus esse restitutione.

Quarto loco, quod ad reconuentionem spe-
26 ctat, certi iuris est, iniurias, † procedētes ex aliquo actu, super quo litigatur, non posse prosequi, nisi post finitam illam litem, *l. siquidem, C. de iniur. Bartol. in l. si quis, §. stellionatus, ad Turpill.* Ne tamen actiones, † tempore vel morte pereant, licitum est, 27
contestando litem, eas in tutum redigere, inquit textus *in l. ordinatur, circa princip. de lib. causa, l. si tibi seruitutis, C. eodem titulo, ibi Ioh. Fab.* Estque receptū in hoc iudicio, † vt in eiusmodi causis, citationes 28
decernantur, & vsque ad litis contestationē processibus locus detur. Id quod reconuenti etiam hoc casu fieri contendunt: neque permittitur vlterius, ante principalis causæ decisionem procedi. Quia tamen prætensæ iniuriæ non procedunt, siue ortum habent ex lite hic pendēte, sed ex aliis actibus, extra hoc iudicium agitatis: sitque per sententiam proximam in hac causa, litis contestatio partibus iniūcta, & vt prothocollum Notarii ostēdit, in priori relatione, hi articuli, cū interuētionalibus, æquali iure censiti fuerint: & sic causa huius litis separatam habeat causam à principali controuersia. Lata enim sententia pro Actoribus, in conuentione, per hoc non plene præiudicatur Reo in reconuentione: quia possunt subesse causæ, † ex quibus der Landfriedbruch excusatur, 29
& actio iniuriarum firma manet.

Sic & è diuerso, absoluto Reo, † non ex hoc 30
fundatur actio iniuriarum, vel præiudicium parit, quin Actores in hoc se defendere possint: puto, separatim hic procedi & articulos ad probandum admitti, siue euentuales responsiones pro puris acceptari posse.

Saluis.

D. Q. Concludit cūm Referente.

D. L. vult totam causam iam decidere, & vt detur ad referendum, quia in facto nihil aliud probari posse. Ideo non vult admittere articulos interuentionales, ad probandum. In causa reconuentionis non vult admittere ad probandum articulos. In puncto restitutionis, cum Referente concludit.

D. G. vt Dn. L.

D. Ql. vt Referens, &c.

VOTVM XLVIII.

In causa Episcopi T. contra ciuitatem P.

Mandati der Pfändung *in puncto paritionis.*

SVMMARIA.

1 *Narratio siue species facti.*
2 *Protestatio Reorum, in hoc casu, quæ vel qualis.*
3 *Paritionem Rei quibus obtulerunt. & nu. 4.*
5 *Sententiæ latæ tener.*
6 *Paritionem sufficientem per solutionem* diß Weins/ für den Wagen vnd Wein/ *quare Rei recusarint.*
7 *Fundamenta Actoris in hoc iudicio quæ. & num. 9. 10. 11.*
8 *Sententiæ* auff vngnugsamen Bericht ergangen/ *in Camera, si vlterior deductio fiat, aliquando solent reuocari.*
12 *Parendi tempus in arbitrium impetrantis, per verba,*

Wann vnnd zu welcher Zeit N. den Wein erfordern lassen.

13 *Incertus non est, qui ad quodlibet momentum certificatus est.*

14 *Certitudo in cuiusuis arbitrio absolutè residet.*

15 *Parendi viam, qui omni tempore, nullo excepto, pandit, plus permittit, quàm qui id restringit & limitat ad certum diem.*

16 *Dictio, Omne & totum, nihil excludunt, & quam libet temporis partem continent.*

17 *Paratus semper soluere, quolibet tempore se offerre dicitur.*

18 *Rei quod liberaliter Actori permittunt, in odium & damnum ipsorum non debet conuerti.*

19 *Dubitatio, resolutio eius. nu. 20.21.22.*

23 *Vinum & plaustrum cur non possit dici vnum corpus esse. vt nu.24.25.26.27.28.30.*

29 *Res corporalis quælibet est diuidua.*

31 *Gallus gallinaceus plaustro insidens, non sunt vnum corpus.*

32 *Actibus in cunctis dominatur voluntas.*

33 *Homines quicquid agunt, intentio iudicat omnes.*

34 *Interitus prima causa si cessat, tum etiam cessat illatio ad eius interitus effectum.*

35 *Periculum rei interitus non transferendum in eum qui rem non pignorauit vel detinuit, idq; tribus rationibus confirmatur, vt nu. 36.39.43.*

37 *Causa debet præcedere effectum.*

38 *Principale si non fuit in obligatione restituendi, tunc nec id, quod eius loco succedit.*

39 *Oblatio rei debitæ facta, loco & tempore congruis, liberat ab interitu rei.*

40 *Moram posteriorem nolenti accipere oblationem nocere æquum est.*

41 *Oblatio fieri dicitur loco congruo, quando fit in loco, in quo facienda est solutio.*

42 *Creditor recipere recusans tenetur à tempore moræ, ad recipiendum æstimationem rei, quanti minimum post moram fuit.*

44 *Obligatio restituendi, si vigore mandati, &c. est alternatiua, & sic vtrumque, tam vinum, quam precium est in obligatione restituendi, tunc electio consistit penes debentem paritionem.*

45 *Obligatio sufficiens cum effectu intelligenda sit, necessario precium rei interitus, in non recipientem oblationem remoueri debet.*

46 *De moræ commissæ effectu vbi agitur, alterum intendi oportet, vt ibid. nu.47.48.*

49 *Offerens quod non fuerit in culpa vnde constet. & num.50.51.*

52 *Oblatio paritionis quare recipi noluit.*

53 *Instrumentum paritionis non continet tacitam vel obliquam confessionem pignorati. Vnde pateat num.54.55.*

56 *Confessio Reorum, in hoc iudicio facta, ex quibus constabit, & nu.57.*

1 FActum tale. OberEhenheimenses † prætendunt, se habere ius ex priuilegio, ab Imperatore & Regibus exigẽdi, & recipiendi den Weg vñ Brückenzoll/à singulis rhedis indistinctè, 4. Pf. id est, 2. Kreutzer. Cum itaq; Episcopus, 22. Iunii ex d. oppidio intenderet etlich beladẽ Wägen mit Weingen Zabern zur Hoffhaltung führen zu lassen/oppidanos exegisse vectigal, reclamantibus officialibus Episcopi. Conuentum inter partes, daß ein Wagẽ daselbst/biß zu Austrag der Sachen gelassen werde/doch also/daß die Pferd fortgeschickt/vnd der Schaffner den Wein/so auff dem Wagen/in sein Gewahrsam neme/dann oppidani die Pferd vnd den Wein mit nichten auffzuhalten gemeynt seyen. Cum verò postea sententiam & promissum mutaret der Schaffner daselbst/protestati sunt oppidani, 25. eiusdem, † daß sie den Wein nicht auffgehalten 2
noch gepfändt/wöllen auch nichts damit zu thun haben. id postea 1. Iulii, per Notarium & testes fecerunt insinuari Episcopo, siue eius Consiliariis, zu Zabern. Impetrato itaque mandato in Camera, Reisq; 2. Augusti eo insinuato, obtulerunt hi paritionẽ, statim post, scilicet 3. Augusti, primò dem 3
Schaffnern/& officialibus: hoc modo: q̃ velint den Wagen vnd Wein/† an den sie nie Anspruch gehabt/welchen Wagen sie auch nie begert sonder wider jhren Willen/an stadt deß schuldigen Zolls hinderlassen worden/frey passiren vnd folgen lassen.

Deinde 13. eiusdem † (cum dicti officiales re- 4
cusassent accipere oblata) etiam Domino Episcopo, hoc modo: Ein Raht thue sich vnterthänig erbieten wann vnd zu welcher Zeit jemand den hinderlassenen Wagen vnnd Wein von jhrer Fürstlichen Gnaden wegen erfordert/cum cautione, &c. daß der Raht jhres Theils zu pariren willig.

Cum verò Episcopus, ob non factam paritionem (quod videlicet certa dies non esset à Reis designata) pro declaratione pœnæ, & actioribus processibus instaret, lata est sententia † 1. Fe- 5
bruarii Anno 80. Läst man es bey dem in instrumento paritionis beschehenem erbieten bleiben 15. Martii post, Actor misit ad Reos, & petit sufficientem paritionem, per solutionem deß Weins/für den Wagen vnd Wein. Sed hi recusarunt: quia nunquam arrestarint, † quin potius contra 6
id protestati fuerint, vigore dict. instrumenti, Actori insinuati, wöllen mit dem Wagen vnd Wein nichts zuthun haben/habẽ also beyde Theil/den Wagẽ vnd Wein/wie von dem Schaffner auffgeführt/an demselben Orth stehen lassen/biß er den 6. vnd 7. Aprilis, selbst auß dem Faß geloffen.

Hoc ita eueniente, petit iam impetrans sibi vini deperditi precium æstimandũ, vigore mandati, restituendi. Sese fundat ex eo, q̃ † prior sententia ad Reg 7
orũ notrata, vñ auff derẽ vngnugsamẽ Bericht/sit lata: Sed eiusmodi sententias † in Camera aliq an 8
do soleant reuocari, si vlterior deductio fiat. Itẽ. † posito, ea sententia consistat: q̃ tamen adhuc 9
debeatur, iuxta mandatũ, plena paritio, cum per eam sententiã minimè sit sublatum debitum parendi. Item: † quod steterit per Reos, q̃ vinum 10
periit. Item: † & ipsimet confessi fuerint, se velle 11
mandato parere, quod datur intelligi, vinum ipsum fuisse arrestatum, vel pignoratum: Cui adstipulatur emanatum mandatum, &c.

Primum

Primum fundamentum, non video melioribus rationibus iam niti, quam vt ante sæpe dict. sententiam prætensum est. Licet enim tempus
12 parendi in arbitrium impetrantis † per verba, Wann vnnd zu welcher Zeit jhr Fürstliche Gnaden den Wein erfordern lassen/ &c. repositum sit: Tamen male prætenditur, certum tempus destinatũ non
13 esse. Incertus enim † non est, qui ad quodlibet momentũ certificatus est, & in cuiusuis arbitrio
14 † certitudo absolutè residet. Imò plus permittit,
15 qui omni tempore, † nullo excepto, pandit viam parendi: quam qui id restringit & limitat ad certum diem.

16 Facit, quod dictio, † *omne*, & *totum*, nihil excludunt, sed quamlibet temporis partem continent.
17 Sicut & semper paratus † soluere, quolibet tempore se offerre dicitur. Possent & alia à maiori, siue potiori argumentando adduci. Sed vt sim
18 breuis indignum esse puto, vt id, quod Rei † liberaliter Domino Actori permiserunt, in odium & damnum ipsorum conuertatur. Non itaque video, qua dexteritate sententia prius rectè lata, temere, & sine iustis rationibus reformari siue cassari debeat.

Quod secundo loco proponitur: videlicet, *non obstante dict. sententia, Mandato adhuc parendum, &c.* Omninò id puto verum esse: cæteris tamen paribus: Imprimis autem. Si vinum adhuc in sua bonitate existeret: Sed iam difficultas inde resultat,
19 Cum partes contendant, † post deperditum vinum inter se, ita vt hic exigat preciũ, alter neget, cuius sit periculum eius interitus: Mea sententia non erit difficilis, si duo præsuppositа vera sta-
20 tuantur. Primò, † vinum non esse pignoratum,
21 vel retentum pro solutione vectigalis. Secundò, † vinum illud, tempore factæ & insinuatæ protestationis, videlicet vigesimoquinto Iunii, & pri-
22 mo Iulii. Item, † tempore oblatæ paritionis, scilicet tertio, & decimotertio Augusti, nondum fuisse deterioratum. Dominus impetrans vtrum que horum negat: Sed nullas adducit directas probationes, inhærendo tantũ nudis facti & iuris præsumptionibus.

Rei verò nituntur certis documentis, quorum contenta, in facto consistentia Dominus Actor in specie non negat, sed potius fatetur. Licet n. huius consiliarii notario insinuanti, 1. Iulii dixerint, Die Sachen seyen anderst/ vnd nicht allerdings wie in dem Instrument vermeldt/ beschaffen: non tamen in specie ostenditur, vbi, & in quibus res aliter se habeat. Imo in duplicis. §. Vnnd soll diß. & §. Das vbrige fürgeben/ non obscurè fatetur ab initio facti, Reos professos & protestatos, prout instrumentum sub *n.* 8. continet: se nolle vinum, sed solummodo currum retinere.

23 Nec iustum & sobrium erit dicere, † plaustrũ & vinum fuisse vnum corpus. Cum enim natura, substantia, quantitate & qualitate separabiles
24 & diuersissimæ res: Imò id vas vini, † eo quasi momento, eodem loco, plaustro separabiliter adiunctum sit, nemo dicet, ea esse vnum, vel numero, vel re: nec totum, vel integrale, † vt do- 25
mus: Vel vniuersale, † vt grex, peculium, vel ge- 26
nerale, vt vestis, ornamentum: vel quantitatis, † 27
vt octo, decem, &c. nec indiuiduum, † cum diui- 28
sionem realem admittant, & ad oculum vel intellectum res istæ diuidantur. Estque per iuris regulam, † quælibet res corporalis, diuidua. Et 29
habet id minus dubii nostro casu, propter expressam declarationem, consensum & protestationem partium. Non ergo plaustrum & vinum impositum, erit vnum corpus.

Quid enim si gallus † gallinaceus insideat 30
† plaustro, an erunt vnum corpus, vt quocunque 31
volitet Gallus, sequatur & currus, vel ablato Gallo, quis & plaustrum, necessitate consequentiæ, furatus dicetur. Idque tanto magis nostro casu, vbi constet de animo & intentione Reorum: quia Actibus † in cunctis dominatur sola voluntas: Quicquid agunt homines, † intentio iudi- 32
cat omnes. 33

Nec mandati narrata sub initum his refragantur, sed potius plaustrum & vinum separant, si rectè inspiciantur, licet argutè postea ea copulata sint, & insuper mandatum emanarit. Non igitur censeo probatum: vinũ simul cum curru pignoratum fuisse, sed potius contrarium ex iudicialiter hactenus deductis liquere.

Secundum præsuppositum quam maximè dependet à primo, si enim vinum non est pignoratum: Tunc, quoad quæstionem principalẽ (cuius scilicet periculo res perierit) frustra quæritur, quando id factum sit. Si enim, quoad Reos, cessat prima causa interitus, † pignoratio videlicet, tũc 34
etiam cessat illatio ad eius interitus effectum.

His ita præsuppositis, facilè infertur, periculũ rei interitus, † non transferendum in eum, qui 35
rem non pignorauit vel detinuit. Hoc confirmant duæ, vel tres, firmissimæ rationes.

Prima designari potest ex iam dictis præsuppositis, † male enim petitur restitui, ꝙ nunquã 36
fuit ablatum. Debet enim † causa præcedere effe- 37
ctum. Si ergo principale non fuit in obligatione restituendi, † vinum videlicet: tunc nec id, quod 38
eius loco succedit, precium scilicet.

Deinde † aperti iuris est (casu, quo nostri Rei vi- 39
num detinuissent) ꝙ oblatio rei debitæ facta, loco & tempore Congruis, liberat ab interitu rei. Quia æquũ est, inquit textus, posteriorẽ morã, † 40
nolenti accipere oblationẽ, nocere *l. illud. de peric. & commo. rei vend. Dd. in l. qui Romæ. de ver. obli. l. si solutur⁹. de solut.* Et dicitur oblatio † fieri loco cõgruo, 41
quando fit in loco, in quo faciẽda est solutio, *l. obsignatione. C. de solut. ibi Bald. & l. acceptã. C. de vsur.* put nostro casu de loco vllũ dubiũ nunq̃ est motum. Facit ꝙ creditor, † recipere recusans, tenetur à 42
tempore moræ ad recipiendã æstimationem rei, quanti minimi fuit post morã: *Bald. l. hominem, mandat. & d. l. acceptam.*

Nec refricare hic opus est, quæ tam ex supra dictis, quam ipsa sententia, 1. Februarii, super sufficienti oblatione lata, per se satis clara sunt.

Deina

43 Deinde † (iterum posito) vinum nostro casu fuisse pignoratum: quia tamen obligatio restituendi, vigore mandati, † est alternatiua, & sic vtrũque, tam vinum, quam precium, sit in obligatione restituendi: Ideoque electio consistit penes debentem partitionem: ℔ *constat ex iuris regulis.* Vt itaque sufficiens oblatio, † cum effectu intelligatur, necessariò debet periculum interitus rei, in non recipientem oblationem remoueri: Quia vbi agitur † de effectu commissæ moræ, oportet alterutrum intendi, vt vel culpa, † siue mora fuerit penes eum, qui debet offerre partitionem, vel penes eum, † qui debet recipere partitionem. Sed offerens † non fuit in culpa, quod testatur d. sententia, & quæ permissa sunt: Ergo. Idque tantò magis, cum offerens nec postea rem † ad se recepe rit, *d. l. acceptam. Alexand. in l. qui decem. de solut.*

51 His tandem accedit, † quod emisso mandato & oblata partitione, pignoratam rem tunc temporis fuisse deperditam, vel deteriorem redditã, nullibi, nec obiectum, nec probatum est: sed ℔ solummodo prætensa fuerit temporis incertitudo, docet productum instrumentum, sub *n.* 4. Recessus iudicialis D.G. 12. Nouemb. An. 79. Neque id ex aduerso vllibi negatur. Vinum vero 6. & 7. Martii An. 80. demum periisse satis liquet, ex tacita confessione partis. Noluit itaque recipi oblatio paritionis, † non ob rem deterioratam, sed tantum propter prætensam incertitudinem, per sententiam tamen sublatam: Quo ipso ad supra d. effectum, rectè iterum infertur.

53 Instrumentum paritionis † non continere tacitam vel obliquam confessionem pignorati, puto verius dici † ex antecedentibus & subsequentibus eum actum oblationis. Imò ex ipsis verbis & † circumstantiis in facto oblationis apparentibus, quam si verba contra enixam intentionẽ & mentem proferentium captentur, & in diuersum trahantur. Si enim iustitia & veritas † rei attenditur, prout hoc loco conuenit, constabit, plus non confessos Reos, q̃ debitam partitionẽ jhres Theils: Idque sub hisce verbis † declaratiuis, Sie wöllen den wider jhren Willen hinderlassenen Wagen vnd Wein frey passieren vnd folgen lassen. In reliquis nunquam consenserunt. Possunt legi & perpendi verba oblationis, & conferri menti & animo proferentium, ante & post eam declarato.

Hinc, concludendo, existimo, fieri vix posse, vt peticulum rei peremptæ, in Reos transferri possit, sed pronunciandum, daß es nachmals bey der vorigen Vrtheil bleiben zulassen / vnd D. G sein Begeren / deß außgeloffenen Weins halben abzuschlagen / aber so viel den Wagen belangt / D. Ram noch zu partieren schuldig sey. Expensas compensarem: cum partim pro partim contra D. Impetrantem pronuncietur. Licet non mediocris temeritas ex ipsius parte appareat.

Si verò Dominis visum fuerit, probationem vlteriorẽ in puncto pignorati vini aliquid momenti, negocio posse adferre, nec mihi displicebit impetranti permittere tempus ad reprobandum instrumentum protestationis, sub comminatione.

Sed vix possum videre, quid ea probatio releuare possit. Semper enim supra dicta adhuc obstabunt: nisi fortè mendacii & falsæ suggestionis ratio habenda foret.

D. Bq. Item I. Q. Concludunt cum Referente.

VOTVM XLIX.

In causa E. contra N.

SVMMARIA.

1 *Positionem siue negationem suam, nemo nisi semel reuocare & mutare potest. Ratio qua. n. 2.*

3 *Reuocationi secundæ & iteratæ, propter quæ verba legis prohibitiua, non datur locus.*

4 *Reuocatio erroris tam ex interuallo in præparatoriis & decisoriis, quam in continenti permittitur.*

5 *Errans vsque ad sententiam, errorem reuocare potest.*

6 *Errantis nulla est voluntas. Quæ regula authore Decio, nullam limitationem videtur habere, n. 7.*

8 *Erroris reuocatio quando maximè habeat locum.*

9 *Sententia interlocutoria bis reuocari potest.*

10 *Declaratio, durante lite, semper permissa est: Ratio eius quæ. n. 11.*

12 *Mutatio modica substantiam non immutans admittitur.*

13 *Libelli articulorum correctio & emendatio vbi, in quibus, quando & qualiter, etiam post litem contestatam admittatur.*

14 *Erroris reuocationem iura non distinguunt, an semel vel bis corrigatur & varietur.*

15 *Error in alieno facto existens toleratur, & negocio non dum finito, in decisoriis, vsq; ad sententiam exclusiue reuocari potest.*

16 *Error in facto alieno consistens facilioris est probationis, quam in facto proprio.*

17 *Error in facto proprio quando præsumatur.*

18 *Ignorantia facti proprii ex quibus circumstantiis concurrentibus toleretur, vt n. 19. 20. 21. 22.*

23 *Variatio in vltimis voluntatibus non facile admittitur.*

24 *Reuocationes, mutationes & variationes, in quibus non habeant locum, vt n. 25. 26.*

27 *Mutatio & in iudicialibus ante conclusionem causæ, & definitiuam facile permittitur.*

28 *Erranti, petenti beneficium restitutionis, ex clausula generali: Si qua iusta, &c. subuenitur, etiam in causa reuocationis post sententiam.*

29 *Reuocationis iusta causa quæ.*

30 *Aduersarium suum armare nemo tenetur: Regula hæc quando procedit, n. 31. Limitatur quoque. n. 32. 33. 34. 35. 39. 40 41. 43. 44.*

36 *Statuta habentur pro publicis, & tanquam ius proprium illius loci, vbi obseruatur.*

37 *Statuta omnibus subditis eius loci sunt communia, & ideo nemini deneganda.*

38 *Statutorum eam partem, quæ est causa petitæ editionis edere sufficit.*

42 *Iudex cuncta rimari debet, vt parti sine culpa sua laboranti,*

boranti, vel circa probationes periclitanti subueniatur.

45 *Editionum tota materia fundatur in æquitate.*

46 *Ex actis, in hoc casu, relatis quid demonstratum. & n.47.48.49.50.51.52.*

53 *Ad instrumenti editionem, in causa inter alios vertente, an tertius compelli possit, inter Dd. controuertitur: Affirmatiua tamen æquior videtur, nu. 54.55.*

56 *Instrumentum vel protestationem, licet Notarius rogetur à solo protestante, Notarius edere debet propter interesse petentis.*

57 *Testificari pro tertio quare quis cogatur. & numer. 58.*

59 *Instrumentum non vt edat simpliciter, sed pro interesse quando tertius conuenitur, tunc edere tenetur.*

SVbmissum in puncto vlteriorum responsionum ad defensionales. Secundò: in puncto nominationis Commissariorũ. Tertio in puncto defensionalium. Quartò, in puncto declarationis, correctionis, reuocationis, & in euentũ petitionis restitutionis in integrũ. Quinto: deductionis Actoris. Sextò, in puncto editionis documentorum.

De primo puncto aliud nihil restat, nisi vt examinentur Responsiones, quod postmodum fiet.

Secundo loco data sunt Commissariorum nomina, in puncto defensionalium: in quos aduersarius consensit, Saluo Notario, 2. Iunii An. 79. petita est, & in optima forma commissio, & pro prima delatione probandi 8. menses: quæ mea opinione, decernenda essent, attento, q̃ probatio causæ, vt plurium vtrinque dependeat à documentis & scripturis: eaque ardua sit, & copiosas probationes exigat, prout nec ex aduerso, quo ad dilationem petitam, impugnatur: Cum tamẽ in puncto grauaminum 4. menses pro prima dilatione sint dati, puto, æqualitatem esse seruandam. Si verò propter causas iam allegatas, & quia aduersa ius consentit in tantum tempus, quartæ dilationis, id ipsum indulgere volunt Domini, non refragabor.

Tertiò, petitur in puncto grauaminum noua commissio, cum aliis nominibus Commissariorum. Aduersarius id impugnat, vt ex relatione constet: sed, vt puto, irreleuanter. Causæ enim, ob quas hæc petitio fit, resultat ex priorum Commissariorum impedimentis, & eorum verisimili culpa, præsertim Doctoris Z. Nec præsumere volo, Appellantem, siue producentem, studio, inanes labores, & inutiles sumptus impendisse. Volo itaq; & hic, iuxta petita decernere, & pro tertia dilatione probandi, vt in proximo puncto, vt tempore dilationum sint vtrubique paria.

Quartus punctus continet declarationem, correctionem & reuocationem. Causas, quare ista petantur admitti, non opus esse puto, latè repetere, cum inter referendum connotatæ sint. Summatim, ex eo consistunt: Appellantem hactenus fuisse minorennem, non intellexisse negocium, errore Aduocati posteriorem reuocationem prouenisse: eumque persuasionibus Aduersarii ad hoc inductum, vltimam hanc assertionem & correctionem consentire assertioni primæ, instantiæ primæ. Comitissam de S. & Dominum de Battenb. id ipsum in suis articulis, Anno 57. ita proposuisse. Syndicum Monasterienſem aliquoties, prout hæc proposita fuerunt, sic acceptasse, & confessum esse: adeò, vt hinc facile colligi possit, ea, quæ postea mutando, & corrigendo adducta sunt, errorem præsumptum & tolerabilem habere. Veruntamen iuris non obscuri est, quod nemo, † nisi semel, 1
potest suam positionem, siue negationem reuocare & mutare, per tex. *in l. si quis iusiurandum. in princip. de reb. credit. & l. fin. Cod. de bon. quæ lib. circa finem*, per rationem ibidem expressam, ne videlicet † leges per eos inquisitores, ludibrio fiant, ita 2
sentit *Bart. o in l. post legatum. n. 11. de his quib. vt indign. Bald. in l. 1 nu. 24. C. de furt.* Sed Appellantem iam antea mutasse suas positiones & asserta, ex actis patet, & sentent a 3. Iunii lata satis ostendit. Vix itaque fieri poterit, vt secundæ & iteratæ reuocationi locus detur, † propter verba legis prohibi- 3
tiua, ibi *Sancimus, Iudices nullo modo eos audiant, ad tales iniquitates venientes. in dict. leg si quis iusiurandum.*

E diuerso tamen considerandum venit, quod reuocatio erroris † non tantũ in continenti per- 4
mittitur, *l. certum. §. fin. de confess l. 1. C. eod.* Verum & ex interuallo, tam in præparatoriis, quam decisoriis, errans † vsque ad sententiam errorem reuoca 5
re potest *l. error. C. de iuris & facti ignor. l. non fatetur. ff. de confess.* errantis enim † nulla est voluntas, *l. ni-* 6
hil consensus. §. non videtur. de reg. iur. vbi Decius dicit, eam regulam non videri † aliquam habere limi- 7
tationem: quia verè non consentit, qui errat. Et habet ea reuocatio tum maximè locum, † cum 8
negocium nondum finitum est: tunc .n. error nemini nocere debet, *d. l. error. l. si debitori. ibi Dd. de iud.* Simile est in sentẽtia † Iudicis interlocutoria, quæ 9
bis reuocari potest, *Bartol. in l. quod iußit. nu. 17. de re iud Alexand. in l. quicquid ad stringendã. num. 9. de verb. oblig.* Sic etiam † declaratio durante lite, semper 10
permissa est, *l. 3. ibi Dd. Codic. de edend. Iaſ. & alii in §. omnium. instit. de act. Specul. de libelli concept. §. nunc o-stendamus.* Quia † nihil noui iuris inducit, sed id, 11
quod est, duntaxat declarat. Imo etiam modica mutatio † quæ substantiam non immutat, ad- 12
mittitur, *Specul. iam d. loco. Wesembec consi. 18. nu. 8.* Et admittitur correctio & emendatio articulorũ libelli, † in non substantialibus, & vbi non muta- 13
tur causa agendi, etiam post litis contestationẽ, declarando obscura, addendo ad qualitates, minus principales, detrahendo, resecando superflua notatur *in § fi. minus. ibi Zaſ. & alii. Instit. de act. l. 1. de edend.* Et habet nostro casu res tanto minus dubii, cum variatio & reuocatio ex errore proueniat, vel causetur, & propter erroré fiat. Quo casu non distinguunt iura, † an semel vel bis corriga- 14
tur & varietur. Inprimis, cum error hic non in

proprio facto, sed alieno existat: tunc .n. tolera-
15 tur,† & potest, negocio nondum finito, in decisoriis, vsque ad sententiã excluſiuè reuocari, per iura *supra allegata*. Cumque error tali casu ꝓbationẽ
16 exigat, sed is hoc loco †in facto alieno cõsistat, facilior erit eius ꝓbatio, quam si esset facti proprii.
17 Imo †etiã præsumitur error in facto ꝓprio, quando concurrunt quædã circumstantiæ, ex quib⁹ to-
18 leratur ignorãtia facti ꝓprii, vt puta, †quando suasione quis fuit inductus, ad asserendum, ꝙ res ita se nõ habeat. *Bart. in l. 1. & 2. quand. act. de pecul. est annal. Panorm. in c. si. de confes. n. 23 circa fi. Iaſ. l. 1 de cond.*
19 *indeb.* Vel †quando negociũ est implicitũ, *Panorm.*
20 *iam d. loco.* Vel est vetustũ, †& tempus longinqui-
21 tatẽ habet, vt *l. peregre. de acquir. poſſeſſ.* vel cum est † tractatũ per alios, nobis absentibus, vt per ꝓdeces-
22 sores nostros, vel †Procuratores *l. qui cum alio. l. qui in alteri⁹ locum. de reg. iur. Zaſ. in l. non fatetur. de confeſſ.*

Cum itaque nostra hæc mutatio & variatio, principales qualitates actionis non concernat nec petita muter, sed potius consanguinitatis arboribus declarationem solummodo declaret: ꝙ magis principaliter ipsos competitores, quam Dominum Appellantem in effectu tangit. Atque de errore ꝓbabiliter per adducta in der Correction schrifft/ versic. Dieweil aber & vers. Demnach vnd/ &c nobis constet: putarim, correctionem tolerari posse, non obstante eo, quod supra in contrariũ est motum: quia ea iura loquuntur vel de vltimis
23 voluntatibus, † vbi non facilè permittitur variatio *l. apud Auſidium. de opt. l. & l. eum qui certarum. §. fin. de verb. obligat.* vbi adsignantur variæ rationes inter contractus & vltimas voluntates: refert *Alexand. in l. quicquid adſtringendæ. num. 8. de verb. obligat.*
24 Vel de electione, † publicato Scrutinio, vbi Electores etiam variare nequeunt *cap. publicato. de election. in ſexto, Dyn. cap. mutare. in princip. de reg. iur. in ſexto. Hoſtienſ. in ſumma tit. de election. §. vtrum mutari poſſit. Tiraqu. in l. boues. limit. vigeſimatertia. nu. tertio.*
25 Vel, † vbi ius parti iam est quæsitum: notatur *in l. nemo poteſt mutare. de reg. iur. & c. cum inter dilect. de e-*
26 *lect. Tiraquel. iam d. loco.* Vel †quando negocium est finitum per sententiam, iusiurandum, aut per transactionem, *Panormit. in c. ſi. de confeſſ. n. 10 in fin.*
27 Facit etiam, quod hic versamur in iudicialibus, † vbi mutatio & variatio ante conclusionem causæ, & definitiuam, facilius permittitur, quam in dictis iam casibus vt per *Dd. in l. quod iuſſit. de re iud. & Alexand. d. l. quicquid. adſtringendæ. num. 8. 9. de verb. obligationibus*

Quia verò prior correctio, non nisi cum refusione expensarum permissa fuit, vt per *Barto. Bald. Salyc. in l. edita. Codic. de edend. Iaſon. dict. l. error nume. ſecundo, Codic. de iur. & fact. ignor.* Multò minus hic reuocationi conniuendum erit, sine expensis dilatæ litis.

Ad restitutionem in integrum, quod attinet,
28 iuris satis perspicui est. Erranti, † petenti hoc beneficium ex clausula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, &c.* subueniri posse, etiam in casu reuocationis post sententiam, *l. 1. in fi. ex quibus cauſis maior. l. de ætate, §. ex cauſa de interdict.* Est autem † iu- 29
sta causa tali casu reuocationis post sententiam, si factum sit alienum, si nulla culpa interceſſerit, si in facto proprio adiuuetur error, per circumstãtias, de quibus iam facta mentio. Tanto magis ita que hic, ante sententiam, ex tanto errore & reuocatione locus erit restitutioni. Cum verò nihil sit, ꝙ pro impedienda restitutione validè opponi possit, sicque in omnẽ euentum ea permittenda (vt quia de errore, de minorennitate, & præiudicio erroris commissi, satis constat) Sed tam Iudicis, quam partiũ interest, ne hic punctus longis ambagibus agitetur, putarim, circuitum expressę restitutionis euitari posse, & dissimulando eum punctum, simpliciter reuocationem, cum refusione expensarum, admittendam censeo.

Quintò: Deductio arboris: Hic punctus dependet à priore, & pertinet ad causam principalem, non opus est interloqui.

Sexto loco agitur de editione documentorũ. Et hic principaliter de duobus quæritur. Primò: An Dominus Appellatus, tanquam Reus, Actori siue Appellanti, edere teneatur. Secundo: An & quando tertius compelli possit ad editionem documentorum.

De primo satis quidem notum est, ꝙ nemo † 30
tenetur armare aduersarium suum, *iuribus vulgatis*, Idque præsertim in Reo locum habet: *Felin. & alii in c. 1. de probat. Dd. in l. 1. §. 1. de edend.* Attamen † 31
regula illa intelligitur, quando Actor ad fundandam originem suæ intentionis id petit: Et limitatur etiam † in aliis pluribus, vt per *Socin. regul. 112.* 32
& Alexand. in l. ea quæ. & num. 6. & deinceps. de edend. Inprimis verò, † vbi instrumenta & libri, ad co- 33
adiuuandam, non ad fundandam principaliter intentionẽ Actoris faciunt. Itẽ, † quando aliqua 34
ratione possunt instrumenta & libri esse communes Actoris & Rei, aliisque modis, vt *ibidem*. Item, † quando petuntur statuta edi à superiore: Ea- 35
nim habentur pro publicis, † & tanquam ius pro- 36
prium illius loci, vbi obseruatur. *§. ius autem Inſtitut. de iuſt. & iure. l. omnes populi. ff. eod. tit.*

Ideoque omnibus subditis † eius loci commu- 37
nia, & per consequens, nemini deneganda. Eatenus tamen, quatenus iure cautum est, & non vltra ea, quæ petẽti necessaria, vel ab eo petita sunt: Sufficit enim † edere eam partem, quæ est causa 38
petitæ editionis. vt per *Felin. c. ex Epiſtolæ verbis. n. 52. de probat.*

Item, edendũ † est aduersario petenti exemplũ 39
eius instrumẽti, ꝙ litigantes vel produxerunt, vel producturi sunt in Iudicio *l. 1. §. edẽda. de edẽd.* Ita in practica seruari dicit *Zaſ. in d. l. 1. §. editiones. n. 10.* Itẽ, † 40
propter vtilitatẽ, quã ꝓtendit pars, potest Iudex moueri, vt iniungat editionẽ instrumenti, licet id non in totum, & absolutè sit commune, *l. 1. de iure delib. Zaſ. d. §. editiones. n. 12.*

Item, † vbicunque Iudex viderit laborare veritatẽ: Debet .n. † Iudex cuncta rimari, per allegata 41 42
per *Zaſ. iam d. loco. nu. 15.* vt subueniatur parti, sine culpa laboranti, vel periclitãti circa probationes.

Item

43 Item, † si Actoris petitio aliqua præsumptione sit validata, vel reddita verisimilis, & incidat in processum nodus vel dubium, super qualitate probanda, tunc Reus cogi potest ad editionem: Communem dicit *Zas. d. loco n. 27.*

44 Denique in iudicis arbitrio est, † iubere edi, vel non edi, sentit *Purpurat. in l. 2. C. de edend. n. 49. vt allegat Menoch. de arbitr. iud. q. casu 175. n. 14. lib. 2. cent.*

45 2. Quia tota editionum materia, † fundatur in æquitate. *l. edita. C. de edend. Menoch. iam d. loco n. 5.*

Hæc iam ita præmissa, referendo ad numeros distincta genera documentorum, quorum editio petitur: putarim, Domino Appellato eorum editionem, quæ sub numeris primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, specificata sunt: quatenus ea penes se existunt, & ad causam faciunt, id est, in capitulis ad causam facientibus, iniungi posse, insuper compulsoriales decernendo, in consueta forma.

46 Ex actis enim relatis, † Iudicem satis informatum puto de iure ipsius Appellantis, qui petit edi
47 tionem. Item, † ꝙ petita documenta concernunt, rem feudalem, tanquam causam communem in-
48 ter Dominum & vasallum. Item, † in ea editione iurium auitorum & antecessorum perpetua vtili-
49 tas potentis vertitur. Item, † ꝙ ea sunt, tanquam pars feudi, ꝙ deuolutum dicitur ad petentem e-
50 ditionem. Item, † quod verisimilis defectus probationum, propter amissionem possessionis, ex
51 parte Appellantis oxistit. Item, † præsumptio contra Appellantem militat qui (vt in actis allegatur) non tantum feudum controuersum. Sed simul etiam documenta, & alia pertinentia occu-
52 passe & acquisiuisse dicitur. Item, † quod editio illa conducit ad demonstrandam feudi qualitatem. Quibus casibus (*secundum supra dicta.*) cum latum iudicis officium versetur, vt veritas inquiri & haberi possit. Concludo, compulsoriales, in forma supra posita, contra appellatum decernendas esse.

Quod vero secundo loco quæritur, an tertius
53 compelli possit ad editionem, † in causa inter alios vertente, licet hoc loco diuersa Doctorũ conclusa reperiantur, vt puta *Panor. Felin. Iohan. de Imol. in c. 1. de probat. Alexand. in l. 2. Cod. de edend.* Qui putant, quod tertius de iure non possit regulariter cogi, vt edat instrumentum penes se consistens, vt scilicet fidem faciat in lite, inter alios vertente.

Verior tamen & æquior videtur esse eorum o-
54 pinio, † qui diuersum sentiunt. Idque quam maximè nostro casu, vbi euidenter interest petentis, ex aliorum inuestituris, consuetudinem Monasterienſem, quod ad successiones feudorum Episcopatus pertinet, propter negationem aduersarii probare, vt per *Bald. in l. quædam. de princip. de edend.*
55 qui dicit: Si mea interſit, † chartas edi, licet non sint meæ, nec à me, vel Procuratore meo mandante factæ, tamen debent edi. Sequitur *Dec. d. c. 1.* Ita tenet *Bartol. in d. l. 1. §. Editiones. n. 3. vers. ego puto indistinctè de edend. per text. in l. is apud quẽ. C. de Edend. & l. in fraudem. §. neque* vbi est Speciale. *de iure fisci. & Ang. in d. §. Editiones. vers. 1.* & facit, quod dicit *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. & in l. fin. nu. 18. vers. ex hoc apparet. C. de Edend.* vbi dicit, quod propter interesse petentis, † Notarius debet edere instrumentum 56
vel protestationem, licet Notarius rogetur à solo protestante. Accedit *glo. in l. in fraudem. §. neque. in verb. Edi. de iure fisci. ibi: Si hoc est fisci priuilegium:* Ergo alias priuatus teneretur edere, aliis inter se litigantibus. Et ita sentit *Anton. de Butr. & Innoc. in d. c. 1. de probat.* Quia isto casu tertius, à quo petitur editio ab alio tertio, cum quo non litigat, non edit contra se. Ideo cessat ratio supra allegata: neminem scilicet regulariter compelli vt edat contra se. Sed & hic petens non vtitur documentis edendis, contra edentem, sed potius in consequentiam, pro ipso & omnibus, qui ea consuetudine in successionibus feudorum Monasterienſium nituntur, & aliquod interesse siue commodum inde habere possunt. Accedit & ratio: quod sicut aliquis † cogitur testificari pro tertio, *l. si quando. C.* 57
de testib. ita potest cogi, vt edat tertio *l. §. interdum. ad exhib.* Idque fundatur ex æquitate, † ne proban- 58
di facultas angustetur, sed potius amplietur, & ne veritas occultetur. *l. generaliter. §. necessitate. Cod. de reb. cred. l. quondam. in fin. C. de hæred. gl. in c. 1. de except.* Hinc dicit *Dec. in d. cap. 1. num. 60. versic. Quinto fallit.* Quando tertius, † non vt edat simpliciter, sed pro 59
interesse conuenitur, tunc edere tenetur: Ita vt non tam de edere, quam de exhibitione eorum, quæ ad fidẽ faciendã veritati necessaria sunt, hic agatur, vt per *Dec. ibid.* Et pro hac opinione consuluit *Schurff. consil. 85. cent. 2. per totum.* dicens, eam esse sustentabilem, quæ etiam fulcita est authoritate *glo.* & famosissimorum Doctorum, scilicet, *Innocentii, Anton. de Butr. Bald. Angel.* potissimum etiam, cum appareat inniti magnæ æquitati. Accedentibus etiam his, quæ supra in proximo puncto sunt allegata: Concludo, decernendas compulsoriales, contra nominatos Comites, vt edant & communicent ex suis inuestituris, & pactis dotalibus, in quantum ibidem ad probationem allegatæ consuetudinis vtilia, nec sibi nociua existunt.

Saluis Dominorum votis.

In specie Limpurg belangend / non est alia submissio, quam in puncto ferrner Declaration / ꝛc. In quo puncto non tantum est submissum, ve ũ & in causa principali definitiuè vtrinque conclusum. Quod verò pronunciari nondum possit, facilè intelligitur ex actis & protocollo, vbi Limpurg appellauit: quia causa siue processus ibi adhuc consistit in termino probationis. Et tanta est causæ connexitas, vt vna sine altera definiri nequeat.

D. L. Quoad primum, vt Referens, quoad secundum, vult excludere pacta.

D. I Quoad primum, ex *Bolognet. & aliis in l. fin. de edend.* ponit regulam, & repetit limitationes, quas diluit, & hoc casu non habere locum dicit. Concludit, recusan- am hoc loco editionem esse,

VOTVM L.

In causa Nobilium C. contra B.

SVMMARIA.

1 *Interpretatio in dubiis vt ita fiat, vt appellatio teneat, neue appellanti hoc beneficium auferatur, æquitas & ratio vult. & nu. 7.*

2 *Iudex viam mitiorem, per quam ius non maneat peremptum eligere debet.*

3 *Appellationis impedimenta varia incurrere possunt. & num. 4.*

5 *Instantiæ iure nouo & moribus in consistoriis Principum, tempore legali non facilè pereunt. Idq; vsus omnium fere consistoriorum Principum Germaniæ comprobat: tam in primis, quam appellationis instantiis. n. 6.*

8 *Attentata, appellatione pendente, ante omnia reuocanda sunt. Nec opus est vt tali casu ordinarie procedatur, numero 9. nec opus est libello. numero 10.*

SVbmissum primo in puncto declarationis pœnæ inhibitionis & deuolutionis. Secundo, in puncto attentatorum reuocationis. Tertio in puncto arctioris inhibitionis.

Quoad primum, constat ex protocollo, inhibitione, & eius executione, vt in instrumento *nu.* 2. Eam esse in Camera obtentam 10. Iulii Anno 81. & executam, vt oportuit, 16. vsque ad 26. eiusdem. Sed eo non considerato, per priores Iudices in exequendo progressum esse, *26.* eiusdem, & 16. Augusti: Sicque commissam pœnam inhibitionis ante insinuatæ.

His obiicitur principaliter, duplici modo: primò, ex nullitate processuum executorialium, ob defectum iurisdictionis Cameræ, vt quia prior sententia abierit in rem iudicatam, cum intra decendium appellatũ non sit, facta computatione de momento ad momentum, cum procuratorem apud acta habuerit. Item, quia deuolutioni causæ ad Cameram obstat priuilegium Archiepiscopi Colonienſis, quod continet ſummam appellabilem fünffhundert Goldgülden & memoratur causas momentaneæ possessionis, & desertionum: quæ singula obstacula in hac appellatione conspiciuntur.

Sed ad rem iudicatam quod attinet, obiectum id non releuat. Ex instrumento enim Appellationis, *n. 3.* patet, decima die, & hora sententiæ, coram Notario & testibus, ex abundanti potius, quam necessariò appellatum esse. Quia cum 16. Iunii sententia publicaretur, absente Procuratore Appellantium, tamen per eius Substitutum, sub spe rati, statim in continenti fuit ad Cameram appellatum, vt folio *Actorum 260. b.* Quam appellationem Procurator ipse, nomine Principalium, *26.* Iunii, postquam sententia ad eius notitiam peruenit, iudicialiter ratificauit, vt folio *Actorum 266.* Simulque coram Notario & testibus, ad cautelã, à die notitiæ, intra decendium appellauit. Et posito, aliquantum subesset dubietas, quoad appellationis fatalia. Tamen æquitas & ratio vult, † vt 1 in dubiis interpretatio fiat ita, vt appellatio teneat, neue Appellanti, hoc beneficium auferatur, *Dec. consi. 356. n. 1. Wesembec. consil. 63. n. 162. Marant. part. 6. verb. appellatio. n. 397.* Debet enim † Iudex elige- 2 re viam mitiorem, per quam ius non remaneat peremptum litiganti. *Marant. vbi supra.*

Summam valoris rei controuersæ, non esse infra priuilegium Colonienſe, ex instrumento taxationis & æstimationis, *n. 35.* censeo: ibi enim extat iudicialis æstimatio prædii controuersi, quæ est 2090. talerorum. Sed aduersarii, ipsimet in suis Gegenhandlungen *n. 34.* onera, siue debita ius, prædii, non vltra 700. taleros extendunt. Ergo superfluum puto, vt vni partium iuramentum oblatum deferatur. Si verò existimationi dictæ nõ plena fides esset tribuenda, tunc ego mallem Appellanti id deferre.

Non esse hanc causam momentaneæ possessionis, patet ex genere institutæ actionis, videlicet, Rei vendicationis, vt ostendit libellus, *fol. 1. Actorum primæ instantiæ.*

An verò priuilegium Colonienſe contineat aliquid de causis desertionum, inspiciendus est eius tenor: vidimus sed nihil inuenimus: Alias, nisi de eo constaret, parum de deuolutione dubii relinqueretur. Durum tamen esset per assertam desertionem, quam tam partes, quam Iudex facilè cõminiſci potest, viam iustitiæ remorari, & partes indebitè, sub ptextu priuilegii, indefensas relinquere. Licet igitur prior sententia desertionis faciat mentionẽ, & eius intuitu lata dicatur. Tamẽ inspecto tertiæ instantiæ ,pcessu, talem desertionẽ non inuenio, qua causæ deuolutio meritò impediatur. Quod ex sequenti recapitulatione eius processus colligendum puto.

Nam 15. Iunii, Anno 63. lata sententia est (quæ deserta esse dicitur) à qua appellatum. Inde patet, non ex alia causa dici desertam appellationẽ, quam quod ab An. *63.* vsque ad Annũ 80. instantia durauit. Quod verò id culpa & negligentia appellantis tantum sit factum, non video: quia varia incurrerunt impedimenta: Aliquando Iudicis, † aliquando vtriusque partis: nonnunquam 3 valetudinis, paupertatis: Item † susceptæ transa- 4 ctionis, vt ex recapitulatione processus eius instantiæ colligi potuit.

Quibus accedit, quod iure nouo, † & moribus 5 in Consistoriis Principum (vt nostro casu Electoris) instantiæ tempore legali, facilè non pereunt, sed perpetuo durant, vt iure Canonico, *Bald. in consil. 127. n. 5. vol. 3. Afflict. decis. 283. nu. 6. Wesembec. consil. 5. nu. 42.* Idque vsus † omnium ferè Con- 6 sistoriorum Principum Germaniæ comprobat, tam in primis, quã appellationis instantiis. Hinc arbitror, desertionem allegatam, non liquidam: Imò ex allegatis causis non attendõdã: Cum & regula sit, Iudicem in dubio semper debere pronunciare, † appellationem non esse desertam; 7 cum mitior via sit eligenda, per quam ius non remaneat peremptũ litiganti, *Dd. in l. 1. si quis tam. in ind.*

iud.fisl.ca.fact.non obtemp. Marant.verb. Appellatio.numero 397. Imo & Electorem Colonienſem, per nouam Commiſſionem, de pronunciando ſuper deſertione ſecundæ inſtantiæ, ſiue per inſufflationē, *vt Dd.* loquuntur, *Marant.part.5.n.32.& 33.30.* Maii Anno 80. eam tertiam inſtantiam inſtauraſſe & continuaſſe dici poteſt.

Secundo, principaliter obiicitur, quoad pœnam inhibitionis, quod ea non ſit commiſſa, per rationes in exceptionibus *22.* Iunii Anno *82.* allegatas: quas veras & releuantes eſſe exiſtimo, non tam pro excuſando Domino Electore, quam etiam pro iudicibus delegatis, ſiue Commiſſariis, & eorum miniſtris: Iſta conſideratione, apparet in Receſſu D. Auguſt. 24. Ianuarii, eodem Anno, non pure, ſed alternatiue petitum, vt vel pœna adiudicetur, vel attentata reuocentur.

Hiſce rationibus motus, nec pœnę declarationem faciendam, nec allegatam deſertionem attēdendam, ſicque cauſam ad Cameram deuolutam eſſe cenſeo.

Secunda commiſſio principalis eſt, reuocationis attentatorum: Cumque hic punctus in facto conſiſtat, & factum, quo contra pronunciatum, & interpoſitam appellationem eſt itum, euidens & notorium ſit, vt aperte colligitur ex documentis *11.* Septembris, Anno 81. ſub *numero 5.6.7. productis.* Neque id factum ex aduerſo negatur, ſed potius in confeſſo eſt, atteſtantibus Exceptionalibus, *31.* Ianuarii, Anno 82. cum inſtrumentis, *ſub numero 13.14.15. adductis.* Ideo ſequitur iuris effe- 8 ctus, videlicet, quod attentata, † appellatione pēdente, ante omnia reuocanda ſint: *Dd. in l.3. Cod. de appell. Can. in c. non ſolum. de appell. in 6. & Clem. fin. vt* 9 *lit.pend. nihil innou.* Nec opus eſt † vt tali caſu ordinarie procedatur. ſed ſufficit imploratio officii Iudicis mercenarij. *Phil. Franc. in cap. non ſolum. numero quinto, & cap. dilecti. numero tertio, de appell. Bald. in d.l. 3. numero ſecundo, C. de appellat. Gail. obſ. 146. lib. 1.* Ideo 10 que † nec opus eſt libello, ſed de plano proceditur, & dici poteſt: hodie attentatum. Quod eſt Iuris & Ordinationis. Concludo, male attentata, & ea eſſe reuocanda.

De tertii puncti reſolutione non eſt, vt ſimus ſolliciti: Is enim dependet à puncto attentatorum: Et reuocatis attentatis, non ſupereſt, quod appellans vlterius querelari poteſt.

Concludo pronunciandum, attentata reuocanda, & reliqua petita ſupplicationis deneganda eſſe.

Si placuerit Dominis, expēſas, propter paupertatem Appellatæ, & dubium deſertionis, quo ducti fuerunt priores Iudices, compenſare, & fructus cum damnis ſilentio prætерire, vt aliquando factum in cauſa Kirckheim contra Biſſendorff, nec ego refragabor.

VOTVM LI.

In cauſa Nobilium I. contra F.I.

SVMMARIA.

1 *Submiſsio in hac cauſa in quibus principaliter conſiſtat. & n.2.*

3 *Submiſſum eſt in hac cauſa partim expreſſe, partim ex prouiſione legis, vt ſub.n.4.5.6.*

7 *Iudex, quando poſt litem conteſtatam, ſuper grauaminibus per generalia ſubmittitur, referendo ſe ad acta notorium inducentia, eo quod nihil noui contineant, tunc talia grauamina, cauſa cognita, nec ad reſpondendum, nec ad probandum admittit: Et ita in Camera magis receptum eſt.*

8 *Appellationis remedium non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum eſt.*

9 *Interrogatum ſiue capitulatum ſemel, vlterius non eſt interrogandum.*

10 *Appellationis libellus quando ſecundum ordinationem & ius commune reiiciendus, & definitiue pronunciandum.*

11 *Iudex in puncto appellationis, quando cauſa non eſt deuoluta, non poteſt pronunciare: Ratio, quia non eſt fundatus in iurisdictione.*

12 *Deuolutionis punctus omitti poteſt.*

13 *De modo, quo impeditur appellatio non curamus, cum effectum habemus.*

14 *Probare eſt eius, qui dicit, non qui negat.*

15 *Adeſſe hoc non ſequitur, quod contingit abeſſe.*

16 *Prædia, tanquam allodia præſuppoſitionem iuris habent, & potius libera, quam feuda: Adminiculares probationes huius præſumptionis ſunt, vt n.17. 18. 19.20.21.22.23.*

24 *Appellationi per actum contrarium, coram iudice à quo, vel alio loco factum, cenſetur quis renunciare beneficio competenti.*

25 *Exceptio incompetentiæ hoc noſtro caſu, quod minime ſit releuans, vnde reluceat.*

26 *Contentio quando eſt inter vaſallum & extraneum, actiue & paſſiue, quare cauſa coram ordinario, & non in curia domini agitari debeat.*

27 *Pro imperij authoritate retinenda & amplianda, Camerales proni eſſe debent.*

SVbmiſſio noſtra cōſiſtit principaliter in duobus. Primo, † ſuper exceptione non deuolutæ 1 appellationis: quæ præcipue conſiſtit & fundatur ex priuilegio Iuliacenſi: quod † non permit- 2 tit appellationes in poſſeſſoriis, vbi petitorium integrum reſeruatur. Quo loco repeto meum votum, & concludo, cauſam pro non deuoluta, ex rationibus ante allegatis haberi, & ita pronunciari poſſe.

Deinde etiam † ſubmiſſum partim expreſſe, 3 partim ex prouiſione legis. Expreſſe quidem ſubmiſſum per Appellantem 15. Decemb. Anno 77. in Replicis, † vbi petit, non obſtantibus exceptioni- 4 bus incompetentiæ, in principali pronunciari. Et in euentum, ſi opus putetur, † ſibi præfigi termi- 5 num ad probandum, & ſic in effectu, ipſemet Appellans Iudici committit, an grauamina ad probandum ſint admittenda, vel non. Ex prouiſione vero † legis, eadem reſultat ſubmiſſio grauami- 6 num videlicet admiſſionis, vel reiectionis. Sed

sic est, quod quando post litis contestationem (prout nostro casu lis est in euentum contestata, & grauaminibus responsum) super grauaminib. submittitur, per generalia, se referēdo ad acta, quę notorium inducunt, eo, quod nihil noui contine
7 ant: tunc Iudex, † causa cognita, talia grauamina, nec ad respondendum, nec ad probandum admittit, *l. ampliorem, §. in refutatoriis, Cod. de appell. Et habet Ordinat. part. 3. tit. 33. § penult.* Et ita magis approbatum & receptum est in Camera, vt notum, licet *Mynsing. obs. 41. cent. 1. & cons. 85.* aliquando diuersum
8 tenuisse Dominos, dicat. Appellationis † enim remedium non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum est, *c. cum speciali, §. porro, de appellat. c. ad nostram. vbi glossa, verb. in sua,*
9 *cod. tit.* Quod enim † semel capitulatum siue interrogatum, vlterius non interrogandū est, *Bald. in d. §. in refutatoriis, per rationes, vt ibidem.* Imo secundum ordinationem & ius commune, libellus appellationis reiicitur, & definitiue pronunciatur,
10 quando libellus appellationis † per omnia conuenit cum libello, & actis primæ instantiæ, causamque plenius non instruit, sed est mera repetitio priorum articulorum, vt per *Gail. obseruat. 28. in fine.* Quod vero nostra grauamina nō sint eadem cum prius capitulatis, satis euidenter constat ex collatione eorundem, cum grauaminibus secundæ, & cum responsionibus tertiæ instantiæ, per nostrum Appellantem respectiue, 5. Decembr. Anno 67. & 15. April. Anno 72. productis.

Nec obstat, si dicatur, *super admissione articulorū*, & sic reiiciendo eos, definitiue pronunciari non posse: siquidem submissio non deuoluta id non
11 patiatur. Si enim causa non est deuoluta, † Iudex non potest pronunciare in puncto appellationis, cum non fundatus sit in iurisdictione: quia hæc consideratio tunc demum locum habere posset, si sententia ferenda super admissione articulorū, præiudicium derogatorium inferret priuilegio Iuliacensi. Cum vero in eundem finem & effectum, ad quem intendit priuilegium, per confirmatoriam proximæ sententiæ perueniatur: tamē
12 po est † punctus deuolutionis omitti. Non enim
13 de modo, † quo impeditur appellatio, curamus, cum effectum habeamus, quod & qualitas causæ suadere potest, cum Appellans in puncto appellationis, & etiam in causa principali, de qua iam nō agitur, sed per sententiam proximam reseruata est, non satis fundatus videtur.

Deinde ad principalem punctum appellationis, qui super incompetentia primæ instantiæ Iudicis, & fori declinatoria consistit, quod attinet: siquidem Appellanti, siue Reo, probare incumbit, bona hypothecata, non tantum esse pertinentias Castri siue Burgæ Eschweyler: verum etiam habere eandem qualitatem, & esse bona feudalia, siue pertinentias feudi: adeo, vt diiudicatio causæ non ad iudicium zu Eschweyler / sed forum, siue curiam domini Præpositi zu Altenhoffen / pertineat.

Inspectis igitur omnibus actis & probatis instantiarum, non video, eam exceptionem, siue declinatorie, siue principaliter, & peremptorie obiecta sit, satis probatam. Eius enim est probare, † qui dicit, non qui negat. Et licet testes qui- 14
dam dicant, hypothecas nobilium, & dominorum arcis Esshausen fuisse: Item, quod dictum castrum, mit sampt dem Thumbhoff zu Altenhoffen/ siue transsumptum der M. vbi eadem cum omnibus pertinentiis conceduntur: id tamen cum limitatione expressa, sub verbis, Vnd was dem angelegen ist/nihil excepto, dieser Cammer vnterworffen. An itaque litigiosa bona sint eius qualitatis, daß sie d. Mann Cammer vnterworffen / id nec documenta, nec testes in specie probant. Imo testes Appellantis, quantumuis sibi fauorabiles, non suspicione carent, ob amicitias, cognationes & iuramenta non relaxata, quibus parti producenti & Iudici sunt addicti. Imo fatentur ipsimet testes illi, possessores eius castri, prædia non tātum feudalia, sed & allodialia ibidem habere. Non ergo statim sequitur, omnes ipsorum agros & fundos esse pertinentias feudales, cum non sequatur hoc adesse, † quod ab hoc contingit abesse. Imo & iu- 15
ris præsumptionem habent prædia, † tanquam al- 16
lodia, & libera potius, quam feuda, *c. §. 1. si de feud. defunct. contro. sit int. dom. & agnat. Bald. & alii ibid. Ias. in l. si priusquam, numer. 4. de noui oper. nunc. Alex cons. 129. num. 1. vol. 1. & plura allegata, vt per Gail. obs. 69. n. 4. lib. 2.*

Quin & ei præsumptioni adsistit adminicularis probatio, † ex dictis testium Appellati, siue Acto- 17
ris primarii, & documenta producta *num. 1. 2. 5. 6.* Testis enim primus dicit, † Daß alle vmb den Kerspel Eschweyler liegende Stück / gehören dahin ins Gericht/ꝛc. Et secundus testis, † Diese Stück/ vt cō- 18
tinet prima obligatio, werden alle vor Gericht zu Eschweyler vererbt. Sic & quartus † testis sæpe vi- 19
dit: Daß Vogt vnd Schöpffen vber die strittige Vnterpfand Gebott gethan haben. Licet pro certo affirmare non possint, an sint feudalia, & cui tribunali subiecta sint bona.

Idem testantur obligationes, † *num. 1. 2.* vbi at- 20
testati sunt possessores castri Eschweyler / pia præsumptione, haud immemores suæ salutis, hypothecas nostras esse sub iurisdictione Eschweiler. Idque † per geminam & repetitam cōfessionem, 21
quod præmeditatum & enixum animum denotat.

Aliquantum etiam † inseruiunt documenta 22
numer. 5. & 6. quibus ad minus ostenditur contractus habitos super bonis possessis à nobilibus. im Kerspel Eschweiler/ authoritate & testimonio eiusdem iudicii olim fuisse celebratos, & communitos.

Et posito, d. bona essent feudalia, & recte fuisset declinatum forum: quia tamen secundo prouocatum & processum in iudicio Iuliacensi, tanquam ordinario loci, & sic ab incompetente ad competentem itum est, per hoc videri posset, recessum esse ab ea exceptione, eiq; renunciatum. Per actum enim contrarium appellationi † coīa 24

Iudice

iudice à quo, vel alio loco factum, censetur quis renunciare: præsertim, quãdo actus fuit acceptus per alteram partem, vt hic vtrinque factum est, eleganter Franc. *in c. solicitudinem, de appell. num.* 11. 12. 13. quia isti actus sunt incompatibiles cum appellatione.

25 Quodque exceptio incompetentiæ, † sicque grauamen prætensum, minime sit hoc nostro casu releuans, imprimis elucet ex eo: quod licet bona controuersa asserantur feudalia, & sic decisio causæ pertineat ad dominum feudi, prout etiam Iudices secundæ instantiæ arbitrati sunt, & ex eo fundamento præcipue primam sententiam reformarunt: attamen in eo erratum censet. Iuris enim
26 & obseruationis est: quando contentio est † inter vasallum & extraneum, (vt nostro casu) actiue & passiue, causa corã ordinario, vt hic est Dux Iuliacensis, agitari debet, & non in curia domini, ne in propria causa, & pro suo interesse, videatur iudicare. *Zas. in epit. feudal. part.* 11. *num.* 9. *Mynsing. obser.* 99. *cent.* 1.

Quod vero d. Mann Cammer / non sit iudicium partium, sed subdelegatorum, & vicetenentiũ, ipsius præpositi, satis patet ex actis, imprimis, quod etiam castrum, & alia feuda, ab ipsis præsidibus der Mann Cammer / nomine & loco præpositi conceduntur, & ab eis iuramenta recipiuntur à vasallis.

Et nisi permitteretur appellatio ad Iuliacensem, tales causæ facile extra iurisdictionem Imperii, ad Ecclesiasticum, & denique Romam traherentur. Quod non facile est permittendum, sed
27 pro retinenda & † amplianda authoritate Imperii proni esse debemus. Quod satis notum & receptum est.

Facit tandem pro iustificanda sententia proxima, quod immissio, siue der Entschlag / rite & legitime facta est, prout ex aduerso nullæ rationes eius nullitatis deducuntur, sed solummodo prætenditur declaratoria, ex causa rei feudalis.

Hinc concludo, grauamina non admittenda, sed causam pro concluſa acceptandam esse, & pronunciandum, bene iudicatum per proximum Iudicem, & male appellatum. Expensas compensarem. Et ita definitiue pronũciari posse & debere, puto è re collegii & partium esse. Quod & Dominis non displicuisse animaduerti.

D. L. In hac causa, quamuis non satis compertum habeat, quod Referens in ea concludere velit: tamen propter eminentem probationem, & cum satis sibi ex actis primæ, secundæ, tertiæ & quartæ instantiæ liqueat, quonam in statu causa sit, & vero ex dictis testium non satis compertum habet, an in literis hypothecata bona pertinẽtia, sint feudalia, ad castrum Eschweiler. Existimat in isto dubio definitiue pronunciandum non esse, sed magis in puncto deuolutionis pronunciandum: quia in vnum recidit, & magis tutum, pronunciatum esse in hoc puncto non deuolutionis, si attentis iisdem exceptionibus pronunciemus, causam non deuolutam.

D. Q. Correferens: in omnibus cum Referente, etiam quoad expensas.

D. Bq. Putat etiam, potissimum esse argumentum, quod causa inter vasallum & extraneum coram ordinario tractetur: & quia non præiudicatur Iuliacensis priuilegio. Posse ita pronunciari, non obstante exceptione incompetẽtiæ, cum in eundem effectum concurrant.

VOTVM LII.

In causa O. contra T.

SVMMARIA.

1 *Appellationem duplicem interponenti Camera electionem liberam permittit appellanti.*

2 *Articuli exceptionales tribus potissimum nituntur fundamentis, contra appellationis deuolutionem & desertionem obrectis, vt sub n.* 3. 4. 5.

4 *In fauorem quod est adiectum, in odium non est retorquendum.*

5 *Notarij sæpe instrumentis inserere solent clausulas, quas ipsi nec satis intelligunt, neque partibus satis declarant: vnde eiusmodi clausulæ nihil operantur, eiusque ratio quæ, ibi n.* 6.

7 *Consortis vnius præcipitantia, alijs obesse non debet.*

8 *Appellationis renunciatio, donationis seu dilapidationis instar obtinet, quæ mandatum speciale requirit.*

9 *Procuratores in alternatiuis, sine speciali mandato, vel subsecuta ratificatione, domini voluntatem declarare vel eligere non possunt.*

10 *Litis contestatio eadem, cum in Camera non iteratur, ex præscripto ordinationis, & stylo Cameræ, conclusio rescindenda, & partibus litis contestatio iniungenda videtur.*

11 *Definitiue in hac causa principali quare pronunciandum, vt n.* 12. 13. 15. 18. 20. 22.

12 *Litis contestatione non est opus, quando causa concernit punctum iuris.*

14 *Litis contestatio in omnibus causis, in quibus non requiritur libellus, omitti potest.*

16 *Litis contestationis omissæ reparatio, quæ in secunda instantia facta est, extenditur etiam cum effectu ad instantiam Cameræ.*

17 *Verba cum effectu accipienda sunt.*

19 *Litis contestationis effectum habet Rei negatio ad postulationem verbalem Actoris in continenti iudicialiter facta.*

21 *Sine litis contestatione vt procedatur, in rusticis tribunalibus plerunque moris est.*

23 *In recessibus Anno* 1570. *Spiræ habitis sub vers. Demnach sollen, &c. iniunctum est partibus, vt exceptionibus quibusuis, & defensionalibus articulis, litis contestationem euentualem annectant.*

24 *Regula nulla tam firma, quæ exceptioni non sit obnoxia.*

25 *Iudex in Camera, litium finiendarum gratia, magis secundum æquitatem, quam rigorem iuris iudicare debet, & ex officio supplere, quoties ob defectum alicuius solẽnitatis iudicium deficeret. Ratio eius, ibid. num.* 26.

27 *De re siue hæreditate aliena & viuentis, neque paciſci, neque testari, neque causa mortis donari, neque tandem hy-*

dem hypothecæ nomine, aut per quemuis alium contractum obligari potest.

28 Pater de hæreditate filij sui disponere nequit.

29 Inclusio vnius, est exclusio alterius.

30 Ius alicui quæsitum, nec priuata, nec publica authoritate auferri potest.

31 Miserabilibus prospicere ad officium iudicis spectat.

32 Iudex qualem & quantam curam, diligentiamque circa furiosos gerere debeat, & n.33.34.35.

36 Superfluum non dicitur, quod addit maiorem declarationem, ac dilucidius animi sensum exponit.

37 Onus sentiens, commodum ferre debet.

38 Heredes suos, præsertim naturales & legitimos, nemo deterioris conditionis velle efficere, quam ipse sit, præsumitur.

39 In dubiis interpretandis eo intenti esse debemus, vt gesta & acta à partibus non sint frustratoria, sed vt subsistant.

40 Cessante ratione prohibitionis, cessat quoque prohibitio.

41 Magistratus præsentia omnem sinistram suspicionem excludit.

42 Magistratus non præsumitur ansam inuiandi alienis bonis præbere, vel fenestras insidias struendi vitæ alterius, contra legem naturæ aperire, sed potius easdē præcauere, &c.

43 Magistratus solus scelerum vindex constitutus est.

44 Magistratui imprimis incumbit, vt sine maligna suspicione pupilli alantur & educentur.

45 Furiosi pupillis æquiparantur.

46 Illud quod non potest fieri pure, non potest fieri sub conditione, contrarium quando. n.47.

48 Furiosus ratione destitutus, licet non solum pro absente & ignorante, sed etiam pro mortuo habeatur, tamen idem etiam pro consentiente in ll. reputatur, maxime in causis, fauorem ipsius concernentibus. num.49.

50 Iudicis authoritas aut decretum supplet defectum.

51 Voluntas vltima saltem vnius testatoris, contractus vero duarum personarum voluntate & authoritate consistit.

52 In contractum deduci potest res incerta, atque spes ex futuro pendens.

53 In dispositione dubia quacunque, recurrendum est ad iudicem, qui secundum suum arbitrium, dubium contractum interpretari debet; Et qualis interpretatio amplectenda, vt n.54.55.56.57.58.59.

60 Conditiones casuales, seu euentum futurum respicientes, actiue & passiue, in contractibus ad heredes trā seunt.

61 Casus & fortuna quandocunque euenerit, sufficit ad consequendum id, quod alicui ex contractu conditionali debetur.

62 Intentio contrahentis propter affectionem naturæ hominum erga suos inditam, in dubio qualis præsumenda.

63 Hæredum cur hic potissima habenda sit ratio.

64 Actus per interuenientem consensum conualidari potest.

65 Litis contestatio de stylo & ordinatione, in genere & indistincte iniungitur.

66 Litis contestationem, licet causæ summariæ de iure nō requirant, hoc tamen procedit, quando constitutione aut statuto ita disponitur, aut causa simpliciter & de plano, committitur expedienda.

67 Litis contestatio, in omni causa, in qua speratur certa sequi sententia, necessaria est, licet ipsa causa debeat summarie expediri.

68 A litis contestatione, in Recess. Imperij, de Anno 70. solum punctus attentatorum, & inhibitionis excipitur, vel eximitur.

69 Furiosus custodiendus à venientibus ab intestato, alias ei non succedunt.

70 Actionis intentatæ qualitas demonstratur, propter medium concludendi in libello.

71 Rationes pro parte negatiua pugnantes in hoc casu quæ, vt numer. 73.74.76.80.88 90.91.93.94.95. 103.104.

72 Furiosus furore cessante, administrationē rerum suarum ipso iure recuperat, sicut & prodigus: vbi sanos mores receperit.

75 Cessante necessitate, & sic causa, cessat effectus.

77 Iudex bonus pupilli vtilitatem arbitrari debet.

78 Pupilli vbi & penes quos educari debeant. & n.76.79.

80 Succedendi certi sunt modi.

81 Hereditas pacto dari nequit. & n.123.

82 Substitutiones odiosæ habentur, quia occasionem captandæ mortis præbent.

83 Promissio per socerum fatuo genero facta, si eius filiam accipiat in vxorem, de faciendo eum heredem, non valet.

84 Hereditas quod non nisi testamento dari possit. ab hac regula tres casus excepti reperiuntur & n.85.86.

87 Pacta mutua & vicissitudinaria, & si alter sine liberis mortuus fuerit, ad superstitem bona perueniant, vt valeant quæ requiruntur.

89 Odium videtur personale esse.

95 Pactum de futura successione, quando valet.

96 Pactum de futura viuentis successione, in quibus casibus, etiamsi viuus non senserit, & vsque ad mortem in eo consensu perseuerauerit, non valeat, præsertim in hoc nostro. & n.97.98.99.100.113.119.121.124. 125.126.127.129.130.131.134.

101 Pactiones de futura successione viuentis, quod non valeant, extenditur etiam ad parentes, & ad liberos. & n.102.

105 Pactum de succedendo cum fuerit inutile ac nullum nulla heredibus datur actio.

106 Testari non possunt, nunquam redientes ad sanam mentem.

107 Contractus quoad successionem, euentualis, siue conditionalis valet, nec est odiosus. n.111.

108 Contractus, quando conditio ei adiecta purificatur, perinde est, ac si à principio fuisset purus.

109 Votum captandæ mortis, in hoc casu, quare dubium reddatur. & n.110.

112 Euenire quod potest inspicitur.

114 Intentio principalis in contractu inito consideratur, & non attenditur, quod in consequentiam cedat.

115 Dispositio omnis ampliatur & restringitur, secundum suam causam finalem, & disponentium intentum.

116 A-

116 *Actus vtiliter præsumitur factus, quando Iudicis authoritas interuenit.*

117 *Necessitatis causa multa, quæ alioquin sunt prohibita, admittuntur.*

118 *Necessitas ex illicito actu, licitum plerunque facit.*

120 *Necessitas & pia causa cessare faciunt præsumptionem doli.*

122 *Actus de futura successione vt valeat, impropriatur etiam verbum, hereditas.*

128 *Substitutio pupillaris fieri potest pupillo furioso, in potestate testatoris constituto.*

132 *Bona in pactum deducta, statim ex obligatione debentur.*

133 *Verba quando impropriandа.*

135 *Pacta dotalia, quibus disponitur super successionibus, casu quo vnus cõiugalis fœderis præmoriatur, quis cognatorũ succedat, quo iure defendantur.*

136 *Vasallo alienante feudum sine consensu domini in agnatũ alias successurũ, est potius refutatio quam alienatio.*

137 *Consuetudines, quibus fiunt pacta familiæ, circa dispositiones succedendi, defenduntur.*

138 *Iudex quod facit aut decernit, id recte & rite factum dicitur.*

139 *Ius non transmittitur ex obligatione, cuius conditio deficit.*

140 *Possessiones pupillorum sine decreto præsidis, beneficio diui Seueri, in l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. detrahi prohibitum.*

141 *Furioso, cui à patre nullus datus est tutor, lex, quæ eius curam habet, proximum agnatum vocat.*

142 *Quæritur, an talis conuentio inter magistratum loci, & assignatum curatorem inita, de iure subsistat, nec ne; Et an expresso modo potuerit. Respondetur affirmatiue. n. 143.*

144 *Constitutio vt tutor vel curator, omnium, siue quorundam bonorum pupilli fructus habeat, valet. & nu. 145.*

146 *Iudicis authoritas efficit licitum, quod alias est illicitum; Eius q; officium est latissimum n. 147.*

148 *Magistratus curatori ex causa, pro qualitate curæ, de bonis minorennis siue furiosi mercedem dare potest. & n. 145.*

149 *Actus agentium, vltra eorum intentionem nihil operatur.*

150 *Furiosus actiue nullam factionem testamenti habet, ergo ei nulla testandi facultas auferri potest.*

151 *Furiosus quando habeatur pro consentiente.*

152 *Ad hæreditatem furiosi defuncti qui vocentur.*

153 *In contractibus sub conditione mortis factis, neque cedit, neque venit dies, pendente conditione. Ratio quæ. num. 154.*

DC. Referens. Nullitates nullæ, procuratoria iusta, tam quoad principales, quam quoad interuenientem, qui duplicem interposuit appellationem: vnam Spiræ coram Notario & testibus 16. Martij Anno 71. vt patet ex instrumento Appellationis in Camera 27. Octobris Anno 72. & sic intra decẽdium. Alteram in scriptis, coram iudicibus secundæ instantiæ, à die notitiæ, vt in actis secundæ instantiæ *fol.* 32.

Quamuis autem hoc casu contrariæ & diuersæ sint interpretum sententiæ, vtra Appellatio prosequenda sit: Tamen prævaluit eorum sentẽtia, † qui liberam electionem permittunt Appellanti: quam etiam de stylo huius tribunalis summi receptam, præiudicio attestatur *Mynsing. obser. 7. cent. 1.* Recte igitur interueniens, relicta secunda, primam appellationem prosecutus est. 1

Submissum in punctis, Exceptionaliũ, & Replicatorialium articulorum: In illis, an sint probati: in his vero, an ad probandum admittendi, discutiendum venit. Vnde tertia submissio, ratione Commissionis decernendæ subiungitur.

Exceptionales articuli † tribus potissimũ nituntur fundamentis, contra Appellationis deuolutionem & desertionem obiectis: quorum primum principales Appellantes, reliqua duo, interuenientem à Nippenburg concernunt. 2

Quoad primum: † Appellatus dicit in 13. articulo Exceptionalium, Principales appellantes in secunda instantia iudicialiter appellationi renunciasse: idque patere ex actis secundæ instantiæ, & confessione propria ipsorum, ad d. artic. 13. Appellantes autem Replicando in articulo 22. 23. 24. Replicator. non diffitentur quidem, renũciationem à procuratoribus factam, prout & ex actis clare patet: Sed eo ipso Procuratores, fines mandati excessisse prætendunt: referendo se ad procuratoria illius instantiæ. 3

Ex quibus liquet, partes sibi beneficium appellandi reseruasse: Tantum abest, vt procuratoribus renunciandi potestatem dederint: nisi ipsos contrarietatis insimulare velimus. Licet igitur principales in dictis procuratoriis, arbitrio procuratorum permiserint, bey der Vrtheil zubleiben Tamen propterea non cesserunt illis ius appellandi, quo minus & ipsimet, casu, quo à procuratoribus Appellatio fuisset intermissa, appellare potuissent, sed potius sibi reseruarunt: quemadmodum animum suum per appellationem intra decendium declararunt Quare verba dicta, bey der Vrtheil zu bleiben / ad procuratores: reliqua vero, beneficium Appellationis reseruantia, ad principales sunt referenda: ne id, quod † in fauorem adiectum est, in odium contra retorqueamus. Imo clausula hæc, potius ex Notariorum concepta formula, quam principalium iussu & voluntate, adscripta videtur: qui sæpe solent instrumentis inserere clausulas, † 5 quas ipsi nec satis intelligunt, neque partibus satis declarant. Vnde tales clausulæ, † quoniam 6 abierunt in formulam & consuetudinem scribendi, magis accipiendæ sunt pro verbis styli cõmunis, quam dispositiuis, & nihil operantur *Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. decimo. Bartol. l. 1. Cod. de iure Codicill.* Atqui licet Oßwald Strölin, vnus ex consortũ numero, præsens in Iudicio fuerit, & sic nõ per se tantum, sed etiam consortũ nomine Appellationi renunciasse dici posset: Tamen cũ hoc factum consortũ reliquorum mandato manifeste repugnet, ipsis præiudicare non

debet, nec potest: Imprimis, cum ex post facto id nõ ratificarint, sed potius contrarium, & verbo & facto præstiterint.

7 Vnius igitur † consortis præcipitantia, aliis obesse nõ debet. Sic procuratores quoq; sua renunciatione iisdem præiudicare non potuerunt:
8 † quia talis renunciatio, donationis, seu dilapidationis instar obtinet *l. filius familias. de donat. leg. contra iuris. §. filius iuncta gl. verb. nõ habere de pact.* quæ mandatum speciale (quo tamen procuratores hi destituti fuerunt) omnino requirit, *Angel. l. ab executione. §. final. de appellat. l. Liberorum. rem ratam haberi.* In tantum, vt etiam procurator cum libera, non nisi in commodum sui principalis, firmiter renunciet. *l. si procurator. numero tertio, de oper. noui nunc.*

9 Imo nec etiam in alternatiuis, † sine speciali mandato, vel subsecuta ratificatione, Domini voluntatem procuratores declarare vel eligere possunt *Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. de mat. feud. §. 14. n. 11. post Bart. in l. si stipulatus fuerim circa finẽ. numero 6. & Ias. ibid. numero 9. de verbor. obligat.* Posito ergo, quod Procuratorum arbitrio relictum esset, alternatiue, aut acceptare sententiam, aut appellare: Tamen penes eos non stetisset, libera eligendi voluntas, maxime id, quod Dominos improbasse, ex interiecta, intra decendium, appellatione, satis superq; constat. Quamobrem procuratores, renunciando appellationi, potius fines mãdati transgressi sunt, quam, quod iussa fideliter peregerint. Hinc factum illorum est irritum, & nemini præiudiciale, ac per consequens, renunciatio pro nulla habenda. Idq; eo magis, cum de contraria mente ex dict. appellatione constet, *nu. 12.* Concludit Referens, prætensam renunciationem deuolutioni Appellationis, quoad principales, non obstare.

Interuenienti obiicitur, Appellationem non esse deuolutam, propter interesse nullum, & desertam, propter defectum formalium. Et quamuis in formalibus nullum defectum videat: Tamen cum interesse sit nullum, aut sane admodum exiguum, nec ordinationi Cameræ conueniens, quoad ipsum, appellationem non deuolutam, nisi ex communi Appellationis beneficio admittatur, concludit. Atq; hinc etiam articulos Replicatorios pro interueniente, reiicit.

An vero grauamina ad probãdum admittenda, vel super principali causa, cum de eius meritis satis constet, pronunciandum sit, subsistit: quia in prima & secunda instantia lis contestata. Quamuis autem omissio eius in prima instantia, vt est iuris positiui, & processum solum respicit, videatur in secunda instantia reparata, *vt Gail. obseruat. 75. libro primo.* adeo, vt definitiua ferri possit, in hac causa plana, præsertim, vbi de meritis satis constat: Tamen cum eadem litis
10 contestatio † in Camera non sit iterata, ex præscripto ordinationis, & stylo Cameræ, conclusio potius rescindenda, & partibus litis contestatio potius iniũgenda videtur, *Gail. obs. 76. lib. 1.*

Sed non obstantibus his (saluis votis) in causa principali, † secundum qualitatem cõtrouer- 11
siæ, definitiue pronunciandum putat, per rationes.

Primo: quia † præsens causa concernit pun- 12
ctum iuris, quo casu non opus est litis contestatione: *Innoc. c. cum inter. de consuet. Lanfranc. Clemen. sæpe. verb. de plano. de verb. signif.* Secundo: † Quia lis 13
est mota inter partes, seu homines rudes ac simplices, in quorum causis processus, absq; libelli oblatione subsistit: *Socin. reg. 289. fall. 5.* Ergo etiam absq; litis contestatione: cum in iure nostro pro regula tradatur: in omnibus causis, † in qui- 14
bus non requiritur libellus, litis contestationem omitti posse, *Gail. obs. 76. n. 4. Socin. c. quoniam frequenter. n. 27. & n. 77. vt lite non contest.*

Tertio: † quemadmodum litis contestationis 15
effectus, in prima instantia factæ, se extendit ad secundam instantiam, vt in illa denuo repeti necesse non sit: sic reparatio omissæ litis contestationis, † quæ in secunda instantia facta est, intel- 16
ligitur cum effectu interuenisse, adeo, vt ad instantiam Cameræ extendatur: siquidem verba † 17
cum effectu accipienda sunt *l. pen. §. docere. ne quis eum, qui in ius.*

Quarto, † id que eo magis, cum etiam in pri- 18
ma instantia lis cõtestata videatur, eo ipso, quod Reus postulationem verbalem Actoris † statim 19
in continenti, respondendo iudicialiter negat. Eiusmodi negationem litis contestationis habere effectum, tradit *Bartol. in l. 1. C. de lit. contestat. num. 3. Marant. de lit. contest. num. 4. per l. si dubitatur. §. ita demum. de fid. iuss.*

Quinto: † quia Actores diuisionem hæredi- 20
tatis auitæ, secundum morem illius Iudicij petunt: Prout secundum morem eiusdem loci, & illis dict. hæreditas in sententia pro rata adiudicata. At in rusticis tribunalibus † plerun- 21
que moris est, vt sine litis contestatione procedatur. Ergo eo magis reparata est in secunda instantia.

Sexto: † quoniam Exceptiones 1. Iunij Anno 22
71. & sic post recessum Imperij Spirensem, Anno 79. versic. **Demnach sollen** &c. in quo iniunctum est partibus, † vt exceptionibus quibus- 23
uis, & defensionalibus articulis, litis contestationem euentualem annectant, productæ sunt: cui cum tamdiu, tot terminis & prorogationibus obtentis, & elapsis non obtemperauerint, absque cunctatione lis pro contestata acceptari, & ad definitiuam procedi posse putat. Concludit, ex rationibus prædictis, grauaminibus reiectis, definitiue pronunciandum. Nec mouetur, quod ex *Gail. supra* adduxit, propter omissam litis contestationem, in Camera cõclusiones rescindi, & litis contestationem iniungi. Quamuis enim cõmuniter ita obseruetur: Tamen non admodum rigorose huic solennitati (quã alias etiã de iure communi, in instantia appellationis omitti posse, dictum est) inhærendũ. Quin habita ratione circumstantiarum, negocij

gocii definiendi, ab ea recedere non liceat: cum
24 nulla regula † tam firma sit, quæ non exceptioni
sit obnoxia, maxime in hoc summo iudicio, in
25 quo iudex litium finiendarum gratia, † magis
secundum æquitatem, quam rigorem iuris, iudi-
care debet. *Gail. obseruat. 42. lib. 1. num. 1.* & ex offi-
cio supplere, quoties ob defectum alicuius so-
lennitatis (quæ, vt dicit *Abb. cap. in causis. de re iudic.*
iusticiam causæ non alterat) iudicium deficeret.
26 Quia eiusmodi supplementum, † non solum
partium commodum, sed etiam publicum fa-
uorem, vt videlicet sit litium finis, cõcernit. *c. fin.*
litibus. de dolo & contumac.

Procedendo ad causam principalem, intenta-
tam hæreditatis petitionem, concludit: Quia illa
non solum competit pro vniuersa, sed pro eius
parte, &c. *l. 1. si pars hæred. pet.*

Actores sic probant: conuentum sic esse inter
magistratum & Auum litigantium, de bonis cu-
iusdam furiosi ipsorum propinqui, vigore cuius
petunt bona eiusdem diuidi. Hæc conuentio,
cum sit in confesso, & saltem de eius intellectu
controuertatur, videbimus primo, an de iure ta-
lis conuentio consistat. Deinde de eius intelle-
ctu, & an ius transmittendi ex illa auo delatũ sit.
Et pro parte negatiua, nẽpe, quod non consistat,
facit: Quod hoc non solum hæreditatem viuen-
tis, sed etiam alienam cõcernat, vnde neque vim
contractus, neque pacti, neque vltimæ voluntā-
tis, neque alterius cuiusque conuentionis robur
obtinere potest.

27 Indubitati nãque iuris, quod de re, † siue hæ-
reditate aliena, & viuentis, neque paciſci, *lege pa-*
ctum quod. l. fin. C. de pact. ibi Dd. neque testari *l. hæ-*
reditas. C. de pact. conuent. filius noster de testament. ne-
que causa mortis donare *l. licet. iuncta gloss. ibi. verb.*
mortis causa. C. de pact. l. stipulatio hoc modo. de verb. ob-
ligat. Neque tandem hypothecæ nomine, aut per
quemuis alium contractum obligationem con-
trahere liceat, *d. l. fin. in fin.* Atque hæc adeo pro-
28 cedunt, vt nec pater quidem ipse, † de hæredita-
te filij sui disponere possit, *l. ex facto. in princ. de vulg.*
& pupill. §. qua ratione. Instit. eod. At si patri non in-
tegrum sit, de rebus seu iuribus filij sui puberis
disponere, & ei inuito hæredẽ obtrudere, mul-
to minus id magistratui licebit, qui non eandem
in subditũ, quam pater in filiũ habet potestatem.

Quin imo cum patri soli hæc potestas, filio
substituendi furioso exemplariter, legibus con-
cessa sit, omnibus aliis, & sic etiam magistratui
29 videtur interdicta: cum vnius inclusio, † sit ex-
clusio alterius, *iuribus vulga.* Quod præcipue in
præsentis facti specie attendendum, cum id in
30 præiudicium tertii, cui ius suũ † nec priuata, nec
publica authoritate auferri poterit, vergere vi-
deatur.

Pro parte autem affirmatiua, quam etiam se-
quendam putat, militat officium Iudicis, ad
31 quod spectat, † prospicere miserabilibus, ma-
xime iis, qui, vt inquit I C. *l. prima, de maior.* ob æ-
tatis infirmũ consiliũ, aut etiam propter defe-
ctum rationis & iudicii. *§. qua ratione. Institut. de*
vulg. & pupill. rebus suis præesse nequeunt.

His in primis annumerantur furiosi, de quo-
rum † non solum alimentis, sed etiam custodia, 32
ne sibi, vel aliis sint nocumento, Iudex diligen-
tem curam habere debet, *l. congruit. §. fin. de inoffic.*
præsid.

Non enim patrimonium, solum furiosi, † sed 33
etiam corpus, ac salus eius tuenda est, *lege consilio,*
de curat. fur. Quanto enim digniores sunt perso-
næ, quam res, tanto acriori indigent cura & pro-
uidentia. Vnde etiam Iudex, vel magistratus,
† necessarios furiosi, si in eius custodia sint ne- 34
gligentes, æque ac custodem carceris negligen-
tem, non tantum punire, *dict. l. congruit. §. furiosi.*
iuncto §. sequenti, & ibi Odofred. de offic. præsid. Sed &
proximos agnatos furioso alimenta detrectan-
tes, † hæreditate eius priuare, & alium extrane- 35
um, qui eum alat, casu, quo intestatus decesse-
rit, ad eandem admittere potest: *authentic. vt cum*
de appellat. § si quis de prædictis. & ibi gloss. verb. neglexe-
rint: auth. liberi furiosi. iuncta gloss. verb. nuptias de
Episcop. aud. facit l. 3. de his quibus vt indign.

Neque hic pro abundanti reputanda adie-
cta clausula: cũ maioris declarationis gratia adie-
cta videatur, *l. si. ibi Bald. C. de Donat. l. testamentum.*
C. de Testam. l. non solent. de Reg. Iur. & superfluum
non dicatur, † quod addit maiorem declaratio- 36
nem, ac dilucidius animi sensum exponit *glossa*
cap. primo, verb. in filio. notatur in l. fin. C. de pact. ibi Bo-
logn. Idcirco hanc fuisse mẽtem contrahentis, vt
scilicet conditio in commodum hæredum re-
trotrahatur, quod hæredum repetitio toties re-
petita testatum facit.

Deinde nõ solum in contractibus principio,
sed etiam in receptione furiosi, bonorumque
ipsius & tandem in obligatione reciproca, con-
trahens nõ solum se, sed etiam hæredes suos ob-
ligatos voluerit. Quare enim voluisset hæredes
grauare, onere alimentorum, custodiæ & cu-
ræ furiosi, nisi eosdem cõmodo quoque bono-
rum ipsiusmet furiosi affici voluisset: cum onus
sentiens, † commodũ ferat. Quamnam ob cau- 37
sam, non solum sua, sed etiam post mortem hæ-
redum, bona in commodum furiosi obligasset,
nisi & ipsiusmet eo in statu decedentis bona,
hæredibus suis affecta voluisset. Cum nemo hæ-
redes suos, † præsertim naturales & legitimos, 38
deterioris conditionis velle efficere, quam ipse
sit, præsumatur. *l. fin. C. de curat. furios.*

Proinde, quid opus fuisset, hæredem obliga-
re, nisi tam voluntate contrahentium, quam
ipso iure, implementum conditionis ad hæredes
transmitti debuisset? Nonne si diceremus, hunc
contractum, defuncto Osvvaldo, conditione
pendente, extinctum, obligatio illa esset vana,
nulla, & irrita, ac prorsus concideret: Cum ta-
men in interpretandis dubiis † eo intenti es- 39
se debeamus, vt gesta & acta à partibus, non
sint frustratoria, sed quantum fieri potest, sub-
sistant: notatur *in c. inter dilectos, de fid. instrument.*

cap. contra eum. & cap. vtile. de regul iur. in 6. l. quoties. in fin. de reb. dub. Quid quæso, si in interpretatione sequendum est id, quod verisimile est, *vt supra dictum:* vero magis consentaneum est, si naturam ipsam in hoc sequamur ducem, quã contrahentem, eo ipso, quo hæredes onerare, etiam commodare eisdẽ propẽsum fuisse: & sic de ipsorum potius dispendio, quã cõmodo tractare noluisse.

Quod dicere haud possemus, si opinioni Appellatorum accedamus, & cõtractum in defuncto Osvvaldo expirasse dicamus, reducendo hanc interpretationem ad æquitatem & benignitatem. Quid æquius, quã vt hæredes factum promissumq; præstent defuncti, & vt pactorum fides seruetur, quid benignius, quam eos declarare eius successores quẽ auus & pater ipsorum per multos annos fouit, aluit, & sustinuit, suaq;, & hæredum suorum bona pro alimẽtis eiusdem casu, quo bona sua non sufficerent, obligauit. Quod equidem nulla alia, nisi successionis aut transmissionis spe in se recepisse præsumendus est: nemo enim suum iactare dicitur.

Præterea magis magisq; cõfirmatur hæc sententia ex eo, quod Iudices primæ instãtiæ, & ipse loci Dominus, in quorum iudicio celebratus, reseruatus & reproductus fuit præsens contractus, sic eundem declararint & interpretati sint: atque etiam huius vigore omnibus hæredibus contrahentis, pro rata, bona cõtrouersa adiudicarint: qui licet propter longi tẽporis interuallũ, quod ab initio hoc cõtractu præteriit à principio huic trãsactioni vix interfuerint: Tamen ex circũstantiis tẽporis, loci, personarum, & aliis coniecturis, quę plurimũ in hoc suppeditare solent, verisimilem huius rei notitiã habuisse censentur. Atque hinc magis dextre, quam alii, quibus hæc fuerunt incognita, hunc cõtractum declarasse videntur. Quare nõ facile, nec ex graui ratione ab illorũ intellectu recedendũ, quia forsitan & propter hanc causam hæredes ex hoc contractu voluerunt effici, ne forte, prout est humanæ sortis fragilitas, principali decedente, ipsi magistratus hac cura & solicitudine iterum conflictarentur: Sed vt præfatus furiosus perpetuo quosdam haberet obstrictos, quorum beneficio ipsi, dum viueret, prospiceretur, & magistratus in posterum hoc onere subleuaretur.

Nec obstat, quod in principio eiusdẽ dispositionis contrahenti in compensationem vsusfructus bonorum furiosi cõstituatur: Et si quid vltra impẽsum fuerit, iudicis moderamini reseruetur. Nam ea satis explicantur per sequentia, qui hæreditaria eiusdem proximo agnato cui alias lege ciuili deferebantur, sub hoc pacto seu cõditione, si furiosus in furore decedat, & ipse interim eũ alat, custodiat & curet, cõferre poterit.

Secundo: Contractum hunc de bonis furio-
40 si consistere; quod cesset † ratio prohibitionis, qua cessante, cessat prohibitio *lege. quod dictum. de pact* Sed hic esse sublatum, inde colligitur: nam inter alias, quas leges, earũque interpretes, hu-
ius prohibitionis adducunt causas, & hæc refertur: votum nimirum captandæ alterius mortis: quam rationẽ substantialiorem & principaliorem, vnde reliquæ, tanquam rami ex arbore descendant, nominat *Bologn. l. fin. C. de pact. numer. 23.* Quod hic subesse non suspicandum, cum magistratus authoritate hæc pacta inita sint, cuius præsentia † omnem sinistram suspicionem ex- 41
cludit, *l. fin. quod met. caus. Bartol. l. fr. à fratre. n. 41. de condict. ob caus.* De magistratu enim nõ est prę-
sumendum, † quod ansam inhiandi alienis bo- 42
nis præbere, vel fenestram insidias struendi vitæ alterius contra legem naturæ aperire, sed potius eisdem præcauere, & prescindere maluerit: cum ipse solus † scelerum vindex constitutus sit: Imo 43
potius contrarium certo statuendum: Nempe si Iudex veritus fuisset, Osvvaldũ captaturũ mortem furiosi, procul dubio hunc contractum cum eo non iniuisset, multo minus eius curam & educationem sub pacto & spe succedendi, eidem commisisset. Quia magistratui inprimis incumbit, † vt sine maligna suspicione pupilli, 44
quibus furiosi † in hoc æquiparantur, *Gloss in l. 2* 45
C. de curat. fur. tot. tit. de curat. furios. alantur & educentur. *l. 1. vbi pupill. educ.* Atque in hoc imprimis personæ, temporis, conditionis & coniunctionis ratio habẽda est, ne committatur ei, in quem ex spe successionis, vlla insidiarum, mortis, suspicio cadere posset, *lege 2. Codice. vbi pupill. educ. leg. viduæ. Cod. de nupt.*

Tertio: † pactum de succedendo & propter 46
hanc causam à legibus nõ approbatum: quia impedit liberam testandi facultatem *l. pactum. Codic. de pact. l. si quando. §. primo. de inoffic testamen.* & propterea turpe dicitur, quia facit non esse liberi arbitrij, quod esse debeat: *Gloss. l. auferre. de pact gloss. lege 1. de SS. Eccles.* cum tamen nec directe, nec per indirectum libertas supremi iudicij extingui possit, *l. cum duobus. §. idem respondit pro socio. Panor. consil. 41. libr. 2.* Hanc rationem hic deficere, verba dict. conuentionis testantur, quæ in eum saltem finem & sub ea tantum conditione concepta sunt, si furiosus in furore decesserit, Quo casu alias testamenti condendi ius, propter rationis defectum non habet, *§. præterea. quib. non est permiss. fac. testament. Bart. in l. 1. Codice de SS. Eccles.* Subsistit itaq; & propter hanc causam contractus, de sustentando furioso sub cõditione de succedendo initus.

Nec obstat, quod illud, quod non potest fieri pure, non potest fieri sub conditione. *l. Seius & Augerius. ad l. Falcid. Castr. in l. Seruo alieno. § fin. de legat. 1. notatur. in l. fin. C. de pact.* Quia hoc non pro-
cedit, quando per appositionem conditionis, † 47
tollitur ratio prohibitionis: Tunc enim, q; pure non pcedit, sub cõditione recte fieri potest: *Bart. in l. Diuus §. fin. de falsi Bologn. d. l. fin. n. 62.* Quamobrem cum pactum tale iure conceptum, ne impediatur libera facultas testandi, nõ subsistat, valebit saltẽ, si hanc minime remoratur, vel impedit, vt in terminis nostris, si sit conceptũ sub conditione.

tione. Quæ conditio tacite reseruat ius testandi ei, de cuius bonis paciscitur, si compos mentis redditus fuerit.

Quarto, contractus initus, tacita voluntate furiosi, de cuius bonis actum est, quodammodo confirmari debet, quo sane casu, accedente nimirum consensu eius, de cuius bonis, vel hæreditate agitur, eiusmodi conuentiones, tam anterioribus, quam nouissimis Codicis constitutionibus licitas esse, Imperator sanciuit, *in dicta l.* 48 *fin. Cod. de pact.* Tametsi furiosus, † quia ratione destitutus est, non solum pro absente, *l. sed si vnus. §. filiusfam. de iniur l. 2. §. furiosus. vbi Bartol. de iure Codic.* Et ignorante *leg. filiusfamilias. ibi Bartol. ad fin. de test.* sed etiam pro mortuo habeatur, *Bald. in l. humanitatis. in 5. colum. Codic. de impub. & aliis substitut.*

49 Tamen idem etiam pro consentiente † in ll. reputatur, maxime in causis, fauorem ipsius cõcernẽtibus: qualis in præsentia videtur esse alimentorum, & custodiæ constitutio. Quo in casu iustam contradicendi causam non videtur habere, vnde consensisse præsumitur, notatur *in leg. 2. §. voluntate. per Castrens. ibi numero 7. & Iaſ. numero 10.*

50 *solut. matrim.* Imo decretum † aut authoritas Iudicis supplet defectum, *Bald. in leg si furiosi, de nupt. Alex. d. §. voluntate.*

Concludit Referens, Magistratũ optime potuisse de alimẽtando furioso, sub spe successionis, contrahere: Imprimis cum illo ipso, qui eidem defuncto alias, cognationis iure esset successurus: Et hic nullum subsit tertij præiudicium: Quamuis etiam cum dispendio tertij proximioris cognati, detrectãtis curam furiosi, hoc de iure fieri posse, *ex supra traditis constet.*

Nunc de intellectu conuentionis disquirendum: Videmus enim eandem in diuersas & contrarias hinc inde à litigantibus trahi sententias: Tria præmittit. Primo: præsentem cõuentionem spectare potius naturam contractus quam vltimæ
51 voluntatis: Quandoquidem vltima voluntas † saltem in vnius testatoris, contractus vero duarum personarũ voluntate & authoritate consistat, prout notant *Dd. in §. ex conditionali. de verb. ob-*
52 *ligat. post glos. ibid.* in contractum autem † deduci posse rem incertam, atque spem, ex futuro pendente, textus sunt *in lege. nec emptio de contrah. empt. l. quod si in venditione. de hæred. vel act. vend.*

53 Secundo: In omni dispositione dubia, † recurrendum est ad iudicem, qui secundum suum arbitrium, dubium contractum interpretari debet, *Bald in l. voluntatis. numero. 1. Cod. de fideicom.* Et
54 semper illam, † quæ æquitatem sapit, amplecti. *l. in his. de cond. & demonstr. Bald. l. cum allegas. in fin. C. de vsur.* & maiorem benignitatem continet. *l. fin.*
55 *qui bon. ced. poss.* Quæque † iuri cõmuni conuenit, *l. si stipulatus de vsur. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. libro 1.*
56 *q. 7. numer. 18. 19.* Verisimilis † est, *Grauet. cõsilio 135.*
57 *num 33.* Et iustior, † ex multis scripturæ sensibus, *Grauet. consil. 70. numero 14.* atque eam denique
58 † qua vtrique parti cõsultum atque satisfactum, *l. adoptiuus. §. 1. de ritu nupt. Bald. in l. bonorum, quæ. C. qui admitti ad. &c.* Et tandem † minime præiudi- 59
cialis sit *l. 1. de suspect. tut. Menoc. de arb. iud. quæst. q. 2. casu 199. n. 16. per tot.*

Tertio: de iure ciuili definita est regula certa & immota: quam etiam interpretes vno ore communiter sequuntur: quod videlicet in contractibus, † conditiones casuales, seu euentũ fu- 60
turum respicientes, actiue & passiue ad hæredes transeant, *§. si quis. Institut. de inutil. §. ex conditionali. Institut. de verb. obligat. l. decem si petiero. vbi Dd. & l. si quis de verb. obligat l. veteris iuris. Codic. de contrah. & commit. stipulation.*

His sic præmissis, per cõtractum præsentem, sub conditione, si furiosus in furore decesserit, conceptum, ius transmittendi ad hæredes per auum fuisse delatum, & per consequens, implementum conditionis, eo defuncto, ad hæredes deuolutum, per iura proxime supra dicta, statuit. Quia talis conditio per hæredem non impletur, sed casu, & fortuna. Ideoque quandocunque casus & fortuna euenerit, † hoc sufficit, ad conse- 61
quendũ id, quod sibi ex contractu conditionali debebatur: *Gail. obs. 2. n. 2. li. 2.* Quod adeo verũ est, vt procedat, etsi in contractu hæredum facta non est mẽtio, *l. veteris, C. de contrah. & commit. stipul l. viã veritatis. C. locat.* Quia intentio cõtrahentis, † propter affectionẽ naturæ hominum erga 62
suos inditam, in dubio præsumitur esse talis, vt non solum sibi, sed etiam hæredibus suis prospicere: *lege iuris gentium. § pactorum. lege tale pactum. de pact. l. si pactum. de probat.* Et contrahendo ius aliquod, quamuis conditionale, acquirere velit. *l. nec emptio. Codic. de contrah. empt. l. si iactũ. de actionibus empti. Wesembec. in dict. §. ex conditionali Instit. de verbor. oblig.*

Quapropter hic potissima † hæredũ habenda erit ratio, cum non ex præsumptionibus & 63
indiciis de mente contrahentis diuinandum, sed expressis verbis eius voluntas satis superq; declarata sit, quod videlicet de hæredũ commodo prouidere voluerit: dum semel atq; iterum, quo magis hanc suam affectionẽ exponat, hæredum mentionem faciat.

Quamuis autẽ glossa *in leg. eum qui ita. §. 1. verb. superuacanea. ibi Castr. numero 1. de verb. oblig.* Quod in instrumẽto contractus, clausula hæredum, sit superflua: Tamen hoc, contractui adiectum, sane interpretandi modus omnino frequens est *l. qui filiabus. & l. si seruus. §. fin. de legat. 1.* Sicut enim in sequentibus, cõtrahenti, & eius hæredi, cauetur, in casu, quo furiosus in furore decedat: ita in præcedẽtibus prospicitur de illo casu, si furiosus compos mẽtis effectus sit, ne cõtrahens, vel eius hæredes, propter fructus, ex bonis ipsius perceptos, ad rationem reddendam, & restitutionem conueniantur. Quare nec hæc clausula hæredibus erit præiudicialis.

Inde, (saluis dominorum votis) concludit in prima instantia bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis: Quia propter dubium sensum pacti, videtur iusta causa litigandi.

Votum aliud, in eadem causa

D.Bq. Correferens: Quoad legitimationes, desiderat ex parte Appellati, quod ipse, nomine vxoris se non legitimauit. In puncto deuolutionis, secundum submissionē nostram: dubitatur. Primo, An renunciatum sit appellationi, per quem. Secundo si non renunciatum, An debite appellatum sit? & an, per habentem mandatum? Tertio: Si absque mandato appellatum, An debito tempore facta sit ratificatio? Quarto, an interfit ipsius Nippenburg, quod in secunda instantia contra eius ordinat. pronunciatum.

Quantum ad primum caput, constat quidem ex actis, *fol. 12.* quod vtrinque appellationi renunciatum: Et quoad Actores, hoc factum per Procuratores illorum N.N. de quibus in primo mandato, *fol. 3.* Qui tamē fines mandati in eo excessisse dicuntur. Quia in d. generali mādato beneficium appellādi expresse reseruatum est. Nec etiam per principales eorum d. renunciatio ratificatur, vt constat ex ipsa appellatione: Secus, si ratam illam habuissent: quia tunc per interueni-
64 entem † consensum, actus conualidari potuisset: *Natta consil. 262. num. 9. 10. 11. tomo 2.*

Deinde quoad secūdum dubium, constat ex ijsdem actis, eo ipso die quo causa in secunda instantia cæpta, latam quoque sententiam, hoc est 6. Martii An. 71. *fol. 29.* Et pro iustificatione appellationis, reperitur ibi missiua Nippenburgs/ pro suo interesse, de dato Stutgart/ 19. Martij, Anni eiusdē (quæ iudici à quo præsentatur eodem die, hora tertia vesperi. *fol. 31.*) qua appellatur à die scientiæ, vt dicit ad Cameram: licet decimus dies ille fuerit. Quantum vero ad principales attinet, liquet ex instrumēto appellationis, quod 16. Martij D. Brentzlin/ hic pro illis, ac simul etiam pro Nippenburg/ vigore mandati, corā Notario & testibus in scriptis apellarit. Quam appellationem d. principales etiam ratā habuerunt, vt constat ex eorū Epistola de dato 18. Martij *nu. 1.* Et sic intra decēdium. Vnde etiam tertium dubium resolutum est.

De quarto, multa verba fiunt: In eo autē solum versatur, quod putat, sibi ac sigillo suo iniuriā fieri, atque ignominiosum fore: Imo & multorum interesse, si eiusmodi contractus siue ordinationes Dominorum irritentur. Quod non magnifaciendum putat, quatenus Nippenburg cōcernit, cum interim, quoad alios, fieri debeat, quod Iuris est: vt sic maxime attēdamus, de quorum præiudicio hic agatur.

Concluditur, exceptionibus nō obstantibus, causam deuolutam, nec locū esse vlteriori probationi in hoc puncto.

Quoad causam principalē, de meritis similiter constat, vt frustra libellus ad probandum admitteretur. An autē litis contestatione nondum facta definitiue pronūciandum sit, dubitatur: Et videtur quidem sufficere, quod in secunda instantia cōtestata sit *Mynsing. obs. 1. cent. 1.* præsertim, quia de meritis causæ latis liquet: *idem obs. 27. cent. 1. & obseru. 62. cent. 4. Facit Gail. obseru. 76. numero 5. lib. 1.* Sed aliud est de stylo & ordinatione, † *part. 3. tit. 32. 4. §.* vbi in genere, & distincte litis contestatio iniungitur. Deinde, licet causæ summariæ, † talem solennitatē de iure non requirant, *Clem.* 66 *sæpe. de verb. sign. Marant. part. 4. dist. 9. numero 1.* Hoc tamen procedit, quando constitutione aut statuto ita disponitur, aut causa committitur, expedienda simpliciter, & de plano: *Socin. in c. quoniam frequenter. numero 26. vt lit. non contest. Bartol. in lege 4. §. hoc autem. num. 11. de damno infect.* vbi dicit, in omni causa, † in qua speratur certa sequi sen- 67 tentia, necessariam esse litis contestationē: licet ipsa causa debeat expediri summarie.

Præterea aliud in Camera obseruatur, teste *Gail. obs. 21. numer. 9. de pignorat. facit Recess. Imperij de Anno 70.* vbi solum punctus attentatorum, †& 68 inhibitionis excipitur. Ne igitur præiudicium hoc in consequentiam trahatur, tutius erit, ante omnia litis contestationem iniūgere, quod fieri poterit, ad proximam. Qua facta, causam ex officio pro concluſa acceptaret, & definitiue pronunciaret.

Ad merita. Actum petitione hæreditatis, quæ fundatur in actis, non solum super iure cognatis, respectu Martin Ehr. mente capti, de cuius bonis agitur: Sed potissimum etiam super d. ordinatione, siue prouisione magistratus, de qua ibidem. Cuius vigore successionem sibi competere contēdunt Actores, & vtrinque est in confesso, non quidem ex persona d. Echterlins/ sed aui potius sui, Anno 45. defuncti vt in actis *fol. 73. 76. 97.* Quasi dict. Osvvaldus, ex pacto & conditione ibi adiecta dictorum bonorum proprietarius factus sit, *vt fol. 70. & 77.* Ac tametsi illa conditio, Osvvaldo viuente, non euenerit, ex quo ipse, ante Ehterlin decessit: Tamē quia contractus siue pactū illud non solum pro se, sed etiam pro suis hæredibus interpositū, parū referre videtur, siue ipse, siue hæredes eius proprietarij facti dicantur. Constat enim, quod in personis hæredum cōditio impleta fuerit, & mēte captus etiam ab illis sustentationem habuetit. Atq; eo magis valida videtur dicta prouisio, quod in successione furiosi, aut dementis mortui, etiam proprius filius & facilius parens, vxor, maritus, & quicunque alius cuiuscūque capitis legitimus successor, per illum, licet extraneum, ac penitus incognitum, qui talem furiosum aut dementē in vita sua rexit, curauit, & aluit in negligentia prædictorum (qualis de Actoribus nostris dici nequit) ei in iure sanguinis, vel alias succedere debentium excluditur, vt *in auth. liberi. Codic. de Episcop. audient.* Quæ iuri diuino conueniunt. I. *Luc. 10. Guilielm. Bened. in cap. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adel. decis. 5. numero. 259. Chassan. in consuetud. Burg. rubr. 7. §. 1.* Furiosus enim † custodien- 69 dus, à venientibus ab intestato, *l. diuus. de offic. præsid.* alias ei non succedunt: *§. si quis. auth. vt cum de appell. cog. Cardin. Clem. 1. de homicid.* Hinc pactum tale non contra bonos mores, sed propter vti-

litatem

litatem furiosi, pro valido reputandum videtur.

Præterea in dubio, vel quando de contrario non constat, de omnibus hæredibus, eadem est præsumptio, quod nullus eorum, quoad curam insani, in culpa negligentiæ fuerit, ac magis verisimile est, vt statim incipiente dementia, magistratus ipse, ex officio, cum d. Osvvaldo & eius coniuge, vti proximioribus, tunc temporis conexerit. Quare eo iustior videtur sententia primæ instantiæ, vbi omnes ex æquo admissi sunt.

An elisa.

Verum in cõtrarium mouetur Correferens, hoc principali Rei fundamento: actionem nimirum fundatam, non super d. prouisione, vel bonis d. Osvvaldi, sed super consanguinitate & bonis d. insani, vt constat ex libello & petitione Actorum. Iuris autem, vt quia tempore mortis Ehterlins, vxor Rei, gradu proximior (sicut est in confesso, in actis secundæ instantiæ, post litis contestationem, *fol.73.* quod & Reus acceptauit, *fol.18.*) Hoc est, neque fratres, neque filios fratrum insanus reliquerit, omnes ex trãsuerso cognati ordine vocentur ad hæreditatem, vt qui gradu proximiores, præferantur *auth. post fratres. C. de legit. hæred. §. si vero neq; auth. de hæred. ab intest. venient.* Quod (si alia nõ obstent) firma est obiectio prop. 70 er mediũ concludẽdi in libello, † cum ex illo qualitas actionis intẽtatæ demonstretur: *Bartol. l. certi condictio. in princip. n. 2. si cert pet. Idem in leg. si prius. numero 31. de operis noui nunc. Dec. consilio 136 in princip. num. 1. & cons. 28. numero 3.*

Deinde posito simul etiã ex d. ordinatione actum: Tamen adhuc in dubium reuocatur, num illa de iure subsistere, & actores releuare possit, vel non.

Nam pro parte negatiua, multę sunt rationes:
71 Primo: † quia durante dementia, & eo viuente, bona eius fuerunt in suspenso: neque extitit, vel existere potuit conditio, nisi post mortem: Sicut & in ipsa ordinat. cautum est. Ergo Osvvaldo contrahẽte prædefuncto, quo ad eius personam, nunquam ad impleta est cõditio: ita vt tanquam bonorũ proprietarius, ad hæredes suos, vel minimum transmittere potuerit, per regulam vulgatam, nemo plus iuris in alium, &c. Vnde Actores male in eo se fundant, sicut alias clari iu-
72 ris est quod cessante furore † (cuius euentus, vsq; ad mortem, incertus est) administrationem rerum suarum ipso iure recuperet furiosus, sicut & prodigus, vbi sanos mores receperit *l. 1. ibi tam ff. de curat furios. Gail. obs. 85. lib. 2.*

73 Secundo: † d. ordinatio de succedendo, non potest dici cum proximiore inita (licet aliud sit, respectu curationis, & alimentorum) ex quo proximitas hic solum à tempore mortis furiosi spectanda & non tempore d. pacti *l. 2. §. legitima. & §. proximum de suis & legit.* Ergo iniuste videtur exclusus ille, qui postea morienti fuit proximior.

74 Tertio: † Appellati vxor, quæ tempore mortis proximior, & sic de iure legitima ab intestato successor est. *d. §. legitima.* non probatur in cura dementis vnquã fuisse negligens, nisi quod maritus eius, verbotenus tãtum, vt fieri solet, aliquo modo inculpatur, vt in actis *fol.75.* Adeo, quod hæreditatis eius incapax vel indigna dici nõ possit. Excusatur enim (si vel initiũ furoris spectemus) quod pater Osvvaldus ei gradu præcessit, cui magistratus, matura prouisione curam demandauit, vt *supra dixit.* Cessante itaque necessitate, †& sic causa, cessat effectus, hoc est, priuatio 75
successionis: Ex quo illa solum fundatur super negligentia, culpa & impietate, qua nimirũ debito auxilio, cura & obsequio, furiosus à suis proximis, & venientibus ab intestato destituitur, *d. auth. liberi. & dict. §. si quis de prædictis. & arg. l. indignum. de his quibus, vt indig.* Sicut etiam nuspiam in Actis apparet, contra Reum, siue vxorem eius, vti indignã ista hæreditate, vnico verbo actum est. Quin potius illam ad æqualem portionem cum Actoribus admittendam, in confesso est. Nimis ergo mature, ac nulla adhuc legitima causa existente, per magistratum loci, & dict. Osvvaldum patrem, de successione tractatum fuit: idque in præiudicium successu temporis proximiorum: sicque nulliter: Imo forte etiam minori ipsius furiosi commodo, si alij deinceps æque, vel magis idonei & parati, inuenti fuerint; qui ob id neq; à cura, neq; succedendi ordine & iure, excludendi erant: præsertim obtento, quod etiam electa industria personæ, ea non semper, vel tam diu viuere possit, vt in præsenti casu accidit.

Quarto: † licet quando esset altercatio inter 76
coniunctos, quisnam illorum debeat alere minorem (cui etiam pupillo in plerisque æquiparatur furiosus. *§. quæ ratione. Instit. de pupill. substit. §. pupillus. ibid. de inutil. stipul.*) & tenere in domo, tunc debet † Iudex bonus arbitrari vtilitatẽ pu- 77
pilli, *Cauacan. in tract. de tutor. & Curat. n. 300.* Tamẽ si neque mater, nec auia, vel auus extat (qui præferẽdi, licet ab intestato successuri) debet iste pupillus † educari penes patruos agnatos, nõ ha- 78
bentes filios (quod hoc casu secus factũ est, cum dict. Osvvald. quinque liberos habuerit) si autẽ haberent filios, & ab intestato d. pupillo essent successuri: Tunc penes auunculos, † nõ successu- 79
ros, propter votum captandæ mortis, *Cauacan. d. loco num. 301.* Ex quibus, & aliis infinitis iuribus conuincitur, quod eiusmodi casibus, vbi solum habenda est ratio administrationis alimẽtorum, & curæ, de nulla ob id fideiussione pacisc ẽda, vt sic cesset dict. ratio: Imo nec cura quidẽ suspecto demãdanda sit, quo pertinet etiam *d. l. 1. de curat. furios.* alias perquam facile euenire posset, quod multi hoc in exemplum traherent, & nullus esset eiusmodi pactorum (sæpe etiam maximo cum pupillorum, minorum, furiosorum, & similium, tum & hæredum quoque eorum, ẽt venientium ab intestato, dispendio) vel modus, vel finis, in quo etiam magistratus ipse, in ordinandis semel pro semper tutoribus vel curatoribus, abuti sua potestate posset.

Quin-

80 Quinto, † sunt certi modi succedendi, vel iure sanguinis, vel lege duodecim tabul. vel iure solennis voluntatis, quorum nullus est in tali facto de succedendo: quod non valet, cum sit contra mores bonos, *Dec. consilio 613. numero 2.* Et hic omnes allegant votum captādæ mortis, de quo & *Caualcan. dict. loco. n. 32.* Vnde cautum est, quod
81 pacto † hæreditas dari non possit. *l. hæreditas. de pact. leg. fin. de suis & legit. l. si quando. §. illud. Codice. de inoffic. testam. l. licet. l. fin. C. de pact. Cephal. consilio 44. numero 11 libro primo.* Adeoque etiam substitu-
82 tiones † odiosæ habentur, quia similem occasionem præbent captandæ mortis: *Sebast. Medices. tract. Mors omnia soluit. part. 1. numero 161.* Quo fit,
83 vt promissio, † facta genero fatuo per socerum, si eius filiam accipiat in vxorem, de faciendo eum hæredem, non valeat. *Caual. an d. loco numero 303. Franc. Viuius, in commun. opin. verb. pactum.* Et pauci sunt casus, quia à regula illa, quod hæreditas non nisi testamento dari possit, excipiuntur, quorum duo apud *Zasi. l. stipulatio hoc modo. numero*
84 *51. de verb. oblig.* Primus, † si de successione disponitur per occasionem dispariter, non principaliter, vt si statuto cauetur, quod filiæ sint excluſæ, non extantibus masculis. Quo casu admittitur,
85 vel excluditur masculus. Secundo, † de patre inter liberos, qui quomodocunq; faciat testamentū vel diuidat, per eas ordinationes acquiruntur successiones liberis. Adde tertiū in mutuo, & vi-
86 cissitudinario pacto. † vt si alter sine liberis mortuus fuerit, ad superstitem bona perueniāt: quod valet cum sit obligatio conditionalis, & euenie nte conditione, ad tempus conuentionis retrotrahit, & in speciem donationis inter viuos cadit: *Boer. decis 355. per tot. part. 2. Gail. obseru. 126. lib. 2. Wesemb. consilio 51. part. 2. numero 45.* dicit, talia
87 pacta † vt valeā, natura sua reciproca esse oportet, *per iura vt ibi.*

88 Sexto: † principaliter hæreditas per d. magistratum Reo, siue vxori eius, adimi non potuit, per *l. iura sanguinis. de reg. iur. l. ius autem agnationis de pact. Ferrar. in form. libell. in causa societatis. verb. societatem. numero 7. Alexand. consilio 20. lib. 3.* Etiamsi proximiores ante ipsam negligentes in cura fuissent. Cum illa, *vt supra ostensum*, nullius negligentiæ conuicta sit *l. 2. §. si mulier alias §. videndum. ad Tertul.* vbi mater ex delicto, quia non fecit tutorem filiis, excl sa, non intelligitur excluſus filius ex ea, & sequens in gradu admittitur, *Bald. in leg. maximum vitium. colum 2. Codice. de liber. præter.*
89 Quia vt inquit, videtur odium † esse personale, de quo etiam *Natta consilio 581. n. 25. 31. 32.*

90 Septimo: † Si extranei ex d. ordinatione egissent non aliter ad successionem admitterentur, quam si eis, qui ab intestato ad furiosi hæreditatem vocantur, denunciationem in scriptis fecissent, vt eū procurare festinent, & iis nihilominus in cura negligētibus, ipsi in suam domum furiosum susceptum, sumptibus propriis, vsque ad finem vitæ, procurasse monstrarent. *dict. §. si quis de prædictis.* Vnde patet, quod non quiuis, vel ita simpliciter ad eiusmodi successiones admittatur, neque ab intestato venientes tam subito excludantur, nisi certis interuenientibus solennitatibus & requisitis. Quod cum in proposito non liqueat, nec probetur, imo nec allegetur quidem, quin potius contrarium, quoad sumptus, hic factum reperitur. Ideo minus per magistratum festinandum fuit, ad dictam ordinationem siue pactum de succedendo: licet secus, quoad curationem, vt *dict. l. 1. de curat furios.*

Octauo: † quia d. Osvvaldus pactus est de futura successione viuentis: Licet postea ea hæreditas sibi delata fuisset, ei tamen vt indigno, adimeretur, *l. 2. §. fin. de his, quib. vt indign. l. quidam in iure §. fin. de donat.* Vasq. *lib. 2. de succes. resolut. §. 28. nu. vigesimo secundo*, nisi in hoc authoritas & interuentus magistratus excusasset. 91

Nono: † non obstat, quod idem Osvvaldus, & post eum filius Mauritius, per aliquot Annos aluerint d. E. eiusque curam administrarint. Quia illud de solo vsufructu bonorum d. furiosi, non de propriis factum est, prout etiam ad hoc bona sufficientia dicuntur, referendo ad confessionem Actorum. *fol. 74.* Et sic absque damno illorum, prout idem Reo ab Actoribus obiicitur: adeo quod etiam quilibet extraneus hoc fecisse dicatur. Multo minus asseritur, quod Actores, vel dict. Osvvaldus & Mauritius, propter oppignorationem, de qua prædicto contractu nullum in bonis suis propriis detrimentum accepit. 92

Accedit, † quod ipsemet Reus per 15. vel 16. Annos, idem, quoad curā, præstiterit. Imo multæ adhuc molestiæ, si diutius superuixisset insanus, ei forte perferendæ fuissent. Item, † recte etiam retorqueri posset dict. oppignoratio, per omnia alia pacta, quæ in damnū administrantis vergere potuissent contra Actores ipsosmet, vt qui dicunt Reum eadem cōditione & qualitate ad d. administrationem & curam admissum: sicque priora pacta de nouo iterum confirmata & reiterata esse. 93 94

Decimo, † non obstat *d. l. fin. C. de pact.* vbi pactum valet, si viuus consentiens, in eodem consensu perseuerauit, vsque ad mortē: quia hic sumus in alio casu: Primo: † quod Eht. non potest dici consensisse, tanquam mente captus, neque vllo textu iuris probari potest, quod Magistratui hoc licitum fuerit, pro illo. Secundo: † is, de cuius hæreditate agitur, non potest ipse sic pacisci. *d. l. hæreditas C. de pact.* Minus ergo magistratus pro illo: Secus *in d. l. fin.* vbi tertiæ personæ de alterius viuentis hæreditate inuicem pacisc untur. Tertio: † illi tantum pacisci possunt, quibus alienæ hæreditatis spes est, & quidem de ea certo modo diuidenda & disponenda: *d. l. fin.* quod hic secus est. Quarto: † non videt fauorē vel commodum aliquod furiosi in eo versari, nisi quatenus de alimentis & curatione actum est. Et *supra dictum*, quod etiā quilibet extraneus, de vsufructu bonorum eiusdē idem fecisset. Quinto: † regula: 95 96 97 98 99 100

Quod

Quod pactiones eiusmodi non valeant, &c. extē-
101 ditur † etiam ad parentes. Licet enim cesset in illis vna ratio, scilicet, quod non insidietur vitæ liberorum: Tamen adhuc militat ratio generalis, *in dict. l. fin. Iaſ. num. 5. Roman. num. 11. Vaſqui. cent. lib. 3. de ſucceſſ. Schurff. conſilio 20. cent. 1.* Quod idem, si libe-
102 ri † inter se fecerunt pactum, de hæreditate patris viuentis, idem *libro ſecundo, de ſucceſſ. progreſſ. §. decimo octauo, num. 65.*

103 Vndecimo, † non obstat, quod in conuentione Osvvaldus, sua etiam bona hypothecauit, & in euentum alimenta promisit: Quia non ideo magis confirmatur contractus, quoad successionem, licet ratione curæ & administrationis, magis sic fuerit insano, suisq; bonis prouisum & cautum, ne videlicet minus debite tractaretur, vel bona alienarentur, vel dilapidarentur, vel etiam deteriora redderentur. Ac verisimile est, hoc eo facilius ab Osvvaldo factum, quod furiosum citius moriturum & hoc pactum sibi omnino lucrosum fore sperauit.

104 Vltimo, † non obstat *l. 1. vt action. ab hæred. & contra hæred.* quasi Osvvaldo defuncto, ante impletam conditionem, hæredes in idem ius succeſſe-
105 rint. Quia cum pactum de succedendo fuerit † inutile, ac nullum, *Ferrar. d. loco.* nulla hæredibus datur actio: sicut nec ipsi quidem paciscenti, *d. leg. hæreditas.* Nec potest vllo pacto reseruari hæreditarium ei, cui prius non competierat, *Iaſon conſilio 1. numer. 100. lib. 2.* Quare consideratis hic omnibus, & quod nusquam reperitur, eiusmodi pacta esse concessa, vel fundata, non videt, quomodo stricte iure vxor appellati, à successionis prælatione, hac gradus prærogatiua, vllatenus excludēda, vel appellantes simul cum ea admittendi sint.

Concludit in secunda instantia bene iudicatum, male appellatum: nisi ex æquitate quadam, secundum plures hic circumstantias, & rationes concurrentes, quibus in contrarium argumenta, aliquo forte modo dilui possent, Magistratui (vt cui hæc omnia nota & perspecta fuerunt, quique furioso optime prouisum voluit) pro illo sic paciscilicitum fuisse, ac partes, tanquam ex dict. pacto hæredes, recte omnes concurrere statuamus. Vbi tamen mihi non constat, an defuncto Osvvaldo, & vxore eius Magdalena, omnes quinque liberi illorum adhuc superstites fuerint, necne: Ita vt æqualis fieri debeat diuisio.

Et pro illa sententia facit primo. Quod Ehter-
106 lin † nunquam ad sanam mentem rediit, & sic testari non potuit: *Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtament. §. præterea. leg. furioſum. Codic. qui teſtament. fac. poſſ.* Et per consequens, cessat ratio Doctorū, cur tale pactum sit inualidum, scilicet, quod impediat liberam testandi facultatem. Secundo:
107 quod cōtractum hic † fuit, quoad successionem, euentualiter saltem, siue conditionaliter, si in furore manserit: quia prouisio talis, mediante magistratu, & loco furiosi, respectu alimentorum, & in recompensam grauioris curæ atque incerti euentus impensarum (etiam de propriis Osvvaldi, & coniugis suæ bonis, si furiosi non sufficienter) per stipulationem facta, non videtur proprie pactum futuræ successionis: sed potius obligatio, descendens ex contractu, de præsenti, inter viuos celebrato: licet effectum post mortem demum sortiatur, vt in simili de donatione inter viuos. tradit *Gail. d. obſeruat. 126. numero 6. libr. 2.* Et de reciproco pacto, vt *ſupra, & Iaſon in d. l. fin. numero octauo, ibi, ex præſenti collatione. Alber. de Roſat. l. 2. Codic. de pact.* vbi etiam dicit, quandocunque existet conditio, retrotrahitur, per *iura, vt ibi, Bartol. Socin. leg. pecuniam. numero 7. ſi cert. pet. at.* vbi dicit: quod quan
108 do purificatur conditio, † perinde est, ac si contractus à principio fuisset purus, per *leg qui balneum. § potior. qui pot. in pignor. hab. leg. neceſſario. §. quod ſi pendente. de peric. & commod. rei vend.* Alberic. in d. loco vocat promissionem, ob honestam causam factam: Ita in proposito etiam pia & necessaria causa dici potest. Vnde propter dictam conditionem iterum libera testandi facultas, si ad sanam mentem rediisset, non fuit adempta. Quoad votum autem captandæ mortis, † ignoratur, an ex
109 d. pacto id inducatur, cum in animo paciscentis versetur, Stephan. Aufrer. *ad deciſ. Tholoſ. quaſt. 452.* citans ad hoc Bald. *in cap. moribus ſi de feud. fuerit controuerſ.* Imo propter magistratum, † qui officium
110 & authoritatem suam hic interposuit, & quodammodo iussit, omnis sinistra suspicio videtur cessare, Alexand. *conſilio ſexageſimoquarto, numero ſecundo, in fin. libro quarto.* Et proinde hoc pactum non videtur odiosum, † maxime, quia euenire
111 potuisset, quod parum, vel nihil etiam lucri ex illo paciscentes, vel nunc hæredes, habuissent: Inspicitur enim, † quod euenire potest, glossa *in leg.*
112 *ſi idem, §. fin. verb. adiudicari poteſt. de iuriſdict. om. iud. gloſſ. in §. illud. in verb. copias. Inſtitution. de rer. diuiſ.* Et in iis incerta Iudicis ratio, dubiusque euentus consideratur, vt per Gail. *dict. loco, numero quinto.*

Tertio: † pactum de hæreditate viuentis ad-
113 mittitur, si fiat in consequentiam prioris contractus liciti: licet secus sit, si per se principaliter fiat: quia reprobatum est: Zephal. *conſilio 406. numero 17. libro 3. & conſilio 466. numer. 69. & 70. lib. 4.* Sed prior & principalis cōtractus hic initus est, ratione curæ & administrationis, & sic licito modo. Ergo, &c. Nam principalis intentio † consideratur,
114 & non attenditur, quod in consequentiam hoc cedat in vtilitatem dict. Osvvalden, & hæredum eius, vtputa, propter adiectum pactum de succedendo in residuo. *Dec. conſilio 31. nume. 4. per l. ſi quis nec cauſam. ſi cert. pet.* Sicut omnis dispositio †
115 ampliatur & restringitur, secundum suam causam finalem, & disponentium intentum. Wesembec. *conſ. 51. part. 2.* Imo quando interuenit † Iudicis au-
116 thoritas, tunc præsumitur actus vtiliter factus, vt not. Bald. *in cap. ſicut. circa fin. verſ. item quæro. num. 6. de re iudic. & in c. in princ. verſ. quærit Iacob. num. 7. de his, qui feud. dare poſſunt. per l. 1. C. de prædiis decur. ſine de tret. libr. 10.*

Quarto, † necessitatis causa multa, quæ alio-
117 quin

quin sunt prohibita, admittuntur *l. casus. ibi Bal. C. de testam. l. 1. vers. sane de offic. consul. cap. 1. de pignor.* Et
118 necessitas † illicito actu licitum facere pleruncque solet. *l. tutor qui repertorium. in princip. de administ. tut. l. qui potuerunt de manumiss. testam.*

Quinto: hic agnatus proximus, tam ratione curæ, quam successionis ab intestato, & non ter-
119 tius, vel extraneus pactus est, † qui etiam ad d. curam, præ cæteris remotioribus, tanquam habilis & idoneus merito electus fuerit *l. 1. in fin. l. 2. 4. de curat. furios.* Et quãuis nec in tali videtur cessare votũ captandæ mortis, *Riminald. in d. l. fin. n. 3.* Tamen, vt *ex supra dictis patet*, hic aliud præsumẽdum est, præ-
120 sertim propter piam causam & necessitatẽ, † quæ facit quoq; cessare præsumptionem doli. §. *si quis hominem. de pace tenend. Afflict. ibi n. 4.*

121 Sexto: † valet pactum de succedendo fauore piæ causæ, Ias. *in l. stipulatio hoc modo. numero nono, vbi citat Bald. & Alexand. in dict. lege fin.* Et Tiraquel. *de priuil. piæ causæ. in 105. priuileg.* vbi tamen in contrarium multo plures Zas. *d. l. fin. Omphal. libr. primo, c. 77. numero 12. tractat. ciuilis politiæ.* Noster autem casus, si principalem intentionem consideremus, pro tali pia causa reputari potest: vnde pactum, in consequentiam adiectum, eo magis valere, quis dixerit.

Septimo, in d. pacto non comprehenduntur bona futura, ergo videtur pactũ valere: quia tunc
122 vt actus valeat, † impropriatur etiam verbum *hæreditas.* (quod tamen hic non reperitur) & intelligitur, id est, bona, quo verbo etiam solo vsi sunt in nostro facto, Grauet. *cons. 19. n. 7.*

Octauo: sicut recipiũtur pacta dotalia, aut promissiones reseruandæ successionis futuræ, veluti in euentum, liberis non extantibus, aut si paciscens moriatur sine liberis, successio reseruatur agnatis proximis, si hæc publicam vtilitatem respiciant, & ius agnationis conseruent: quia in tali
123 prouisione siue ordinatione, † cessant illæ causæ, cur pactum futuræ successionis affirmatiuum, non recipiatur, & hæreditas pactis stare nequeat:
124 Ac spectatur ius publicum & agnationis, † cuius studio omnes commouemur, vt tradit Omphal. *dicto loco, libro primo, capit. septuagesimo septimo, numero 33.* Et faci', vt magis communiter Dd. voluntr,
125 substitutionem fauorabilem esse, † fauore agnationis, vt bona conseruentur in familia, Medices, *in d. tractat. mors omnia soluit. part. 1. numero sexagesimo secundo.* quibus adde Boer. *decision 355. numero tertio*, vbi dicit, communiter teneri talem donationem:
126 societatem † & fraternitatem reciprocam (scilicet, vt superuiuens, vel eius liberi, haberent omnia bona decedẽt s sine liberis) valere inter fratres, ratione conseruationis agnationis factam: sed etiam inter alios initam, tam in contractu matrimonii quam alias, si aliquid sibi pro iure testandi rẽtinuit. Ita & eadem ratione præsens quoque contractus seruandus videtur, cum & ius publicum, & authoritas magistratus, in dandis tutoribus versetur, ne furiosi, & huiusmodi miserabiles personæ in damnum etiam Reipublicæ, cura & administratione Reipublicæ destituantur: Tum agnati quoque bene meriti, † debita succes- 127
sione & conseruatione agnationis gaudere, fruique possint.

Nono: Exemplaris substitutio † fieri potest pu- 128
pillo furioso, in potestate testatoris constituto, vt contra communem, Vasquius, post alios tenet, *dict. l. 2. de succes. progress. §. 17. numero 39. cum seq. & numero sexagesimo octauo.* Etiam absque impetratione à Principe, vt idem communem ibi dicit *numero septuagesimo quinto, Dd. in l. humanitatis. Codic. de impub. & alior. substit.* Quod idem magistratui † in si- 129
mili concessum videtur: cum iterum eadem militet ratio, videlicet, humanitas Imperatoris, erga tali morbo laborantes, Vasq. *d. loco, numero vigesimo nono, per d. l. humanitatis. & l. Imperialis. C. de nupt.* vt illis sic prouideatur, qui per mentis defectum testari nequeunt, Vasq. *numero primo & quinto, in d. l. humanitatis, leg. ex facto. in princip. de vulg. & pupill. §. qua ratione. Instit. eod titulo.*

Decimo: si furor, siue dementia in d. Ebt. vel per interualla saltem cessasset, ac de mente sua interrogatus fuisset, procul dubio (sicut & verisimile est) factum hoc magistratus, tanquam in vtilitatem eius, ex iusta necessaria causa gestum, non improbasset, sed libenter annuisset: sufficit enim, si vel postea superueniat consensus, cum sit ambulatorius, & fictione partium retrotrahatur, & vitium purgetur: Roman. *in d. l. fin. n. 89. Dec. dict. cons. 31. n. 4. Grauetta dict. cons. 19. n. 3.* Vnde, rebus sic stantibus, in eadem voluntate permansisse præsumitur, vt sic locus sit *dict. l. fin.*

Vndecimo: † si hoc de consuetudine etiam sit 130
(de qua tamẽ non constat) non fortius procedit tale pactum, & valet, Guiliel. Bened. *in dict. cap. Raynutius. verb. duas habens filias n. 97.*

Duodecimo: † Quia d. Osvvaldus, pro se & hę- 131
redibus, ita cum magistratu conuenit, merito etiam hæredes obligantur, & in factum, vel præscriptis verbis tenentur *l. facto successorum. in fin. Codic. de pact.* Actiue enim & passiue, in omne ius eius succedunt *l. qui in ius. leg. inuitus. §. cum quis. de reg. iur.*

Tredecimo: Quia bona in pactum † deducta, 132
statim ex obligatione debeantur, vt *supra deductũ*, merito ad hæreditatem Osvvaldi pertinere dicuntur, vnde diuisio ex d. ordinatione, siue simpliciter, tanquam bona Osvvaldi, vel etiam tanquam furioli, iuste petita videtur. Improprianda enim sunt verba, † cum de meritis constat, & re- 133
spectiue intelligendo, num vera sint. Vel possunt etiam, & quidem verius, ad hæreditatem liberorũ Osvvaldi (quorum tempore conditio euenit) dici pertinere, cum etiam pro ipsis pactum sit, & nonnihil hic rusticitati & simplicitati cõdonandum, quoad Klag.

Decimo quarto, ipsemet Reus non solum cõsensit in d. ordinationem, & sub priori pacto d. bona litigiosa consecutus est, sed etiam reliquis Osvvaldi hæredibus, quibus ius ex primo contractu quæsitũ apparet, minime præiudicare potuit.

cuit. l. in insulam. in fin. l. mulier. vbi gl. solut. matr. l stipulatio de iure dot.

Si igitur maioris voti Dominis ita visum fuerit, vt ponderatis supra dictis, ex æquitate & interpretatione, siue in argumẽtum potius, quam expresso & stricto iure, controuersiam hãc decidamus: non refragabitur, vt cum Domino Referente pro sententia primæ instantiæ pronuncietur. *Compensatis omnino expensis.*

Aliud, in eadem causa.

Ego, cum Dominis Referentibus, in concernentibus processum, sentio. Et quoad litis contestationem, consilium Correferentis, propter literam ordinationis *tit.* 22. §. 4. *libr.* 3. & stylum receptum approbo.

Circa causæ merita, Appellantes nituntur obtinere, se in defuncti Ehterlins bonis, coharedes pronunciari, duplici ex causa: vel principaliter ex duobus fundamentis. Primo: quia cum Reo sint veri & legitimi cohæredes, in d. bonis furiosi. Secundo: quod id ius succedendi, ex pacto & conuentione partim, cum Osvvaldo, Auo ipsorum, partim inter ipsos Actores & Reum, siue Appellatum inito, acquisiuerint.

De primo, Actum est in prima instantia, id quod aperte docet libellus, siue actio, tunc proposita, & insuper lata sententia. Quod vero id fundamentum iure non subsistat, sed contrariam habeat determinationem, per se manifestũ, & à Dominis Referentibus deductum est. Cui nec opitulatur consuetudo loci, in sententia quidem allegata, sed nullibi probata, sicut & iuris decisione, erronee nixa est ea sententia.

Secundum fundamentum, pactio videlicet, siue conuentio, de alendo & sustentando demente, donec is viuit, cum Osvvaldo, interueniente authoritate & consensu legitimi magistratus, sub conditionibus illis, quas tenor conuentionis exhibet, inita, mea opinione in iure permissa, & quo ad personam ipsius Osvvaldi, valida est, & subsi-
134 stit: Est enim pactum successionis † reseruandæ, quod ius potest is, qui alias successurus est, ei, de cuius hæreditate agitur, pacto sibi reseruare, nec viciatur tali pacto, quamuis sit super successione, per tex. qui ab omnibus allegatur, *in §. fin. Institut. de legit. agnat. succeff.* Isto iure defenduntur pacta
135 dotalia, † quib. disponitur super successionibus, casu, quo vnus coniugalis fœderis præmoriatur, quis cognatorum succedat: cum tamen in solis testamentis id fieri receptum sit, & non in pactis dotalibus, *leg. hæreditas. de pactis. conuent. leg. pactum quod dotali. Codic. de collat. leg. pactum. Cod. de pact. l. cum donationis. Cod. de transact.* Sic alienat Vasallus feu-
136 dum, † sine consensu Domini, in agnatum alias successurum: quia is contractus concernit ius successionis reseruandæ, & est potius refutatio, quam alienatio, inter agnatos, *c. 1. in glossa. verb. concederetur. ibi Bald. & Aluarot. in c. fin. quæ fuit prim. caus. benef. amit.*

137 Hinc etiam defenduntur cõsuetudines, † quibus fiunt pacta familiæ, circa dispositiones, quod certo modo succedatur Dd. *in leg. omnes populi, ff. de iustit. & iure. Schurff. consilio* 17. *numer.* 17. *cent.* 1. Cumque furiosus tali casu prodigo & pupillo æquiparetur, authoritas (in specie vide Zas. *in leg. ex facto. numero* 29. *in fin. de vulg. & pupill.*) & ratificatio magistratus, fictum consensum adhibens, actui no- 138
stro robur addit. Quod enim † Iudex facit aut decernit, id recte, & iure factum dicitur. Bald. *in l. errore. Codic. de testam.* Inde enim fit licitum, quod alias est illicitum, *l. ait prætor. §. pen. ibi glossa verb. imputandum. de minoribus l.* 2. §. *Cassius. de aq. pluu. arcend. Damhoud. de pupil. patrocin. fol.* 19. *n.* 60. 63.

Quod vero d. Osvvaldus, dum vixit, & post eius obitum noster Appellatus, dicto Ehterlin mortis eius tempore, proximi cognati & hæredes fuerint, ex actis, & confessione partis constat. Ideo infertur, pactũ id, in personis ipsorum defendi posse, notat Vital. *de Cambinis in tract. Clausularum. verb. renunciatio successionum mihi fol.* 254 *& Dd. in l stipulatio hoc modo. de verb. obligat & in l fin. C. de pact.* Accedunt & aliæ rationes, per Dominos Referentes latæ, ad hoc propositum adductæ.

Cum itaque Appellantes nostri, & primarii Actores, gradu remotiores sint Appellato, & Reo sicque per ipsum appellatum, successionis ius illis præcludatur; & consequenter, eorum respectu, prædictum pactum, quo maxime in grauaminibus Cameræ nituntur Appellantes respiciat ius successionis acquirendæ, & non id, quod iam habent, reseruandæ, sicut de prædictis personis dictum (quo fit: vt ea grauamina ad probandum minus sint admittẽda) Ideo puto, nec id pactum, cum auo, & patruo ipsorum, tanquam proximis hæredibus inito, ad Appellantes, veluti gradu remotiores ipsi furioso, de cuius successione agitur, extendi debere, per rationes & argumenta, à Domino Correferente primo loco adducta Quibus addo, quod † non transmittitur ius ex obligatio- 139
ne, cuius conditio defecit, per textum *in l.* 1. §. *si impubere. ibi. quæstio est, an hæredi suo relinquat arrogatus Quartæ actionem?* Respondet Vlpianus, præmaturam speciem esse collationis, cum adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur: id est, Arrogator: facit tex. *in auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles. per Bart. in l si arrogator. in* 2. *lectura. n.* 19. *de adopt. Cyn. post in l. fin. de liberis agnoscendis.* Quibus & ipse tenor conuentionis, si exactius perpendatur, potius accedere, quam resistere videtur: ne is emolumentum habeat, qui onus non sustinuit.

Inde concludo, in secunda instantia bene iudicatum, male appellatum, *Compensatis expensis.*

Salua vtis Dominorum.

Aliud, in eadem causa.

D.L. Diui Seueri beneficium, quod habetur *in l.* 1. *ff. de reb. eor. qui sub tutel.* quo possessiones, † si- 140
ne decreto præsidis pupillorum, detrahi prohibitum est, non iniuria ad agnatos etiam furiosi porrigi, tradit Imperator *in l.* 2. *Cod. de curat. furios.* Si igitur citra præsidis decretum res mente capti etiam ab agnato eius distractæ sunt, alienatio non subsistit. Hinc Vlpian. in l. 1. dicit: quod si forte æs

alienum tantum erit, vt ex rebus mobilibus non possit hoc solui, tunc Prætor vrbanus, vir clarissimus adeatur: qui pro sua religione existimet, quæ possint alienari, & quæ obligari debeant.

Quibus præmissis, in præsenti casu patet, ex actis non relucere, quod parens furiosi ei in testamēto curatorem dederit: Ea propter cum nullus
141 à patre ei sit datus, † lex, quæ eius curam habeat, proximum agnatum vocat. §. *furiosi. de curat. Instit. l. fin. §. & inuentario. C. de Curat. furios.*

Quo cessante, aut non ideo forsitan existente, ex iudiciali electione, curatorē ei dari necesse est: plane vigore harum constitutionum à Iudicibus istius loci, nostro furioso, agnatus eius Osvvaldus, tunc temporis furioso proximior, quantum ex actis liquet, datus est Curator, qui eum certis conditionibus educandum, alendum & sustinēdum
142 recepit. Quæritur, an talis conuentio † inter magistratum loci, & assignatum eius Curatorem, inita, de iure subsistat, necne. Et certum est, ex d. iuribus, magistratum loci, de alendo furioso, cum proximiore agnato, vel quouis alio, si is, vel ei, minus idonei reperiantur, agere potuisse. Quæritur ergo de modo: An scilicet expresso modo, in
143 d. concepto potuerit? Et sane existimat, † quod etiam supra scriptis conditionibus & modis, recte magistratus furiosum alendum curarit. Nam licet id munus tutelæ sit gratuitum, & mercedem non recipiat, gloss. *in l. in eos. de tutel. gloss. in l. 1. mandato. verb. nisi gratuitum. D. Mandat.* Tamen ob iustam causam, Iudici cognitam, nihil prohibet, taliter cum curatore furiosi conuenire, & loco mercedis, curatori bona furiosi applicare. Damhoud. in patrocin. pupill. *c. de tutorum & curat. merced. n. 8. & seqq. Guid. decis.* 68.

Et in præcedenti casu iudices asserunt: Daß die Notturfft erfordert/ jhm ein Ketten vnd Eysen anzulegen. Item: möcht mit jhm ärger werden ꝛc. Ea verba satis indicant, causa cognita, necessitate vrgente, & furioso omnibus diebus vitæ suæ prouisum esse, præscripto modo cum Osvvaldo, ipso curatore, actum esse, adeoque ex certa causæ cognitione, ordinatum & constitutum fuisse, vt is furiosum, sub conditionibus, in contractu expressis, alendum suscipere, custodire, expensas necessarias facere, molestias denique, & pericula perferre. Quæ, & similia, Iudices loci permouere, vt taliter cum ipso contraherent, talemque mercedem cōstituerent. Et id fieri posse, dicit text. & ibi Dd. *in leg. à tutoribus. §. fin. de adminis. tut.* Nam si isthæc iudicem non permouerent, non fieri posset: Et va-
144 lere constitutionem talem, † vt tutor vel curator, omnium, siue quorundam bonorum pupilli, aut minoris, fructus habeat, tradit Paul. de Castr. *cons. 371. Bart. Chassan. ad consuetud. in titul. des infans. §. 4. fol. 416. numero 1. Damhoud. d. c. de tutor. merced. num. 19.* Plane si magistratus d. Osvvald. curam non mandasset, atque præscripto modo ei bona furiosi applicasset: Tamen huic is, quia furioso proximior, tanquam ab intestato venienti, custodiendus erat *l. Diuus Marcus. de offic. præsid.* Aut sane ipsius hæreditate indignum constituisset. §. *si de prædict. auth. vt cum de appell. cog.*

Concludit, causa cognita magistratum huiusmodi contractum sub conditionibus præscriptis cum Osvvaldo, in iure potuisse, adeoque in remunerationem laboris & periculi subsistere. Potest enim Iudex, † ex causa, vt dixi, curatori non solum 145
certum salarium constituere, sed &, dum res ita postulat, integram substantiam furiosi, pro alimentis, cura, &c. ipsi deputare. Quia authoritas Iudicis † efficit licitum, quod alias esset illicitum 146
leg. iuste possidet. de acquir. poss. c. qui peccat. quæstion. 24. Quin & Iudicis † officiū latissimum, *leg. 1. de iurisd.* 147
omn. iud.

Nec obstat, quod pactum de succedendo non valet *l. pactum quod dotali l. fin. C. de pact. leg. ex eodem de inutil. stipul.* Atqui videri tale esse nostrum pactū: Ergo, &c. Hæ tamen rationes non omnes simul, sed singulis casibus locum habent. In præsenti vero casu nulla illarum rationum locum habet. Ergo supra d. textus non obstant.

Nam quoad primam rationem, supra ostēsum est, hanc conuētionem magistratus, cum Osvvaldo, non esse contra mores bonos: quin potius esse secundum iuris constitutionem. Nam qui reb. suis superesse non possunt, iis recte magistratus curatores constituit. §. *furiosi quoque. Instit. de Curat.* Et porro magistratus † curatoribus ex causa, pro 148
qualitate curæ, de bonis furiosi, mercedem dare potest. *in d. l. tutoribus, &c.*

Secunda ratio etiam non militat: quia magistratus loci, per hanc conuentionē principaliter non voluit prouidere, vt Osvvald. dict. Ehterlins hæres esset, vel ei succederet: Quo casu † reuera esset 149
pactum de futura successione: Sed vt Osvvald furiosum reciperet, eumque ad dies vitæ aleret, curaret & custoditet, & in consequentiam huius contractus, loco remunerationis, & vt ad hoc d. Osvvald. procliuior esset, res in contractu specificatæ, illi euentualiter attributæ & traditæ sunt, glossa & Dd. *in supra dictis locis:* Et sic actus agentiū nihil operatur, vltra eorum intentionem *leg. non omnis. si cert. petat. l. fin. C. de non num. pecun. l. obligationum. de Act. & oblig.*

Neque tertia locum habet: quia priuatio præsupponit habitum: furiosus vero † actiue, nullam 150
factionem testamēti habet *l. furiosum. C. qui testam. fac. non poss. leg. is cui l. de testam. leg. quæ testamenta. §. nec furiosus. D. eod.* Ergo per hanc conuentionem nulla ei testandi facultas sublata est. Quin & eadem conuentione prouisum, quod casu, si ad sanam mentem redierit, hanc conuentionem præiudicare non debere, referendo se ad tenorem contractus.

Quarta etiam cessat ratio: quia ea suspicio, scilicet captādæ mortis, tollitur, ex quo Iudex interueni: Quin si ipse furiosus consensit, & sic perseuerauit, huiusmodi pactum valere *l. fin. C. de pact.* Furiosus enim † habetur pro consentiente, in ca- 151
su, si fuisset sanæ mentis, non habuisset causam contradicēdi, aut verisimiliter consensisset: Alex.

in l. 2.

in l.2.§.voluntatem.2.col.solut.matrimon.Bertach.in repert. verbo, furiosus. Ergo.

His similia,& si quæ alia sint, prædictum contractum nec euertere,à dominis,*supra ostensum est.* Vnde ex quo tam Actor, quam Reus simul, vigore huius contractus, d. furiosi bona sibi applicari petunt; Concludit, eos simul ad eadem admittenda: Et in prima instantia benè iudicatum, male appellatum: *Compensatis expensis.*

D.I.Concludit cum Referen e:quia bona esse affecta post obitum Osvvaldi, qui ius ex pacto transmisit ad hæredes: Ergo omnes admittendi ad hæreditatem: Quia non obstat gradus proximitas.

D.Bq.addit suo Voto.

152 Illos solos, † qui tempore obitus furiosi in viuis fuerunt,ad hæreditatẽ eius admittendos censet,siue Rei vxor vnica, siue plures simul cum illa ex appellantibus,idque ex pacto conuento: Quia tunc demum cessit,& venit dies. Ita quod solum tempus existentis conditionis, hic inspiciendum sit,sicut in legatis & fideicommissis, per *l. si vxorẽ. C.de condit.insert.l.quæ legata. ibi Dd.de regul.iur.* Licet secus sit in contractibus, vbi tempus contractus inspicitur,*gl.in l. quidam cum filiusfamilias.* in verb. *inut.de hæred.instit.leg. si filiusfamilias sub conditione.in princip.& ibi gl.& Bart.de verb.oblig.text.in l.fin de stipul. seruor.*

153 Imò etiam in contractibus † sub conditione mortis factis,neque cedit, nec venit dies,pendente conditione.*Barto.d.l.filiusfamilias.* Quia effectus
154 conditionalis stipulationis est, † quod, antequã extat, nec actio,nec obligatio nata sit *leg. cedere, de verb.significat. Bart.in l.ita stipul. nu.4. de verb.obligat.* Et tantum spes est, pendente conditione. *§. debitum iri.§.ex conditionali.Institut. de verbor.obligat. leg. conditionales,de verb.signif.* Stipulatore autem decedente,ante euentum conditionis,transmittit quidem illam spem, extituræ conditionis ad hæredes,non tamen aliter,nisi quod illi,existente conditione, promissorem conuenire possint.*d. §.conditionali. ibi Dd.*

Ergo in proposito, ante aduentum illius diei, qua furiosus obiit,& sic, antequam conditio fuit impleta,nihil de bonis illius ad hæredes Osvvaldi transmitti potuit *leg. si cum hæres, in secundo respons. quando dies legat.ced.l. huiusmodi.vers.nam tale legat.l.si dies.vers.at si incerta. eod.tit.l.si ita scriptum.§.si sub conditione.de leg.2.* Cum neque obligatio neq; actio nata fuerit,ex quo viuente Osvvaldo, dies nondum cesserit, nec venerit,propter conditionem pendentẽ.Sicque eorum tantum hæredũ habenda erit ratio,qui tempore mortis Ehterlins / dum impleta fuit conditio, adhuc vixerunt. Non autem reliquorum prædefunctorum,vt, ad quos solum dict.spes conditionalis transmissa fuit, per supra dicta.Et non vlla successio, vel ius successionis, ex persona patris Osvvaldi: ille enim in vita sua nunquam actualiter, & cum effectu Dominus, siue proprietarius factus est, vel hæreditas furiosi ipsi delata fuit:*Dec.cons.443.n.29.Aret.cons.* 162.*n.1.* Vnde nec iure repræsentationis,in locum d.patris sui,venire potuerunt,cum nemo plus iuris in alium,&c.reg.vulg.Nam cum proprie,nihil mihi quæsitũ sit, alteri non quæro, nec moriens transmitto: *Raph. Cuman.in d.l. si vxorem.* quem alleg t *Cagnol.in d.l quæ legat.de regul.iur.*

Neque obstat, quod dicitur, ϕ quando conditio retrotrahitur, attendi debere tempus contractus: secus,quando retro non posset trahi, vbi attendi debet tempus existentis conditionis, *Bar. d.l si filiusfam.Bart.Socin.cons.183.n.3.vol.2.* Quia licet impleta conditio retrotrahatur, quantum ad obligationem,acquisitionem, & alios certos effectus,non tamen hoc fit, quoad omnia, etiam in contractibus,vt per *Ias.in d.l.si filiusfam. n. 2.* Et hoc etiam intelligendum putat, quoad illos hæredes tantum, qui tunc vixerunt, & non quoad alios,iam defunctos: alias retrò acceptis personis, qui tempore contractus vixerunt,soli contrahentes venirent,& illis defunctis, res ad ius commune rediger etur. Cum tamen illi nihil, nisi spem habuissent, quæ cum persona contrahente, respectu sui nimirum, extincta fuisset: satis itaque est, quod admittantur illi, qui proximiores sunt tempore, quod, purificata conditio, in quibus etiam verificari potest pactum pro hæredibus:nec opus est,vt ordine successiuo, retrò computentur personæ defunctæ,magna fortè etiam confusione.

Quæ autem in contrarium à *Dd. in d.l. si. filiusfamilias.* adducuntur,in suis terminis,& certis casibus,suo iudico procedunt, neque huc rectè accommodari posse censet.Concludit, *vt supra.*

VOTVM LIII.

In causa Episcopi V. contra Ciuitatem V.

SVMMARIA.

1 *Ad litis contestationem impediendam Rei triplici Exceptione vtuntur,vt n.2.3.4. Quæ tamen non releuant,n.5.6.7.*

8 *Procuratores quando vigore ordinationis, nihil vlterius in puncto aliquo producere possunt, tunc in eo causa ex officio pro concluſa acceptari & desuper pronunciari potest.*

9 *Pro Actore potius, quam Reis, quare hic pronunciandum.& n.10.11.13.14.33.37.38.41.42.43.44.45.46.48.*

12 *Vocabulum,* Diener / *longe generalius est, quam Commensalium.*

15 *Litem hanc,huius causæ finaliter definiendam fore,ex quibus declaretur, vt n.16.19.20.21.*

17 *Dispositio articuli 50.transactionis, in hac causa quæ. & n.18.*

22 *Pœna respectu alicuius rei vel iuris,cuius rei vel iuris veritas, per actorem,iuris ordine seruato,nondum est definita, exigi non potest.*

23 *Exceptione qui nititur, is ait.*

24 *Actoris partes in præiudicijs quis sustineat.*

25 *Significatio præiudiciorum cur hic largius, quam in §. præiudicialis.Instit.de act. accipiatur. vt n.26.27.28.29.30.31.*

32 *Exceptiones præiudiciales sunt contingentiæ.*
34 *Actionum cumulatio expressa, item tacita, & implicita, quando non permittatur, & numero 35. 36.*
39 *Fisco in causa lucratiua plus iuris non competit quam priuato.*
40 *Fisco in dubio præfertur priuatus.*
44 *Vim facit, vel ius sibi ipsi dicit, qui contra temerarios iusticiam & iniusticiam exercet.*
47 *Confirmatio non debet derogare confirmato.*

HÆC causa relata est 18. Nouembr. Anno octuagesimo primo. Et propter discrepantiam Votorum, eius decisio dilata est, vsque in sequentem annũ, quo & Dominus Qg. ante obitum suum, Votum dictauit, vt paulò post sequetur.

D.L.Referens. Ad prohibendam litis contestationem,† Reos vti triplici exceptione. Primò, 1
ipsos† habere priuilegiatos Iudices. Secundò: 2
Rachtung† dare iudices Compromissarios. 3
Tertiò,† causam esse criminalem. 4
Prima non releuat, † quia obstat Transactio. 5
Secunda,† pariter non,quia artic. 62. 63. Transactionis, non obstant. Quia hic agi ad pœnam 6
principaliter, incidenter verò, quod Senatus d. Vertrag transgressus sit: cum verò Imperator confirmarit, ideo habet super ea cognitionem *c. 1.de confir.vtil.vel inutil.ibi gl.*in verb. *exorta. Gail. obseruat. 1.n 9.n.2.* Ideo nos esse iudices concludit, per Castrens.*in l.ad fiscum.C.vbi causa fisci.Bartol.in l. si vacantia.n.2.Luc.de penna.ibid. verb præses. C. de bon. vacant.lib.10.* Tertia † est friuola, *vide latius in prothocollo Sabbatinorum.*

D. Qg. Quamuis in hac causa, ratione exceptionum declinatoriarum,ex negligentia procuratorum,nondum sit subtnissum: Tamen, quia 8
ipsi procuratores,† vigore ordinationis, nihil vlterius in hoc puncto possunt producere, putat, in eo causam ex officio pro concluſa acceptari, & desuper pronunciari posse,quod iuris est. Et quidem cum tres obiiciantur exceptiones declinatoriæ,de duab.prioribus expeditum est. Tertia verò non parum scrupuli habere videtur. Ille verò,consideratis & ponderatis qualitatib.& circũstantiis huius negocii,breuiter putat,pro Actore potius,quam Reis pronunciandum esse.

Primò quidem,† quod Actor in conclusione 9
sui libelli articulati,non petit declarationem dict. transactionis, sed conqueritur potius de Reis, quod contra Vertrag / de facto processerint, non expectata declaratione eiusdem, iniiciendo manus in duobus Ecclesiæ S. Pauli ministris, vnde inciderint in pœnam, tam transactionis, quã etiam confirmationis: quam quoque adiudicari sibi petit.

Itaque patet, articulum *62.* transactionis, hic non,sed potius sexagesimũ tertium sequentem, locum habere: In quo expresse disponitur, was sich sonst(hoc est,quando declaratio non petitur) Irrung/Zwytracht oder Händel/in diesem Vertrag/ vnnd desselben innhaltenden Puncten/zwischen den Theilen begeben möcht / daß je ein Theil den andern vor ordentlichen Rechten / oder laut deß Reichs auffgerichter Ordnung fürnemmen soll.

Non obstat,quod obiicitur,duos nostros officiatos,non esse comprehensos in 59.art.d.transactionis,nec etiam esse Gebröt Gesind der Geistlichen: Igitur immunitate non gaudere. Respon- 10
detur enim, † dict. articulum non omnes Clericorum exemptos ministros continere: sed solum de consistorialibus loqui,qui adiudicium Ecclesiasticum sunt deputati:nec impedit,quod Cellarius curiæ Episcopalis,inter coldẽ referatur, cum is custodiam habeat Curiæ Episcopalis, & consistorii, atq; plerunq; etiam officiũ gerat in d. consistorio,puta sigilliferi. Vnde non sine causa inter dictos consistoriales computatur.

Quod autem Amptmannus & ædituus, non sint Gebröt Gesind/id etiã ad rem non facit: nam 11
sufficit, † quod sint Clericorum ministri: prout in omnibus fere aliis transactionibus, non solum Gebröten Gesinds/sed etiam der Diener/mentio fit.

Vocabulum autem,† Diener/longe generali- 12
us esse,quam commensalium,satis notorium est: & fuit ea differentia diligenter obseruata,in quadam causa Ortenburg contra Bäyern.

Porrò,dato, quod causa remittenda esset: tamen videtur tanta difficultas subesse processui, & modo agendi,in transactione præscripta, † vt 13
vix tandem actor, iusticiam consequi possit,spera re queat Alii enim sunt nunc mores hominum, quam tempore erectæ transactionis, litium & rixarum: tanta est copia vbique,vt nemo facilè velit alienas lites determinandas suscipere, præsertim, vbi causa pluribus committenda est, vt hic, & inter partes agitur,alias inter se satis exacerbatas.

Accedit præterea, † quod si rectè expendatur, 14
supra dictus articulus 62.reperietur, eius finalem causam esse, ne pars altera, alteri vim faciat, vel sibiipsi ius dicat, sed potius ante omnia,si quaam biguitas in verbis transactionis videatur esse,ante omnia præscripto modo, amicabilem compositionem vel declarationem dictorum verborum quærat,vt euitetur omnis violentia: At Rei,spreta hac via pacis & quietis, ab executione incipiunt declarationem, post commissam vim tandem petunt, pœnis & incarcerationibus d. ministros plectent,postea referunt, se ad processum de inutili declaratione in transactione comprehensa, de quo parum spei est quin vnquam aliquem effectum sit habiturus. Sic igitur possent Rei omnia puncta transactionis, p̃ suo libitu,vt refringere, & controuersa facere, deinde inanem declarationem requirere, & totam transactionẽ eludere.

Ex his itaque causis,& quia Rei de facto processerunt,vnde suam causam odiosiorem fecerunt, mallet ille in hac perplexitate cõtra eos iudicare. Et sic concludit per totum,cum Dn. Referente.

Aliud

Aliud, in eadem causa.

D.S. Ego valde dubito, an causa hic sit reservanda: quia luce meridiana clarius est, ex ipsis articulis transactionis, siue Rachtung / hanc litem † finaliter definiendam fore, vtut processus & petitiones formatæ & excogitatæ sint: prout sequentia declarabunt.

16 Primo: quia † articulus 50. transactionis, qui
17 disponit † von peinlichen Händeln / die nicht Leib vñ Leben / sondern Freuel oder Geltbussen / der Pfaffheit vngeweyheten Weltlichen Diener vnnd Gesind / betreffen: diuersimode intelligitur à partibus. Actor
18 quidem † in genere, de omnibus ministris, etiam non domesticis: Rei verò solummodo de familiaribus & domesticis accipiunt: cum iuxta artic. 54. non nisi 17. personæ gaudeant priuilegiis spiritualium: videlicet: Drey Richter / drey Aduocaten / drey Notarien / vier Procuratores, ein Keller im Bischöfflichen Hof: qui non est persona consistorialis, vt communis fert sensus: nisi imaginatio & fictio præferēda sit veritati & actis. Sicque dubitatur, an reliquæ personæ, die mit der Geistlichen Haußgesind / vnd vnder jhrem Brot seynd / propter minora delicta, oder Freuel / so ein Geltstraff halten / referendæ sint ad d. 50. articulum: in quo habetur: quod eorum domestici, non nisi dominis, facta significatione deß begangenen Freuels / à senatu ciuitatis, incarcerari & puniri potuit.

An verò non comprehendatur in d. artic. 50. sed conferendus sit aliis ciuibus: quæ distinctio, quam facilè totam causam definiat, facilè quisque intelligit: Nec præiudicia Cameræ in hac specialitate rectè allegari possunt.

19 Secundò: † ꝙ Capituli Wormatiensis Ambtmannus & ædituus, nec sint de numero d. 17. personarum, nec inter domesticos, siue Bröding (ꝙ aduersa pars asserit) alicuius Ecclesiastici connumerantur: quod tamen vt dictum, pertinet ad Iudices Compromissarios.

20 Tertiò: † Sed Rachtung / articulo 62. continet: Wann in einem Artickel dieser Verträge vngleicher Verstand vnd Jrrung eynfiele / so soll jede Parthey / drey Weltlichen Standts benennen / demnach sie bey einander erscheinen / vnd sie jhrer Jrrthumb verhören / vnd was sie in der Güte nicht erlangen / erhalten / noch hinlegen mögen / endlich zuentscheiden Macht habē / ꝛc. Vnd was sie sprechen / ꝛc. soll es dabey vngeappelliert / reduciert vnd suppliciert bleiben.

Ad quod caput præsens negocium pertinet, & non ad cap. 63. d. Rachtung.

21 Quartò: Cum † itaq; tam Episcopus, quam Senatus, iurisdictionem sibi assignet vigore d. Transactionis, prout ipse Episcopus in tertio additionali fateri videtur: Et sic dubium sit, an d. delinquentes, siue Freueler / vigore der Rachtung / sint subditi, & de iurisdictione Episcopi, an vero ciuitatis: Puto, ante omnia definiendam eam quæstionem præiudicialem, & deinde super pœna Imperatoriæ confirmationis agendum.

22 Non enim pœna, † respectu alicuius rei, vel iuris, exigi potest, cuius rei vel iuris veritas per Actorem, iuris ordine seruato, nondum est definita. Inde eæ actiones siue exceptiones præiudiciales vocantur, quia videlicet de eis iudicandū sit, antequam vllæ aliæ actiones, ab eodem, aduersus eundem intendantur, apud Iudicem. Et talium præiudiciorum habetur ratio, cum nostrū ius agendo persequimur, vel excipiendo defendimus.

Is enim agit, † qui & exceptione nititur *l. 1. de except. & l. generaliter. eod. tit.* Vlpianus inquit: generaliter in præiudiciis Actoris partes sustinet, † 23 24
qui habet intentionem secundum id, quod intendit. Et accipitur hoc loco significatio præiudiciorum largius † quam in §. *præiudicialis: Instit.* 25
de actio. quia intelligitur hic de incommodo, † 26
quo grauatur Reus conuentus, si iudicium aduersus eum dictatum procederet: vt si exceptiones peremptoriæ finem adferunt propositis controuersiis, ibi de illis ante iudicandum est *leg. 3. de except. §. appellantur autem. Instit. de except.*

Item, aliquando † per minorē causam, maiori 27
cognitioni præiudicium haud fieri oportet: sicque graues controuersiæ censentur præiudiciales, respectu minorū causarum, *l. fi. C. de ord. cognit.*

Item † aliquando ex æquitate præferenda est 28
aliqua cognitio, vt cum ex eodem facto, publica & priuata nascitur actio, iustius est, priuatam præcedere *l. 4. de publ. iud.* Item, † (quod nostro negocio præ cæteris conuenit) cum vna quæstio de- 29
pendet ex alia, tunc principalis habet naturam præiudicii, & primum expedienda est, vt *l. fundum. l. fundi de except.* Conueniens exemplum ponit Oldendorp. *in classe 3. act. 9.* inquiens: Titius vendicat fundum, † & præterea petit viam ad eum, 30
cognitio proprietatis præcedet, allatura formam petendæ seruitutis. Neq; enim aliter probaturus est actor, debere seruitutem, quam si probauerit, suum esse fundum, cui via debetur. Simile, & conuenientius exemplum ponit *Zas. in §. sin minus. in fin. & in §. præiudiciales.*

In causa aliquando agitata in Camera, † vbi et 31
iam erat actum ad magnam pœnam per quendā Baronem, propter succisas arbores in sylua: obiicit Zasius hanc exceptionem præiudicialem præposterationis, vt prius iuris ordine definiatur, cuius sit ea sylua: taxando Assessores Cameræ insciciæ, quod non attenderint causam.

Sed altero loco, excusando eos, dicit pronunciatum, prius liquidandum & definiendum, cuius sit sylua. Sunt autem ipsæ exceptiones præiudiciales contingentiæ, † quæ ita contingunt, ꝙ sequens iu- 32
dicium est accessorium ad causam, quæ primò est definienda, & perimitur, siue tollitur sequens causa per sententiam primi iudicii, quæ parit rei iudicatæ exceptionem in altera causa.

Quintò: † Cum in casu nostro ad duo in effe- 33
ctu agatur, videlicet, vt declaretur sensus & mens transactionis, continentis pœnam: Deinde, vt fiat condemnatio pœnæ, vigore der Rachtung / & confirmationis Imperatoriæ: Iterum obstat tacita, implicita, & per obliquum facta

cumu-

cumulatio actionum. Nam non tantum, quando
34 actiones ita se habent, quod sententia † absolutoria in prima actione, ponit, vel parere potest exceptionem rei iudicatæ in secunda actione, cumulatio oppressa non permittitur, *d.l. fundum. l. fundi. de excep.* Licet enim regulariter nemo pluribus actionibus vti prohibeatur, aliquando tamen cessat hoc ius, propter vtilitatem vel necessitatem
35 litium: vbicunque enim obstent præiudicia, † ibi regulariter vetantur plures actiones vno iudicio definiri secundum communitet tradita *Dd. in supra dictis locis.* Oldendorp. *in tract. action. tit. de præ-*
36 *iudicialib. n. 10.* Sed & quando tacitè & implicite † (vt dictum) cumulatio fit, per modum præposterationis, id vetatur, iuxta exemplum *infra allegatum Zasii in d. §. minus. n. 22.*

37 Sextò: † non consideratur causæ continentia nostro casu: quando enim iudex aditus, non est competens, in vtraque causa connexa, tunc ea non efficit extensionem Iurisdictionis, vt in nostro casu, & in exemplo Zasii, supra dicto, facit doctrina *Bart. in l. in commodato. §. duabus. in fin. commodat. Bald. in leg. si cum patruo in fin. commun. vtriusq; iud. & notat Zas. in l. nulli. C. de iud.*

38 Septimo: † Quibus ita consideratis, nec interuentio fisci, Cameram competentè facit. Agendo enim simul cum D. Episcopo, non facit connexitatem causæ. Si verò solus agat ad pœnam, vtitur solummodo iure communi, præsertim in dubio. *l. iustas. C. de iure fisci. leg. quod placuit. D. de iureiur. Laudens. in tract. de fisco. q. 14.* Et quia hoc loco
39 ad pœnam agit, sicque fiscus, † ex causa lucratiua, interesse habet, plus iuris sibi non competit, quã
40 priuato, imò † præfertur in dubio priuatus fisco *l. in summa. D. de iure fisci.* Idque secundum magis communem opinionem Doctorum, vt sentit Neguzant. *in tractat. de pignor. & hypoth. 4. membr. 2. part. princip. n. 1018.* præsertim cum dubius intellectus transactionis (vt oportet) declaratus non sit, inde ius agendi fisco nondum natum.

41 Octauò: Male negatur ex parte Episcopi, d. Rachtung nõ imponere partibus, vt tali casu compromissarios eligeret, sed esse id voluntatis, non necessitatis: cum tamen litera expresè diuersum ostendat, vt *supra relatum.*

42 Nonò: † Licet in causis fractæ pacis, & aliis quibusdam, secundum constitutiones Imperii, receptum sit, quod super incidentibus, vt puta, restitutione ablatorum, reparatione damnorum, &c. Camera cognoscat: licet alias ad ordinarium ea pertineant. Quia tamen isti casus singulares habent rationes, quibus ita sancitum & receptum est: Ideo bene fieri potest, vt ad alios quosuis casus, neglectis exceptionibus præiudiciorum, præposterationum & cumulationum, nec non conuentionibus & transactionibus partium, ea singularia extendantur.

43 Decimò: † Inde non refert, quid ab Actore petitum sit: Sed quid, & vbi petere debuerit, ne fraudetur transactio, & conuenta euertantur argutiis, quæque Imperatoribus ipsis olim salutaria visa sunt, oblique, & fucatis prætextibus infringantur.

Vndecimò: Illeque † vim facit, vel ius sibi- 44
ipsi dicit, qui contra temerarios iusticiam exequitur, idq; facit vigore transactionis, siue Rachtung.

Duodecimò: † Si enim id indistincte nostro 45
casu attenderetur, vtrique partium exorbitans præiudicium, contra initam transactionem resultaret, quia per hoc totus articulus sexagesimus secundus, & sexagesimus tertius, der Rachtung / vel essent sine effectu, vel irritarentur & annullarentur, adeo, vt partes sub quouis prætextu, etiam confirmationis Imperatoriæ, eiusque pœnæ, quaslibet disceptationes super dubiis der Rachtung ad Cameram transferrent.

Tredecimò: Per hoc † ipsa confirmatio contra- 46
rium operaretur effectum à confirmato, quod destinat certos Iudices compromissarios: illa verò ab eis ad Cameram, lites quaslibet auocaret. Sed confirmatio † non debet derogare confir- 47
mato.

Vltimò: † Inde colligi potest facilè, vtra partium 48
contra transactionem, siue Rachtung / veniat, & sic in pœnam eius, potius incurrat.

VOTVM LIV.

In causa Comitum M. contra F.

SVMMARIA.

1 *Reus principalis prius conueniendus; Fallit, vt nu. 2. 3. 4.*
5 *Probatio nulla maior, confessione propria.*
6 *Cessio actionum quando opponenda, & n. 7.*
8 *Fideiussores & Mandatores, suo nomine soluisse semper videntur.*
9 *Soluens confideiussorum vnus, actionem sine cessione non habet.*
10 *Cessio actionis quando facienda.*
11 *Cessio regulariter fieri non potest, etiam ex interuallo. Fallit tamen vt sub n. 12. 13. 14.*
15 *Sententia quotiescunq; præiudicat tertio, nititur executio contra eum, non minus, ac si contra ipsummet lata fuisset.*
16 *Sententia cui nocet, nocent & acta, quæ etiam omnia ratificata sunt.*
17 *In executione contra hæredem reiicitur citatio.*

D. Bq. Referens. Procuratoria iusta: Nullitas nulla. Deinde, licet prior sententia in rem iudicatam abierit, & altera à qua executionem istius concernat, à qua regulariter non licet appellare. Et ita de aliquo grauamine hic non apparet: Tamen quia processus decreti & causa ventilata, breuiter de meritis videndum.

Submissum in puncto grauaminum: Sed quia priora omninò sunt, vt D. Capito statim opposuit, nec releuantia videtur, definitiuè rectè pronunciari potest.

Actum autem actione ex stipulatu, quo casu, licet principalis Reus † prius conueniendus sit, 1
vt in notell. de fideiuss. & mandat. §. si igitur. Port. reg. 41. lib. 1.

Tamen

2 Tamen fallit multis modis: † vt si absens sit debitor principalis. *Port. dicto loco. limitat. 3.* vel si
3 non opponatur, † vt nostro casu: quia tum procedit iudicium, *ibid. Port. in sexta limitat.* vel quando
4 notorium est, † principalem non esse soluendo, & non requiritur alia discussio, *Port. ibid. Gail. obs. 28. lib. 2. Gomez. tit. de fideiussor.*

An probata?

Prædictis addit, de quibus in actis satis constar, scilicet probationem ex confessione Rei, vt in actis *fol. 4. & 14. cum similibus.* qua confessione
5 propria, † non est alia maior probatio. Pacta igitur seruanda. Concludit, Actionem probatam esse.

An elisa?

Tantum opponitur cessio actionum, tam contra principalem debitorem, quam reliquos fideiussores: quæ fundatur in iure, vt per *Raphael. Cuman. leg. Modestinus. n. 14. de solut. Ferrar in form. libell.* contra plures reos debendi: verbor. *interceſſerunt.*
6 *n. 3.* Tamen, vt ante solutionem † fiat obiectio, vt in Actis *fol. 5. 10. 11. 15. &c.* quasi post solutionem fieri non possit. Quam quidem facere parati sunt Actores, modo dict. pensio ante soluatur, & pro sorte, & reliquis annuis pensionibus in futurum caueatur, vt *in actis fol. 6.*

Vnde quæritur, quando facienda sit talis cessio: De hoc enim solo controuertitur. Et communis est sententia, iuxta Cuman. *dicto loco, num. 3.*
7 Quod fieri possit cessio, † etiam post solutionem, ex interuallo. *leg. Papinianus. D. mandat. vbi etiam gl Bartol. & Dd. in d. l. Modestinus. l. si re legat. prim.* Semper enim † videntur Mandatores & fideiussores
8 suo nomine soluisse. Nec in dubio & regulariter videntur soluere, pro tollenda obligatione eius, contra quem volunt actionem cedi, *Ioan. de Imol. d. l. Modestinus. n. 4. versic. in dubio.*

9 Item, † vnus confideiussorum soluens, non habet actionem sine cessione, *leg. vt fideiussor.* At in tutoribus, & correis, qui pariter & principaliter sunt obligati, ad idem, & tandem specie actionis
10 obtinuit, cessionem ab eis factam † non valere, nisi in ipsa solutione fiat, vel alias actum sit, *dict. l. Modestinus, & ibi Barto. Imol. n. 4. Bald. d. l. Papinianus. post alios.*

11 Hinc licet regulariter cessio fieri non possit, † etiam ex interuallo, vt per *Ang. in d. l. Modestinus. n. 3.* Tamen ponit quinque fallentias: videlicet, nisi
12 pactum † interceſſerit, de quo etiam Cuman. *d. loco in princip.* vt nostro casu: petitio rei, vel promissio vel oblatio Actoris perinde habetur, ac si desuper pactum esset: quia promisit Actor, se hoc facturum.

13 Secundò: † si soluens fuit protestatus, tempore solutionis.

14 Tertio: † quando soluens expressit pro se, & obligatione sua. *Gloss. in d. l. Modestinus.*

Hinc putat, Reum per sententiam non grauatum: Cum d. cautio, sicut solutio, sine eius præiudicio fieri possit, etiam ante cessionem, nimirum protestando, vel paciscendo, vel sub conditione, vt *supra dictum.*

Et præsertim hoc casu æquissimum videtur, vt præcedat cautio, quæ ipsi Reo minimè nocebit: Et nullius erit effectus, nisi sequatur cessio actionum. Cum econtra actorum multorum interest, cedere actiones, & iura sua, tantum propter vnius anni pensionem, ad quam hic actum est.

Quoad posteriorem sententiam, à qua, vbi pronunciatum est, ratione executionis contra hæredem defuncti Comitis, similiter & iusta videtur. Quia quotiescunque sententia præiudicat tertio, † ita contra eum nititur executio, ac si con- 15
tra ipsummet lata fuisset, *Zabarell. in c. quamuis. de re iud. ad fin. Neuiz. consil. 20. nu. 24.* Et cui nocet sententia, † nocent & acta, quæ etiam ratificata sunt 16
omnia. Sed tamen in executione † contra hæredem requiritur eius citatio, vt *& hic factum, Port. regu. 43.* Eius grauamen est saltem, ratione cautionis, ante, vel post finiendæ *l. 1. C. vt act. ab hæred. & contra hæred.* 17

Concludit, grauamina non releuare, & actionem elisam. Pronunciandum, grauamina non admissa, vnd daß die Sach ex officio vor beſchloſſen angenommen / & bene iudicatum, male appellatum: *Cum Expensis.*

D.G. Correferens: Cum Referente concludit, non putat opus voto: Sententiatum prius in nuncto executionis, quæ abiit in rem iudicatã: Ideo male appellatum, & propterea causam non deuolutam, ideoque remittendam: quia inhibitio emanata. Verum cum de meritis causæ satis, vt per Referentem deductum, cum eodem definitiue pronunciare vult.

VOTVM LV.

In causa Ciuitatis T. contra Episcopum T.

SVMMARIA.

1 *Ordinatio ipsa, part. 3. tit. 15. §. zum andern / requirit, vnd auff einen jeden insonderheit zuantworten.*
2 *Responsum simpliciter dicitur si fit sine plica.*
3 *Iudex maximè circumspectus esse debet, ne pars præiudicialis aliqua responsione grauetur.*
4 *Responsione singulari non semper opus, cum vna articulo cumulatis sufficere possit.*

VOtum Domini L. Referentis. Formalia iusta: fundati in iurisdictione. Datis duabus interlocutoriis, super responsionibus, tertiò responsum: Inde rursus data interlocutoria. Vnde quæstio, an bene, vel male iudicatũ. Sed sententia de 28. Maii Anno 71. transiit in rem iudicatam. Deinde Actor satisfacit ei sententiæ & responsioni: Sed ea responsio impugnatur, quasi iisdem fere verbis respondisset, & ad 1. & 2. additionales, æque obscurè sit responsum: Super eo iterum interlocutũ, 18. Ianuarii An. 74. vt ad proximam respondeat, imunctum. Hanc etiam in rem iudica-

tam abiisse. Sed vt huic satisfaceret, actor tertio respondit ad d. articu. 12. Octobris: Sed planè iisdem verbis, & ad eundem modum, quo supra, respondit. Et quandoquidem primum præscriptũ tempus in interlocutoria aliter expressum non sit, Rei procurator petit d. Bescheid für purificiert anzunemmen: q; fecerunt Iudices, vt habet sententia 14. Ianuarii An. 77. Quæritur, An benè vel malè pronunciatum? Et relictis ambagibus, quandoquidem à d. interlocutoria 18. Ianuarii non est appellatum, apparet, eam transiisse in rem iudicatam: adeoq; sententia à qua, quæ se fundat in ea, tanquam in re iudicata, non potest videri iniusta. Sed dicat quis, illi interlocutoriæ, de qua hæc facit mentionem, per tertias datas responsiones satisfactum esse, adeoq; Iudices debuisse tertiò datis responsionibus acquieuisse? Sanè, quoad vltimo loco datas responsiones ad 6. & 9. defensionales, hoc esset admittendũ: similiter ad 35. Ad 16. verò, vsque ad 22. minimè. Quia non iuxta pscriptam formã per interlocutoriam, singulariter singulis responsum, sed coniunctim, vna eademque verborum conceptione, quod ipsum à se factum esse, Syndicus ciuitatis in libello actionis factum esse, non negat: quin excusat, quasi non fuerit necesse, §. so seynd der 16. &c. Cum tamen, hoc vt faceret, iniunctum sibi esset, & ordinatio ipsa, † *part.* 3. *tit.* 15. §. zum andern / requirat, vnd auff ein jeden insonderheit zuantworten. Planè eadem ordinatio, eodem loco, simplicem, sine appendice requirit responsionem: quod hic in tertiis responsionibus non est obseruatum: nam simpliciter responsum dicitur, † si fit sine plica. *Gail. obs. 82. lib. 1.*

Si dicas, distinctionem non esse pro appendice sumendam; admittit: sed nec in his responsionibus ea opus fuit: quia supra dicti articuli distinctè, & non captiosè positi fuerunt, ideo ea distinctione opus non fuit, cum articulatum fuit de ciuica qualitate, quasi illi Nachstewer præstiterint, & præstare teneantur: Syndicus verò ciuitatis semper respondit: seruilis conditionis & qualitatis homines, Nachstewer dedisse, cum tamen de illis nullum sit dubium. Sed responsiones ideo comparatæ sunt, vt per eas aduersarius ab onere probandi leuetur: Ergo distinctè, clare, purè respondere debuisset. *Gail. d. loco n. 5.* Iam ad d. interlocutoriam 18. Ianuarii in duobus articulis nullatenus responsum, & sic bene iudicatum.

Nec refert, quod iam dicatur, illas responsiones, culpa actuarii, Iudici non esse exhibitas: quia, vtut sit, Iudex culpari non potest.

Ad additionales, nullas extare responsiones dicit Referens: Cum ergo id taliter inuentum sit, nec dict. interlocutoriæ satisfactum, & parti ius quæsitum videatur, bene iudicatum, male appellatum pronunciare putat. Quandoquidem verò Iudex † maximè in hac re circũspectus esse debet, ne pars præiudiciali aliqua responsione grauetur, & sola veritate inspecta, existimat, sufficienter ad omnes articulos esse responsum. Quia de quibus credat, d. Nachstewer esse solutam, clare satis Syndicus ciuitatis respondit, adeoq; interlocutoriæ latæ satisfactum est.

Cum verò dict. duobus additionalibus vlterius non inueniatur responsum, id non ex contumacia partis, wie angeben wirdt / sed culpa Notarii accidit, vt ipse Notarius fol. 104. fatetur, Ergò parti nocere non debet. Magnum enim esset præiudicium, & enormissima læsio, si ob hoc d. artic. pro confessatis haberi deberent.

Accedit, quod secundæ responsiones, ad hos duos defensionales sufficientes sunt.

Concludit igitur: Male iudicatum, benè appel* latum, & priorem sententiam reformandam, & datas responsiones pro sufficientibus acceptandas: *Expensis Compensatis, & vult causam hic reseruare.*

D. P. Correferens, concludit cum Domino Referente: quia absq; præiudicio aliter vix respõderi potuit. Et sic per omnia, vt Referens.

D. Bq. Nullam contumaciam in respondendo in actis reperit, quia sufficienter responsum: nec videt, quomodo salua veritate, aliter responderi potuerit. Maximè vltimo loco sententiæ 18. Ianuarii An. 74. & eius comminationi satisfactum, & purgata est prætensa contumacia sententiæ, à qua non opus fuisse putat, iterum & vltimò transmittere responsiones: quia satis responsum, & magis cauillationes prætendi, quam contumaciã: nec semper singulari responsione opus, † cum 4 vna possit sufficere articulis cumulatiuis, vt in causa Stralen contra Plessen / 17. Martii Anno 65. Licet aliter obseruatum in causa Flarßheim contra Dietz / in puncto defensionalium, 12. April. Anno 59. Asinius *in praxi, c. 21. n. 3.* Concludit, vt Dominus Referens.

Reliqui Dn. pariter: Sed in hanc sententiam ego & D. Gl. dictos Dominos permouimus: contrarium enim senserant.

VOTVM LVI.

In causa Nobilium N. contra N.

SVMMARIA.

1 *Pro nullitatis initio asseuerando mouentur in hoc casu, & nu. 8. 9. 10. 15. 19. 21. 24. 25. 26. 31. 33. 35. 36. 37 38. 40. 41. 43. 44. 45.*

2 *Committi potest causa, etiam ad vnius partis instantiam, examinanda & decidenda.*

3 *Commissio in hac causa, ex duabus causis occasionem & substantiam sortitur, & n. 4.*

5 *Qualitatibus personarum, quarum industria singulariter ad actum aliquem electa exquisita est, deficientibus & resilientib. quibusdam ab incepto, tum actus reclamantib. quorum interest, per alios valide perfici non potest.*

6 *Principi inuito non præstatur seruitium per substitutum.*

7 *Personæ industria & habilitas in dubio videtur electa. Item, quando agitur de arduo negocio, vel res est magni ponderis. n. 8. Item, quando in deputatione, siue electione earum personarum, in eaq; accordatione partium, nulla fit mentio facultatis substituendi,*

subda-

subdelegandi & prorogandi de persona in personam, &c. numer. 9.

11 *Re adhuc integra, pœnitere licet.*

12 *Præparatoria non faciunt rem desinere esse integram.*

13 *Ex causis postea emergentibus variare licet.*

14 *In contractibus quibusdam nominatis, & in contractu Mandati pœnitere licet.*

16 Scheidung *qualiter debeat fieri, & nu. 17. & 18.*

20 *Surrogatum si debet habere qualitates surrogati, etiam necesse foret de hisce qualitatibus constare, vt surrogatio habeat effectum.*

22 *Quicquid agunt homines, intentio iudicat illos.*

23 *Intentio in omnib. ab animo dependentibus, magis attenditur, quàm factum.*

25 *Familiæ herciscundæ actionis siue iudicij natura & proprietas est, vt non velo leuato, de plano, siue iuris ordine omisso expediatur.*

26 *In causarum, quæ de plano iuris ordine omisso expediuntur, processibus & discussionibus, requiritur terminorum nonnullorum præcipuorum obseruatio.*

27 *Litis contestatio est de substantia iudicij & processus, etiam in possessoriis iudiciis.*

28 *Probationes quando omitti possunt, & quando non.*

29 *Probationes sunt iuris diuini.*

30 *Causæ cognitio pertinet ad iudicij solennitatem, & ea omissa, sententia ipso iure est nulla.*

32 *Ordinatio Cameræ siue constitutio Imperij, & stylus iudiciorum exigit litis contestationem.*

33 *Heremodicium non potest contrahi, vt contra Reum contumacem ad sententiam definitiuam in causa principali procedatur, nisi lis fuerit contestata.*

34 *Lis de iure constitutionis, siue ordinationis Cameræ, in contumaciam rei absentis pro contestata habetur, per interlocutoriam.*

39 *Reus ob solam contumaciam, actore non probante, causa cadere non debet.*

40 *Nullitates in Consistoriis Principum commissæ, quando in Camera non attendantur.*

42 *Læsio indigna & enormis præsumitur ex inæqualitate quotarum.*

46 *Supplicantium narratis ab initio litis creditur, excipiendi potestate cuiuis salua manente.*

47 *Dux, tanquam magistratus imploratus, committere aliquibus potest, vt in eo statu causam assumant, in quo à deputatis partium hinc inde relinquitur, eamque ad finem deducant. Ratio eius. numero 48.*

49 *Appellatione interposita, Iudex à quo, instante appellato, in causa sine vitio attentatorum & nullitatis procedere potest, donec ipsi inhibeatur.*

50 *Lis in Camera pro contestata habetur, si celebretur actus, qui post litis contestationem celebrari solet.*

51 *In confessum non sunt aliæ partes Iudicis, quam condemnatio.*

52 *Probationes non sunt de substantiali ordine processus, sed de iustitia, sine illis enim sententia valet.*

53 *Probationes Iudici arbitrariæ sunt illisque fidem adhibere potest, vel non.*

QVod per Commissarios Iuliacenses, rectè & valide processum sit, & ea acta nullitatis vicio careant, multis rationibus & argumentis per Dominum Referentem ostensum est: quæ omnia breuitatis studio hoc loco repetiisse volo.

E diuerso verò, pro assenerando nullitatis vicio, sequentia moueri possunt.

Primò: † Licet non dubitem, Principem Iuliacensem, ordinariã habere iurisdictionem, in personis & rebus, de quibus agimus. Præsuppositio etiam, ϕ ad instantiam vnius partis, † causas examinandas & decidendas committere possit: In nostra tamen hac hypothesi, delegatio Principis Iuliæ nonnihil præbet, ϕ Processum Commissariorum vellicare videtur. Commissio enim, cum qua nobis res est, 5. Nouemb. An. 74. edita, ex duabus causis, vt asseritur, occasionem & substantiã sortita est, Primò, videlicet † ex alia quadam præcedente Commissione, ad quam verbo quidem fit relatio. Sed sicut ea in rerum natura non apparet: ita nec de eius contentis limitibus, & qualitatibus liquet. Secundò, † ex quibusdam actis, coram Deputatis partium habitis, quæ dictione, Verfolg/ inscribuntur. Hæc licet in vim probationis, prius adducta sit, tamen de ea in alia forma non constat, nisi tanquã de compilatis, & ab ipsismet partibus, in proprium vsum conscriptis, sicq; non in forma probante, & authentica, sed tanquam assertio partis, ad acta relata. Prout & altera pars ea acta pariter inficiatur, testante articulo 1. nullitatis ibi. Daß sie solche angefangene Theilung/ deren mein gnediger Herr (Actor scilicet.) jhnẽ doch nicht gestendig/ &c. Item, in conclusionibus duodecimo Aprilis Anni octuagesimiprimi, hic productis, in verl. Jn sonderheit kan auch Anwald/ &c.

Illud verò, quod scilicet ex capite producentium, acta der Verfolg/ sint extracta, non obscurè tam stylus & dispositio eius, quam ipsa verba, perspicue innuunt ac testantur.

Ex litera quidem deprehenditur ibi ausi derò Theilung Protocoll/ von Wort zu Wort abgeschriben/ anzunemmen/ &c. *folio actorum* 47. Item ibi. als haben sie/ &c. Diese der angefangene Theilung gehaltene actus, zu Bekrefftigung der Commission vnnd beschehener Bewilligung extrahieren/ vnd zu Beglaubung alles verschriben/ vnder jhrer Edel Leibeygener Namen außgehen lassen: Sicque non allegatur, multò minus constat dictum Verfolg/ ex authentico scripto vel transumptum, vel mutuatum.

Deinde posito, quod d. Verfolg/ careat omni dubitatione, sed plenam fidem habeat: Cum tamen ex eius designatione pateat, de consensu agnatorũ, tractandum fuisse super diuisione fienda per quasdam personas, quarum industria singulariter ad hoc electa & exquisita fuit Desistentibus itaque hisce qualitatibus, † & resilientibus quibusdam ab incepto, tunc actus reclamantibus, quorũ interest, per alios perfici valide non potuit, *leg. inter artifices. ibi Dd. de solut. l. 1. C. de caduc. tollend. cap. fin. de offic. del. Specul. tit. de Salariis. §. fin. nu. 8.*

6 Inde fit, quod † Principi inuito nõ præstetur seruitium per substitutum *l. si quis ex corpore. C. de mutilegulis lib. 11. Bald. in cap. mutus. n. 3. Episcop. vel Abbat. de*
7 *vsib. feud.* Et in dubio † videtur electa habilitas & industria personæ, *l. si fideicommissa. §. fin. ibi Bartol. de leg. 3.* præsertim quando subest certa causa, & euidens motiua ad electionem certæ personæ, vt nostro casu est persona deß Statthalters / tanquam primarii seruitoris, siue officialis, ipsius eligentis, *Ioannis de Merode.*

8 Item, † quando agitur de arduo negocio, vel res est magni ponderis, quod hoc loco nemo negabit: *arg. l. 1. de offic. præfect. Prætor. Epist. Iul. Clar. in fi. ibi. nam tantæ causæ pendens, non nisi. & c. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol.*

9 Accedit tertiò, † quod in deputatione, siue electione earum personarum, inque ea accordatione partium (vt acta ostendunt) nulla fit mentio facultatis substituendi, subdelegandi, & prorogãdi de persona in personam, quæ vel alterutri parti, vel deputatis personis permissa fuerit. Stricte ergo ea conuentio accipienda est.

10 Quarto: habet is consensus der Verfolg / non tantum expressam conditionem & reseruationẽ pertinentiarum & præseruatiuarum trium Arciũ principalium, & diuisionis iustæ, sed etiam tacitas conditiones, vt scilicet pacta eatenus intelligantur quatenus res permanent in eodem statu, & nisi impedimentũ, siue causa impedimenti emergat, vnde pactorum restrictio meritò attendi debeat. Cum itaque diuisio non instituta fuerit, iuxta mentẽ paciscentium, & saluis præseruatiuis, iuribusque deren dreyen Höff / siue ttium Castrorũ, quo ipso Actor se tanquam habentem ius primogenituræ, enormiter læsum conqueritur: Et ex ea causa non tam ipse Actor, quam deputatus à principio, & quasi præludio diuisionis deflexerint, legis permissu id factum reputatur. Tunc. n. res adhuc integra esse intelligitur, quo casu pœnitere licet, *glo. Bartol. Alex.* & alii *in l. si pecuniam. de condict. ob caus. & communiter Dd. in l. sicut. C. de act. & oblig. l.*
12 *de contractu. C. de rescind. vend.* Præparatoria enim † non faciunt rem desinere esse integram, textus & *glo. in d. l si pecuniam. de cond. ob caus.*

13 Sic etiam ex causis † postea emergentibus variare licet; Exemplum ponit Din. in facta electione. *in c. quod semel. num. 11. de reg. iur. in 6.* Pariter & in
14 contractu Mandati, † & aliis quibusdam nominatis contractibus pœnitere licet, *Dd. in l. sicut. C. de action. & oblig. glos. & Bart. in d. l. si pecuniam. n. 9.* facit textus *in l. diuisionis placitum, nisi traditione vel stipulatione sumat effectum, ad actionem nulli prodesse poterit. ff. de pactis.*

15 Quinto: † Assertus assensus & conuentio, vigore der Verfolg agit de visione in genere secundum modum & conditiones ibidem expressas, vt
16 videlicet die Scheidung † geschehe billicher vnnd
17 auffrichtiger weise: Item † mit Vorbehalt jedes præ-
18 rogatiu. Itẽ † wie sichs nach Rechts vñ Reichs Ordnung / auch nach Lands Gewonheit eygnen vnd gebüren will / &c. Sed libellus coram Commissariis exhibitus, recedit ab illis terminis, & intendit ad iudicationem soli Bernhardo à Merode, dimidiã partem, omnium bonorum diuidendorũ, sepositæ effectuali præseruatiua primarii Castri Merode, soli primogenito, vt asseritur, competente, in quo nunquam consensum: Imò conuentioni & consensui partium, ex diametro contrarium id esse asseritur.

Sextò: † videtur per deputationem partium, vt 19
habet Verfolg / recessum esse à primis Commissariis, per idque extinctam commissionem primam (si quæ fuit, quod illiquidum est) vix itaque fieri potest, vt id, quod omnino extinctum & alia via ac modo inchoatum est, denuo ad alios continuari, & prorogari: vel vt hisce prioribus Commissariis surrogatio fieri potuerit. Imò si surrogatum † 20
debet habere qualitates surrogati *l. fi. §. qui iniuriarum. Si quis caution. l. 1. de rei vxor. action.* Etiam necesse foret, de hisce qualitatibus constare, vt surrogatio effectum habeat. Sicut verò ea deputatio der Volg / fuit mere voluntaria, à solo consensu partium (vel reuocabiliter, vel sub dictis conditionibus) dependens: Ita & secunda commissio, de An. 74. quæ potius in locum der Verfolg successit eodem modo & via, & secundum easdem qualitates, in alios reiicienda, ab eisq; expedienda fuerat.

Septimò: † Constat autem ex omnibus actis q 21
Actor noster, Iohann. de Merode, nunquam consensit in processum Commissariorũ, sed appellando, protestando, reclamando, omnibus ferè terminis se opposuit, in quem finem & generalem suum Procuratorem, Hochkirchium, ad acta, cum exhibitione Mandati generalis semper misit, ad inspiciendũ, quo ordine, valide, vel minus procedatur: interdum productorum copias petendo, &c. Adeoque, vt hic regula locum habeat: Quicquid arguũt homines, † intentio iudicat il- 22
los *l. 1. ibi gl. & Dd. C. ad l. Cornel. de Sicar.* Item, in omnibus, † ab animo dependentibus, magis atten 23
ditur intentio, quam factum. *leg. etiam. §. 1. vbi Bald. & Alex. soluto matrimon. l. 1. §. Diuus. de Sicar.*

Octauò: † vt intelligatur qualitas processus co 24
ram Commissariis, ad rem facit consideratio actionis ibidem institutæ. Nuncupatim verò familiæ herciscundæ iudicium institutum esse, acta prohibent, idque ostendit Recessus producti libelli, *fol. 6. actorum,* & inscriptio eiusdem *fol. 14.* — Idque negatum ab Actoribus primis, nullibi reperitur.

Nonò: † Sed eius actionis, siue iudicii natura 25
& proprietas est, vt non velo leuato, de plano, siue iuris ordine omisso, quin potius ordinaria iuris tela expediatur, prout per sufficientem enumerationem modorũ, quibus causæ summariæ dicantur, colligit & probat Marant. *part. 4. distinct. 9. a n. 2. cum plurib. seqq.* Ex quarum causarum positione sufficiente infertur ad exclusionem aliarum, *vulgatis iuribus.* In quarum tamen numero actio hæc dicta non reperitur.

Decimò: † Attamen in eiusmodi processibus, 26
& causæ discussionibus, requiritur terminorum non-

nonnullorum obseruatio præcipuorum, vt puta, litis contestationis, probationis, & similium. De litis contestatione vix est, † quod dubitet, quin 27 sit de substantia iudicii & processus etiam in possessoriis iudiciis: Communem opinionem dicit Salic. *in l. fin. C. qui leg. person. ostend. in iud. hab. vel non.* sequuntur Alexand. & Dec. vt per Vant. *tit. de nullit. ex defect. process. num. 28.* Probationes, licet non dicantur à quibusdam esse de substãtia processus: Tamen non facile omitti debent, præsertim in 28 causis arduis, & magni ponderis. Id enim † tunc demũ procedere dicitur, quando potest esse præsumptio, quod sententia lata sit ex iusta & vera causa: Secus vero, quando ex actis diuersum colligi potest: magis communem opinionem dicit Imol. Alexan. & Dec. vt refert Vant. *dict. loco, nume.* 29 *to 39.* Sunt enim † probationes iuris diuini, *cap. nouit. de iudic.* Marant *part. 4. dist. 9. num. 10.* Sic causæ 30 cognitio † pertinet ad iudicii solennitatem, & ea omissa, sententia ipso iure est nulla. Vant. *dict. loco. num. 30.*

31 Vndecimo: † quod vero nostro casu lis non contestata, nec pro contestata in contumaciam acceptata, non potest ambigi, cum & acta id testentur, & nemo partium inficias eat. Nec obscu- 32 rum est, quid Ordinatio Cameræ, † siue Constitutio Imperii, & stylus Iudiciorum, hoc loco p æscribat & exigat: & iuri communi non aduersatur.

33 Duodecimo: † Eremodicium non potest dici contractum, ita vt contra Reum contumacem ad sent etiam definitiuam in causa principali processum recte sit: id enim iure communi non licet, nisi lis sit contestata. Antequam enim id fiat, ad immissionem quidem, vel alias pœnas, iudicis arbitrio proceditur *leg. properandum. §. sin autem Reus. ibi Dd. C. de iudic. l. consentaneum. Cod. quom. & quando Iudex. l. post edictum. de iudic. Mynsing. obseruat. 66. cent.* 34 4. Licet autem de iure constitutionis, † siue ordinationis Cameræ, in contumaciam rei absentis lis habeatur pro contestata, per interlocutoriam, & perinde sit, ac si reuera lis cõtestata esset, §. Wo aber Kläger. *tit. 43. part. 3. arg. leg. 2. Codic. vbi in rem act.* Et glossa *in auth qui semel. Cod. quom. & quand. Iudex.* Cum tamen id non esse factum, perspicuum sit, tanto minus heremodicium contractum esse dici potest.

35 Tredecimo: † probationes in causa principali, & pro liquidatione meritorum, non esse rite receptas, ex actis colligitur, & non obscure Rei in suis duplicis id fatentur, *fol. 23.* vbi scribunt, quod velint iam in Camera probare contenta articulorum defensionalium, quarti videlicet, vsque ad *26.* inclusiue: Quod videlicet Dominus Bernhard zu einer Helffscheid vnnd Richolden / zu einem dritten Theil einer Helffscheid / dann Iohanni vnd Annæ zwey dritte Theil von einer Helffscheid gebürt vñ zustenden / vnnd jeder Theil / biß zu diser Rechtfertigung die Güter pro indiuiso also ingehabt. Et quod in diuisione facta Anno *1462.* Iohanni, vel eius lineæ, non assignata sit proprietas bonorum, & rerum, der Herrligkeit Merode, vnnd insonderheit zu Ehrs / also daß die andern zwen Brüder allein Renten vnd Gülten haben solten: Aber von den zugehörigen Erbgütern keinen Theil. Imo nemo partium diffitetur, summarie, de plano, & leuato velo processum esse. Non enim hac in parte aliud contendunt Rei, quam vt defendant, summarium eum processum.

Decimo quarto: † Et licet ea defensio solum- 36 modo & principaliter nitatur consuetudine Ducatus Iuliacensis: Cum tamen ea non sit probata, parum conuenit, hic præsumere d facto, vel disputare, an talis consuetudo iure subsistat, & sic à processibus executionis liceat ordiri. Vt taceam, à nonnullis asseri, talem consuetudinem in terra Iuliacensi non extare: id quod aliquo modo ex actis coniicitur.

Decimo quinto: † quodque Reorum intentio primo non fuerit, coram Commissariis leuato 37 velo volitare, diuidendo, procedendo, vigore allegatæ consuetudinis, innuit ipsa commissio, quæ non habet clausulam summarii processus. Cui concordant & subsequentes citationes. Item forma libelli, Iudicii familiæ herciscundæ, testante inscriptione eiusdem libelli, *folio 6. & folio 15.* Actorum, & aliæ circumstantiæ: præsertim consensus ex Verfolg / *folio nonagesimo*, ibi, sich (scilicet Deputati) darinn der Ordnung Rechtens / vnnd aller billigkeit gemeß zuhalten / vnnd sonst kein Gefärligkeit darüber zu gebrauchen Item, *folio nonagesimo primo.* In dieser Theilũg deß gemeinen Rechts vñ Reichs Ordnung vnderworffen wöllen haben, salua prærogatiua. Sic & *fol. 93.*

Decimo sexto: † Et quantumuis in puncto cõ- 38 petentiæ, post interpositam appellationem, Iudici, siue Commissariis inhibitum non sit: quia tamen iam agitur de nullitate, vel validitate processus: Ideo parum refert, sit inhibitũ, vel omissum: Iudex nihilominus, si vult in contumaciam progredi, euitare nullitatis vitia tenetur. Imo etiam appellatio insinuata est inferiori, qui merito dispositionem. *§. penult. tit. 29. part. 2. ordinat.* attendere potuisset, vel rite procedere. Ob solam enim cõtumaciam † Reus, Actore nõ probante, causa ca- 39 dere non debet. *d l. properandum. §. sin autem Reus. C. de iudic. Gail. lib. 1. obs. 60. n. 6.*

Decimo septimo: † non obscuri iuris & obser- 40 uantiæ est, nullitates cõmissas in consistoriis Principum, tunc demũ non attendi in Camera, quando causæ merita adeò bene sunt tractata & liquidata, vt de iure partium euidenter cõster, per plura, quæ allegat Mynsing. *obs. 27. cent. 1.* singulariter facit, quod notat Gail. *obs. 52. num. 6. 7.* vbi agit de consuetudine infetioris Germaniæ.

Decimo octauo: † Allegatur etiam ad nullita- 41 tis exaggerationẽ, læsio indigna & † enormis quę 42 præsumi potest ex inæqualitate quotarum, quæ in libello proponitur, & ex actis deprehendi potest. Sic & priuatio prærogatiuæ Castri principalis, contra allegatam consuetudinem Ducatus, & pacta der Verfolg. *de quibus supra.*

43 Decimo nono: † Similiter iuris est, si nullitates processus non sunt attendendę, sed eis non obstãtibus in principali decernẽdum venit: Tunc id inter alia præcipue propter sufficientem instructionem meritorum, ex actis fieri solet. Sed vt iam ostensum, sufficiens instructio causæ inæqualitatis quotarum, & adiudicationis totius Castri Ehts/ contra ius prærogatiuæ, ex actis non deprehenditur. Adiudicatio enim eius Castri, sine libello, ad nudam assertionem & petitionem partis, ex prætensa Verfolg/perfunctorie facta est. Quia 23. Februarii petitur adiudicatio, 9. Martii fertur sentẽtia: non longe post, fit immissio. Deinde demum proceditur probationibus, ratione iurisdictionis itu Ehts/ & aliorum iurium.

44 Vigesimo: † Litera dictæ Verfolg/continet, cõsensum esse in diuisionem der theilbarn Gũter. An vero Castrum Ehts/quoad iurisdictionem, & alia iura, præter Gülten vnd Renten talia sint, non satis discussum, sed semper negatum est per D. Ioann. si actis credimus, de quo etiam hodie ambigitur.

45 Vigesimo primo: † Nullitas hoc nostro casu, quæ incidenter cum appellatione inducta videtur, propter desertionem appellationis, ex dispositione iuris communis, vlu fori, & stylo saluarii ita haud poterit, quin postmodum etiam principaliter agitari valeat, vt per Vant. *tit. quot & quibus modis nullitas propo. poss. num. 38. Gail. obs. 135. num. 4. lib. 1. Mynsi. obs. 77. & obs. 63. cent. 4.*

Hisce & aliis rationibus commonefactus, licet dubius & anceps fiam, an pro saluãdo priore processu, vel vt partes sua iura propter obscuritatem meritorum, & processus informitatem, iterum & melius deducant, pronunciandum putem, magis tamen in alteram partem, tãquam tutiorem, salua pace Dominorum, inclinarem. Idque quam maxime ob hoc, quod ipsimet litigantes in eo cõsentiunt. Actor enim petit de integro causam plene examinari: Rei vero in effectu idem postulant, & se se ad hoc offerunt in suis duplicis, *fol. 23. cuius verba supra, num. 13. retuli.* Et hæc via & partibus & Iudici, imo & causæ expeditior & vtilior erit, sicque vtrique partium in effectu mos geritur, & petitis ipsorum satisfit. Concludo, ex consilio D. Gailii *in obseru. 42. num. 6. 7. & seqq. lib. 1.* Pronunciãdum nulliter processum. Causam hic reseruandã, Saluo iure & iurisdictione Iuliacensis. *Compensatis expensis.*

Votum aliud, in eadem causa.

Votum D.G. Submissum super admissione libelli nullitatis. Videndũ ergo, an in libello adductæ nullitates releuent: Et si quæ ex ipsis sint releuantes, an probatæ sint, vel, an quædam vlteriori probatione indigeant: Sicque ad probandũ, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, sint admittendi? Et quidem nullitates, quæ per Ducem in commissione, commissæ dicuntur, quod ad nuda narrata supplicantiũ cam Dux decreuerit, & quod in commissione expresserit, ordinarie in causa procedẽdum, commissionem postea mutari diuisim & coniunctim causam committendo, cum antea coniunctim solum fuisset cõmissa, nil sua sententia releuant: Creditur enim ab † initio litis, supplicantium narratis, excipiendi potestate cuiusuis salua manẽte. Et cum semel omnibus placuisset, vt per acta coram deputatis habita, probatum Duci fuit diuisionem fieri debere, & deputati vnanimi consensu ab ipsis, in diuisionis negocio iam per triennium occupati fuerint. Ioannis autem deputatus, vlterius progredi detrectaret, absque vicio certe nullitatis, † Dux, 47 tanquam magistratus, imploratus committere aliquibus potuit, vt in eo statu causam assumant, in quo à deputatis partium hinc inde relicta fuit, eãque ad finem deducant. Intelligitur enim † secun- 48 dum formam iuris, Magistratum quoque cõmissiones, modo prædicto (vt celerius causa expediatur) mutando, nulliter minime agere: idque apud omnes expeditum putat. 46

Porro, quæ circa processum dicuntur commissæ nullitates, quod sine causæ cognitione, & figura iudicii, reoque ad libellum sufficienter respondendo, non requisito, spacio vnius horæ peracta omnia, & sententia lata sit, immissioque postea, paucis diebus subsecuta fuerit: Ex relatione longe se aliter habere apparet.

Citatus namque ad causam est Reus 9. Decembr. Anno 74. Exhibitus libellus summarius 14. Decemb. Anno eodem. Exceptiones fori declinatoriæ exhibitæ 12. Ianuarii, Anno 75. Illisque non obstantibus, per decretum eadem die iniunctum, vt respõdeatur libello. Et licet appellatum ab eo decreto ad Cameram, tamen appellatio ibi deserta pronunciata est, Anno 77. 30. April. Sicque inhibitione in Camera non emanata, acta coram deputatis habita (subscripta per Annam, & omnes deputatos, excepto Iohannis deputato 6. Februarii Anno 74.) loco probationis, adhibita fuerunt coram deputatis, 26. Ianuarii, Anno 75. Eodemque die Procuratoribus iniunctum, vt se legitiment.

Octauo Febr. Reus denuo citatus est, & noua commissio Commissariis exhibita. Item, exhibitum Mandatum in melioti forma, à Reo, cuius datum 1. Aprilis, Anno 72. *fol. 66.* 23. Februarii, Actorum Procuratore acculante contumaciam Rei petitum ab eodem est, vt proceda:ur ad diuisionem, & Bernhardo adiudicetur loco prærogatiuæ, Ehts (prout aliis factum) idque iuxta consuetudinem Ducatus Iuliæ, & quod auus suus, in eodem, ante inuestitus fuit.

Deinde nono Martii, denuo petente procuratore Actoris, ex causis ante dictis, Bernhardo, loco prærogatiuæ Ehts gegen der andern prerogatiu. & procuratore Rei nihil in contrarium agente, sed semper appellationi inhærente, & protestante, per sententiam assignatur Bernhardo Ehts/loco prærogatiuæ: Saluo iure cuiuscunque: simulque in duas partes æqualiter per Deputatos, bonis quibusdam diuisis, separatimque in scriptis redactis, & iisdem Commissariis exhibitis, desuper

sta:um,

statum, per puerum sors mittitur, iussu Cõmissariorum.

Eodem die, Procurator Actorum petiit diem ad diuidendum reliqua bona indiuisa, præcedente oculari inspectione, desuper præfixus dies 24. Martii. Interea vigesimoquarto Martij, exhibetur rursus Commissio Ducis, vt Commissarij in realem possessionem Actores suæ quotæ immittant. Quod quoque statim factum, in præsentia Rei, eoque de attentatis protestante, vigesimosexto Aprilis decernitur noua citatio contra Reum, ad videndum procedi, & produci testes. 18. Martij Actor instat, vt testes examinentur, & in diuisione procedatur.

25. Maij testes producuntur, & iuratum. Eodẽ die Commissarij decernuntur: quod quilibet decimas percipere debeat in ea parte, quæ per sortẽ sibi obtigit. 13. Iunij committitur ad inquirendum super iurisdictione zu Eths. Deinde dantur documenta. 18. Iunij Richaldus petiit suam partem sibi assignari. 4. Octobr. pro demonstrando iure & agnatione, exhibentur documenta. Et Procurator Richaldi rursus instat pro subdiuisione. 18. tandẽ Octobris, Procuratore Rei solum inhærente Appellationi, & nihil aliud faciente, sigilla & maius acceptantur pro confessatis, & mittitur, quoad reliqua bona sors.

Ex quibus apparet manifeste, nullitates perperam, & mala fide ex actis collectas esse. Sane appellatione interposita, Iudicem à quo, instante
49 Appellato, † & in causa sine vitio attentatorum & nullitatis procedere posse, donec ipsi inhibeatur, in ordinat, *titul. 29. §. pen. part. 2.* disponitur. Et sic, cum Commissarij in hac causa, appellatione ob iunctam respõsionem ad libellum, friuole interposita, ad vlteriora processerint, lis in contumaciam pro contestata habita censetur: quemadmo
50 dum alias quoque in Camera † lis pro contestata habetur si celebretur actus, qui post litis cõtestationẽ celebrari solet, facit Ordin. Camerę de Anno 7. *tit. de citat. folio* 85. §. Vnnd als obgesagt: Atque cum Reus communia inter se bona confessus sit, & in diuisionem semel consenserint, vt acta corã Deputatis aperte demonstrant, tanquam in confessum, ad executionem Cõmissarij rite procede-
51 re potuerunt. In confessum enim † non sunt aliæ partes Iudicis, quam condemnatio, *iur. vulg.* Cum neque vicium nullitatis, propter confessionem apud acta tollatur, sed saluetur: Et imputet sibi Reus, q contracta acta, id est, die Verfolg coram Cõmissariis non exceperit, & defensionales in euentum non exhibuerit.

Quod vero Commissarij actis istis fidem adhibuerint, & illorum intuitu ad executionem processerint, inique, si cõtrarium probaretur, & neutiquam nulliter factum dici posset: ideoque appel
52 landum fuisset. Nam probationes † non sunt de substantiali ordine processus, sed de iustitia: sine illis enim sententia valet: *lege, prolatum. C. de sentent. l. 3. §. ideoque de test. Neuizan. in sylu. nupt. lib. 5. in fin.* Et
53 probationes † Iudici arbitrariæ sunt: illisque fidẽ adhibere potest, vel non, *Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cent. 1. casu 90.*

Omittit, quod in Ducatu Iuliacensi, ex consuetudine, transactione inter partes interposita semel, talis summarius processus seruetur: cuius consuetudinis probationem, quatenus opus, offerunt.

Concludit, ex officio causam pro conclusa accipiendam, vt & litem pro contestata: atque pronunciandũ definitiue: non nulliter, sed bene processum & sententiatum: condemnando impetrãtem in expensis. Idque eo maxime, quod ipse impetrans in Replicis petit definitiue super nullitate pronunciari, quam putat notoriam ex actis. Si autem placet Dominis, saltem à citatione absolui, non refragabitur.

D. L. Nõ videt, quomodo habeat se causa Principalis: Imo & ipse Actor Iohan. tantũ super nullitate agit. Putat, processum Commissariorum esse validum, & per allegatas nullitates infringi non posse, inæqualitas quotarum non impedit, quia magis equitatem concernit. Concludit, litem pro contestata, & causam pro concluса acceptandam esse, & porro non nulliter processum.

Aliud.

D. Bq. Cum Referente: præsuppositio, Commissionem Ducis Iuliæ, non ad lites, sed summarium processum extraiudicialem pro continuanda diuisione emanatam, vt est in confesso, in secundo articulo grauaminum. Item, quod Appellatio ab iniuncta responsione, & sic in puncto competentiæ, deserta hic pronunciata. Neque inhibitio vnquam obtenta, vt taceam nunc allegatas consuetudines. Non videt, quomodo nullitas aliqua ex eo, quod in diuisione conuentionali, & cõmissione magistratus loci ad vlteriora deinde processum est, inferri recte possit: præsertim Procuratore nostri Actoris vbiq; citato, & prætente. Et licet semper protestatus de non immittendo fuerit, tamen propter desertionem appellationis, illud non releuat. Nec etiam tali casu solennia iuris aut substantialia iudicij, suo iudicio fuerunt obseruanda (quod etiam res magni præiudicij foret) sicut alias in iudiciali diuisione, vel processu desuper instituto, & vbi aduersarius recusat diuidere. Vnde cessant omnia argumenta, quę in contrarium, tãquam ad causam summariam adducuntur. Sibi itaque Actor imputet, quod vel iura sua, debito loco & tempore non deduxit, vel d. appellationem quoque deseruit.

Satis quoq; responsum est ad id, quod præcipitantiæ inculpati sunt Commissarii. Si denique enormius in aliquo læsus esset, ad beneficium appellationis, & supplementum æqualitatis, confugere potuisset. Nõ autem diuisio ipsa, sub prætextu nullitatis propterea retractanda veniret, vt diximus in causa Heyden contra Heyden. Placet ergo altera sententia Domini Referentis, vt scilicet absolutoria feratur: *Compensatis expensis.*

D. Q. cum Referẽte: cum ex deductis per Correferentem non solum defectus, quoad personas iudi-

iudicum, sed etiam nullitas, quoad processum, & obscuritas in meritis ipsis in actis præsentibus reperiatur. Tutiorem quoq; & benigniorem, ab vtriusque partibus etiam expetitam viam malit ingredi, & pronunciare cum Correferente. *Compensatis expensis.*

Sententia.

ES allem vorbringen nach / ꝛc. daß Appellant von außgangener Ladung zu absoluieren vnd zuerledigen seye / als wir jhne hiemit auch darvon absoluieren vnd erledigen. Compensatis expensis.

VOTVM LVII.

In causa H. contra N.

SVMMARIA.

1 *Pactum vsurarium, contractui licito adiectum, eũdem non viciat, sed viciatur. & n. 3.*
2 *Mutuum licet esse debeat gratuitum, tamen hypothecatio non viciatur, sed salua permanet.*
4 *Prior qui est tempore in sorte, intelligitur etiam prior in vsuris.*
5 *Interesse debentur à tempore moræ, tam lucri cessantis, quam damni emergentis, etiam in mutuo. num. 6.*
7 *Interusurij ratio ex personarum qualitate haberi solet.*
8 *De vsuris siue interusuriis qualiter & in quantum pacisci possit.*

SVmmarie in prima instantia processum. Citati enim Creditores per edictum à senatu Argentinensi, vt quilibet de suo iure doceret: Actores igitur nostri, ex ordinis beneficio, hypothecaria, siue quasi Seruiana egerunt. §. *1. item Seruiana. instit. de action. l. 2. 3. qui pot. in pign. hab.* Et probauit quidem ius suum, per instrumentum, siue obligationem, quod videlicet mutuauerint Marstallero & Volmaro, sociis, 2500. fl. die 24. Ianuarii, Anno 60 Et cum ita creditores ius suũ deduxissent & submississent, Iudex tandem pronunciat, contractum nostrorum Actorum, tanquam illegitimum, & constitutionibus Imperii contrarium, cassandum.

Quæstio itaque hic est, an bene iudicatum? Nã cum mutuum per se cõtractus licitus sit, videndũ, an per stipulationem vsurarum contractus hic vicietur: Et vt breuibus se expediat, refert se ad obseruationem *Gail. 4 & 5 lib. 2.* vbi pulchre tractat,
1 pactum vsurarium, † contractui licito adiectum, eundem non viciare, sed viciari. vt *ibid.*
2 Iam, licet mutuum esse debeat gratuitum, † interim tamen non vicietur hypothecatio, sed salua manet: *lege, diuersis temporibus. C. qui pot. in pign. hab.* Contractum per se subsistere.

Quia vero Actor etiam petit se præferri cæteris, posteriorem hypothecam habentibus: in hoc non possumus aliquid commode pronunciare: Quia sunt aliæ causæ hic pendentes, in quibus non est adhuc conclusum, iisque præiudicare non possumus: Quare simpliciter reformare sententiam: *Compensatis expensis. Reliqua omnia*, als *interesse omittit.*

D.G. Sentit etiam, quod ob pactum vsuriũ † adiectum, non vicietur principalis contractus 3
& hypotheca, vt Dominus Referens: Ideo pronunciandum, male iudicatum, bene appellatum, vnnd daß Vermög der Recht / gedachter Appellans den chirographariis creditoribus, & posterioribus hypothecariis zu præferieren sey.

Ego, Cum Dominis Referentibus: Ita tamen, vt in genere permaneamus, nõ faciendo differentiam inter creditores hypothecarios quia de eo non sententiatum, nec ob hoc appellatum.

D.L. Cum Referentibus, vt alii.

D.Bq. Quatenus stipulatæ sunt vsuræ, earumque hypotheca, eatenus cum dominis bene iudicatum censet: Secus, quoad contractum ipsum mutui, & hypothecam eiusdem, idque tam ratione interesse, à tempore moræ, quam ratione sortis: cum vtrunque sit petitum. Qui enim † prior 4
est tempore, in sorte, intelligitur etiam prior in vsuris, textus, glossa & Bartol. *in lege, Lucius. qui pot. in pign. hab.* A tempore autem moræ, † debetur in- 5
teresse, tam lucri cessantis, quam damni emergentis, etiam in mutuo, glossa, *in cap. conquestus. verb. de feudo. ibi Abbas numero sexto, de vsur. Molin. in tractat. de vsur. numero trigesimo secundo, Gail. d. obseru. 5. numero* 15. Præsertim quando constat, non de simplici mora, † sed de dolo, vel malitia debitoris, vel de 6
longa & nimia frustratione. Quia tunc ex qualitate † personarum solet haberi ratio interusurii, 7
id est, aliquid Iudicis arbitrio, nomine eius quod interest, adiudicari, etiamsi aliter non probetur de specifico interesse. Idem Molin. *numer. 520* Imo *numero 510.* asserit, quod concedens vlum pecuniæ suæ, † quam non tenetur mutuare, nec differre 8
possit pacisci de interusurio, quod sibi abest, & debitori adest, vsque ad summam congruam. Quantum ad mercenarios attinet, nil nobis liquet, cum acta integra non sint relata, pronunciaret, daß die Vrthel voriger Instantz zu reformieren / als wir sie hiemit auch reformieren / nemblich der Gestalt / daß so viel gedachte Hauptsummen / vnd dero gebürliche interesse, von Anno 72. anzurechnen belangend / vbel gevrtheilt / wol davon appellirt / vñ gedachte Appellanten / vor denen gläubigern / so jüngere Pfandverschreibung von Balthaser Marstellers / vnd Hansen Volmars Gütern entricht vnd bezalt werden sollen. Sonsten aber wol gevrtheilt vbel davon appelliert. *Compensatis expensis.*

Sententiatum: male iudicatum, bene appellatum, & quod Appellans hypothecariis posteriori bus & Chirographariis, sit præferendus. *Compensatis expensis.*

VOTVM LVIII.

In causa B. contra B.

SVMMARIA.

1 *Tria in discutiendis meritis sententiæ, hic ponderanda sunt capita. & quæ. & n. 2. 6.*
3 *Iudex à quo, iniurias & contentiones à communi litigantium culpa subinde exortas, mutua compensatione componere potest.*

4 Iudex

4 *Iudex certis ex causis, omissis probationibus, ad sententiam procedere potest.*

5 *Probationes permittuntur arbitrio iudicis, maxime summi Principis, vel Regis, qui solennitatibus processus non est deuinctus.*

FORMALIA iusta, nullitas nulla. Appellati Tutores non dederunt tutorium: Sed non putat opus esse, quia pro ipsis pronunciatur. Nec partes cõtradixerunt, & pro his habuerunt; & ita nominarunt. Imo & Iudex à quo, in quodam producto, *sub numero 37.* illos tutores appellat, vt proinde de ipsorum deputatione & officio nullum sit dubium. Grauamina putat esse tantum priorum repetitionem, ideo vult reiicere, & definitiue pronunciare.

Quoad actionem, putat imploratum officium Iudicis, vt partes ad transactionis fidē compellat, damna resarcire faciat, & iniurias, cõtentionesque vtrinq; exortas, pro sua authoritate componat, vt patet ex singulis petitionibus, passim articulis annexis: Et summario ipso processu, in discutiendis meritis sententiæ, tria ponderanda capita.

1 Primum eorum, † quæ contra transactionem commissa fuerunt: hæc solummodo ex transactione discernenda. Quæ cum alterius vicibus, tam Actore, quam Reo perpetrata sint, vt ex ipsorũmet confessionibus, in prima & hac instantia factis, & ex aliis circumstantiis conspicuum est, suo voto aliter decidi, quam secundum normam transactionis non potuerunt. Neque ex hoc vllum grauamen ab Appellante deductum esse reperit nisi quod nulliter & summarie processum: Quorum alterum sic se non habere, alterum vero partib. volentibus, & vltro, absq; vlla petitione aut reseruatione, ad probandum submittentibus factum esse, acta testantur: vt proinde, quoad hoc primum caput, reformare sententiam nequeat.

2 Secundum † caput continet leues quasdam turbationes, iniurias & contentionē, extra transactionem subinde exortas. Quæ cum à prædictis aliqua ex parte dependeant, & à communi litigantium culpa acciderint, Iudex à quo,

3 † easdem, partim compensatione mutua, quæ in delictis perinde, vt in cõtractibus, locum habet, *l. si duo. de dolo malo. leg. viro. solut. matrim. l. apud Celsum §. Marcellus. de excepti doli.* partim ex officio sustulit & sedauit. Quo ipso, secundum præsentis negocij qualitatem, & litem, inter fratres ipsos motam, iustissimi Iudicis officio functus est: Et recte fecit, quod hoc casu vlteriores probationes hinc inde illatas, quibus animi coniuncti potius exacerbati, quam placati fuissent, partibus hoc non petentibus, iniunxerit. Siquidem

4 certis ex causis Iudex, † omissis probationibus, ad sententiam procedere potest: Vant. *de nullit. ex defect. proces. nu. trigesimonono.* Et probationes per-

5 mittuntur † arbitrio Iudicis. Menoch. *lib. primo, cent. 1. de arbitr. num. secundo, & tertio.* Maxime summi Principis, vel Regis, qui solennitatibus processus non est deuinctus, Gail. *obseruat. 75. numero decimo, libro 1* Bossius *in prax. de Principe. num. 70.* Imprimis in terminis nostris, vbi versamur in rebus modici præiudicij: glossa & Dd. *in Clement. sepe. de verb. signif.*

Concludit & in hac parte bene iudicatũ: quia publice expedit, † vt calumniis obuietur. 6

Tertium caput, † præcipuum habet dubium & grauamen, quod concernit damna, &c. Sed neque in hoc partes grauatas esse censet. Neque enim Iudex præclusit illis viam probandi damna, neque eorum cognitionem denegauit: neque etiam Appellans vnquam in prima instantia, ad eorum deductionem obtulit: Sed fuit ipsis adhuc integrum, etiam post latam hanc sententiam, ea probare, etiam absque appellatione hac interposita. Quod cum facere neglexerint, sibi potius, quam Iudici, hoc imputetur.

Præterea ex singulis circumstantiis, quas proculdubio Iudex à quo, optime perpendit, præsumptiue constat, quomodo appellatio friuole interposita, ita etiam damna modice petita, & ex æquo damna vtrinque instaurãda, ita vterque, aut absoluendus, aut condemnandus veniat: Vt non immerito obiici possit Appellanti: Dolo petis, quod mox restituturus es. Cũ nobis de substantia damni non constet, & de quãtitate damni cognitio fieri non possit, quando substantia est incerta, Bartol. *in l. certi. §. quoniam. numero 4.* & Alex. *ibid. nu. 3. si cert. pet.*

Ex his concludit, priorem sentẽtiam confirmandam, & pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum, partibusque iniungatur, vt transactioni stetur. *Cum expensis.*

D.I. Concludit cum D. Referente: quia non videt, grauatum esse Appellantẽ, & damna posse in puncto liquidationis reparari: Quod fieri Iudex in sententia reseruauit. *Cum expensis.*

D.Bq. Si ex meritis causæ singula considerat, variæ occurrunt querelæ, quibus ante sententiam causæ cognitio præcedere debuisset, & ex officio, probatio iniũgi deberet. Quia vero non satis auditæ partes, & subito ad sententiam properatum, male processum opinatur, *lege prolatam. Codic. de sent. & interloc. om. iudic.*

Quoad iniquitatem, nõ videt, quomodo inter alia probari possit vel transactio, vel sentẽtia, ratione molendini: cum ad vnius, vel ad alterius molendinum accedere sit facultatis: nisi ex priuilegio, vel pacto, vel simili causa, inde liceat, vt Villalob. *in commun. opin.* verb. *Dominus. nu. decimoquarto.* Boer. *decis. 125. numero 4. 5. Natt. consi. 106. numero nono, libro primo.* De quibus tamen circumstantiis nobis non liquet. Et licet tam partes, quam Iudex transactioni inhæreãt, quatenus tamen conuentum, vel non, quod principaliter hic controuertitur, altiorem hic requirit indaginem, adeo vt difficile sit, confirmare sententiam. Quia etiam in grauaminibus, & actis Cameræ, plura continentur capita, nondum satis à nobis percepta: quorum nonnulla sine

dubio nō amplius litigiosa, mallet iudicare, male processum & actum, vnnd wo die Partheien einander Sprüch vnd Forderung nicht erlassen werden/vt fiat in Camera. *Compensatis expensis.*

D.G. Acta non plene edita, putat causam hic retinendam, & iniungendum, vt procedatur in puncto grauaminum, exceptionibus non obstantibus.

Sententia.

In communi forma concepta: reiectis grauaminibus, causa pro concluſa acceptata, & pronunciatum, male appellatum, bene iudicatum. *Cum expensis.*

VOTVM LIX.

In causa C. contra L.

SVMMARIA.

1 *Submissiones duæ in hac causa reprehēduntur & n. 2.*
3 *Facti narratio quæ.*
4 *Ad hæreditatis petitionem fit transitus ex testamento, & 6. 7.*
5 *Præsumptio est pro coniugio, & filiatione.*
7 *Dictio pluralis in vna persona verificari non potest Limitatur. num. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20.*
8 *Spurius omnibus aliis parentibus, præterquam patri clerico, succedere potest, tam inter viuos, quam ex vltima voluntate, si ei expresse relinquatur: Nec obstat l. generaliter. §. cū aut. C. de instit. & substit. num. 9. Ratio huius. num. 10. Sicut nec consil. 138. part. 1. Grau. nu. 11.*
12 *Masculi vniuersaliter, & fœminæ filiæ in re certa hæredes à patre institutæ, & omnes inuicem substitutæ sorores fratribus videntur substitutæ, tam de mente testatoris, quam etiam legis.*
19 *Spurij ex aliorum testamentis, & ab intestato accipere possunt.*
20 *Pluralis numerus verificatur singulari, quod etiam obtinet in fideicommissis.*

VOTVM Domini Referētis. Bq. In hac causa duæ præhenduntur submissiones. Primo † admissionis articulorum ad probandum. 1 Secundo: † in puncto supplicationis, pro inhibitione & sequestratione. 2

Quoad primum, proponitur, tantum priora esse articulata: quod verum est, quoad genealogiam: & omnem controuersiam esse sitam super testamento. Sed consideratis meritis causæ, & quod hic iuxta clausulam, & substitutionem, in d. testamento appositam, de successione proximiorum tantum agitur, priori suæ sententiæ adhæret: nimirum, d. articulos tātum superfluos & irreleuantes, & non admittendos, sed in causa definitiue pronunciandum esse. Factum autem, (vt vel ex vtroque libello, indeque tam de genere actionis eiusque probatione, quā de elisione, patet) breuiter sic se habet.

3 Initio actum ab intestato, † interdicto quorum bonorum, pro immissione scilicet eorum bonorum. Sed exceptum ex testamento, de proximitate gradus, quod fatētur Actores: Et verba testamenti sonant pro Rea, quod sit filia fratris Testatricis. Replicatur per actores, se etiam ex testamento non præferendos. Atque ita fit transitus ad petitionem hæreditatis ex testamento. Primo: † quia legitimi sunt, licet remotiores: Et 4 idem testatricem voluisse, dicendo: jhre nechste Blutsverwandte/nequaquam vero de Rea intellexisse, vt quæ illegitime nata sit: quod tamen in prima instantia probatum non est. Quin testes in hoc conueniunt, quod Curt Repperg/ suam Elsam secum duxerit in Oßnebrück/ vbi vna cohabitauerint, se inuicem, vti cōiuges, tractarint, quod vicini omnes habuerint ac reputarint pro coniugibus.

Deinde, quod ipsimet vna cum matre, hoc idem dixerint, & se ita nominauerint: Eūq; propter homicidium iterum descendentem, d. Elsa subsecuta sit.

De testatrice quoq; deponūt, quod & ipsa d. Elsam für jhr Schwägerin gehalten/ *f. actorū 169.*

Præsumptionem esse † pro coniugio, & filia- 5 tione, Bertrand. *cons. 26. vol. 2. part. 2.* Secundum fundamentum Actorum: † quia Rea in certis 6 bonis instituta, quibus merito debet esse cōtenta, vt patet ex testamento.

Tertio: † quod dictio *pluralis*, in persona sua, 7 tanquā vnica, verificari non potest. Quæ omnia, potissima Actorum sunt fundamenta.

Et quamuis in fine libelli Appellationis, nimirū à 53. articulo, de nullitate processus Actorum, & sententiæ, quædam etiam subiiciantur: ad illa tamen facile responderi posset, nec quicquam obstat, cum merita sint notoria.

Quod igitur ad primum fundamētum, videlicet genealogiam, frustra ad probādum admitteretur, cum non releuet, vel certe, attentis prioribus actis, & dictis testium & confessione Actorum, de proximitate Reæ, omnino superfluum foret. At posito dictam Annam, naturalem tantum, & extra matrimonium natam esse.

Imo dato etiam, 31. artic. grauaminum, de clericatu, verum esse, ac probari sufficienter posse, ita quod matrimonium inter d. Elsam & Clericum illum, nullum fuerit, nihil tamē actoribus proderit: Cum iuris sit manifesti, quod omnib. aliis parentibus, † præterquam patri Clerico, 8 spurius succedere possit, tam inter viuos, quā ex vltima volūtate, si ei expresse relinquatur, vt per Guil. Bened. *in cap. Raynutius.* verb. *Et vxorem.* Atta. *in quinta decisio. numero 130.* & in verb. *si absque liberis. numero 74.* Et facit gloss. sing. *in auth. quib. mod. natural. effic. sui.* Roland. *cons. 87. à numero 16. vsque ad fin.* Bermondus *in tractat. de publ. concubinariis.* Gail. *obseruat. 88. lib. 2.*

Nec obstat † *lex. generaliter. §. cum autem. Cod. de* 9 *instit. & substit.* quia procedit † in conditione 10 tacita, quando lex supplet voluntatem defuncti: Secus in expressa, vt hic. Berous *consil. 112. vol. 2.* Nec obstat Grauet. † *cons. 138. part. 1.* quia loquitur 11 tantum de successionibus ab intestato, secūdum iura agnationis & cognationis. Natta *cons. 421. num. 7. tom. 3.*

Facit

Facit maxime hucpostrema clausula substitutionis; quod post institutionem & substitutionem singulis in sua quota factam, sequitur adhuc alia generalis institutio, quoad reliqua bona: Et quidem copulatiua vtriusq; ex dict. hæredibus, cum simili substitutione, vt præcedens,

Addit, quod testatrix nõ plus legauit aliis cõsanguineis, quib. nihil alias reliquit, quam vt ad instantiam ipsorum singulis soluantur 2. fl. ab executoribus. Vide Cephal. *consil. 166. libro 2.*

Sic ergo ad primam Elisionem dupliciter est responsum: Tum quod non obstet, spuriam vel naturalem esse Ream, de quo tamen non liquet: Tum quod præmortuo vno ex cohæredibus, superstes, secundum verisimilem mẽtem Testatricis, alteri prædefuncto succedere possit ac debeat, excluso substituto, de quo & Franc. Marc. *consilio decimo tertio.*

Secundum argumẽtum, quod Rea in certis bonis sit instituta: Ergo quoad substitutiones proximiorum exclusa esse debet: facile refellitur. Quia negatur consequentia, nec reperitur iure
12 cautum: Imo si masculi vniuersaliter, † & fœminæ filiæ in re certa hæredes à patre sint institutæ, & omnes substitutæ inuicem: Tunc sorores videntur fratribus substitutæ, tam de mente testatoris, quam etiam legis. Bald. *in l. in testam. 7. n. 12. C. de testam. milit. Bart. in l. fin. n. 2. ad Trebell.*

Tertium argumentum, de plurali dictione, an meine nechste Erben: infirmum est. Licet enim secundum rationem recti sermonis, quandoque vel etiam regulariter hoc procedere possit, Bart. *in l. qui quartam. § si quis vnam. de leg. 1.* Bartol. *dict. l. fin. ad Trebell.* Clar. *quæst. 76. in fin. de testament.* Ruin. *consil. 68. numero duodecimo, volum. 2.* Mantica *de coniectur. libr. 4. tit. 7. numer. 15.* Nostro tamen
13 casu † aliud de mente testatricis, ex coniecturis prædictis colligi potest: quia hoc totum ex interpretatione voluntatis pendet, & supereſt hic persona quæ ex verisimili mente potest excludere alias personas, Mantic. *lib. 11. tit. 4. num. 16.*

Et certum est, pluralem locutionem in testa-
14 mentis, † verificari etiam in vno, & pluralitatem sæpe comprehendere etiam singularitatem, secundum subiectam materiam, vt in Apostill. ad Bartol. *in dict. lege finali in princip. lit. A.* Intelli-
15 gi enim † potest pluralis ille numerus conditionaliter, ac si dictum esset: si plures tunc extant eiusdem gradus. Quia illa qualitas proximiorum iungitur verbis, futurum tractum denotãtibus: Ergo intelligitur secundum tempus illius verbi, *Alex. cons. 109. nu. 4. 5. lib. 7.*

Neque ob id videtur exclusus numerus singularis, quæ tunc tẽporis in vna persona extitit.
16 Hinc facit, quod substitutio, † si decesserit sine filio, cum filio vno tantum verificetur *l. 1. de*
17 *condict. & demonstrat.* Item, † si vxori fundi proprietas legatur, si liberos habuerit, nato filio, statim legatum cedit *l. cum vxori. Cod. quãdo dies legat.*
18 *ced.* Item, † si substituit proximiores suos, & extat soror & filius sororis: Tunc soror sola, excluso filio sororis præmortuæ, succedit, & non amᵇo æqualiter. Bald. *consilio 488. 3. part.* Idque propter verbum, *Meos*, positũ in substitutione, quod refertur ad tẽpus mortis Testatoris: alias æqualiter admitterentur: Apost. *ad Bart. in l. si cognatis. de reb. dub.* Mantic. *tit. 12.* Ripa *in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 51. ad Trebell.*

Ex his concludit, pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum: Compensatis expensis, propter quædam dubia iuris. Et vult præmittere interlocutoriam, vt lis cõtestetur, vel in sententia habeatur pro contestata.

D. H. Correferens: Grauamina non admittit, quia priora. Quo ad litis contestationem, est indifferens. Causam principalem claram & liquidam. Spuriis relictum, ad fiscum deuoluitur, Paleot. *c. 43. de spur. & mœchis.* Sed ex aliorũ testamentis, †& ab intestato, accipere possunt: Ideo non 19
releuat hic, licet fuisset pater clericus. Pluralem numerum † verificari singulari *l. si plures liberi. de* 20
verb. significa. Sic in fideicommissis: Alciat. *cons. 64. n. 18.* Pronunciandum, vt Referens. In expensas mallet condemnare: Sed non repugnat.

D. I. vt Dn. Referentes, cum Expensis. Ego & G. similiter, compensatis expensis.

VOTVM LX.

In causa N. contra S.

SVMMARIA.

1 *Agitur in hoc casu, de iure municipali, de iure retractus, quo fratres & sorores, eorũq; filij admittuntur ad redimendum.*

2 *Condictio hæc est ex lege municipali in rem scripta, & perinde sequitur possessorem atque actio veræ realis.*

3 *Bonis cedere quilibet potest, saluo iure tertij, qui ius aliquod in re habet.*

4 *Verbum emptionis & venditionis latissime patet, omnemq; alienationem complecti videtur. Limitatur. n. 5. 6.*

7 *Moræ purgatio, à lege vel statuto, tempore effluxo, non admittitur.*

8 *Retrahendi tempus certum per statutum, si non est præfinitum, tempus anni & diei esse intelligitur.*

9 *In retractu vt quis bona fide vtatur, iuramentum pleruq; defertur.*

10 *Retractus locum habet, quando cessionarius habet causam oneroſam, vt scilicet as alienum soluat.*

11 *Cessio generalis dationi insolutum accommodatior est specifica.*

12 *Statutum loquens de vno, non intelligitur de altero.*

VOTVM Referẽtis, Domini L. formalia iusta, sic & procuratoria. Actum ex iure municipali, † de iure retractus: quo fratres & sorores, eorumque filii, admittuntur ad redimendum. Sed tale statutũ valere, & vbique locorum fere obtinere. Tiraq. *de retract. in præfat.* Gail. *obseruat. 19. lib. 2. tex. in 6. constitut. de in integr. rest.* Estq; hæc condictio ex lege Municipali in rem scripta, † perinde quæ possessorem sequitur, atque actio 2
vera

vera realis, *leg.3. §. est autem. ad exhib. cum simil.* & frequentius annalis est.

An probata?

Quod sic, & non negatur cognatio. Reus dicit d. domum nõ Rüsten & hæredibus, quia bonis cesserunt, sed à curatoribus creditorum d. Rüsten emisse. Quandoquidem ergo d. curatores, creditorum domum ipsi vendiderint, existimat, ius retractus locum non habere.

Sed vtut sit, ita non videt, quomodo cessio vxoris & liberorum, genere propinquo, aditum ad retractum præcludere possit, cum is rem ipsam respiciat: Quilibet bonis cedere potest, † saluo iure tertii, qui ius aliquod habet in re. Dd *in l. 1. C. qui bon. ced. poss.* prout Actor noster iure municipali habet, nec reperit, Actori denunciatum esse: eoq; minus præiudicari potest. Quin & hæredes Rüsten pœnitere potuisset.

Necdum etiam distracta domo, hoc ius actori competere potuit. Quam primum enim vendita fuit, actor se statim opposuisset, & cessio est facta ab hæredibus, vt in vsum creditorum domus distraheretur, in verb. verkauffen sollen vnd mögen/ vt habet articulus 8. grauaminum. Non obstat, quod *venditionis & emptionis* verbũ † latissime pateat, vt quod omnem alienationem complecti videtur *l. statu liberi. in fin. de statu lib. l. sicut. §. venditionis. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* quia nostro casu accipi de vẽditione, † proprie & stricte sumpta, non etiam de cæteris alienationibus.

Hæc namq; † cõsuetudo seu statutum loquitur de precio venditionis restituendo, in verb. An dem Kauff/ inmassen der beschehẽ/ stehen. Item, habetur von kauffen vnd verkauffen *l. fin. ibi gloss. & Bart. Cod. de prad. decur. lib.* 11. Tiraq. in verb. *à vend. gloss. 2. §. 1. num. 1.* Præterea falsum esse, quod Reus dicit, quod d. domus nicht alß à curatoribus dem Rüsten verkaufft/ vt Verkauffbrieff oder Notul/ satis demonstrat.

Porro adfert Reus, infra tẽpus à statuto præfinitum, actorem non retraxisse: adeoque eo elapso, eum non audiendum.

Nam à lege, † vel statuto, tẽpore effluxo, non admittitur moræ purgatio *l. fi. C. de don. ab ord. fac.* Sed apparet, per statutum, certum retrahendi tempus † præfinitum non esse, quo casu tempus anni & diei esse intelligitur, Bald. *c. 1. §. si Titius. nu. 2. si de feud. fuer. controu.* Tiraq. & Gail. *vt supra.*

Ex actis vero ad oculum patet, venditionem 17. Nouembr. Anno 81. factam. Eandem Actorem 2. Martii Anno 82. oppugnasse. Quin & infra 14. dies se impugnasse, quod Reus in prima instantia prẽterit.

Vltimo, plane in fraudem & æmulationẽ Rei, primi emptoris, Actorem impugnare venditionem: nusquam tamen hoc ostendit. Vt tamen omnis cauillatio euitetur, † possit iuramentum deferri, quod bona fide retractu vtatur, quod plerunque ex statuto requiritur: Gail *obseruat. 19. lib. 2.* Concludit itaque, grauaminibus reiectis, causam pro concluſa acceptandam. Idque eo magis, quod appellans artic. 32. fatcatur, Daß diese Argumenta in erster Instantz also eynkommen. Et pronunciandum, bene pronunciatum, male appellatum.

Aliud in eadem causa.

Quæstio principalis est: An facta cessione creditoribus, ob æs alienum, locum habeat ius protimiseos, vigore statuti, ac si mera venditio præcessisset, idque propter æquipollentiam? Ego, omissis, quæ passim à Doctoribus ad eam quæstionem faciendam, pro & contra cumulantur, præsertim per Baldum, Math. de Afflict. & Tiraquel. simpliciter cum D. Referente concludo. Moueor præcipue, quod nostra cessio facta est, vt bona vendantur, & de precio satisfiat creditoribus. Quem modum ipse Appellans in octauo grauamine asserit. Inde sequitur, cessionem non esse idem cum venditione, nec in substantia, nec in effectu. Sicque eam cessionem non congruere, nec sufficere ad formam statuti, vt pro venditione vera haberi possit. Deinde sumus in casu, quo cessionarius habeat causam onerosam, vt scilicet æs alienum soluat, † quo casu locum habet retractus, vt per Tiraqu. *de retract. municipal. §. 1. glossa 14. nume. 114. iuncta gloss. 2. §. 25. numero tertio, in fin.* Idque tanto magis, cum generalis cessio † hic facta sit, & non specifica, quæ dationi insolutum est accommodatior. Differt enim ea à vera venditione. Ideoque statutum, † loquens de vno, non intelligitur de altero, per allegata à Tiraquel. *in dicto §. 1. glossa 14. numero 18.* Tandem considero generalem Theoricam, causam videlicet esse separatam ab effectu.

VOTVM LXI.

In causa T. contra T.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones, cur in hoc casu reiiciendæ, & silẽtio prætereundæ, & num. 2.*

3 *Appellatione deserta, prior sententia, si appareat iustitia, confirmari potest.*

4 *Grauamina neg, releuant, neg, aliter, nisi ex actis prioribus, tanquam interlocutoria, & non ex nouis causis, regulariter probari possunt.*

5 *Realis præstatio dicitur, cum præstanda sit occasione Rei & census.*

6 *In hac causa qualiter fuerit processum, ad primum decretum.*

7 *Reus, in hoc casu, neglecta interposita appellatione, ac noua proposita exceptione suspicionis; Item neglecta causa grauaminis, iurisdictionem priorum iudicum realiter, & de nouo prorogauit. & numero 8.*

9 *Rei contumacia ex processu liquet.*

10 *Contumax inter reliquas contumaciæ pœnas, patitur etiam immissionem ex primo decreto.*

11 *Contumax non auditur, nisi refusis expensis, & nisi cauerit.*

12 *Contumax licet expensæ post annum refundantur, & sic purgata contumacia, veniat, audiendus est.*

13 Expen-

13 *Expensarum refusio quid operetur.*
14 *Requisita primi decreti quæ, & numero* 15.16.171.9.
18 *Iudex, elapso termino, pronunciare debet aliquẽ contumacem, & non amplius audiendum.*
20 *Effectus primi decreti in actione personali quis; Et quis in reali, nu* 21.
22 *In possessionem missus in actione personali, non efficitur possessor, sed nudus tentator; Nec lucratur fructus, sed cum debito compensat, nisi iudex expresse ita disponat. num.* 23.
24 *In possessionem missus in reali actione statim efficitur verus possessor, & post annum, non ante fructus lucratur. Canonistarum opinio hac de re qua numero* 25.
26 *Requisita secundi decreti quæ.*
27 *Quæritur primo, An, in hac causa dicta sententia, à qua, tertiæ instantiæ, de* 6. *Maij, Anno* 74. *habeatur pro secundo decreto. Resp. per distinctionem. n.* 29.30.31.32.33.34.35.36.
28 *Quæritur secundo, an secundum recte fuerit interpositum. Respondetur cum distinctione. num.* 40.41. 42.43.50.51.52.
36 *In actione reali, vbi quæritur de iure dominij vel quasi, secundum aliquos, non interponitur secundum decretum, sed fertur solum sententia declaratoria dominij, & num.* 37.
38 *Reus veniens infra annum, auditur de possessione, & post annum de proprietate.*
39 *Missus in reali actione in possessionem ex primo decreto, lucratur fructus post annum, & non ante.*
44 *Reus qualiter computet annum in hoc casu.*
45 *Reum non releuat, quod iudex tertiæ instantiæ, & ipsemet actor passi sint, meræ suæ contumaciæ purgationem taxando & acceptando expensas, ante latum secundum decretum. Rationes eius quæ, nu.* 46.47.
48 *Contra contumacem omnia remedia cumulari possunt, nec vnum propter aliud excluditur.*
49 *Contumax, contra processum iam factum, non est audiendus, idque non propter contumaciam, sed propter lapsum termini assignati.*
51 *In actione reali non est opus secundo decreto, secus vero est in actione personali.*
53 *Contumacia vera admit beneficium appellationis.*

D. Referens Bq. Submissum in puncto Appellantem non grauatum: constat de contumacia non respondentis: Inde defendi posse immissionem ex primo & secũdo decreto. Quia 1 vero lis contestata ante exceptiones, † etiam petuntur reiici exceptiones, tanquam serius productæ. Grauaminibus respondum: quibus priora quoque contineri ponitur. Putat, exceptiones 2 silentio prætereundas, † præsertim, quia opponens verus contumax dici non possit, cũ semper per Procuratorem comparuerit. Et in causa definitiue pronunciandum esse.

3 Sicut etiam, appellatione deserta, † prior confirmari possit sentẽtia, si appareat iusticia, Mynsing. *obs.* 60. *cent.* 2.

4 Neque enim grauamina releuãt, † neque aliter, nisi ex aliis prioribus, tanquam interlocutoria, & non ex nouis causis, regulariter probari possunt, Vestr. *lib* 3 *c.* 10. Marant. *num.* 147. Sicut 18. & 21. artic. vbi habetur, quod infra annũ post remissionem factam, nimirum 25. Augusti ad libellum responsum, sicq; cõtumacia purgata sit, videlicet 21. Iunii, Anno 71. Quæ tamen remissio, tempus à tot reiteratis decretis, (nimirum 25. Septembr. Anno 67. Item 3. & 16. Iunii. & 8. Iulij Anno 68.) interim lapsum minime purgat. Et quia ibi, Dortmundæ, pronunciatum, causam non deuolutam; perinde habetur, ac si nũquam fuisset appellatum, & decreta iudicum M. effectum suum realiter consecuta sint: argumento eorum, quæ de appellationis desertione dicuntur. Grauet. *cap* 6. *lib.* 1. *nu.* 6. Bellam. *decis.* 202. Et per cõsequens, annus ille bis vel ter præterierat.

Quibus accedit dict. iudicũ declaratio, in tertia instantia, vltimo Decembris, Anno 73. ratione refusionis expensarum facta, quod nimirum Reus fuit contumax, à 22. Decembr. Anno 67. Quæ ipsius procuratori placuit, *vt in actis fol.* 43. Atq; ita propria confessione contumacia deprehenditur.

Accedẽdo ad causam principalem, actum putat, quasi negatoria, & sic Reali actione: quod nimirum Actor ex prædio suo Emphyteutico, siue Hofgut/ non teneatur quicquid soluere, vltra antiquum canonem, atque ita ius habeat in re. Realis enim † præstatio dicitur, cum præstanda sit occasione Rei & census. Vt Iacob. Ven. *tractat. de annua. præstat. c.* 1. Anchor. *c. peruenit. de cẽs. in fin.* Idem Venent. *p.* 2. *q.* 2. 3. 4. vt & Reus ipse in actis tertiæ instãtiæ *fol.* 9. & 10. actum reali, in eaq; se fundasse actorem asserit: ex quo vtile dominium prætendit, quod sit ein Hoffgut. Imo & tertio articulo grauaminum fatetur, quod actor tam reales, quam personales actiones cumularit.

Vel posset etiam dici, esse actum condictione ex *l.* 1. *C. ex quib. caus. colon. censit. & c. lib.* 11. & sic personali actione. Verum alteram actori vtiliorem existimat. Qua proposita actione, videndum de processu, & sic de immissione ex 1. & 2. decreto, de quib. principaliter iam disceptatur: Et in ipso limine occurrit, † quod Reus, non obstantibus 6 friuolis suis exceptionibus, qui per interlocutoriam 25. Septembr. Anno 67. latam, respondere iussus, parere noluerit, in continenti appellando: Quam tamen appellationem Iudex per aliud decretum 27. Nouembris Anno eodem, citato Reo, tanquam ab interlocutoria facta reiecit, concessis iterum 14. diebus ad respondendum: quod & eidem Reo in scriptis significatum: sed ab eo non appellatum, vt debuerat, & ita appellatio ista censetur deserta, & sententia in rem iudicatam transiit, Zabarell. *in Clemen.* 1. *col.* 3 *vers. ex hac gloss. de dol. & contumac.* Mynsing. *obs.* 49. *cent.* 2. Marant. *num.* 410.

Postea citatus iterum ad 13. Maij Anno 68. prætendit causas, cur Iudex nõ potuerit amplius procedere. Verum 3. Iunij. Anno eodem, accusata eius cõtumacia, dicit, quod ante 40. Annos d.

prædium locatum fuerit parentibus, pro certo canone: quibus defunctis, ipsum actorem de facto occupasse: Ideo se non teneri respondere, ante d. prædii restitutionem, offerendo, sich auff actoris Handlung einzulassen/ si materiæ suæ satisfiat, alias protestatur de appellando.

7 Vnde infertur, quod neglecta † interposita appellatione, ac noua proposita exceptione su-
8 spicionis: Item, quod † neglecta causa grauaminis, iurisdictionem priorum iudicum realiter, & de nouo prorogauit. Iudex ergo pronunciat, & procedit amplius, *vt in actis & prothocollo.*

9 Ex quo processu liquet, † Reum semper fuisse contumacem, in respondendo ad libellum. Quare implorato per actorem officio Iudicis, pro immissione ex primo decreto, *l. vnica. si quis ius dicenti non obtemp.* Guid. Pap. *de primo & 2. decreto. ad fin.* rite processum videtur. Ex quo nimirum omnia requisita, *de quibus infra*, interuene-
10 runt. Inter reliquas enim † contumaciæ pœnas, hæc vna est, quod patiatur immissionem ex primo decreto. *leg. Fulcinius. ibi Doctores quib. in causs. in*
11 *poss. eatur.* Nec enim auditur, † nisi refusis expensis. Marant. *d. loco. nu. 14.* Vestr. *titulo de dolo & contum. nu. 16.* Et nisi cauerit. Vestr. *nu. 20.* Et licet
9 12 expensę post annum refundantur, † & contumacia sic purgata, veniat deinceps audiendus contumax. Id tamen sine præiudicio prioris pœnæ, id est, immissionis ex primo decreto, intelligen-
13 dũ est. Et refusio aliud non operatur, † nisi vt in eo statu, quo causa reperitur, is audiatur. *l. sancimus. C. de iud. ibi Dd. Menoch. de arb. iud. q. l. 1. q. 26. n. 7.*

14 Sunt autem requisita primi decreti: † 1. quod
15 Reus citatus fuerit peremptorie. 2. † Quod ad instantiam partis, &c. Vide Specul. *de primo decreto,*
16 *in princip. vers. sequitur videre. 3.* Iudex † summatim negocium examinet, & Actor summatim, vel semiplene doceat de iure suo, *dictis loc.* Marant. *num. 12.* Quæ tria omnia hic concurrunt, ex quo Reus peremptorie citatus fuit, Actor contumaciam eius accusauit, singulis iuridicis: & de iure suo, per exhibitum documentum, sigillatum originale docuerit, & forte etiam per testes, ad obtentas literas compassus examinatos, licet in actis Rotulus non extet.

17 Pro quarto requisito, † declaratus est à Iudice contumax, 8. Iulij Anno 68. vt & 16. Iunij, eodem in effectu, vbi ad petitionem Actoris reiiciuntur in contumaciam, Rei nomine exhibita, nisi prius satisfaciat decreto 1. de 3. Iunii eius-
18 dem. Debet enim Iudex, † elapso termino, pronunciare illum contumacẽ, & non amplius audiendum, Rebuff. *tract. de contumac. articulo primo. num. 13. & articulo 3. numer. 3.*

19 Et licet pro quinto, † nonnulli etiam iuramentum Calumniæ exigant, Socin. Specul. Iohann. Andr. quos citat Asin. in prax. §. *4. c. 3. in 7. limit. n. 7.* Nostro tamẽ casu, forte propter dictas probationes, neque exactũ neq; necesse fuit, & ita omitti potest. Vnde recte ad primũ decretum processum etiam nulla litis contestatione præcedente, vt Specul. *d. §. sequitur. nu. 1.*

Effectus autẽ primi † decreti in actione per- 20
sonali est, quod Actor solummodo commodum possessionis corporalis acquirat, & Reus amittat, in pœnam suæ contumaciæ: in reali autem † plenam acquirat. Quod in actione † perso- 21
nali missus in possessionem, non efficiatur pos- 22
sessor, sed nudus tentator, scilicet causa custodiæ. Marant. *num. 12.* Ideo non lucratur fructus, sed † eos cum debito compensat, nisi Iudex ex- 23
presse ita disposuerit. At in actione Reali, † vbi 24
quæritur de dominio, vel quasi, missus statim efficitur verus possessor, & post annum, non ante, fructus lucratur, Guid. Pap. *de primo decret. vers. sequitur videre.* Marant. *numero 12.* Specul. *de primo decret. §. iam de effectu, præsertim numero 6. & 9. Alex. l. 3. §. finali. num. 9. de acquir. possess. Bart. ibid. Abb. cap. quoniam frequenter. §. in aliis. nu. 21. vt lit. non contest.* Licet Canonistæ dicant, † vt per Specul. quod 25
in reali, demum anno lapso, quis possideat, & tunc incipiat vsucapere, quasi loco secundi decreti citandus. Quod & Papæ placet, *tit. de primo decret. ante fin. vers. in reali vero.* Licet Speculatori prior opinio magis placeat. In proposito ergo Actor noster immissus ex primo decreto, consecutus possessionem vel quasi, iuris libertatis, de non augendo Canone.

Quoad processum † ad secundum decretum, 26
breuitatis causa repetit, quo in 3. & 4. instantia, in actis reperiuntur. Quæritur modo, primo: † 27
An dicta sententia, à qua, tertiæ instantiæ, de 6. Maij, Anno 74. habeatur pro secundo decreto: Et secundo, † An illud recte fuerit interposi- 28
tum.

Quoad primum, quod nimirũ in reali †, pos- 29
sessio non incommutabiliter, id est, irreuocabiliter traditur per primum decretum, vtcunque quis vere dicatur possidere: ita quod demum anno lapso † incipiat possidere, & vsucapere, quasi 30
secundo decreto interposito, & tantum operetur in realibus transcursus anni, quantum in personalibus secundum decretum. Specul. *d. loc. §. iam de effectu. numero 9.* Licet aliter sentiat. † Et 31
de secundo decreto. *§. videndum restat. nu. 20.*

Addit, quod pro actione mixta haberi pos- 32
set, † cum agi videatur etiam pro personalium præstatione & liberatione: vt apparet ex libello. Quo casu idẽ iuris est, quod in simplicibus personalibus actionibus. Spec. *d. §. videndum. numer. 5. in fin.* Sed, hoc etiamsi verum esset, † eatenus tan- 33
tum procederet, quantum de personalibus præstationibus agitur. Eatenus enim sequitur actio naturam personalium, circa immissiones, Abb. *d. §. in aliis. c. quoniam frequenter. nu. 10.*

Item, † quod forte ad cautelam impetratum 34
secundum decretum, vt fortius præscriberet, quod fieri potest, Spec. *d. §. restat, num 21.* Quibus attentis, iudices dictam possessionem ex primo decreto acquisitam, † propter lapsum anni, & 35
ad factam implorationem & submissionem per aliud decretum confirmare voluerunt, quomodocunque appelletur, vt vim tamen haberet

secun-

36 secundi decreti. Quamuis enim † in actione reali, vbi quæritur de iure dominii, vel quasi, secundum aliquos, non interponatur secundum decretum, sed feratur sententia solum declaratoria dominii, Papiēs. supra *d.loc.n.* 17. *vers. denique.* Alii tamē diuersum volunt, vt Marant. *d.loc.numer.* 12. *in fin.* vbi dicit, communem esse. Hinc infert, quod cum Reus post annū, per decretum etiam exclusus sit à possessione, vel quasi, & tamen de proprietate audiendus sit, iuxta decretum, quod iudices institutam actionem magis pro reali, quam pro personali habuisse videantur. Et †
37 quia in realibus communiter non solet secundum decretū interponi, nullos reperit effectus,
38 qui huc facerent, nisi quod Reus, † veniēs intra annum auditur de possessiome, & post annum, de proprietate. Guid. § *sed quæritur. per l.2. in fin. C. vbi in rem act.*

39 Deinde, † quod missus in reali in possessionem ex primo decreto, lucratur fructus post annum, & non ante, Papiens. *num. 18.* Specul. *de primo decret. §. restat. num.* 13.

Quoad secundam quæstionem: An iuste fuerit interpositum, sciendum, † quod duo ad hoc
40 necessaria. Guid. *vers. Sequitur videre.* Primo contumacia perseuerans 2. temporis interuallum.
41 Et de hoc satis patet in † actis, videlicet à 25. Sept. Anno 67. vel saltem ab 8. Iulii, Anno 68. vsque ad 6. Maii, Anno 74. & sic per sex annos, cum dimidio: vel computādo à tempore oblationis ex-
42 pensarum †, nimirum 17. Decembris anno 73. per quinque annos, vel computando à die re-
43 sponsionum †, id est 21. Iunii anno 71. per triennium fere, quod tempus est in arbitrio Iudicis, & de æquitate, integer annus à die primi decreti debet esse elapsus: Marant. *numero* 12. Specul. *de 2. decret. §. iuxta. numero 2.* Abbas, *d.* §. *in aliis. numero*
44 41. Sed Reus computat † annum à tempore remissionis ad primum iudicem, nempe à 21. Augusti Anno 70. Idq; male, *vt supra dictū*, cum tempus illo casu continuum fuerit: maxime cum appellationem non fuit prosecutus Reus. Neque obstat artic. 25. Replicatorius in Camera, *nu.*
45 12. vbi Reus vrget, quod Iudex † tertiæ instantiæ, & ipsemet Actor, passi sint; meræ contumaciæ purgationem taxando, & accepīādo expensas, ante latum secundum decretum. Respondet,
46 quod intelligatur † hoc secundum subiectam materiam, id est, quatenus Reus voluit audiri, & sibi responderi ad exceptionalem suam materiam: 21. Iunii, Anno 71. in tertia instantia exhibitam.

Sed ex actis apparet, quod Actores, vel ipsi Iu-
47 dices à prima † & d. immissione & iure quæsito recedere noluerūt, sed voluerūt Reū cōtumacē, qui passus est primū decretū, pati etiā refectionem expensarum: Ratio: Quia contra contu-
48 macem † omnia remedia possūt cumulari, nec vnum excluditur propter aliud. Alberic. *numero 6. vers. item quæritur. & Las. num. 19.* qui nō audiendum contumacem cōtra processum iam factum
dicit. Idq; † non propter contumaciā, sed pro- 49
pter lapsum termini assignati, de qu. & Menoch *de arbitr. iud quæst. lib. 1. q. 36. num. 5.*

Secundo † requiritur causæ cognitio plena, 50
quæ versatur circa debitum, vel rem litigiosam, quod tamen desiderari hic forte possit. Su- 51
respondet, illud procedere in actione † personali; secus in reali, vbi secundo decreto opus non est.

Accedit, † quod etiam satis videtur constare de iure Actoris per d. instrumentum, quod sufficit, per Marant. *d. numero* 12. Et ita per prædicta sententiam tertiæ instantiæ, sicut etiam confirmatoriam in quarta latā, per omnia saluari posse existimat.

Quia ergo grauamina, *vt supra dictum*, priora tantum continent, & tota disputatio, tam quoad sortem, quam quoad ius, altiorem discussionem non requirunt, concludit ea, tanquam irreleuantia, non esse admittēda, sed definitiue pronunciandum, in proximis instantiis bene iudicatum, male appellatum cum Expensis, posset Appellans etiā fiscali propter temeritatē puniri.

D. L. Existimat Appellātē fuisse verum contumacem, prout ab Appellato accusatur: inde eum non esse audiendum, nec subsistere appellationem: Ideo pronunciādum, bene iudicatum, male appellatum, nec appellātem grauatum esse. *Compensatis expensis.*

Ego. Non tam ad effectum excludendæ appellationis sufficere commissam contumaciam, in non respondendo libello, quam ad effectum faciendæ immissionis ex primo decreto, puto, quia existentem veram cōtumaciam † quæ adi- 52
mit beneficium appellationis, colligo. Reus veniens post annum offerendo cautionē, non auditur, *lege. si fundi. §. postea de damno infect.* Odofred. *in tract. de primo & secundo decreto. numero 13.* Tancred. *in praxi. vers de contumacibus.* Et puto, Actionem apud priores Iudices institutam fuisse tanquam personalem, & secundum naturam personalis processus, ad 1. & 2. decretum, ex causis, quas Dominus Referens assignauit. Ad quod maxime facit, quod tradit Guid. Pap. *in tract. de 1. & 2. decreto. §. in reali actione.*

Ego concluſi simpliciter cum Dom. Ref. quia aduerti, Reum perseuerasse in mediocri contumacia, & in causa principali fouere malam causam, & male fundatum, ideo quærere subterfugia, & protelationem litis. Vtq; litium inanium sit finis, inprimis vero quod in prioribus instantiis satis curiose & prouide per Iudices processum sit, nec sit, quod ratione processus iuste Reus conqueri possit. Et licet non admodum secundum naturam Realis actionis sententiatum vel decretum, præsertim quoad secūdum: tamen in hoc cum Domino Referente sentio, & sum contentus cum his, quæ pro conciliatione hac, ab eo sunt deducta.

Concludo per omnia cum ipso.

INDEX

INDEX RERVM ET MATERIARVM LOCVPLETISSIMVS OMNIVM VOTORVM, QVÆ IN HAC PRIMA PARTE HVIVS QVARTI Tomi continentur.

Primus numerus Votum, secundus, numerum marginalem, & tertius, paginam denotat.

A.

ABsolutio generalis excommunicationis, tantum restringitur ad causam in petitione expressam: quia species præcedens, restringit genus sequens. 17.156. 147.

Absolutoria in vna lata, parit rei iudicatæ exceptionem in alia. 3.18.12.

Ad absoluendum debemus esse proniores, quam ad cõdemnandum. 27.166.217.

Absurdum est, alium habere commoda, alium q3 sustinere incommoda. 14.284.107.

Acta ibi esse intelliguntur, vbi aliquid iudicis authoritate fit. 1.19.3. Nec hoc loco testium assignatio requiritur. ibid. n. 20. Comparaturque donationis insinuationi ibid. nu. 21. pag. 3.

Acta tota nisi describantur non præsumitur pro rectitudine processus & eius iustitia 25.47.188.

Ad acta notorium inducetia, quando in appellatione quis se refert, Iudex causam ex officio pro concluso acceptare, & definitiue pronũciare solet. 14. 1.88. Et ita quotidie in Camera obseruatur. ib. num. 2.

Ex actis in hoc casu relatis quid demonstratum. 49. n. 46. cum 6. seq. pag. 315.

In actis quod non inuenitur, non interuenisse dicitur. 25. 46. 188.

Actio ad restitutionem dotis & aliorum bonorum occisæ vxoris, competit hæredibus vxoris. 26.19.199.

Actio in factum, duo habet potissimum capita. 27. num. 239. & 240. 221.

Actio interuentionis ex qua motiua per interlocutoriam, hoc casu videatur admissa. 47.3.308.

Actio dotis, soluto matrimonio vxori datur. 26.8.198.

Actio singularis quæ olim de moribus fuit, hodie per Iustinianum correcta est. ibid. nu. 11.

Actionis nostræ cumulatio vnde pateat. nu. 9.

Actio hæc etiam contra titulo possidentem vniuersali locum habet. 1.10.3.

Actio de euictione quem tenet, eundem quoque agentem repellit exceptio. 15.32.122.

Actio ab executione inchoanda. 34.1.279.

Actio iniuriarum prætoria cum actione l. Aquiliæ saltem vtili, ad consequenda damna ex illata iniuria nata, cumulari possunt. 23.1.169.

In actione iniuriarum etiam damna veniunt, & sub clausula illa, pro quanto nollet iniuriatus talem contumeliam pati comprehenduntur. ibid. nu. 2.

Actio personalis in rem scripta, transit etiam in singularem eius, cui competit. 31.28.269.

Actio siue iudicium hoc ex edicto prætoris, ad consequendam pœnam, subsistit, licet turbatio, lite pendente. suæ perueniat, etiamsi tempore litis contestatæ actor experiri non potuerit. 30.33.243. Quia turbatio superueniens fundat hoc iudicium. nu. 34.

Actio personalis, vt puta, conditio ob causam, causa non secuta, vel conditio ex l. 2. C. de rescin. vendit. danda erit cohæredi actori, contra alterum hæredem in mora existentem, vel renuentem. 31.14. & 15.269. Ratio eius. numero 16.

Actio, quando ex testamento, vel ab intestato hæres existit etiam hæredis hæredi competit. 15.2.119. Nisi ũ iam ante pro suo hærede precium sit consecutus. n. 3.

Actio personalis contra successorem singularem nullo modo competit. 31. nu. 3. 7. & 22. pag. 68. & 69. Limitatur. ibid. num. 23.

Actio hic, in tali dubio, primo ex intentione, secundo ex commodo & vtilitate actoris est ponẽda. 30.152.250.

Actio familiæ herciscundæ ẽt locum habet, quando vtriq3 se cohæredes fatentur. 15.5.120.

Actio, quando est in confesso, contractus q3 concordat, nec agentium qualitates vspiam disputãtur, vel negãtur, probata dicitur. 15.6.120.

Actio in factũ, in locum interdictorũ succesit. 30.25.243.

Actio personalis in rem scripta sequitur possessionem. 31. 53.270.

Actio vtilis datur cõtra vili precio ementem, etiamsi bonæ fidei possessor sit. 17.16.133.

Actio Criminalis morte accusati euanescit, neque ad hæredes transit. 16.4.123.

Actio in factum quando dari potest, & vbi competit. 31. 41. & 47.270.

Actio ex condictione certi generali, ex omni causa & contractu competit. 22.1.166.

Actio ex cõstituto, dicitur constitutoria, ad residuum non soluti. Et hæc inter mercatores frequens est. ibid. nu. 2.

Actio iniuriarum, absoluto reo ex hoc non fundatur, vel præiudicium parit, quin actores in hoc se defendere possint. 47.30.309.

Actio de dolo quamuis sit instituta & biennio continuo finita, in eius locum succedit in factum, quæ in locum actionis est inducta, & perpetua est. 27.191.218.

Actio finium regundorum inter arbitrarias connumeratur. 25.84.192.

Actio hæc laudi, quod merito reduci debeat satis probata. 8.35.47.

Actio hic proposita non solum competit, cum tota hæreditas, sed & cum pars siue portio eius petitur. 7.2.41.

Actio personalis cum reali in vno libello proponi & cumulari possunt. 6.4.36.

Actio quam excludit inopia debitoris quemadmodum est inanis, ita etiam vana & temeraria cognitio super causa aliqua susceptа, ad quam petendam actor est inhabilis, 28.30.227.

Actio personalis, in hoc casu, an detur in subsidium, contra singularem rei successorem, Doctores non conueniunt. 31.49.270.

Actio in factum, in locum interdictorum succesit 8.5.45.

Actio mere personalis quando dicatur 31.54.270.

Actio in rem scripta, quando dicatur. ibid. num. 55.

Actoris intentio hic ita fundata videtur, vt onus probandi contrarium in reum quodammodo transferat. 31. 56.270. Rationes huius quæ nu. 57.58. & 60.63.64. &c.

Actio extraordinaria & subsidiaria in factum, quandoque cum officio iudicis concurrere potest. 31.46.270.

Actionis intentatæ qualitas demonstratur propter medium concludendi in libello. 52.70.327.

Actionis genus in hoc casu, quare difficile appareat. 25.10. 185.

Actionis nostræ intentatæ effectus quis fuerit. 30.nu.277. cum 3.seqq.pag.257.

Actionem habere minus est, quam rem. 3.48.15.

Actionem ad rem recuperãdam qui habet, rem ipsam habere videtur, sic & is, à contrario sensu, qui actionem non habet, re ipsa quoque destitui dicitur. 28.31.227.

Actionem directam hæreditatis esse institutam, vnde cognoscatur. 1.6.2.

Ad actionem de pace publica probandum, tria simul concurrere debent, & quæ illa sint. 16.15.124.

Actione reali, in hoc casu, quare non possit agi, nec actione personali. 31.1. & 2.268.

In actione reali non est opus secundo decreto, secus vero est in actione personali. 61.51.351.

In actione reali, vbi quæritur de iure dominij vel quasi, secundum aliquos non interponitur secundum decretum, sed solum fertur sententia declaratoria dominii. 61.numer.36. & 37.pag.351.

Sine actione nemo experitur. 17.73. 138. itẽ 28.22.226.

In actione hac huius casus sunt duæ extremitates terminorum, siue finium inuestigandæ, & quæ 25.nu.92. 93. & 94.pagin.292.

Actione nulla existente, iudex agentem ex officio repellere potest. 31.36.269.

In actione ex edicto prætoriis, ad consequendam pœnam instituta, inter alia requisita, requiritur etiam inprimis Contrauentio ita vt id, quod de facto processit, de facto quoque cadatur. 30.29.243.
Homines quicquid agunt, intẽtio iudicat illos.56.22.340.

Hypotheca & actiue & passiue est indiuisa, nec inuito creditore diuiditur. 3.102.18.

Per hypothecam feudi, nisi secuta traditione, non transfertur ius reale. 3.88.17.

Hypothecaria cessat, quando offertur debitum, oblatione enim & solutione debiti, res Emphyteutica retineri potest. 6.9.37.

I.

Ignorantia in hæredibus præsumitur. 17.60.137.

Ignorantia in facto alieno generaliter non excusat. 27. 47.209. Imo taliter ignorans dicitur in culpa.n.48.

Ignorantia, quando quis tenetur inuestigare, dicitur habere mixtam negligentiam, non inuestigando 27.49. 209. Talemque ignorantiam alleganti, tanquam negligenti, iura non subueniunt. nu. 50.pag. 209.& damnum resarcire tenetur. 27. num. 103.pag.213.

Ignorantia, quæ in animo consistit, est probanda.17.80. 138.

Ignorantia iuris in casu legis commissoriæ bonam fidem ad præscribendum nõ inducit. 41. 6.196.Ratio eius.n. 7.

Ignorantia cum abest, cessat peccatum. 37.8.285.

Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur.ibi.nu. 12.Inque facto nimirum proprio. num.13.

Ignorantia facti proprii ex quibus circumstantiis concurrentibus toleretur. 49.numero 18.cum 4.seq.pag. 314.

Ignorantia affectata non longe abest à dolo.24.47.178.

Ignorantia præsumitur donec de scientia doceatur. 17. 193.132.

Ignorantia supina non subuenitur. 17.91.140.

Ignorantiam allegans, ad iuramentum non admittitur cum præsumptio est in contrarium. 17.199.151.

Ignorantia tantum probabilis & præsumpta, iuramẽto confirmari potest.17.200.151.

Illatio ab vna specie vel parte, non sit ad aliam, multo minus à specie vel parte, ad totum, vel genus. 14.335. 112.

Illi, in cuius præiudicium dicitur adquiri possessio, constare debet per probationes eiusdem qui vult quarere possessionem.11.60.76.

Immissio fit, vbi res sunt sitæ 4.37.24.

Immissio decreta ad possessoriam bonorum hereditatis petitionem, & diuisio ex iudicio familiæ herciscundæ, per sententiam in contumaciam inuncta, vim & effectum rei iudicatæ assequitur. 43.numer.12.& 13. 303.

Immunitas onerum liberationem ab omnimoda ciuilitate non includit.30.181.252.

Immunitas à muneribus patrimonialibus non tribuit exemptionem à personalibus, multo minus à iurisdictione & foro.30.242.255.

Immunitas quæ per expressionem oneris, præsertim belli conceditur, ad omnes casus insolitos, atque improuisos extenditur 30.209.253.

Ad Immunitatis præscriptionem implendam, tria potissimum probanda sunt.30.210.253.

Immunitatis possessio à tempore primæ impositionis incipit. num.214.254.

Ad immunitatis præscriptionem requiritur tempus. 40. annorum. ibi num.215.

Immunitatis concessio siue vsus vnde satis probatus. ibi. num. 220.
Immunitatis possessio, huius causæ, vt probetur, requiritur tempus immemoriale; item patientia & scientia principis. 30.127.249.
Immunitatis concessio, nisi cum clausula, non obstante l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. fieri potest. 30.193. 253.
Immunitatis concessio vsque adeo non tribuit omnimodam ciuilitatis liberationem, vt etiam statutum loquens de ciuilibus, locū habeat in ciuibus exemptis non subeuntibus munera. 39.243.255.
Imperator non solum suo alicui antea concesso priuilegio sed etiam aliorum Impp. derogare potest. 35.111. 282.
Imperator ex calliditate Cancellariæ lucrum merito sentire non debet, quia bona fides in Principe exuberare debet. 9.111.61.
Imperator in præiudicium tertii non debet legitimare. 29.29.234.
Imperator ex adulterino coitu, veram legitimationem inducere non potest. 29.73.236.
Imperator quæ iuris gētium sunt tollere non potest nec dominia rerum adimere. 29.18.20. & 21.234.
Imperator non potest legitimare ad feudum Ecclesiasticum, ratio quæ 29.31.235. Nec potest præiudicare directo Domino feudi Ecclesiastici. num. 32.
Imperator pœnam ex proprio delicto, etiam promeritam & multo magis alterius culpa causatam, in totum remittere, & contra sententiam non modo quo ad vitam, sed etiam quoad bona & honores, in integrum restituere potest. 28.53.228.
Imperator ex mera gratia proscripto imperii bannum remittere potest ibi. num. 54.
Imperium merum non est delegabile, si tamen delegatio semel fiat, semper manet delegabile. 9.77.58.
Pro imperij authoritate retinenda & ampliāda Camerales proni esse debent. 51.27.319.
Imperij summi status non debent esse durioris conditionis, quam priuati. 36.10.284.
Imperitia culpæ adscribitur. 27.17.206.
Impossibile est, actum alienationis, qui qualitatem alienabilitatis inducit, posse eandem destruere, sed verius, & multo efficacius eā inducit. 9.103.60.
Inducta ad vnum effectum non possunt contrarium operari. 9.104.60. Et inducta ad augmētationē non possunt imminutionem producere. ibid. num. 105.
Impedimentum iudicis causa proueniens, parti non obstat. 9.3.66.
Inæqualitas minor si ex interpretatione à mente contrahentium sequatur, quam ex verbis desumpta, merito contrahentium intentio verbis præponderare debet. 14.173.98.
Incapax gaudet priuilegio capatis. Et sic ex persona alterius consequitur id, quod ex sua persona consequi non posset. 17.7. & 8.133.
In causa Comitis T. Contra Principem Electorem 88.
Incertus non est, qui ad quodlibet momentum certificatus est. 48.13.311.
Incogitantia alicuius ius alteri inde quæsitum auferre non debet. 14.85.92.
Inclusio vnius, alium excludit & exceptio dispositionem, in non exceptis fundat. 16.5.124.
Inclusio vnius, est exclusio alterius. 14.127.95.
Incolæ in Rodel qualiter vsi sylua sint. 12.9.79.
Super Incompetentiæ exceptione, quando de ea ex actis, quatenus formiter & cum effectu sit facta, nihil extat, interloqui non est necessarium. 47.10.303.
Indicium, quod est minus semiplena probatione, licet minus sufficiat, tamen accedentibus pluribus adminiculis, sufficit 23.23.171.
Indicia plura ad condemnationem etiam corporalem, saltem extraordinariam iungi possunt, vbi causa decidenda est per Principem, vel suprema eius consilia 33.27.171.
Indicia plura collecta, & in vnam resonantiam tendentia inducunt probabiliter veritatem. 23.24.171.
Infans & in pupillari ætate cōstitutus, ignoranti comparatur. 47.19.309.
Inhabilitas agentium, in hoc casu, duplici respectu obiicitur. 28.98.231.
Inhibitio, si vtrisque partibus fit, ab actoribus nō est commissum spolium. 21.3.165. Nec spoliatis tunc competit restitutio. nu. 4.
Inimicitia in tota familia vsque ad quartum gradum præsumitur. 23.15.170.
In integrum restitutionis petitio conditionaliter fieri potest, alternatiue, vel euentualiter. 14.396.118.
Iniquum est, in plures personas destringi eum, qui quasi cum vno tantum contraxit, vel certe contrahere voluit. 19.23.158.
Iniquitas laudi, licet quædam resultaret, ad boni viri arbitrium tamen laudum reduci potest 8.31.46.
Iniuria tollitur nudo pacto, item remissione tacita & expressa, quæ colligitur ex colloquio, cōuictu, manus coniunctione. 26.30.199.
Iniuriæ præcedentes ex aliquo actu, super quo litigatur, non possunt prosequi, nisi post litem illam finitam. 47. 26.309.
Iniuriarum æstimatio qualiter facienda. 23.22.171.
Iniuriam Mariæ illatam, quare pater eius non potuerit remittere. 26.42. & 43.200.
Iniuriatus, cum iurat, pro quanto mallet iniuriam non esse passus, sub ea clausula, damnum quoque, recte comprænditur. 23.21.171.
Iniustitia ex ordine plus inficit, quam ex causa, primæ enim reddit sententiam nullam, secunda non. 28.27. 226.
Insignia sine priuilegiorum concessione, non eximunt aliquem numero plebeorum, sicut nec Virtus, nisi per Principem in eum ordinem collocetur. 30.98. 246.
Insigniorum collatio ab Imperatore facta, non reddit nobiliores. 30.97.246.
Inspiciendum semper magis, quid in præsenti, quam quid olim factum. 14.104.94.
Instantiæ iure nouo & moribus in consistoriis Principum, tempore legali non facile pereunt. 50.5.316. Idque vsus omnium fere consistoriorum Principum Germaniæ comprobat, tam in primis, quam appellationis instantiis. n. 6.
Institor in dubio, proprio nomine contrahere intelligit.

32.6.272. Et in dubio, quis semper cõtrahere præsumitur nomine proprio, etiam in rebus alienis. nu. 7.
Institor finito etiam officio conueniri potest. 23.9.272.
Instrumentum vel protestationem, licet Notarius rogetur à solo protestante, Notarius edere debet, propter interesse petentis. 49.56.315.
Instrumentum alterius instrumenti mentionem faciens, sine illo nullam fidem facit. 17.51.136.
Instrumentum contractus aliud est, aliudque ius rei, vel actionis continens. 17.174.148.
Instrumentum simulatum, quare instrumenti nomen non habeat. 17.177.148.
Instrumentum partitionis non continet tacitam vel obliquam confessionem pignorati. 48.53.312. Vnde pateat. num. 54. & 55.
Instrumentum vel scriptura edi, vel exhiberi de iure communi non debet, nisi duo copulatiue probentur. 28.70.230. Et quæ illa. num. 71. & 72.
Contra instrumentum per duos, vel tres testes, contrarium probari potest. 14.307.110. Licet tali instrumento appositum sit sigillum publicum. nu. 308.
Instrumentum per falsitatis vitium, quotiescunque petitur, Imperator decidit exhibendum esse. 17.110.142. Limitatur tamen. ibi. nu. 111.
Instrumentum, vltra contractus verborum proprietatem extendi non debet. 17.112.142.
Instrumentum nihil aliud probat, nisi quod in eo continetur: Nec actum præsumitur inter partes, quod omissum reperitur. ibi. nu. 113.
Instrumentum quod non cantat, nec nos cãtare debemus. ibi. num. 114.
Instrumenta tradere, & ostendere, aliud est, eis vero vti, aliud est. 17.123.144.
Instrumentum venditionis sæpe etiam falsum esse potest, tamen negotiũ, seu contractus emptionis, in eodem conceptus, per se est verus. 17.133.145.
Instrumentum tradens, rem ipsam tradidisse, & chirographum legans actionem in eo legasse, quomodo & quando dicatur. 17.172.148.
Instrumentum qui tradit, videtur tradere possessionem rei. 5.13.27. Sic in legato chirographi, vel nominis, continetur substantia debiti, tam in contractu, quam in vltima voluntate. ibi. num. 14.
Instrumentum, non vt edat simpliciter, sed pro interesse, quando tertius conuenitur, tunc edere tenetur. 49.59.315.
Instrumentum supprimens, aut amouens, crimen falsi contrahit. 10.15.68.
Instrumentum sigillo Principis, vel Capituli sigillatum, executionem habet paratam ex consuetudine. 3.80.17. Imo maioris dicitur virtutis, quam redintegratum. & quare ibi. num. 81.
Instrumentũ dicitur falsum, quando ab eo verba & mens contrahentium remouentur. Si vero non verba, sed mens tantum remouetur, tunc dicitur simulatum. 17.139.146. Modis pluribus quoad fieri potest, hoc per allegantem declarari debet. 17.140.146.
Ad instrumenti editionem, in causa inter alios vertente, an tertius compelli possit, inter Doctores controuertitur. 49.53.315. Affirmatiua tamen æquior videtur. num. 54. & 55.
Instrumenti nuda detentio sufficientem dominii causam non præbet. 5.29.28.
Instrumenti traditio habet licentiam exigendi debitum. 5.15.27. Et possessio rei habet in se præsumptionem traditionis. ibidem. num. 16.
Instrumenti editio an in hoc nostro casu adhuc sit differenda, & litis contestatio iniungenda. 28.69.229.
Instrumenti editio ei, qui illud impugnare intendit, fieri debet, nemoq; dicere cogitur, in qua parte instrumentum falsum velit. 17.103.141.
Instrumenta de falso impugnare, aut ipsorum falsitatem allegare, qua non fuerunt exhibita, nemo potest. 17.101.141.
Instrumenta duo, vel plura sibi plane contraria, ab vno & eodem producta, vtrumq; pro nullo reputandum & reiiciendum. 9.34.56.
Instrumenta, in quibus casibus, actor non statim exhibere cogatur. 28.103.232.
Instrumenta in antiquis magis probant, quam testes. 5.71.34.
Instrumenta regulariter omnia, quæ in determinandis litibus, æqualem cum testibus vim habent, tam de iure, quam de stylo curiæ, post litem contestatam producenda sunt. 28.66.229.
Instrumentorum de nouo repertorum occasione, ex clausula. Si qua mihi iusta &c. contra rem iudicatam restitutio competit. 10.28.70.
Instrumentorum editio, vt ante litem contestatam actori iniungatur, quæ requirantur. 28.56.57. & 61.229. Extensio huius ibid. num. 58.
Instrumentis falsis, si quis se conuictum probare poterit, ex integro, etiamsi non prouocauerit, de causa audiendus est, saltem per restitutionem in integrum. 24.11.175.
Is, qui præsidi obrepserit, nihil agit. 24.16. & 28.176. & 177.
Is, qui veritatem precibus non adiecit, subscriptione vti non potest. 24.17.176.
Intentio in omnibus ab animo dependentibus magis attenditur, quam factum. 56.23.340.
Intentio contrahentis propter affectionem naturæ hominum erga suos inditam, in dubio qualis præsumenda. 52.62.325.
Intentio partium semper est inspicienda. 17.170.148.
Intentio Reorum, in hoc casu, de retinendis decimis ad vtramque Ecclesiam pertinentibus fuisse, vnde præsumatur. 14.265.104.
Interdictum vtile, vti possidetis, datur pro seruitutibus rusticis. 8.2.45.
Interdictum vtile, vti possidetis, vtriusque partis, in hoc casu, petita respiciunt, & eo directa sunt, cum expressa petitione cautionis. 8.3.45.
Interdictum Saluianum datur quoque contra tertium possessorem, non quidem directum, sed vtilem tantum, quod tamen intelligendum de possessore titulum siue oneroſum, siue lucroſum, à debitore habentem. 18.4.152.
Interdictum recuperandæ, quare hoc in casu non habeat locum. 37.23.286.
Interdictum, vti possidetis, cum actione negatoria, in quibus conueniat. 30.165. & 166.251.

Interdictum, vti possidetis, vt alicui competat, sufficit, quod tempore electionis possederit corpore. 14.8.89.

Interdictum Saluianum nullam probationem exigit de iure debitoris, qui rem obligauit, sed sufficit, si probet, ipsum possedisse. 18.2.152.

Interdictum vtile, vti possidetis, cumulatum cum negatoria, non tantum pro seruitutibus, sed pro quibuscunque iuribus aliis incorporalibus quæ naturam seruitutum sapiunt, competit. 30.154.250.

In Interdicto, vti possidetis, requiritur ex parte actoris possessio, vel quasi, & ex parte Rei turbatio. 30.27.243. seu in iuribus incorporalibus, vsus & exercitium, cum patientia aduersarii, qui loco possessionis quasi haberi solet. num. 28.

Interesse debentur à tempore moræ, tam lucri cessantis, quam damni emergentis, etiam in mutuo 57.5. & 6.344.

Interesse interuenientium hic duplex occurrit. 28.76. & 77.130.

Interitus prima causa si cessat, tunc etiam cessat illatio ad eius interitus effectum. 48.34.311.

Interpretatio contra eum, qui tantum de turpi lucro certat, præsertim si litera conuentionis illud patitur, facienda est. 14.312.110.

Interpretatio est facienda, vt æqualitas seruetur. 14.172.98.

Interpretatio facti, etiam prudentissimos fallit. 17.125.144.

Interpretatio non debet fieri ad literam, sed ad sensum, vt qui verbis præualet. 14.276.105

Interpretatio in dubiis, vt fiat ita, vt appellatio teneat, neue appellanti hoc beneficium auferatur, æquitas & ratio vult. 50.1. & 7.316.

Interpretatio hæc eo magis cõtra actorem nostrum est facienda, cum is sine onere ad lucrum anhelet, Rei vero de damno vitando certent. 14.288.106.

Interrogatum vel capitulatum semel, non est vlterius interrogandum. 34.14.280.

Interrogatum siue capitulatum semel, vlterius non est interrogandum. 51.9.318.

Inuestiens, quoad se hoc agit, vt vtile dominium à se ad Vasallum transferat. 9.97.60. Quoad Vasallum hoc agit, vt illi facultatem concedat, sua authoritate feudi possessionem apprehendendi. nu. 98.

Inuestitura tantum consensum præ se ferre non potest. 9.95.60.

Inuestitura dicens pro se & descendentibus, tale feudum dicitur generis & in illo non excluditur fœmina. 9.116.61.

Inuestitura facta, seruitia excludi, vel recusari minime possunt. 12.19.80.

Inuestituræ tenor omnino obseruandus est, nisi vel mutatus, vel noua pacta monstrari possint. 12.21.80.

Inuestituræ quando à se inuicem discrepant, tenor primarum inspici & attendi debet, non etiam posteriorum 9.162.64. Nec per sequentem prima aliter derogari potest, nisi de consensu Domini & Vasalli expresse dicatur. ibid. num. 163.

Inuestituras nouas habens, antiquas non tenetur ostendere. 12.2.78.

Interusurii ratio ex personarum qualitate haberi solet. 57.7.344.

Inuitus nemo ad edenda aduersario suo documẽta, instrumenta, seu priuilegia compellendus. 28.63.229.

Iudex ordinarius de iure ciuili arbiter esse non potest. 19.45.159. Diuersum tamen, secundum æquitatem Canonicam, statutum reperitur. nu. 46.

Iudex æquitatem præ oculis habere debet. 11.33.74.

Iudex quæstiones hic contentas facti, non admittit. 14.87.92.

Iudex, licet partes ad concordiam reducere possit, tamen ad eam non potest cogere. 17.185.149. Neque callidis persuasionibus inducere debet. ibid. num. 188.

Iudex post conclusionem in causa, etiam dubia mouere potest. 38.15.289.

Iudex appellationis non cognoscit, nisi de eo, de quo cognouit Iudex causæ principalis. 46.8.307.

Iudex, qui verisimiliter peieraturo iuramentum defert, homicida dicitur. 36.8.284.

Iudex, qui iuramentum verisimiliter peieraturo defert, homicida est. 17.203.151.

Iudex ex officio in casu, quo quis vltra dimidiũ læsus est, rescindere debet contractum. 229.166.

Iudex causæ appellationis regulariter non cognoscit, nisi de eo, de quo cognouit Iudex causæ principalis. 25.76.191.

Iudex de causæ expeditione, non semel tantum est requirendus, sed vtile & necessarium est, vt protestatio sæpius fiat. 9.39.159.

Iudex in pronunciando merito veritatem sequi debet, nec vlla cautela id effugi potest. 19.56.161.

Iudex simul & semel propter contrarietatem super exceptione incompetentiæ & causæ principalis, pronunciare non potest. 19.62.161.

Iudex, elapso termino, pronunciare debet, aliquem contumacem, & non amplius audiendum. 61.18.350.

Iudex non supplet ea, quæ sunt facti, nisi ipsi sint nota tanquam iudici, vt puta, quia scripta. 24.25.177.

Iudex pronunciando, bene vel male appellatum, simul etiam condemnare potest non condemnatum, si natura litis & causæ hoc ipsum exposcat. 25.81.191.

Iudex appellationis succedit iudici primo, ita vt omnia, quæ primus iudex facere potuit, & debuit, ipse potest & debet. ibid. n. 82.

Iudex in his, quæ sibi, vt iudici manifeste constant, propriam sententiam, id est, ius litigantibus reddere potest. num. 83.

Iudex à quo, iniurias & contẽtiones à communi litigantium culpa subinde exortas, mutua cõpensatione componere potest. 58.3.345.

Iudex certis ex causis, omissis probationibus ad sententiam procedere potest. 58.4.345.

Iudex ignorans, si quid impossibile præceperit, valet quidem præceptum mero iure, ope vero exceptionis, vel per restitutionem in integrum rescinditur. 24.9.175.

Iudex in vltimis voluntatibus, quæ fuerit defuncti sententia non aliter, quam venator leporem, indagare debet. 14.241.102.

Iudex in pronunciando Reorum voluntatem, cum perspi-

cua

cua sit, potius, quam verba scripta sequi debet. 14. 143. 96.

Iudex bonus pupilli vtilitatē arbitrari debet. 52. 77. 327.

Iudex ex certis coniecturis & præsumptionibus exceptionem nullitatis malitiosè, ob differendam executionem oppositam, ex officio reiicere potest. 3. 14. 12.

Iudex, quando post litem contestatam, super grauaminibus per generalia submittitur, referendo se ad acta notorium inducentia, eo, quod nihil noui contineant, tunc talia grauamina, causa cognita, nec ad respondendum, nec ad probandum admittit. Et ita in Camera magis receptum est. 51. 7. 318.

Iudex propria authoritate, vel inspectione executionem expedire potest, vel duos bonos æstimatores mittere. 4. 38. 24. vel partes eligere possunt æstimatores, vel arbitratores. ibid.

Iudex ex actis, non ex conscientia priuata iudicare debet. 3. 111. 19.

Iudex propter non scripta acta, in causa tam graui, in expensas litis, & interesse parti, vel mulctam fisco applicandam condemnandus venit. 25. 48. 188.

Iudex circa modum in iudicando primo videat, quis possideat & quantum, deinde videat circa proprietatem, & vnicuique assignet, quod suum est, & terminos figat. 25. 109. 194.

Iudex super nullitate, & ipsis meritis causæ principalis pronunciare, id est, sententiam nullam, & partem non fouentem iustitiam condemnare potest. 25. 55. 189.

Iudex appellationis ex quo succedit iudici à quo, cum omnibus pertinentiis, & qualitatibus debet succedere, vt sic subrogatum naturam subrogati reuoluat. 25. 134. 195.

Iudex in hoc casu nō potest cognoscere, nisi præscriptio immemorialis allegetur. 11. 105. 78.

Iudex cuncta rimari debet, vt parti sine culpa sua laboranti, vel circa probationes periclitanti subueniatur. 49. 42. 314.

Iudex debet esse discretus, vt vel ex variis circumstantiis, iure approbatis præsumat, possessionem tāquam ex iure suo existere, vel cogat probari, quod Dominus patiebatur eum vti iure suo sciens. 25. 104. 193

Iudex in puncto appellationis, quando causa non est deuoluta, non potest pronunciare: Ratio, quia non est fundatus in iurisdictione. 51. 11. 318.

Iudex ex officio nullo opponente, agentem, vel excipientem, vbi eius non interest, repellere potest. 47. 23. 309.

Iudex incompetentiæ exceptionē licet iudicialiter opposita sit tacite eam reiicere videtur, procedendo ad vlteriora, postquam de ea plene cognouit. 43. 11. 303.

Iudex viam mitiorem, per quam ius non maneat peremptum, eligere debet. 50. 2. 316.

Iudex maxime circūspectus esse debet, ne pars præiudiciali aliqua responsione grauetur. 55. 3. 338.

Iudex diuersis probationibus ad vnum tendentibus, vel etiam singularibus testibus, quando fidem habere possit. 1. 55. 6.

Iudex, si est ignorans impossibilitatis, eius præceptum & sententia valet, saluo tamen restitutionis beneficio. 27. 254. 223.

Iudex ex virtute clausulæ salutaris, officium suum impartiri potest. 27. 192. 218.

Iudex maxime vigilare debet, vt consuetum ordinem iudiciorum, tanquam normam præscriptam obseruet. 28. 25. 226.

Iudex, aut ratione generalis officii iurisdictionem ordinariam habet, eamque retinet. 30. 4. 241. aut ab initio non habet ordinariam. ibi. num. 6. 242.

Iudex est potissima pars & fundamentum, Dux & Imperator iudicii dicitur. 28. 3. 225.

Iudex pronunciando, siue bene, siue male, semel functus est officio suo. 39. 9. 290.

Iudicis inferioris iurisdictio, per appellationem ad superiorem suspenditur. ibi. num. 18.

Iudex non nisi ex magna causa, partem ad exhibendum sua instrumenta, quæ penes se habet, cogere debet. 28. 64. 229.

Iudex, reiecta exceptione negante actori ius agendi ad finem, omnem operam & oleum, in discutiendo negotio principali perdit, & litigātes in ambus sumptibus, cum maxima iactura aggrauat. 28. 29. 227.

Iudex ex iusta causa cautionem omittere & remittere, nec non cauere iubere potest. 34. 27. 280.

Iudex nisi fuerit imploratus, cur non patiatur officium suum. 34. 29. & 30. 280.

Iudex quod facit, aut decernit, id recte & rite factum dicitur. 52. 138. 331.

Iudex in Camera litium finiēdarum gratia, magis secundum æquitatem quam rigorem iuris iudicare debet, & ex officio supplere, quoties ob defectum alicuius solemnitatis iudicium deficeret. 52. 25. 323. Ratio. ibid. nu. 26. pag. 323.

Iudex, qualem & quantam curam, diligentiamque circa furiosos gerere debeat. 52. n. 32. 33. 34. & 35. 323.

Iudex cito pronuncians, non præsumitur bene iudicasse. 38. 14. 289.

Iudex super exceptione litis ingressum impediente, non pronuncians iusto tempore, hoc est, ante litis contestationem, partem grauat, vt iuste appellare possit. 28. 3. 227. Huius extensio quæ. ibidem. num. 33.

Iudex si ignorat appellationem, sine metu attentatorum procedere potest. 39. 20. 291.

Iudicis præsentia excludit beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. 17. 86. 139.

Iudicis officium in appellatione est, tantum pronunciare, bene, vel male iudicatum. 25. 78. 191.

Iudicis officium tempore triginta annorum durat. 8. 34. 47.

Iudicis officium est latissimum, competitq; ex mera æquitate, vbi obligatio deficit. ibi. num. 34.

Iudicis officium in rem scriptam est, quoties æquitas dictat, vt detur in successorem. 31. 30. 269.

Iudicis officium in hoc iudicio requirit, vt lis præcidatur. 30. 407. 267. Rationes eius. ibid n. 408. 409. & 410.

Iudicis officium non præsupponit obligationem. 31. 6. 268.

Ad Iudicis officium spectat prouidere, ne fraudes committantur. 31. 48. 270.

Ad Iudicis officium pertinet curare, vt finis litib. imponatur. 38. 3. 288.

Iudicis arbitrio relinquantur ea, quæ certa sub regula claudi non possunt. 28. 46. 228.

Iudex in dubio debet pronunciare, quod appellatio causam deuoluat. 25.90.192.

Iudicis authoritas & decretum supplet defectum 52.50. 325.

Iudicis authoritas efficit licitum, quod alias est illicitum. 52.146.332. Eiusque officium est latissimum. ibid.nu. 147.

Iudicis pœnam arbitrariam non immerito incurrit, qui in diuersis tribunalibus aduersarium suum exagitat. 28.14.226.

Iudici pars illa, quæ minus onerosa est, vtriq; litiganti, & per quam vtrique consulitur, semper eligenda est. 38. 7.288.

Iudici non creditur, nisi quatenus eius allegata in actis deprehenduntur. 17.181.149.

Iudici, si coram eo testamentum, vel donatio, vel alius actus insinuatur, quid faciendum. 1.58.6.

Iudici quoties ex actis Rei veritas liquet, illa Theoria permittitur, vt tam in iure, quam in facto suppleat. 25. 125.195.

Iudici bono incumbit, Reipublicæ interest, litium materiam amputare. & præcauere, ne lites in immensum crescant. 45.10.& 11.306.

Iudici, vt supplere possit, quando dicatur notum esse. 25. 85.192.

Iudici, aut testi moribundo, deponenti, se malam tulisse sententiam, aut falsum tulisse testimonium, non creditur, nec aliis præiudicat. 32.33.276.

Coram Iudice non volens respondere, habetur pro negante, vel confitente, secundum quod ei magis est præiudicium. 43.27.303.

Iudices, Assessores, & arbitri, finito officio, in causa principali testes satis idonei non sunt, sed suspecti. 1.33.4.

Iudices seculares non habent cognitionem super spiritualibus rebus & personis. 3.2.11.

Iudices prouinciæ Leodiensis, omnes territorii leges & consuetudines in pectoris scrinio reconditas habent. 3. 107.19.

Iudicare qui potest, sola facti veritate inspecta, iudicat tanquam Deus, secundum suam conscientiam. 8.47. 48.

Iudicatio huius præsentis causæ consistit in eo, An ei interlocutoriæ in totum, vel aliqua ex parte sit satisfactum. 27.244.& 246.222.

Iudicatum non potest dici ab eo, qui iudicandi ius non habet. 25.122.195.

Iudicatum dici non potest ab eo, qui ius dicendi non habuit. 28.4.225.

Iudicium finium regundorum cur duplex. 25.91.192.

Iudicium possessorium quando, & quando petitoriũ competat. 14.181.99.

Iudicia petitoria in rem, illi, pro quo, siue contra quem iudicatum, ius, veluti dominii ac proprietatis, vel tribuunt, vel denegant. 30.153.250.

In Iudiciis non facile habetur ratio interesse, lucri cessantis. 22.32.168.

In Iudiciis maxime initium spectandum est. 24.19.176. & seq.

In iudiciis mitius, quam in contractibus agendum. 24.7. 175.

Iuramentum præstitum est seruandum. Et iuramentum illud, quod absque interitu æternæ salutis seruari potest, de iure Canonico valet. 19.8.156.

Iuramentum, vbicunque etiam contra semiplene probantem, est præsumptio aliqua, etiam leuissima, nunquam semiplenam habenti probationem defertur. 32. 18.273.

Iuramentum non est vinculum iniquitatis. 14.386.117. Neque iuramentum interueniente dolo obligat cum effectu. ibi.num.387.

Contra iuramentum veniens acrius punitur, quam veniens contra fidei præstationem. 14.394.118.

Iuramentum corporaliter præstare maius reputatur. quam fidem promittere. ibid.num.395.

Iuramentum præstitum, licet à dolo, non tamen à culpâ & negligentia quoque excusat. 27.87.212.

Iuramentum in transactione iurata, si enormissima læsio adest, non valet. 14.318.111. Imo sine relaxatione auditur. ibid.num.319.

Iuramentum ab Episcopo præstitum, quod inconsulto Romano Pontifice, res Ecclesiæ alienare nollet, quomodo intelligendum, & in quibus casibus. 3.64. 16.

Iuramentum ad non cogitata non extenditur. 27.120. 214.

Iuramentum ratione doli & enormis læsionis facile remittitur. 14.391.118.

Iuramentum reale, & fidei præstatio plærunque æquiparantur, præstatio autem facilius relaxatur, quam iuramentum. 14.393.118.

Iuramenti præstatio hoc casu quare non possit tolerari. 17.202 151.

Iuramenti remissio in testibus quare valeat. 26.2.198.

Iuramenti vinculum, cum sit spirituale, nõ transit ad hæredes. 41.3.296.

Iuramenti natura est, confirmare, quod actum, & non ad aliud extendere. 7.29.42.

Iuramento non aliter locus est, quam cum de animo iurantis non constet, nec per alias probationes constare possit. 17.198.151.

Iuramento patris in modicis, in ratione reddenda statur. 32 37.277.

Iuramenti calumniæ tacita remissio valet. 17.146.146.

Iurisdictio etiam propter causæ continentiam fundatur. 25.45.188.

Iurisdictio, cum bonorum vniuersitatis, vel incolarum proprietate, eorundemue administratione nihil commune habet. 13.12.81.

Iurisdictio quando regulariter prorogetur. 3.11.12.

Iurisdictio Cameræ, tanquam mediate superior omnium partium ex iure communi etiam ob causæ continentiam non diuidendam fundatur. 28.79.230.

Iurisdictio Cameræ ex constitutione pacis publicæ, nullo fori priuilegio refraganti, regulariter subiicitur. 16. 6.124.

Iurisdictio iudicis secularis in spiritualibus, nõ sacramentalibus (quæ ibid. videnda) prorogari potest. 3.13.12.

Iurisdictio inde prorogari videtur, si aduersa pars nõ contradicit, sed simpliciter respondet, & patitur insuper testes examinari. 25.58.189.

Iurisdictio ex remissione Imperatoris fundata, quia excitauit iurisdictionem ordinariam. 30.1.141.

Iurisdictionis defectus sententiam nullam solet efficere.25. 121.195.

Iurisdictionis defectus est maximus.28.2.225.

Iurisdictionem Cameræ ipsæ partes prorogare possunt, imo & ipse quoque Iudex.19.14.156.

Iurisdictionem fœmina in feudo tenere & exercere possunt.9.138.62.

Ad Iurisdictionem fundandam, diuersæ summæ coniungi, & census, siue pensiones cum sorte cumulari possunt. 46.4.306.

Circa Iurisdictionem huius casus fundandam, triplex iudicandi via considerandæ venit.25.num.72.73.74. & 75.191.

Iura antiqua pacis publicæ violatoribus grauissimas pœnas comminata sunt.16.13.124. Imperii vero Constitutio quam pœnam ipsis comminetur.ibid.num.14.

Iura communia, in hoc casu, partim loquuntur de nobilibus ex dignitate, partim de militibus castra sequentibus.30.86.246.

Iura partium per instantiarum varietatem non mutantur.19.72.162.

Iura plura cum concurrunt in persona vnius, perinde est, ac si concurrerent in personis diuersorum.30.187.252.

Iura plærunque rusticis & illiteratis hominibus, ob imperitiam & rusticitatem obuenire solēt. 17.129.144.

Ius actus consuetudine potius, quam præscriptione acquiritur.11.63.76.

Ius agendi quando 30. annis præscribatur.11.45.75.

Ius agendi, desciente titulo, etiam longissimo tempore 30. 40.50. vel 60. & plurium annorum non præscribitur.ibi.num.46.

Ius atq; causa prohibentis semper potior habenda.16.33. 126.

Ius alicui quæsitum, nec priuata, nec publica authoritate auferri potest.52.30.323.

Ius collectandi de consuetudine Germaniæ, reo nostro, vt Principi Imperii, propter regalia competit.30. 136. 249. Item de iure communi. num.137. Atq; de iure speciali ex recessibus Imperii.nu.138.

Ius collectandi pertinet ad regalia.30.216.254.

Ius commune, quando aduersatur præscribenti, tunc requiritur titulus, nec sufficit bona fides, etiam longissimi temporis præscriptione.11.47.76.

Ius commune eandem Principi tribuit potestatem in suo territorio, quam Imperatori in imperio.30.137.249.

Ius ex N. renunciatione suspensum, in neptem transmitti potuisse, & transmissum esse, vnde patet.7.54.43.

Ius idem statuunt Dd. in quocunq; constituente debitum alienum quod in fideiussoribus, qui se principales debitores constituunt.22.7.166.

Ius, cui ex pacto quæsitum est, is onus probandi per certas, non ambiguas clausulas de quibus se cogitasse asseruit, subire debet.14.347.114.

Ius collectarum tollitur per non vsum, spacio 40. annorum.30.119.248.

Ius non transmittitur ex obligatione, cuius conditio defecit.52.139.321.

Ius immunitatis iure communi cuiuis competit, quamuis sit contra ius commune.30.217.254.

Ius negatiuum quando possit præscribi.25.22.186.

Ius pascendi opilioni, vel Der Schäferey *non iure seruitutis, vel alio titulo absoluto saltem competit, vt alii cuilibet illius loci incolæ.13.2.80.*

Ius pascendi, quo tempore opilioni, vel Der Schäferey *competat.13.3.81.*

Ius piscandi, nostri casus, numero loco & excessu. 52.11. 12. & 15.185. Sed quoad locū dupliciter, scilicet, iuxta Verträg vnd Anweysung, *vel secundum* Augenschein.*num.14.*

Iura piscandi sunt seruitutes reales.25.17.186.

Ius pascui, quod actores reis fatentur, vnde colligatur.8. 38.47.

Ius in speex istens, non consideratur quoad agnatos.29.41. 235.

Ius reciprocum excludit sinistram suspicionem & præsumptionem malæ fidei.11.29.74.

Ius præsentationis ad nepotes fratrū se non extendit.1.11.3.

Ius scriptum nobilius est, iure non scripto, quia est antiquius.30.46.243.

Ius sibi dicere, atque vindictam sibi sumere, nemini permittitur.16.23.125. Quod tamen propter indignitatem in quibusdam casibus limitatur.ibi.num.24.

Ius sibi dicere, vindictamq; sibi sumere, quare nemini liceat.ibi.num.25.

Ius vel seruitus piscandi discontinuam habet causam, cui tempore immemoriali, licet præscribens non habeat titulum, præscribitur.25.21. & 65.186. & 190.

Ius pascendi in hoc nostro casu dupliciter in Cramone consideratur.ibi.num.22.186.

Ius strictum, est sæpe inimicum æquitati.11.32.74.

Iuris quod est in parte, idem est in toto, vbi est eadem ratio. 9.87.59.

De Iuris notorio defectu, siue de non iure petentis, quando locum habere videatur.39.12.290.

Iuri offerendi licet regulariter præscribatur. 41.28.298. hoc tamen fallit.ibi.num.20.31.32.

Iure communi regulariter, summarie & executiue, etiam lite pendente, attentari potest.30.266.256.

De Iure communi fines late accipiuntur.14.349.114.

De Iure alterius nemo excipere potest.19.79.163.

Iure familiaritatis, vel facultatis, quæ fiunt, quasi possessionem nunquam inducunt, sic neque præscriptionem efficiunt.25.105.193.

Iurium incorporalium causa potius continua, quam discontinua, quia competunt, & animo cōtinuo retinentur.30.219.254.

In Iuribus incorporalib. vsum cum patientia aduersarii ad possessionem inducendam concurrere oportet.30. 169.251.

Iuri naturæ & æquitati conuenit, vt commodum sequatur eum, qui sentit onus.14.133.96.

De iure retractus & iure municipali, in hoc casu agitatur, quo fratres & sorores, eorumq; filii admittuntur ad redimendum.60.1.347.

Iusiurandum non potest remitti consuetudine.1.68.8.

Iusiurandum accedens pactum magis corroborat & adstringit, & in hæredem deriuat.7.11.41.

Iusta causa, vt alicui ius quæsitum tertio tollatur, dicitur fauor publicæ vtilitatis, non priuatæ, cuius gratia à regulis Iuris communis receditur.29.26.234.

Kling-

K.

Klingenbergischer Ordnung *dispositio.11.97.77.*

L.

Læsæ maiestatis crimen, vt quis notorie commisisse dicatur, quæ requirantur.28. numer.83. cum subseq.pag. 231.

Læsio est proxima causa restitutionis, & non minorennis. 24.67.180.

Læsio enormis quando existit, reductio nulla cautela effugi potest.19.44.159.

Læsio & præiudicium tertii spectandum est. 29.24. 234.

Læsio enormissima ex re ipsa contingens, & dolo ex proposito comparatur.14.198.100.

Læsio enormis, ex qua Ecclesia venit restituenda qualis debeat esse.14.373.117.

Læsio reorum vnde processerit.ibi.num.374.

Læsio iudicata & enormis præsumitur ex inæqualitate quotarum.56.42.341.

Læsio, quæ specialiter probari debet, nõ præsumitur 14.108. 94.

Pro Læsione parua, non datur restitutio Ecclesiæ. 14.109. 94.

Læsio quænam sit enormis, hoc casu arbitrarium est. 8.81. 49.

Læsio quando est modica, non datur petitio reductionis. 8.72.49. Sic etiam quando arbitratores sunt electi, tanquam boni viri, habito respectu ad eos, non ad alios.ibid.num.73.

Læsio in hoc casu, quod sit modica, vnde colligatur.ibi.nu. 74.75.76.77.& 80.pag.49.

Læsio dici nequit, quãdo nihil admitti potest. ibid. nu.78.

Læsio re ipsa & iniquitas vbi in obligationibus apparet non habet locum Auth. Sacramenta *puberum. 14. 388.117.*

Læsio transactionis probari debet tempore contractus nec valet si post. 14.329.111. Ecclesia restituitur, aut transactio rescinditur.ibid.num.330.

Imo nec pretextu vltra dimidium iusti pretij. num.331.

Læsionis enormissimæ definitio quæ. 14.225.226.& 227. 101.

Ad Læsionem probandam omnino requiritur, certã qualitatem exprimi.ibi.num.228.

Læsione enormi existente, nõ obstante facta renunciatione reductio ad arbitrium boni viri, & recursus ad superiorem permittitur.19 42.159.

Laudemii quota secundum tempora mutatur. 30. 285. 299.

Ex lectione sola non præsumitur instructio sufficiens. sicut ex plena totius facti cognitione, seu examinatione.17. 127.144.

Legatione pro ciuitate si quis functus est, æquissimũ est, vt restituatur siue procuratorem habuerit, siue non.24. 4.176.

Legitimatio cum consensu Domini feudi scilicet, valet, vel legitimans sit directus Dominus feudi. 29.63. 236.

Legitimatio est fauorabilis.29.39.235.

Legitimatio ipsa, vel actus legitimationis non facit aliquem legitimum, sed ipsa lex.29.42.235.

Legitimatus in hoc casu, quare super feudo non debeat inuestiri neque in eo succedere.29.num.62.64.65.68. 69.70.72.73.pag.236.

Legitimatus quare in Emphyteusi non fiat habilis.29.58. 236.

Legitimatus per legitimationem vere, non ficte fit legitimus & in omnibus pro filio reputatur.29.42.235.

Legitimati non assumũtur in assessores.29.66.236. Contrarium.67.

Legitimati & legitimi, omnino in successione exæquati, & par ipsorum in hæreditatibus conditio.29 52.235.

Legitimatum esse plus est, quam adoptatũ, & quare.29. 54.235.

Legitimatus testamentum rumpit vt legitimus. 29.48. 235.

Legitimis promissum, etiam legitimatis erit.29.49.235.

Legitimationis legitima causa quæ.29.71.236.

Legitimati dicuntur sui, nec debent esse dissimiles legitime natis.29.45.& 46.235.

Legitimis sicut debetur legitima in bonis allodialibus, ita etiam legitimatis.29.47.235.

Legitimati à tempore legitimationis, sunt vere legitimi. 29.59.236.

Legitime quod factum, non facile retractari debet.24.38. 178.

Lex conuentionis est interpretanda, ne iniustum aliquid & ratioui contrarium inducat.14.285.106.

Lex Cornelia, vt quis homicidij reus agatur, dolum eius, qui commisit, subesse vult, adeo vt lata culpa hic dolo minime æquiparetur.16.49.& 50.128.

Lex ipse significas, de quali dubitante intelligenda.17.150. 146.

Lex omnis dictat benigne id præstandum, quod sibi non nocet & alteri prodest.11.31.74.

L. quisquis ad l. Iuliam maiestatis, est sedes ordinaria & fundamentum exceptionis reorum est, eademque lex in iure à DD. in varios diffunditur intellectus n.48.

L. Senatus censuit. 14. de accusat. communiter non limitatur, nisi vna pars ciuiliter, alia criminaliter agat quod fieri potest. 26 39.200.

Lex specialiter cum quid requirit renunciatio generalis non sufficit.17.34.135.

Lex vacuatis, C. de decurion. lib.8.10. omnium immunitatum priuilegiis expresse derogat 30.192.253.

Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.35.6. 281.

A lege quod inducitur, ius dicitur etiam esse.29 44.235.

Legum Correctio est vitanda.14.261.104.

Leges de falsi cognitione loquentes, plerumque de instrumentis in iudicium prolatis loquuntur. 17.102. 141.

Leges indigne læsis, suum auxilium non denegant.14.366. 116.

Leges propter fructuum incertitudinem patiuntur, vt creditor fructus pignoris habeat tanquam periculi pretium, quibus in omnem euentum contentus esse debet.41.51.299.

Leges semper vna eadẽq; voce etiam delectu personarũ remoto, aduersus vnumquemq; vim suam obtinere solent.16.9.124.

Libellus ineptus quib. modis sustinendus. 25.62. 189.

Libellus pro commodo libellantis est interpretandus. 30. 273.257.

Libellus qualis est in causa principali, talis est in causa appellationis. 25.80.191.

Libellus quacunque tantum ratione interpretari potest, vt sustineatur elaborandum est, etiamsi verba prorsus forent improprianda & maxime, quoties de causæ iustitia apparet. 25.126. & 127.195.

Libellus seu grauamina, quando causam appellationis parum concernunt, vel illam iustificant statim sunt reiicienda. 15. 1.183. *licet in principali iustam causam habeat. ibi. num.* 2.

Libellus qualis est in causa principali, talis est in causa appellationis. 46.7.307.

Libellus regulariter ineptus dicitur, quando ex eo non concluditur ius agendi. 31.8.268.

Libellus semper ad commodum libellantis interpretandus est. 19.69.162.

Libelli conclusio, hic actionem in factum ex interdicto, vti possidetis præsupponit. 30.150.250.

Libelli conclusio inprimis obseruanda, quia ampliat & declarat actionem intentatam. 30.11. & 268 *pag.* 242. & 257.

Ex Libelli conclusione, an possessorium, an petitorium, an vero vtrumque iudicium deductum, cognoscendum est. 30.12. *Inque quantum procedat id. nu.* 13.242.

Libelli conclusione ponderata, quid inde appareat. ibid. num. 15.

Libelli mutatio non permittitur post litem contestatam. 25.30.187.

Libelli petitio inspicienda. 30.411.267.

Libelli tota vis, licet in conclusione vel petitione, tanquam in cardine versetur, & ex iis actio regulariter sit metienda, tamen clausularum salutarium subnixi adminiculis, potius ius partis ex actis resultans, præoculis habere quam libelli petitionē superstitiosam allegare debemus. 25.129.195.

In Libello semper attendendū, non quid narretur, sed quid concludatur. 30.269.257.

Libelli conclusio restringit narrata ad ea, quæ in conclusione petuntur: quia in conclusione stat modus agendi, substantialiter, ex qua conclusione libelli apparet, qualiter præcedentia intelligantur. 30.30.270.271.257.

In Libellis & querelis petitio potissimum attenditur: & ad ea, quæ in conclusione petūtur, narrata sunt restringenda. 17.100.140.

In Libellis & querelis, quoad personales actiones, ipsa causa ex qua actio formatur, attenditur. 17.96.140.

Liber rationū qualiter debeat componi, vt valeat. 27.19. & 20.207.

Liberatio generalis per se odiosa est, & ad ea, ex quibus magna resultat læsio & inæqualitas, extendi non debet. 17.159.147.

Per Liberationem generalem quis à dolo nō videtur liberari, neque generalis renunciatio exceptionem doli & simulationis includit. 17.32.135.

Libertatis præsumptio vnde corroboretur. 11.5.72.

Libertas per non vsum, non præscribitur. 30.131.249.

Libertas omnibus rebus est fauorabilior. 5.28.28.

Limitatio siue detractio fit, quoad species & particulariter. 14.335.112.

Limitata causa limitatū producit effectum, & ex clusis debet restringi ad eius causam. 7.40.42.

Limitata causa, limitatur effectus, etiam in bona fidei contractibus. 14.56.91.

Literas alicui tradens, ius omne, quod illi ex literis competit in accipientem transfert. 17.38.136. *Similiter & is, qui alicui instrumentum donat, actionem & res in instrumento contentas, donare censetur. numero* 39.

Literarum quarundam tenor. 30.340.263.

Ex Literis venditionis duplici ratione probatur, Hermannum defuncto fratre, exclusa filia ac sorore, in feudo successisse. 9.19.55.

Litigandi iustam causam habere videtur, plus re, vel qualitate conuentus. 26.57.201.

Lis de iure cōstitutionis, siue ordinationis Camerę, in contumacia rei absentis, pro contestata habetur, per interlocutoriam. 56.34.341.

Lis in prima instantia non contestata, neque in contumaciam pro contestata acceptata, tunc de causa ista, nec cognitio fieri, nec probatio institui, nec sententia ferri potest. 25.51.189. *Sin secus fieret, processus redderetur nullus. ibi. n.* 52.

Litis contestatio de stylo & ordinatione, in genere & in distincte iniungitur. 52.65.326.

Litis cōtestatio est de substantia iudicii & processus, etiam in possessoriis iudiciis. 56.27.341.

Litis contestatio inducitur per responsiones. 52.60.189.

Litis contestationem, licet causæ summariæ de iure non requirant, hoc tamen procedit, quando constitutione aut statuto ita disponitur, aut causa simpliciter & de plano, committitur expedienda. 52.66.326.

Litis contestatio, in omni causa, in qua speratur certa sequi sentētia, necessaria est, licet ipsa causa debeat summarie expediri. ibi. num. 67.

A Litis contestatione, in Recess. imperij, de anno 70. *solum punctus attentatorum & inhibitionis excipitur, vel eximitur.* 52.68.326.

Litis contestatio omitti non potest, & actus qui mediate eam sequitur contestationis vim obtinet. 25.138.196.

Litis contestatio eadem, cum in Camera non iteratur, ex præscripto ordinationis, & stylo Camerę, conclusio rescindenda, & partibus litis contestatio iniungenda videtur. 52.10.322.

Litis contestationis effectum habet rei negatio, ad postulationem verbalem actoris in continenti iudicialiter facta 52.10.322.

Ad Litis contestationem impediendam Rei triplici exceptione vtuntur. 53. *num.* 1.2.3. & 4.334. *tamen non releuant. ibi. num.* 5.6. & 7.

Sine Litis contestatione vt procedatur, in rusticis tribunalibus plerunque moris est. 52.22.322.

Litis contestatione non est opus, quando causa concernit punctum iuris. 52.12.322.

Litis contestatio in omnibus causis, in quibus non requiritur libellus, omitti potest. ibi. num. 14.

Litis contestationis omissæ reparatio, quæ in secunda instantia facta est, extenditur etiam cum effectu ad instantiam Camerę. ibid. n. 16.

Litigantium animus & intētio ex petitione & litis contestatione rectissime colligitur. 25.3.184.

Litigan-

Litigantium ius, etiam appellationis causa decisa, adhuc in incerto versatur. 25.4.184.
Litis definitio in hoc casu, quare differenda, donec de iure tertii appareat. 47.5.308.
Litis huius causa principalis quæ. 34.15.280.
Litis pendentia impedit litis ingressum. 20.1.164.
Litem hanc huius causæ, finaliter definiendam fore ex quibus appareat. 53.nu. 15.16.19.20. & 21.pag.335.
Litem ex litis prima materia surgere, nefas est. 25.114. 194.
Lites ex litibus non sunt serendæ, nec modus litiū est multiplicandus. 25.115.194. Imo earum materia & fomes rescindenda. numero 116. Boniq; officio iudicis incumbit, vt lites minuat, & pro virili dirimat. numero 117. atque subditos laboribus, molestiis expensarum leuet. numer. 118.195.
Litium finem esse conuenit. 25.119.195.
Locus non hominem, sed homo locum sanctificat. 30.76. 245.
Longi temporis requisita, vt bona fides articulari & probari debet. 25.31.187.
Longissima, & vltra memoriam hominum detentio, &c. habet vim tituli. 5.76.34.
Ex loquela hominis eius animus iudicatur. 14.80.92.
Lucrum vnum, & non duo peti possunt, nec audiendus est, qui petit interesse, ob rem sibi male traditam & solutam. 22.33.168.

M.

Magistratus Curatori ex causa, pro qualitate curæ de bonis minorennis, siue furiosi, mercedem dare potest. 52.145. & 148.332.
Magistratus præsentia omnem sinistram suspicionem excludit. 52.41.336.
Magistratus non præsumitur ansam inhiandi alienis bonis præbere, vel fenestras, insidias struendi vitæ alterius, contra legem naturæ aperire, sed potius easdem præcauere. 52.42.324.
Magistratus solus scelerum vindex. ibi. nu. 43.
Magistratui inprimis incumbit, vt sine maligna suspicione pupilli alantur. & educentur. 52.44.324.
Maiores quod fuerunt, posteros quoque permansisse existimandum est. 30.176.251.
Mala fides, si constat de antiquiore possessione, præsumitur in possidente. 25.42.188.
Mala fides præsumitur per solum vsum in rebus alienis, nisi aliquid, ex quo bona fides colligi possit, probetur. 25.106.193.
Mala fides defuncti in hæredem & vniuersalem successorem transmittitur. 41.8.296.
Mala fides completam præscriptionem vitiare non potest. 11.13.72.
Mala fides ex tituli defectu apparet. 11.51.75.
Mala fides, vbi ex titulo iniusto & inualido resultat, merito cessat præscriptio. 41.33.298. Inue qua mala fide, & in quantum hoc procedat. num. 34. 35 .36. pag. 298.
Mala fides indubitata, etiam regulariter tantum indiciis & coniecturis probari potest. ibi. num. 36. pag. 298.
Malam fidem præsumitur habere, qui contra iura mercatur. 41.17.297.
Mandatarius de omni culpa, etiam leuissima, tenetur. 27. 26.207.
Mandatarius ex mandato semel suscepto, non tantum de dolo & culpa leui, sed etiã leuissima tenetur. 24.31.178.
Mandatum generale si est datum, non præsumitur speciale, nisi probetur. 17.182.249.
Mandatum duo continet, respectiue partitionem, aut causæ allegationem. ibi.
Mandatum futura tantum respicit, & ad præterita retrahi nequit. 30.143.250.
Mandatum quantumcunq; generale, ad casum donationis non extenditur. 14.364.116.
Mandatum suscipiens quando videtur actum gerere nomine mandantis. 32.3.272.
Mandati pœna, ob spretum iudicis præceptum, tantum locum habet. 30.146.250. Cui competat. ibid. numero 147. & 149.
De Mandato vxoris cõstare & præsumi vnde liqueat. 26. 64.65. & 66.202.
Mandata extra intentionem mandantis operari, vel extendi non debent. 24.21.177.
Mandata, licet quoad partem mandati, vires amiserint, tamen quoad iudicem, interim præcepta manẽt, vt nihilominus cõtumaci bannitio, aut pœna iniungi possit. 30.21.242.
Mandata sub & obreptitie impetrata sunt nulla, neq; tenent, neq; in consideratione esse debent, etiamsi iuri fuerint consentanea. 24.1.175.
Mandata auocatoria, per quæ causæ à iudicibus ordinariis auocantur, sunt odiosa, & cum aliqua iudicis ordinarii à quo, ignominia coniuncta. ibid. num. 2.
Mandata, vel rescripta per sub & obreptionem impetrata, non tantum nullius ponderis & momenti sunt, sed & omnia quæ inde consequuntur, etiamsi sententiæ fuerint. 24.4.175.
Marcæ seu territorii descriptio. 14.90.92.
A Marca iurisdictionali vitiosa est Reorum collectio. 74. 220.101.
Marchiæ descriptio. 14.267.104. In propria vero considerata significatione, Marca siue Marchia quæ. 14.269. 105.
Marchiones limitum præpositi dicti sunt, quod aduersus hostes militarent. 14.268.104.
Maritus nomine vxoris recte agit quod ad bona dotalitia & paraphernalia, etiam sine mandato vxoris & sine cautione de rato. 26.3.198.
Maritus propriam vxorem flagellis aut fustibus cædens, pro huiusmodi iniuria cogitur vxori tantum dare, quantum tertia pars antenuptialis largitatis facit. ibi. numer. 7.
Maritus & agit, vxor id præscire præsumitur. 15. 24. 121.
Maritus non ex sua persona, sed pro vxore & filiabus litem instituens, alia persona in eo casu reputatur, & ad agendum non admittitur. 15.33.122.
Maritus genus bonorum, quæ seruando seruari nõ possunt, etiam sine consensu vxoris alienare potest. 15.36.122.
Maritus in causa matrimoniali compellitur præstare alimenta lite pendente, nec dicitur attentatum. 39.25. 291.
Maritus iure Saxonico, bonorum vxoris plenam administrationem habet. 15.13.120.

Maritus in bonis paraphernalibus procurator censendus. 15.16.120.

Maritus in quibus bonis vxoris absque mandato procurator esse nequit, illa bona extra dubium, etiam alienare non potest. 15.18.120. *Et quatenus hoc obtineat. ibid. num.19.*

Maritus licet sine mandato possit agere, non tamen sine speciali mandato de praxi Camerae, substituere potest. 26.62.201.

Maritus de paraphernalibus cum dote non traditis (quae receptitia vocantur) sine mandatis vxoris agere nequit.26.63.201.

Maritus dicitur coniuncta persona cum vxore. num. 67. 202.

Maritus vxori aegrotanti medicum non adhibens, amittit lucrum dotis. 26.32.200. *idem praestat expulsio ex domo, quia aequiparatur malae tractationi.n.33. Item, quando aegrotam verberat.34.*

Maritus quando negat eam esse vxorem suam, amittit ius suum.26.35.200.

Maritus putatiuus non lucratur dotem, vel partem eius, quam alias ex pacto vel statuto haberet. 26.36.200.

Maritum si postea bene tractat vxorem, non amittere dotem, qui intelligendum.26.44.200.

Masculi & foeminae quoties generaliter vocantur, ordine successiuo vocati intelliguntur, in concursu vt mares foeminis praferantur. 9.140.62.

Masculi vniuersaliter, & foeminae filiae in re certa haeredes à patre institutae, & omnes inuicem substitutae, sorores fratribus videntur substitutae, tam de mente testatoris, quam etiam legis.59.12.347.

In Masculorum & foeminarum concursu, foeminae à masculis semper excluduntur. 9.29.55.

Mater licet ratione dominii non possit alienare, tamen ratione obligationis valet contractus, & si filius ratificat, contractus subsistit. 17.132.144.

Materia super qua fit transactio, dubia esset debet. 17.88. 139.

Medium deuoluendae causae, & iurisdictionis fundandae, est legitimum tempus appellandi. 43.25.303.

Medium in hac appellationis causa, per quod peruenitur ad eum finem, non est curandum. 25.89.192.

Mendacium nocet priuilegio. 24.3.175.

Mendacium vel falsa persuasio, quando causam dat contractui, non vllo modo valet, quod inde secutum est. 24.6.175.

Mentiendi improbitas nemini prodesse debet, vtcunque aliquandiu relata fuerit. 24.13.176.

*Mens si est certa, non curatur interpretatio à mente aliena.*14.275.105.

*Mens contrahentium, & ratio contractus ipsorum, pro vno eodemque habetur.*14.166.98.

*Mentis nostrae nullum est maius testimonium, quam verborum inspecta qualitas.*14.82.92.

*Mentem suam quis verbis, siue rebus ipsis declarans, nihil interest.*15.23.121.

Meritorum expressio facit, quod priuilegia in contractum transeant, nec vnquam reuocari possint. 30.204. & 205.253.

*Metus praesumitur inter dominum & subditum.*5.62.33.

*Metus iustus quando sit, relinquitur iudicis arbitrio.*17. 195.151.

*Metum in genere allegare non sufficit, sed de specie metus probandum est.*17.82.138.

*Metu gestum, per spontaneum actum subsequentem ita confirmatur, vt amplius retractari nequeat.*14.189. 99.

*Minor, licet ad aliquem actum communi iure vel constitutione legitimetur, non tamen in integrum restitutio sibi denegata intelligitur.*14.392.115.

Minor si transigendo ex verborum effusione damnum subeat per in integrum restitutionem ei subueniri debet. 14.274.105.

*In Minoribus non solum miseratio aetatis, ad mediocrem poenam iudicem inducit, sed & tota poena, ope saltem restitutionis sunt liberandi.*16.53.128.

*Miserabilis persona agens, quando priuilegium eligendi forum habet. Secus vero si constet de simulatione.*5.69. 34.

*Miserabilibus prospicere, ad officium iudicis spectat.*52.31. 323.

Missus in reali actione in possessionem ex primo decreto, lucratur fructus post annum, & non ante. 61.39. 351.

*Modicum propter magnum praeiudicium non curandum, & iustas causas impedimenti.*44.9.304.

*Modus agendi substantialiter consistit in conclusione.*17. 142.146.

*De Modo, quo impeditur appellatio, non curamus, cum effectum habemus.*51.13.318.

*Montales homines regulariter in feudis non succedunt & acquisitum post votum religionis assumptum amittunt.*9.150.63.

Mora, in hoc casu, duplici causa purgari potuit. 24.num. 52.53.54.55.58.59.60.61.62. & 63.pag.179.

*Mora & factum iudicis non nocet parti, quoad desertionem interpositae appellationis.*19.38 159.

*De Morae commissae effectu vbi agitur, alterum intendi oportet.*48.46.47. & 48.312.

Moram posteriorem volenti accipere oblationem nocere, aequum est. 48.40.311.

*Morbus praesumitur causatus, ex mala tractatione.*26.31. 199.

*Mors loco iuramenti succedit, vimq; iuramenti habet.*33. 29.276. *Ratio eius. ibi. num.30.*

Mulier, etiam propter verbera, viro olim mittebat repudium. ibi. numero 14.275. quod tamen mutatum reperitur. ibid. num.15.

*Mulier in criminalibus de iure Canonico pro teste non admittitur, secus vero de iure Ciuili, praesertim, vbi veritas aliter haberi non potest.*23.9.170.

*Mulier, sicut de iure communi alios contractus facere potest, ita & compromissum.*19.3.155.

Mulier iure Iustinianeo, lucrum donationis propter nuptias obtinet 26.10.198.

*Mulier vnica omni exceptione non maior, & pauper, licet per se semiplenam probationem non faciat, inducit tamen quandam probationem.*23.22.171.

*Mulieres regulariter in omni causa, exceptis testamentis, testari possunt.*23.8.170.

Mutari nihil, nec aliquid peti potest, quam ante fuit petitum. 12.10.79.
Mutatio & variatio, in iudicialibus ante conclusionem causæ & definitiuam facile permittitur. 49.27.314.
Mutatio non præsumitur, nisi probetur. Et quod non mutatur, quare stare prohibeatur. 30.108 247.
Mutatione personæ mutatur priuilegium, & conditio rei. 30.94.246.
Mutuum, licet esse debeat gratuitum, tamen hypothecatio non vitiatur, sed salua permanet. 57.2.344.

N.

Narrata huius actionis potius petitorium, quam possessorium respiciunt. 30.151.250.
Narrata vltra vires petitionis nõ extendũtur. 30.14.242.
Narratio facti quæ. 48.1.310.
Narratio quæ non proportionatur conclusioni, vitiat libellum. 31.5.268.
Natura non patitur, vt, qui ex imprudentia vulnus accepit, ob hoc chirurgi manu destituatur. 14.365.116.
Natura causæ, vel ratio, si facit, vt negotium apud Episcopum decidi nequeat, tunc per iudicem ciuilem procedit. 3.5.11.
De Natura contractus societatis, tantum propria, non aliena, vel prius contracta debita veniunt. 27.120.214.
De Natura contractus societatis, tantum propria, nõ aliena, vel prius contracta debita veniunt. 27.121.214.
Ex Natura contractus retrouẽditionis fundi veniunt traditio & precii solutio. 19.27.158. Suique natura diuidua sunt. num. 28. Quod tamen ex voluntate contrahentium limitatione accipit. ibi. num. 29.
Ex natura correlatiuorum sequitur esse terminum, ad quem, ex cuius respectu dicuntur fines. 8.37.47.
Necessaria venditio generaliter non continetur in prohibitione alienationis. 3.59.15. Et lex in alienatione rerũ Ecclesiasticarũ, pro homine interponit suum decretum. ibi. num. 60. Ratio eius. ibidem.
Necessarium vix dici, vel imaginari potest, quod non simul & vtile contineat. 3.24.13.
Necessitas est ex lex & legi non subiacet. 3.63.16.
Necessitas legi non subest, sed omnibus dominatur. 3.58.15.
Necessitas ex illicito actu, licitum plærunque facit. 52.118.330.
Necessitas & pia causa cessare faciunt præsumptionem doli. ibi. num. 120.
Necessitas mitigat rigorem iuris, facitq; vt teneatur, qui alias non teneretur. 3.76.17.
Necessitas interpellationis & recusationis hinc inde faciendæ, non adeo requiritur. 30.212. & 213.254.
Necessitatis causa multa, quæ alioquin sunt prohibita, admittantur. 52.117.329.
Necessitate vrgente, facilius quid fieri permittitur, quod alias vix licet. 3.36.14.
Negationem, siue positionem suam, nemo nisi semel reuocare & mutare potest. 49.1.313. Ratio. num. 2.
Negatoria datur Domino prædii, prohibenti alium vti seruitute, vel volenti depellere inferentem vim, siue seruitutem prædio. 5.19.27.
Negatoria quibus verbis proponatur, non refert. 11.1.72.
Negligens in rebus alienis quis esse non debet, nec potest. 27.30.207.
Negligentia & mora, ex impedimẽto nuncii iurati Cameræ interueniens, parti præiudicium creare non solet. 10.2.66.
Negligentia magna, culpæ & dolo æquiparatur. 27.206.219.
Negligentia arguitur in eo, qui, cum remediis oportunis ad actum vti posset, & id non facit. 24.46.178.
Negligentiæ nomine suspectis, aduersus sententiam perfugium denegari solet. 10.30.70.
Negligentiæ, vel culpæ ratione, alleganti incumbit probatio. 27.11.205.
Negligentiam alicuius commendare, nihil aliud est in effectu, quam manifestam negligentiam & culpam approbare, & sic alterius negligentiam, suam propriam facere. 24.50.179.
Nemo agere intelligitur, quod sibi periculosum, & damnosum. 9.86.59.
Nemo existimandus dixisse, quod non mente cogitarit. Et ex hominis loquela, eius animus iudicatur. 14.245.102.
Nemo præsumitur iura & libertates suorum prædiorum iactare, & alteri concedere. 8.39.47.
Nemo præsumitur ad illicita se conferre, & cum periculo per dolum impetrare velle, quod sine periculo iure obtinere potest. 9.33.56.
Nemo præsumitur suum iactare. 14.131.96.
Nemo priuandus est suo iure & possessione, occasione aliqua, neve inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nasci debent. 30.377.265.
Nemo suum iactare præsumitur. 23.13.170.
Nobilis si feudum cum plæbeo habet commune, & nobilis dominum offendat, tamen feudo non priuatur, quod cum plæbeo innocente habet commune. 30.265.256.
Nobilis quis vno loco potest esse, altero ignobilis. 30.96.246.
Nobilis quis iudicandus est ex antiquitate generis. 30.42.243.
Nobilis efficitur omnis, qui lateri Principis, permissu eius adhæret. 30.57.274.
Nobilem quem non faciunt missiuæ, vel literæ priuatorum, in quibus nobilium titulo ornatur, cum sint scripturæ priuatæ, quæ tertio non præiudicant. 30.104.247. Ita nec vulgi varium præconium & communis opinio, quando iura improbant. nu. 105.
Nobiles in Francia, Sueuia, & ad Rhenum, à collectis vniuersalibus Imperii sunt immunes. 30.162.250.
Nobiles à muneribus patrimonialibus non sunt immunes. 30 79. & 83.245.246. Quod tamen limitandum ibi. num. 81. Sed controuertitur. nu. 82.
Nobiles à solutione collectarũ excusantur. 30.66.245.
Nobiles quod non tributant, quare non admittendum. 30.88.246.
Nobiles quidem ipsi de bonis iis, quæ seruitiis suis non redimunt collectis subiacent. 30.92.246.
Nobilitas attribuitur antiquitati, ideo omne feudum antiquum nobile dici potest. 30.43.243.

Et feudum

Et feudum antiquum sapit nobilitatem, non autem nouum numer.44.
Nobilitas non nascitur in ictu oculi.30.45.243.
Nobilitas si ex feudis acquireretur, sequeretur, vt paupertas aliquem ignobilem faceret.30.77.245.
Nobilitas & quæuis alia conditio personæ per famam recte probatur.30.256.255.
Nobilitas precio comparari non potest, quemadmodum scientia.30.106.247.
Nobilitas ex sola nominatione in literis insigniorum non dicitur acquisita.30.102.247.
Nobilitas, vt actores nostros ab onere contribuendi releuet, necesse est probent.30.68.245.
Nobilitas actorum in hoc casu etiam de officiis publicis apparet.30.59.& 60.244.
Nobilitas & immunitas der Zölner *quibus probanda.30.num.304.305.306.& 308.260.*
Nobilitatis dignitas plane ex iuris ciuilis, non nostra voluntate, sed à Principe paratur.30.100.246.
Nobilitatis dignitas est datiua, non natiua. ibid.num.101.
Nobilitatis & libertatis quasi possessionem, hoc loco, quæ confirmare videntur.30.301.& 302.260.
Nobilitatis possessorii actus varii quibus verificentur.30.288.& cum 12.subseq pag.259.& 260.
Nobilitatem allegans, onus probandi subire tenetur.30.39.243.
Nobilitatem suam, in hoc casu, actores vnde probent.30.num.40.47.48.49.52.56.58.63.64.pag.243.& 244.
Nobilitatem actores nostri inde non probant, quod feuda mobilia teneant, eorumq; nomine seruitia præstent.30.75.245.
Nomen Amptmanni in testamento non esse adscriptum id, cum non sit de substantia inscriptionis, non attendendum.1.38.5.
Non contradicens, sua taciturnitate videtur consiteri.10.19.68.
Non debet in consequentiam trahi, quod contra iuris rationes introducitur.14.315.110.
Non entis nullæ sunt qualitates.30.20.242.
Non omnis moriens præsumitur esse D. Iohannes Euangelista.33.32.276.
Non verbis, sed rebus vis & effectus tribuendus. 17.194.150.
Nodus dubius, in hoc casu, circa nobilitatem oritur.30.87.246. Resolutio eiusdem. ibi. nu. 89.90.& 91.
Nostra non amittimus, non vtendo, nisi per iustam præscriptionem 14.344.113.
Notarius, quod tantum Pontificius, cur hoc non considerandum.10.5.66.
Notarius sine commissione iudicis, testium dicta & iurata, vt fidem faciant, recipere non potest.1.49.5.
Notarii sæpe instrumentis inserere solent clausulas, quas ipsi nec satis intelligunt, neq; partibus satis declarant. 52.5.321. Vnde eiusmodi clausulæ nihil operãtur, eiusq; ratio quæ. ibid.num.6.
Notorium alia probatione non indiget.30.41.243.
Notorium, si eius certitudo est penes partes, non releuat, secus si penes iudicem.43.9.302.
In Notoriis, Reorumq; confessione perspicuis, nullæ aliæ partes iudicis esse videntur, quam in condemnando.16.22.125.
Nouatio non præsumitur, nisi probetur, nec creditur quis in sui inprimis dispendium animum suum, vel voluntatem mutasse, nisi de eo manifeste constet. 14.130.96.
Nullitas si partium iura sunt clara, non attenditur.25.7.184.
Nullitas & iniustitia euidens & perspicua, sententiam nullam reddit.25.112.194.
Nullitas processus sequitur, si forma à partibus præscripta non seruatur.8.29.46.
Nullitas processuum & iudiciorum præcedentium, in grauaminibus huius tertiæ partis, duplici modo obiicitur.3.1.11.
Nullitas, deserta annullatione, non deseritur. 43.24.303.
Nullitas, quin iudex secundæ instantiæ in hoc casu ad diffinitionem causæ recte procedere possit, quando & cur non existat.1.2.2.
Pro Nullitatis vitio asseuerando mouentur in hoc casu, 56.vt num.1.8.9.10.15.19.21.24.25.26.31.33.35.36.37.38.40. cum 3.seq.pag.339. cum 3.seq.
Nullitatem & defectum iudicis malitiose obiiciens, quasi calumniosus repellendus est.3.15.12.
Nullitates hic in Rotulo Rei aliquot deprehenduntur.30.139.140.& 141.249.
Nullitates in Consistoriis Principum commissæ, quando in Camera non attendantur.56.40.341.
Nullus duplici onere aggrauandus.30.67.& 86.245.& 246.

O.

Obiecta duo sunt Bromii, & quæ.27.7.& 10.205.
Obiectio quædam.33.28.276. eius q; solutio. ibidem n.29.
Obiectiones actorũ contra consuetudinem zu Vmbstat/ *quæ & quot.1.30.4.*
Oblatio rei debitæ facta, loco & tempore congruis, liberat ab interitu rei.48.39.311.
Oblatio vim solutionis habet.19.77.162.
Oblatio fieri dicitur loco congruo, quando sit in loco, in quo faciendæ est solutio.48.41.311.
Oblatio verbalis à debitore sufficit.41.15.297.
Oblatio paritionis quare recipi noluerit.48.52.312.
Obligatio oritur ex præstatione decem annorum.5.58.32. Quod tamen pluribus modis limitatur. ibi. numero 59.& seqq.
Obligatio restituendi, si vigore mandati, &c. est alternatiua, & sic vtrumq; tam vinum, quam precium est in obligatione restituendi, tunc electio consistit penes debentem paritionem.48.44.212.
Obligatio sufficiens cum effectu intelligenda est, necessario precium rei interitus, in non recipientem obligationem remoueri debet. ibid.num.45.
Obligatio ad interesse siue propter moram 6.11.38.
In Obligationibus facti, regulariter succedit obligatio ad interesse.6.12.38.
Obligationis literæ, siue instrumentum non facit fidem quoad extraneum, imo nec nocet, nec prodest extraneo.5.41.29. Eodem modo, per locationem solam non probatur possessio, neque dominium, nec traditio possessionis. ibi. num.42.

Obligationes non sunt liberæ voluntatis, sed necessitatis. 30.163.250.

Obliuio post longum tempus scilicet decem annorum præsumitur.37.24.286.

Obrigkeit seyn/ vnd Vnterthanen haben/ *correlatiua sunt.30.376.265.*

Obscuritas ad iuris intellectum referri debet, & opinio minus ius Ciuile lædens amplectenda.4.29.25.

Occasio denotat causam remotiorem, accessoriam & mediatam.24.66.180.

Occidere, vel causam mortis præbere, paria sunt. 26.45. 200.

Ad Occisionem non sufficiunt verbera, quia pœnalia non extenduntur.26.22.199.

Occupans rem sibi debitam priuata authoritate, ex eo facto ius excipiendi non nanciscitur.14.293.108.

Occupatorem rei alienæ, rescriptum Principis à mala fide non excusat.9.168.65.

Ocularis inspectionis significatio.11.94.76.

Oculi duo vel plures, plus vident quam vnus.27.156.216.

Odia restringi debent, non ampliari.7.27.42.

Odium videtur personale esse.52.89.328.

Offerens quod non fuerit in culpa, vnde constet. 48.num. 49.50.& 51.pag.312.

Officium suum nemini damnosum esse debet. 14.98.93.

Officium boni iudicis est, lites dirimere.10.4.66.

Officium Scultheti, prælatura, & assessoratus, &c. sunt actus indifferētes & medii, qui tam per ignobiles, quam nobiles expediri possunt: Ideoque parum releuant, & causæ inseruiunt. 30.313. 261. Attamen actibus his, si cum reliquis circumstantiis adiungerentur, negotio adminiculi aliquid præstare possunt.nu.314.

Omnia qui dicit, nihil excludit.14.239.102.

In dispositionibus omnibus, sub conditione, vel modo initis deficiente modo vel conditione, deficit dispositio. 14.202.100. Modus enim est pars ipsius dispositionis, illiusq; quasi causa finalis, qua cessante, merito cessat dispositio.14.nu.203.100.

Omnibus naturaliter inest, vt facile quemuis ad onerum nobis incumbentium societatem admittamus. 30. 171.250.

In omnibus casibus, quibus proximior est inhabilis (in genere) appellari potest ad mediate superiorem. 21.14. 165.

Onus sentiens commodum ferre debet.52.37.323.

Onus suspensionis non admit. vel priuat: Et aliud est suspendere, aliud tollere.7.56.44.

Operatio temporis 40. annorum quæ. 1.52.5.

Ab Opinione communi in iudicando non facile est recedendum.19.61.161.

Opilio non inique excluditur, quando & alii excluduntur à iure pascendi.13.4.81.

Oppositum, quod operatur in oppositio, idem operatur propositum in proposito, oppositorum enim eadem est disciplina.30.121.248.

Ordinatio iniungit requisito Principi absolute, vt causam suscipiat & expediat.44.3.304.

Ordinatio actori viam siue facultatem compellendi Principem requisitum subministrat. ibid.numero 4. Hoc casu, causa ipso iure ad superiorem deuoluitur. numer.5.

Ordinatio quosdam casus specificatos continet, qui statim immediate in summo tribunali discuti possunt. 28.78.231.

Ordinatio ipsa, part.3.tit.15.§. Zum andern/ *requirit,* Vnd auff einen jeden in sonderheit zu antworten.*55.1.338. Responsum simpliciter dicitur, si fit sine plica.ibid.num.2.*

Ordinatio Cameræ, siue Constitutio Imperii, & stylus iudiciorum exigit litis contestationem.56.32.341.

Ordinatio videtur disponere de primo actu nominandi Principes, non vero, quando interim exoritur impedimentum ex facto tertii, vel culpa actoris.44.19.305.

Ordinationis litera, in §. Darauff soll der. *Vers.* Vnd ob der erkoren *Commissarius, &c. exigit, vt defuncto Principe electo, alius Princeps nominatus ab ipso actore eligatur, nulla facta mentione Rei. 44.20. 305.*

Ordinationis casus, quo causa deuoluitur ad Cameram, loquitur, cum mora solummodo est penes Reum. 44. 13.304.

Ordinationis litera copulatiue & disiunctim duo requirit, & quæ.36.6.283.

Ordo iudiciarius super disputatione iuris non requiritur. 28.41.227.

Origo obligationis & obligatoriorum attenditur, atq; à primordio tituli posterior formatur euentus.3.86. 17.

In Ore & mente præsumitur esse idem.14.322.111.

P.

Pacta legis commissoriæ omnino, & propter detestabilem & vsurariam auaritiam creditorum sunt prohibita.41.1.296. Imo, nec iuramento, neque consuetudine confirmantur.ibi.num.2.& 4.

Pacta intermedia, quare pacto l. Commissoriæ non opitulentur 41.num.55.56.299.

Pacta mutua & vicissitudinaria, vt, si alter sine liberis mortuus fuerit, ad superstitem bona perueniant, vt valeant, quæ requiruntur.52.87.328.

Pacta, per quæ ad delinquendum occasio præstatur, generaliter reprobantur.17.25.135.

Priuatio præsupponit habitum.17.26.135.

Pacta dotalitia, quibus disponitur super successionib. casu quo vnus coniugalis fœderis præmoriatur, quis cognatorum succedat quo iure defendantur.52.135.331.

Pactum legis Commissoriæ pignori adiectum, nunquam iuri reluendi pignus, præscribitur.41.5.296.

Pactum l. Commissoriæ hic quare inutile.41.57.299.

Pactum vsurarium contractui licito adiectum eundem non vitiat sed vitiatur.57.1.344.

Pactum reseruatum non interpretandum, vt ius commune lædatur, & cum damno alterius, alius indebite lucrum accipiat.7.14.41.

Pactum de futura successione, quando valeat. 52.95. 328.

Pactum siue conuentio inter viuos. si ita fiat, vt altero decedēte, alter sua bona habeat, & vicissim valeat, idque in coniugibus quando locum habeat, & quando non. 1.25.& 26.3.

Pactum de fructibus lucrandis ex re pignorata, tanquam vsurarius contractus non valet, nisi sumptus & expensa custodiæ æquiualeant reditibus.41.14.297.

Pactum nudum vestitur iuramento. 14.38.90.
Pactum de non petendo aliquibus hæredibus factum, non prodest aliis cohæredibus. 7.38.42.
Pactum de repudianda successione viuentis vt valeat, quæ requirantur. 7.5.41.
Pacto quis præuenire potest, ne sibi aliquis succedat. 7.6.41.
Pactum de futura viuentis successione, in quibus casibus, etiamsi viuus consenserit, & vsque ad mortem in eo consensu perseuerauerit, non valeat, præsertim in hoc nostro. 52.nu.96.97.98.99.100.113.119.121.124.125.126.127.129.130.131.134.pag.328.& 3.seqq.
Pactiones de futura successione viuentis, quod non valeant, extenditur etiam ad parentes, & ad liberos. 52.101.&102.329.
Pactum de succedendo cum fuerit inutile, ac nullum, nulla hæredibus datur actio. 52.105.329.
Pactum legis Commissoriæ per interuentum iuramentum non firmari, quatenus procedat. 41.24.298.
Pacto perimi id, de quo cogitatum non docetur, iniquum est. 14.332.112.
In Pactis leg. Commissoriæ requiritur precis oblatio realis & effectualis, non verbalis. 41.61.& 62.300.
Paratus semper soluere, quolibet tempore se offerre, dicitur. 48.17.311.
Parendi viam, qui omni tempore pandit, plus permittit, quam qui id perstringit, & ad certum diem limitat. 48.15.311.
Paria sunt, probatio nulla & non legitima. 17.173.148.
Paria sunt, quem esse certum, vel certificari posse. 27.102.213.
Paria sunt, non esse, & non apparere. 1.13.3.
Paria sunt, non esse causam, & eam finitam esse. 7.43.42.
Paria sunt, non esse delictum, vel non probatum. 26.27.199.
Paritionem sufficientem per solutionem deß Weins/vor den Wagen vnd Wein/ *Rei quare recusauerint.* 48.6.310.
Pars toti non est contraria, sed in eo continetur. 19.71.162.
Pars sibi imputet, quod talem sibi patronum elegit, vel quod non correxit errorem, sed potius eadem petita in processu iterando ratificauit, & acceptauit. 46.9.307.
Partem qui non habet, nec totum habere potest. 5.44.29.
Partes ad quem finem consequendum inuicem conuenerunt. 14.124.95.
Partes præsumptiue non facile consentiunt in compromissarios nisi prius exploratam ipsorum dexteritatem habeant. 8.40.47.
Partes licet substantialibus iurisdictionum renunciare non possint, acta tamen nonnulliter facta ad fidem faciendam, etiam tacita approbatione, approbare possunt. 30.145.250.
Partes hinc inde aliquo dato & accepto concordatæ sunt. 15.7.120.
Renunciatio hic posita, vnde magis corroboretur. 15.8.& 9.120.
Particula copulatiua: Nos Titius & Gaius, &c. *obligationes & viriles partes diuidit.* 19.26.158.
Particula aduersatiua. Sonsten aber/ *quid hic probet.* 14.214.100.
Particulæ istæ, prout, sicut, *sub diuersis significatis sumuntur.* 28.104.232.
Particula, prout, *variis intellectibus ponitur.* 28.105.232.
Parum scire, aut nihil scire, æquiparantur. 17.130.144.
Pater de hæreditate filii sui disponere non potest. 52.28.323.
Pater administrator bonorum filii non est obnoxius de illis conficere inuentarium, vel reddere rationem. 33.16.275. *Contrarium. ibi.num.18.& 21. Ratio. ibi.nu.19.*
Pater, quando est legitimus administrator bonorum, filii non tenentur reddere rationem, nec inuentarium conficere, secus vero si esset tutor. 33.20.275.
Pater administrator bonorum filii, de quibus tenetur reddere rationem. 33.22.& 23.276.
Pater maxime tenetur inuētarium conficere, rationemq; reddere, cum ad secundas nuptias transit. 33.24.276.
Patris appellatione etiam auus venit. 33.17.275.
Patris iuramento in modicis in ratione reddenda statur. 33.37.277.
Patientia in corporalibus est pro traditione. 14.187.99.
Patientia cessante, cessat quoque translatio dominii, tanquam illius effectus. ibi.num.188.
Patrocinium à dolo implorare, æquitatis ratio non patitur. 14.246.103.
Paupertas necessitatem inducit & facit licitum, quod alias est illicitum. 17.191.150.
Propter paupertatem personæ, sæpe à generali lege recedit. 17.190.150.
Pecunia pupillaris gaudet iuris prærogatiua. 3.97.19.
Pecuniam Ciuitati, aut Prælato creditam, in eorum versam vtilitatem ad probandum sufficit, si contractu tempore pecunia indiguerint. 3.39.14.
Pensio. si super fundo aliquo constituitur, tunc fundus dicitur obligatus, & ad quem fundus transit, & onus. 31.21.269.
Pro pensionibus, seu reditibus annuis exigendis, leges variæ remedia subministrant. 5.4.5.7.& 9.26.
Periculum rei interitus non est transferendum in eum, qui rem non pignorauit, vel detinuit. Idque tribus rationibus confirmatur. 48. *numero* 35.36.39.43. *pag.*311.
Personæ industria & habilitas, in dubio videtur electa. 56.7.340. *Item quando agitur de arduo negotio, vel res est magniponderis. ibidem. numer. octauo. Item, quando in deputatione, siue electione earum personarum, in eaque partium accordatione nulla fit mentio facultatis substituendi, & prorogandi de persona in personam, &c. ibid. num.* 9.
De Persona vna & re, male infertur ad aliam personam & rem 7.52.43.
Personarū contemplatio in diuite & paupere habenda est ad hoc, vt aliquid bene vel male præsumatur. 17.189.150.
Propter personæ paupertatem sæpe à generali receditur. 35.90.234

Personis coniunctis, suam suorumq; iniuriam prosequi merito permittitur. 16.12.124.

Persuasio dolosa, plus est, quam violenta persuasio. 171. 187.150.

Ex Persuasione, quando quis obligetur. 27.200.219.

Petitio, super qua lis est contestata, cur attendi debeat. 19. 74.162.

Petitionis mutatio, mutationem libelli inducit. 19. 73. 162.

De Petitionis intellectu quando sit dubium, attenditur ipsius conclusio, non narratio. 17.157.147.

Ex Petitione prima, huius casus, competit interdictum Vti possidetis. 30.16.242. Altera vero accõmodatur actioni in factum, ex edicto Prætoris, si quis ius dicenti non obtemperauerit. ibid. nu. 17.

In Petitione hæreditatis cautio de bonis, lite pendente, non minuendis. 40.39.295.

Petitorium iudicium, cur in hoc casu locum habeat, & possessorium non. 14. numero 180. 182. 183. & 184. pag. 99.

Petitorium cum possessorio retinendæ, quando cumulari possit. 30.155.250.

In Petitorio principalis quæstio quæ. 14 200.100.

Rei sub quo modo ius decimarum in actores transtulerunt. 14.201.100.

Piæ causæ ratio non habetur, quando ei resistunt fortiores probationes. 5.67.34.

Et iniquum est si illiquidum vinceret liquidum. ibi. numero 68.

Pignoratio siue manus iniectio, actus iurisdictionis non est, & priuatis nonnunquam conceditur. 13. 22. 81.

Pignori incumbere, melius est, quam in personam agere. 6.1.36.

Pignus non liberatur, nisi totum debitum sit persolutum. 19.36.159.

Pluralis numerus verificatur singulari, quod etiã obtinet in fideicommissis. 59.20.347.

Pœna corporalis, licet in hoc casu non habeat locũ, tamen contra hæredes, pro arbitrio iudicis, in pœnam pecuniariam conuerti potest. 26.37.200.

Pœnæ mutatio etiam cõtra hæredes locum habet. Et quære. num 38.

Pœna ex delicto fisco applicata, facit causam criminalem. Ratio, quia accusatio ciuilis nihil præiudi. at pœnæ criminali. 26.40.200.

Pœna pecuniaria mulcta dicitur, & magistratum respicit non ius priuatum. 24.34.178.

Pœnæ condemnatio recte fit, etiamsi calumniose actum sit ibi. nu. 32. inq; pœna sola contumacia attenditur. ibi. num. 33.

Pœna respectu alicuius rei, vel iuris, cuius rei, vel iuris veritas per actorem, iuris ordine seruato nondum est definita, exigi non potest. 53.22.335.

Pœna temere litigantis est arbitraria & pecuniaria. 3. 113.19.

Pœnæ mandatis insertæ, plærumque ex æquo inter partem & fiscum diuidendæ veniunt. 30.19.242.

Pœnæ personam non ingrediuntur, sed eandem comitantur. 3.109.19.

Pœnæ non aliter, quam vmbra, suos sequi solet authores. 16.48.128.

De Pœna temere litigantis hæres & successor non tenetur, officit vero, quæ ipsi imponitur. 3.112.19.

Pœnam & præmium quis non debeat consequi ex eadem causa. 26.53.200.

Pœnale iudicium in vniuersum, nisi ex doli causa, nullum locum habet. 30.261.256.

In Pœnalibus non fit extensio. 26.17.198.

Pœnitere licet in contractibus quibusdam nominatis & mandatis. 56.14.340.

Posito antecedente sequitur consequens 12.11.79.

Possessio iurium, sine patientia & scientia, secundum placita interpretum, pro nulla habetur. 30.128.249.

Possessio ex solo locationis instrumento probatur contra conducentem tantum 5 74.34.

Possessio non sufficit nisi probetur titulus. 5.33.28.

Possessio est facti, nec præsumitur. 5.55.32.

Possessio per dominii probationem iustificatur. 8.22.46.

Possessio iusta ex initio falsi commissi, non paratur. 24. 18.177.

Possessio noua præsumitur vitiosa, probando ipsam antiquiorem possessionem. 14.11.89.

Possessio rei habet in se præsumptionem traditionis. 5.16. 27.

Possessio eadem penes duos in solidum esse non potest. 40. 30.294.

Possessio in feudalibus continuatur in hæredes. ibid. nu. 31.

Possessio ex vno aut altero actu non potest induci. 30.110. 247. Trinus actus autem tribuit possessionem. nu. 111.

Possessio noua & recens, & à possessione maiorum suorum aliena præsumitur clandestina. ibi num. 112.

Possessio vitiosa possidenti non prodest. ibidem num. 113.

Possessio nostra factum requirit, & ab actu corporali proprio siue eorum, qui nostro nomine quid agũt, tantum incipere potest. 30.170.251.

Possessio discontinua, etiam longo tempore præscribitur. 11.11.72.

Possessio triginta annorum, omnem malæ fidei suspicionem excludit, bonamq; fidem retro inducit. 11.12.72.

Possessio non quælibet requiritur, sed ea tantum, quæ nullum alium titulum habet, quam pro possessore & hærede. 17.12.133.

Possessio quasi, siue titulus adsit, siue desit in incorporalibus iuribus, nulla alia, quam patientia diuturna dari potest. 11. 9. 72. Imo titulus videtur demonstratus, eiusque loco sufficit patientia & scientia. ibid. num. 10.

Possessio vitiosa nemini prodesse debet, neque foueri debet, ne detur materia delinquendi 9.165.64.

Possessio facile ex breuitate temporis arguitur. Et sic talis præsumptio, licet habeatur insufficiens, tamen onus probandi in contrarium transfert. 18.7. 152.

Possessio quare præsumenda clandestina. 12.6.79.

Possessio ciuilis, quæ animo retinetur, decem annis amittitur. 37.25.286.

Possessio vbi, non ibi nec alia existere possunt. 25.63.190.

Possessio iustificata maxime præualet: Ratio, quia ibi potiora iura esse dicuntur. 8.23.46.

Possessionis immemorialis probatio, vnde. 11.22.73.

Possessionis & seruitutis iure aliquid faciens non opus habet probare, id non vi, nõ clam, vel precario esse actum,

Sed onus probandi remouetur in alteram partem. 11.21. 73.

In Possessionis causa ambigua reus absoluendus venit. 30. 135.249.

Possessionis recuperandæ duo extrema quæ. 37.4.285.

Possessionis recuperandæ remedium in quibus non habeat locum. 37.5.6.&7.285.

Possessionis vetustas est attendenda, dum de iure alterius non constat. 25.110.194.

Possessionis ratificatio probatur ex fructuum perceptione, similiterq; per census receptionem. 15.25.121.

In Possessionis inuestigatione, huius causæ, quid inprimis inuestigandum. 30.167.251.

Ad Possessionem suam qui non admittitur reuenire, videtur quasi expulsus. 5.8.26.

In Possessionem missus in actione personali, non efficitur possessor, sed nudus tentator, nec lucratur fructus, sed cum debito compensat, nisi iudex expresse ita disponat. 61.22.& 23.250.

In Possessionem missus in reali actione statim efficitur verus possessor, & post annum, non ante fructus lucratur. Canonistarum opinio hac de re quæ. 61.num.24 & 25.

Possessionem illius temporis, quo contigit spolium, sufficit allegare, & postmodum se olim possedisse. 14.13.89. *Etiamsi possessio illius temporis, in quo actor se spoliatum dicit, non probetur.ibidem.num.*14.

In Possessionem missus authoritate iudicis, inordinate & non rite procedentis, fructus quos percipit, non facit suos. 39.15.290. *Quia iudicis authoritas eo casu immissum in possessionem non excusat.num.*16. *Contrarium tamen in quibusdam casibus obseruatur, vt num.*17.18. 19.21.22.24.26.27.& 28.pag.290.& 291.

Possessionem instrumenti tenens, rem ipsam, tam rei mobilis, quam immobilis habere videtur. 5.77.34.

Possessionem ciuilem animo nihilominus retinemus, dum vires suppetias q; colligimus, & defensionem atque recuperationem adornamus. 16.41.126.

Possessione destituto propria sua culpa, denegatur actio contra bonæ fidei possessorem. 14.119.95.

Pro Possessione sua illibata conseruanda, & iniuria ac vi aduersarii propulsanda, coadunatis hominibus, cuique liberum atque permissum est: Nec vllam pœnam non promeretur. 16.42.127.

De Possessione præsumitur in præteritum. 18.6.252.

Ex Possessione quis præsumatur dominus. 18.8.153.

Possessiones pupillorum sine decreto præsidis, beneficio Diui Seueri in leg. prima. ff. de reb. eorum, qui sub tutor. detrahi prohibitum. 52.140.331.

Possessor rei obligatæ conueniendus est. 31.59.270.

Possessor vel successor non præsumitur scire, rem esse vitio violentiæ affectam 37 11.285.

In Possessorio retinendæ duo actori probanda sunt. 30. 381.266. *Et Reus, si medio tempore possidet, actor clandestinitatem, vel violentiam probare debet. ibid. num.* 382.

Possidens iudicis authoritate, bonæ fidei possessor est. 39.1. 290.

Possidens olim, præsumitur & tempore spoliationis possedisse. 14.15.89. *præsumitur q; & hodie possidere. ibid. numero* 16.

Possidens rem ad alium pertinentem, in dubio præsumitur ipsum non habere ius in illa re 11.57.75.

Ad Possidendum improba voluntas sufficit, ad præscribendum vero mens debet esse iustificata per bonam fidem. 11.50.75.

Possessorium vtile, pro quasi possessione rerum incorporalium datur. 14.7.89.

Per Posteriora à prioribus quando recedendum. 19.70. 162.

Prata in quibus pascua prohibuerunt actores, ipsorũ sunt propria. 13.6.81.

Præambula duo per actores probanda. 12.5.79.

Præceptum impossibilem conditionem continens, ipso iure nullum est 27.247.222.

Præceptum iudicis, cui per rerum naturam pareri non potest, nullius est momenti. 24.8.175.

Præceptum in debitis liquidis sufficit. 22.16.166.

Præcipua, quibus se fundat Reus in hoc casu, quæ. 5.22.23. 24.& 27.pag.27.

Prædia minorum, per parentem, vel tutores sine decreto præsidis alienari non possunt. 17.97.140.

Prædia, tanquam allodialia, præsumptionem iuris habẽt, & potius libera, quam feuda, adminicularesprobationes huius præsumptionis sunt. 51. num.16. cum 7. sequent pag.318.

Prædium quodlibet præsumitur liberum à seruitute 5. 43.29.

Prædo quoque possidet, sed non præscribit. 11.49.75.

Præiudicium graue dicitur, vbi vertitur amissio dominii. 5.60.29.

Præiudicium nec in petitorio, nec in possessorio actori generatur, si Reo ex iure familiaritatis, & ex ciuilitate aliquid conceserit, vel etiam si actore inuito vsus fuerit. 14.190.99.

Præindiciorum significatio cur hic largius, quam in §. præiudicialis Instit. de Action. accipiatur. 53. num.25.cum 6.seqq.pag.335.

In Præiudiciis quis partes actoris sustineat. 53.24.335.

Præiudiciales tunc dicuntur, cum Reus eas exceptiones obiiciens probare debet, priusquam actor audiatur. 30. 274.257.

Præiudicialis, hic à Reo, qualiter obiecta sit. ibidem.num. 275.

Prælatus, si rite contrahit, Ecclesia ipsa contrahere dicitur. 3.70.16.

Præparatoria non faciunt rem desinere esse integram. 56. 12.340.

Præponens & præpositus, tanquam ambo ad idem insolidum obligati, vti duo rei debent conueniri, & iudicia cumulari possunt. 32.21.273.

Præpositus, aut Decanus Ecclesiæ, cur, etiamsi dignitati suæ renunciauit, obligatus maneat. 3.85.17.

In Præscribenda, & acquirenda seruitute, allegari debet aduersarii scientia & patientia. 11.59.76.

Ad præscribendum debet mens esse iustificata per bonam fidem, ad possidendum vero improba voluntas sufficit. 11.50.75.

Ad Præscribendum bona fide quoque opus est, licet non requiratur. 11.48.75.

Præscriptio collectandi & immunitatis sunt oppositæ, sicut seruitutis & libertatis. 30. 122. 248.
Præscriptio contra Imperium non currit. 30. 126. 248.
Præscriptio est continuatio possessionis. 11. 66. 76.
Præscriptio est vsurpatio rei & iuris alieni, consuetudo vero secus. 11. 76. 76.
Præscriptio iurium, huius materiæ, nisi cum omnibus qualitatibus probetur, ipsa deficit, vna aliqua qualitate tantum deficiente. 30. 133. 249.
Præscriptio ex mala fide, nullo vnquam tempore procedit. 41. nu. 9. 10. 11. & 12. 296.
Præscriptio immemoralis excluditur, vbi ex scriptura de initio contractus constat. 41. 30. 298.
Præscriptio 100. annorum contra Rom. Ecclesiam requiritur, alias 40. anni sufficiunt. 25. 68. 190.
Præscriptio temporis immemorialis non solum exceptionem tribuit, sed & rationem. 25. 18. 186. Habetq; locum contra Ecclesiam. num. 19. Et huius requisita qua num. 20. & 24.
Præscriptio discontinua, secundum quosdam, non requirit tempus immemoriale 11. 40. 75.
Præscriptio cum sit facti, in dubio nō præsumitur. 30. 134. 249.
Præscriptio est contra eum, contra quem præscribitur: Consuetudo vero contra tertium. 1. 84. 76.
Præscriptio dicitur, quando vni acquiritur & alteri aufertur: Consuetudo vero vni acquirit, sed alteri nō aufert. ibi. num. 85.
Præscriptio non obstat, propter possessionis defectum & falsas contradictiones per pignora, &c. 8. 62. 48.
Præscriptio Reorum asserta quādo obtineat. 11. 54. 75.
Præscriptio longissimi temporis contra Ecclesiam allegatur, & proponitur in illam, nō in modum exceptionis, vel defensionis, sed actionis. 25. 35. 187.
Præscriptio malæ fidei ex ostensione tituli iniusti non sequitur. 44. 38. 298. Et tunc de iure Canonico procedit præscriptio longissimi temporis. 30. vel 40. annorum, & multo magis immemorialis. numer. 39. Ratio huius quæ num. 40. p. 299.
Ad Præscriptionem titulus putatiuus quoque sufficit. 41. 41 299.
Præscriptionis requisita ad 100. annos. 25. 66. 190.
Præscriptionis punctus pertinet ad causam principalem. 46. 10. 307.
In Præscriptionis materia, in qua agitur de peccato, iuri canonico, eiusque dispositioni standum. 11. 52. 75.
Ad Præscriptionem temporis immemorialis quot requirantur. 11. 8. 72.
In Præscriptione contra Ecclesiam quando procedit, quod dicitur titulum requiri. 25 37. 188.
In Præscriptione tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium bona fides & longissimum tempus non sufficerent, nisi allegetur & probetur talis præscriptio. ibid. num. 38.
De Præscriptionis effectu, an scilicet actio ex ea competat, vt constet videndum erit, de bona fide ibidem. num. 39.
Præscriptioni bonæ fidei vt locus sit, oportet allegare titulum. num. 40.
In Præscriptione tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non extat, requiritur etiam bona fides. ibi. numer. 38.
In Præscriptione iurium huiusmodi, quæ substantialia requirantur vt Alexandro. 30. numero 130. & 132. pag. 249.
In Præscriptione iurium incorporalium probanda de scientia & patientia aduersarii probari debet. 11. 92. 77. In consuetudine vero inducta & inducenda, non est necesse probari. num. 93.
In Præscriptione 40. annorum contra Ecclesiam, requiritur etiam bona fides, nisi quis habeat præsumptionem, cum titulo. 25. 36. 187.
In Præscriptione immemorali, neque tituli probatio, neque illius allegatio necessaria est. 11. 25. 74.
In Præscriptione vsus vel vsusfructus discontinuam causam habentis, prospiciendum est de qualitate actus, an iure seruitutis, vel alio modo contigerit. 25. 103. 193.
Præsentia iudicis & magistratus, præsumptionem doli & metus excludit, etiam tunc cum iudex est peruersus, vel vnus Ribaldus. 17. 78. & 81. 138.
Præstatio canonis facit præsumptionem, omnia debito modo interuenisse. 5. 73. 34.
Præstatio debet esse formis & cum causa. 5. 65. 33.
Præsumptio est pro coniugio & filiatione. 59. 3. 346.
Præsumptio cedit veritati. 5. 50. 32.
Præsumptio est pro sententia eiusque declaratione. 4. 30. 23.
Præsumptio iuris, & de iure, pro ipsa veritate, habetur. 19. 16. 157.
Præsumptio est pro magistratu, quod potius prodesse bono publico, quam nocere velit. 14. 134. 96.
Præsumptio iuris quælibet ex facto insurgens allegari debet, prout & bona fides, & maxime si contra Ecclesiam tendat. 25. 43. 188.
Præsumptio est, quod quisque eius loci in quo degit, ciuis reputetur. 30. 235. 255.
Præsumptio libertatis, quæ iuris est, dicitur liquida probatio & sufficiens. 25. 99. 193.
Præsumptio libertatis prædiorum eliditur in antiquis concurrente fama, & tunc præsumitur contra libertatem. 11. 102. 78.
Præsumptio ex consuetudine loci, facile eliditur contrariis actibus, qui contrariam inducunt consuetudinem. ibid. num. 103.
Præsumptio licentiæ impetratæ leuissima est, imo nulla penitus, quam contrariæ non tam præsumptiones, quam probationes excludunt. 9. 89. 59.
Præsumptio militat pro iudice. 4. 2. 20.
Præsumptio piæ affectionis erga vxores militat pro maritis. 26. 28. 199.
Præsumptionem habens, non cogitur probare. 11. 37. 75.
Præsumptione iuris ita factum creditur, cum de alio processu inter partes non conuentum sit, quam, vt arbitratores ex æquo & bono secundum eorum conscientiam, sine alia probatione procedant & definiant. 8. 43. 47. & seq. & tali casu renunciatum dicitur solennitati iuris positiui, quoad probationes. ibi. num. 44. Laturus actio, de standō sui aduersarij. num. 45.
Præsumptiones concurrentes, plenam fidem faciunt, & recte ad eum effectum coniunguntur. 9. 99. 60.
Præsumptiones persuadentes cū vno teste de veritate concludunt, & iudici plenā probationē faciūt. 23. 16. 178.
Præsumptiones Reorum duæ. 11. 100. 78.

Præsumptiones Reorum sunt fortiores iis, quas habent actores. ibi nu. 101.

Ex Præsumptionibus pluribus quis potest damnari, itemque plures imperfectæ præsumptiones possunt coniungi. 23. 18. 170.

Præsumitur potius pro eo, qui certat de damno vitando, quam qui lucrum captat. 4. 135. 96.

Præsumitur quis, qui se & antecessores suos, antiquitus possedisse probauit etiã nunc possidere. 14. 9. 89 Quod ex communi interpretum sententia sufficit. n. 10.

Præsumitur in sene perseuerantia sanæ mentis. 17. 107. 142. Rei ad testium examina sunt citãdi. 17. 108. 142.

Prætor, quos iurisdictione sua cõponere potest, ad arma & rixas procedere non patiatur. 25. 120. 195.

Pretij relatio ad tempus contractus fieri debet. 15. 28. 121.

Princeps ex plenitudine potestatis alicui ius quæsitum quidem auferre potest, attamen sine legitima causa non deberet facere. 29. 28. 234.

Princeps, eo ipso, quod consiliarii munus alicui demandat, vel ad alia summa exaltat, nobilitare eum dicitur. 30. 61. 244. Sunt enim pars corporis principis. num. 62.

Princeps ea, quæ sunt iuris positiui tollere potest. 29. 11. 234.

Princeps alteri ius quæsitum ex plenitudine potestatis tollere non potest. ibi nu. 12.

Princeps in feudis nõ potest legitimare naturalem in præiudicium Domini, quando illi apertum foret & agnatorum, quibus ex pacto & prouidentia ius in feudo quæsitum est. ibi nu. 13. 16. & 19.

Princeps an ex plenitudine potestatis tertio ius quæsitum auferre possit, quæritur. Resp. quod non. ibidem numero 14. Doctorum affirmantium, principem in præiudicium tertii, naturalem legitimare posse, conclusio quæ. ibi nu. 15. Princeps ius agnatis ius differre & prorogare potest. 29. 22. 234.

Principes Germaniæ nostri perpetui sunt, ac iura Imperij, siue regalia possident, omniaq; possunt in suis territoriis, quæ Imperator in Imperio: Ideoq; cũ clausula dict. l. vacuatis. C. de decurion. lib. 10. immunitatem concedere possunt. 30. 195. 253. Etiam in reliquorum subditorum præiudicium. nu. 196.

Princeps contra factum suum proprium veniens, contrariamq; concessionem faciens, prima valebit concessio, & non secunda. 37. 20. 286.

Princeps sub fide promittens, habetur pro iurameuto, eiq; æquipollet. 14. 36. 90.

Princeps conferendo alicui insignia, nobilitatem ipsam confirmat. 30. 53. 54. & 55. 244.

Princeps, tempore belli, quod illi infertur, cur statim indicere possit contributiones. 3. 37. 14.

Princeps Reus conueniendus, si intra mensem nollet nominare Principes, tunc compellendus venit, vel per impetrationem pronotorialium, vel mandati cum clausula. 44. 6. 304.

Princeps non est singularum rerum Dominus, sed protector. 13. 7. 81.

Princeps summus, cum clausula le. Vacuatis. Cod. de decurio. libro. 10. immunitatem concedere potest. 30. 194. 253.

Princeps vel Papa, eo ipso, quod aliquem nobilem appellat, quenquam nobilitare non censentur. 30. 185. 252.

Princeps alicui ius suum auferre non potest. 24. 39. 178.

Principis assertioni non creditur in præiudicium tertii. 25. 64. 190.

Principis thesaurus & reditus pro locupleti, quãdo habeatur, & quare. 3. 47. 15.

Principi inuito non præstatur seruitium per substitutum. 56. 6. 340.

Principem promptos & sufficientes habere thesauros ad sumptus bellicos faciendos, iura non præsumunt. 3. 49. 15.

Per Principem auferri non potest, ne inde occasio iniuriarum nascatur, vnde iura nasci debent. 30. 107. 247.

Coram Principe factum narrare, & petere iustitiam, sufficit. 27. 8. 205.

In Principe bona fides exuberare debet. 9. 111. 61.

Principale si non fuit in obligatione restituendi, tunc nec id, quod eius loco succedit. 48. 38. 311.

Principalia siue Fürstliche / & prophana bona, & eiusmodi causæ, tam spiritualiũ, quam secularium Principum passim in Imperio in iudiciis politicis terminantur. 3. 10. 11.

Prior qui est tempore in sorte, intelligitur etiam prior in vsuris. 57. 4. 344.

Priuatio sicut præsupponit habitũ, ita turbatio possessionem vel quasi 30. 36. 243.

Priuatus sicut tenetur ad connotationes exactorum, ita collectarum solutio in scriptis redigenda, vt exactionis ratio per exactores reddi possit. 30 307. 260.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra aque priuilegiatum. 14. 15. 95.

Priuilegiati duo cum diuersis respectibus agunt, vnus videlicet de damno, alter de lucro, tunc is, qui damnum sentit, gaudet priuilegio. 5. 70. 34.

Priuilegia ob merita concessa, ad onera, etiam publica necessitatis causa inducta, extenduntur. 30. 203. 253.

Priuilegia nulla a muneribus patrimonialibus immunitatem præstant. 30. 190. 252.

Priuilegia Ecclesiarum magis, quam priuatorum pactiones attendere, æquum est. 14. 262. 104.

Priuilegium contra ius commune & Constitutiones Imperii. 30. 114. 248. Item, contra ius tertii, quare nõ extendendum, nec contra dominum interpretandum. numero 115.

Priuilegium posterius speciale per generalem clausulam derogandi, priori priuilegio generali merito derogare debet. 35. 10. 282.

Priuilegii insinuatio, id est, editio, de stylo fieri debet. 35. 12. 282.

Priuilegium ob remunerationem & bene merita concessum, & sic ex iusta causa transit in contractum, sitq; irreuocabile nec ei doli exceptio obstat. 37. 32. 286.

Priuilegium derogatorium in specie est probandum. ibid. num. 33.

Priuilegium domus alicuius, sicut nobilitatem aut libertatem personarum & rerum aliarum, quæ non sunt de pertinentiis domus, haud infert, ita minime possidentiũ iura & qualitates, &c. rerumq; habitarum, ac acquisitarum conditiones, transformare, vel immutare potest. 30. 299. 260. Ratio qua. nu. 300.

Priuilegium dicitur per viam legis concessum, quando est generale.37.38.287.
Priuilegium Rotvuilensium nouissimum, siue reformatio, quare remaneat simplex priuilegium, inue legem generalem transeat.37.39.287.
Priuilegium, propter quod nobiles de feudalibus bonis collectas non persoluunt, seruitiorum potius, quam personarum consideratione ipsis competit. 30.95.246.
Priuilegium Hamburgense, quæ verba contineat, eorumq; verborum effectus quis.46.5.& 6.307.
Priuilegii concessio præsupponit ius commune in contrarium.9.18.55.
Priuilegii continentia hic quæ.35.1.281.
Iurisdictio omnis, à summis Principibus tanquam à fonte profluit.35.2.281.
Priuilegio quoties quis non cogitatione necessitatis, sed suo arbitrio & libere contrauenit, priuilegio non obest.9.106.60.
Priuilegio, quod in faciendo consistit, quandocunque quis contrauenit, videtur ei renunciare, & consequenter illud amittere.9.100.60.
Priuilegiorum ratio quoque habenda est, & qualiter.46.11.307.
In Priuilegiis multum ponderis habet repetitio particularum vniuersalium.30.200.253.
Probanda sunt duo hoc loco.27.1.& 2.204.
Probanti nihil ob quod moueatur quis ad credendum sibi seruitutem pratensam deberi, incumbit probatio.11.62.76.
Probare est eius, qui dicit, non qui negat.51.14.318.
Probata quæ non sunt, elisione non egent.30 226.227.& 228.254.
Probatio contrarii merito propter præsumptiones plures concurrentes, in aduersarium reiicienda videtur.31.68.271.
Probatio vlterior quare hoc loco iniungenda.31.12.268.
Probatio nulla, & non legitima, paria sunt.17.173.148.
Probatio nulla maior confessione propria.54.5.337.
Probatio dominii prodest.8.21.46.
Probatio ei, qui impropriam feudi qualitatem allegat omnino incumbit.9.120.61.
Probatio in contrarium, contra quamlibet scripturam, tam priuatam, quam publicam admittitur.14.309.110.
Probatio in contrarium, præstito iuramento, adhuc fieri potest, eiusque ratio quæ.17.201.151.
Probatio quando dicitur fieri in continenti. 28.102.232.
Probatio & allegatio tituli in hoc casu necessaria est, vel tempus immemoriale probari oportet. 25.69.190.
Probatio sufficiens in ciuilibus surgit ex duabus præsumptionibus vel pluribus adminiculis.26.46.200.
Probatio omnis, ratione incertitudinis vitiatur, & nullum effectum iuris producit.26.26.199.
Probatio solius vsus non sufficit, cum ius commune possidentibus resistit.11.39.75.
Probationis difficultas arguitur ex actibus, qui fiunt remotis testibus clandestine & in domo. 23.5.170.
